

SYNODORUM
GENERALIUM,
AC PROVINCIALIUM
DECRETA, ET CANONES,

SCHOLIIS, NOTIS, AC HISTORICIS
DISSERTATIONIBUS ILLUSTRATIS

PER F. CHRISTIANUM UPUM,


*Iprensẽm, Ordinis Heremitarum Sancti Augustini in Alma Lovaniensi
Universitate Doctorem, ac Regium*

PARS SECONDA
OPERUM TOMUS SECONDUS,

Completens præter Dissertationes de Synodo Latrunciana Ephesinis, Synodum
Chalcedonensem, Constantinopolitanam secundam, dictam in Synodum, atque
ad Ephesinum Concilium, & Latrocinium Synodum Chalcedonensem
Appendices, seu fusiores Commentationes, Dissertationem Hosthumam de
vocibus Substantia, Essentia, Persona, Subsistentia, Consubstan-
tialitate, nunc primum in lucem editas.

STUDIO, AC LABORE

F. THOMÆ PHILIPPINI RAVENNATENSIS EJUSDEM ORDINIS.



VENETIIS, MDCCLXXIV.

Prostant APUD JO: BAPTISTAM ALBRITTIUM Q: HERON.
ET SEBASTIANUM COLETI.
CUM GRATIA, ET PRIVILEGIO.

SYNODORUM
GENERALIUM,
AC PROVINCIALIUM
DECRETA, ET CANONES,

*SCHOLIIS, NOTIS, AC HISTORICA ACTORUM
DISSERTATIONE ILLUSTRATI,*

PER F. CHRISTIANUM LUPUM,

*Ipresem, Ordinis Heremitarum Sancti Augustini, Sacrae Theologiae in Alma Lovaniensi
Universitate Doctorem, ac Regium Primarium Professore.*


PARS SECUNDA.

OPERUM TOMUS SECUNDUS,

Complectens praeter Dissertationes de Synodo, & Latrocinio Ephesinis, Synodum
Chalcedonensem, Constantinopolitanam secundam, dictam quintam Synodum, atque
ad Ephesinum Concilium, & Latrocinium, Synodumque Chalcedonensem
Appendices, seu fusiores Commentationes, Dissertationem Posthumam de
vocibus Substantia, Essentia, Persona, Subsistentia, Consubstan-
tialitate, nunc primum in lucem editam,

STUDIO, AC LABORE

F. THOMAE PHILIPPINI RAVENNATENSIS EJUSDEM ORDINIS.



VENETIIS, MDCCLXXIV.

Prostant APUD JO: BAPTISTAM ALBRITUM Q. HIERON.
ET SEBASTIANUM COLETI.

CUM GRATIA, ET PRIVILEGIO.

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO
P R I N C I P I
SEBASTIANO ANTONIO
T A N A R I
S. R. E. CARDINALI,
Sacri Collegii Decano

FR. THOMAS ANTONIUS PHILIPPINUS ORD. HEREM. S. AUGUSTINI
PERPETUAM FELICITATEM.



M Eis illis ad Innoc. XIII. P. M.
litteris, quas in primo volumine
edendas curavi, satis ostendi, quantum ipse
tibi, Princeps Eminentissime debeam, qui mi-
hi ad sanctissimum, nobilissimumque Pontificem
aditum aperueris; atque apud eundem meum
edendi

edendi Christiani Lupi consilium commendaveris. Quod sane consilium tanto Principi probatum adeo jucundumque fuisse, me tibi acceptum referre omnes intelligent. Nunc autem hisce alteris ad te litteris curabo, ut etiam intelligant, te mihi præter hoc ipsum beneficium, quod amplissimum certe quidem est ac plane summum, alia bene multa jamdudum contulisse, quæ nisi ad hujus amplitudinem accedunt, suam tamen obtinent magnitudinem & dignitatem. Quorum beneficiorum memoriam dum repeto in his ipsis litteris, illud etiam spero fore, ut dum libri Christiani Lupi extiterint, extabunt autem, & propagabuntur universæ posteritati, extet etiam & memoria beneficentiæ erga me tuæ, & mei tibi addictissimi animi significatio. Tu etenim, cum Urbini Legatum Apostolicum gereres, eamque Provinciam tanta cum laude administrares, mea studia respicere, mihi de Theologia publice disputanti adesse comitate prorsus incredibili, me demum ornare judicio tuo cæpisti, & patrocinio defendere. Sed ut omnia brevi complectar, nihil quicquam ab illo tempore me rogantem abs te non impetravisse fateor. Ego vero non tam expendo, quæ a te mihi vel commoda, vel ornamento profecta sunt, quam mirificam illam tuam erga me voluntatem, unde profecta sunt, quia majori benignioreque neque concipere homino possis, neque cupere. Unum vero si pollerem di-

cedendi vi, qua quo animo erga te sum, qua observantia te & cultu prosequar, declarare possem. Verum cum id nullo modo possim, illud certe velim tibi persuadeas, me in omni vita & beneficiorum tuorum memorem futurum, & officii mei. Omnibus autem precibus D. O. M., dum vivam orabo, ut nobilissimam vetustissimamque gentem tuam, res tuas omnes, tua demum consilia omnia fortunet. De tuis autem laudibus prudenter taceo, quod neque tu eas pro tua modestia non moleste ferres; neque ego illas una eademque brevi epistola exequi possem. Positæ jamdiu illæ sunt in illustri loco; illasque præcipue cum tuentur, tum etiam posteris nostris indicabunt & dignitas tua, & legationes à te obitæ apud Cæsares potentissimosque Reges, apud quos in procurandis rebus Apostolicæ Sedis nullum non specimen dedisti aut probitatis, aut prudentiæ, aut liberalitatis, aut integritatis, aut innocentiae, aut virtutum omnium, quæ pertinent ad virum Principem. Nunc autem Romæ in tanta hominum luce ita te geris, ut nemo unus non vehementer gaudeat, te ad cæterorum Hominum utilitatem atque ad tui nominis gloriam amplissima ista auctoritate pollere. Interea, Princeps Eminentissime, fruiere lectione horum librorum, qui eo justius ad te veniunt, quo majore doctrina Apostolicæ Sedis, & Conciliorum auctoritatem aperiunt atque defendunt: præsertim vero cum ab eo homine scripti sint, quem, dum

viveret,



viveret, singulari benevolentia prosequere. Vos enim doctrinae utriusque vestrum, & innocentissimae vitae similitudo conjungebat. Cujus inter vos amicitiae Bruxellis indicia praeclearissima Belgae tunc habere, cum tu illum morti proximum Nuncius Apostolicus inviseres; tantamque de illius valetudine sollicitudinem caperes: etenim unus omnium maxime intelligebas & quantum Ecclesiae interesset illum vivere, & quantam aegritudinem animi illius mors Innocentio XI., Pontifici sanctissimo, erat allatura. Profecto maximo semper ornamento fuerit Christiano Lupo te habere testem, quam sancte ipse objerit supremum diem, qui sancte semper innocenterque vixisset. Quod reliquum est, illud abs te peto vehementer, ut meas hasce litteras benevolo animo excipias, quasi frugem aliquam cum voluntatis erga te meae, tum etiam observantiae atque cultus. Vale.

Datum Venetiis Kalendis Martii 1724.



ORDO SYNODORUM,

Quarum Canones ac Capitula hoc secundo Tomo elucidantur.

CHalcedonenfis.
Constantinopolitana secunda, dicta V. Synodus.

41. & 63.
133.

I N D E X

Capitum, ac Titulorum, qui hoc secundo Tomo exponuntur.

Differtatio de Sacrosancta Synodo Ephesina.		CAPUT SECUNDUM.	
		Aliquot quaestiones de haeresi Eutychiana.	29.
CAPUT PRIMUM.		CAPUT TERTIUM.	
Exponitur haeresis Nestoriana, occasio Synodi.	p. 1.	Exponitur exordium haeresis Eutychianae.	31.
CAPUT SECUNDUM.		CAPUT QUARTUM.	
Ephesinae Synodi Praeses, Episcopi, Comes, locus, tempus.	5.	Exponuntur Acta Eutychetis adversus Ibam Metropolitanam Edeffenum.	34.
Acta Synodi de Nestorii dogmate, & persona.	8.	Capitulum I. contra Ibam.	35.
CAPUT QUARTUM.		Capitulum II.	36.
Joannis Patriarchae Antiocheni adventus, & Acta.	11.	Capitulum III.	38.
CAPUT QUINTUM.		Capitulum IV.	41.
Exponitur Joannis Antiocheni, & Ecclesiae Orthodoxae Judicium de duodecim Capitulis S. Cyrilli.	15.	Capitulum V.	42.
CAPUT SEXTUM.		Capitulum VI.	42.
Quomodo dicta Synodi discordia fuerit tandem composita.	19.	Capitulum VII.	43.
CAPUT SEPTIMUM.		Capitulum VIII.	44.
Exponuntur reliqua Synodi Acta.	24.	Capitulum IX.	44.
		Capitulum X.	45.
Differtatio de Latrocinio Ephesino.		Capitulum XI.	46.
CAPUT PRIMUM.		Capitulum XII.	46.
Exponitur haeresis Eutychiana, occasio Latrocinii.	26.	Capitulum XIII.	46.
		Capitulum XIV.	47.
		Capitulum XV.	47.
		Capitulum XVI.	47.
		Capitulum XVII.	49.
		Capitulum XVIII.	49.
		CAPUT QUARTUM.	
		Exponitur prima Eutychiana impietatis, & persona damnatio, facta per sanctum Flavianum.	
			Epi.

Episcopum Constantinopolitanum in Synodo Constantinopolitana.	49.
CAPUT QUINTUM.	
Episcopi Latrocini Præses, Episcopi, Comes, Tempus.	53.
CAPUT SEXTUM.	
Exponuntur Acta Latrocini Ephesini.	57.
CAPUT SEPTIMUM.	
Romane Ecclesie Judicium de Actis Latrocini Ephesini.	61.
Concilii Chalcedonensis Definitio de Fide.	63.
Canonis Concilii Chalcedonensis.	
Canon primus.	66.
Canon II.	66.
Canon III.	67.
Canon IV.	69.
Canon V.	72.
Canon VI.	72.
Canon VII.	76.
Canon VIII.	77.
Canon IX.	78.
Canon X.	79.
Canon XI.	80.
Canon XII.	83.
Canon XIII.	84.
Canon XIV.	87.
Canon XV.	90.
Canon XVI.	94.
Canon XVII.	95.
Canon XVIII.	96.
Canon XIX.	97.
Canon XX.	97.
Canon XXI.	98.
Canon XXII.	99.
Canon XXIII.	100.
Canon XXIV.	102.
Canon XXV.	104.
Canon XXVI.	105.
Canon XXVII.	108.
Canon XXVIII.	109.
Canon XXIX.	114.
Canon XXX.	115.
Dissertatio de Synodo Chalcedonensi.	
CAPUT PRIMUM.	
Synodi occasio, Episcopi, Præses, locus, tempus.	118.
CAPUT SECUNDUM.	
Exponuntur Acta Synodi.	121.
CAPUT TERTIUM.	
Exponuntur Acta Episcoporum post Synodum.	126.
CAPUT QUARTUM.	
De Auctoritate Synodi Chalcedonensis.	129.
Quinti Generalis Concilii Capitula contra Origenem.	
Capitulum I.	133.
Capitulum II.	135.
Capitulum III.	135.
Capitulum IV.	136.
Capitulum V.	136.

Capitulum VI.	136.
Capitulum VII.	138.
Capitulum VIII.	138.
Capitulum IX.	138.
Quinti Concilii Capitula contra Nestorianos, ac Eutychianistas.	
Capitulum I.	140.
Capitulum II.	140.
Capitulum III.	140.
Capitulum IV.	141.
Capitulum V.	142.
Capitulum VI.	142.
Capitulum VII.	143.
Capitulum VIII.	144.
Capitulum IX.	144.
Capitulum X.	147.
Capitulum XI.	153.
Capitulum XII.	153.
Capitulum XIII.	154.
Capitulum XIV.	154.
Dissertatio de Quinta Synodo Generali.	
CAPUT PRIMUM.	
Exponitur damnatio Origenis, occasio quinta Synodi.	156.
CAPUT SECUNDUM.	
An quis, præsertim Episcopus, qualis fuit Theodorus Mopsuestiensis, in Ecclesia pace & communione defunctus possit damnari post mortem.	159.
CAPUT TERTIUM.	
Exponitur Synodi nostræ judicium de Theodoro Episcopo Cyrensi.	163.
CAPUT QUARTUM.	
Exponitur judicium de Episcopo Iba Archiepiscopi Edesseni.	164.
CAPUT QUINTUM.	
Exponitur Justiniani Augusti progressus in damnatione trium Capitulorum.	166.
CAPUT SEXTUM.	
Præsentis Synodi Acta, & auctoritas.	171.
CAPUT SEPTIMUM.	
An hæc Synodus nihil aliud tractarit.	176.
CAPUT OCTAVUM.	
Exponitur Synodus Mopsuestiensis in causa Theodori ibidem Episcopi.	179.
CAPUT NONUM.	
Enumerantur Acta quinta generalis Synodi.	
Collatio I.	182.
Collatio II.	184.
Collatio III.	186.
Collatio IV.	186.
Collatio V.	186.
Tractatur, An Episcopus in Ecclesie pace defunctus possit damnari post mortem.	190.
Examinatur causa Theodori Cyrensi in Euphratesia Provincia Episcopi.	193.
Collatio VI.	195.
Collatio VII.	197.
Collatio VIII.	197.

Appendix ad Sacrosanctum Concilium Ephesinum.

Actio I.	199.
Actio Schismatica Joannis Patriarchæ Antiocheni.	203.
Actio II.	204.
Actio III.	205.
Actio IV.	206.
Actio V.	207.
Actio VI.	208.

Appendix ad Ephesinum Latrocinium.

CAPUT PRIMUM.

Exponitur prima Constantinopolitana Sancti Flaviani Patriarchæ adversus Eutychetem Synodus.	211.
Actio I.	211.
Actio II.	212.
Actio III.	213.
Actio IV.	214.
Actio V.	215.
Actio VI.	215.
Actio VII.	216.

CAPUT SECUNDUM.

Exponitur secunda S. Flaviani Synodus adversus eundem Eutychetem.	218.
Actio I.	218.
Actio II.	221.

CAPUT TERTIUM.

Exponitur Antiochena, Tyria, ac Berytensis Synodus in causa Ibae Metropolitanæ Edesseni.	222.
------------------------------------------------------------------------------------------	------

CAPUT QUARTUM.

Exponitur Antiochena Synodus in causa Aribanasi Episcopi Parrhensis.	227.
----------------------------------------------------------------------	------

CAPUT QUINTUM.

Exponuntur Acta latrocini Ephesini.	230.
Latrocini exordium.	230.
Exponitur Symbeli Constantinopolitani damnatio, palmare latrocini fundamentum.	232.
Exponitur restitutio Eutychetis.	233.
Hæreticum Eutychetis Monasterium absolvitur ab Ecclesiastico interdicto.	238.
Exponitur latrocinialis damnatio Sancti Flaviani.	239.
Exponuntur reliqua latrocini Acta.	241.

Appendix ad Synodum Chalcedonensem, exponens singulas ejus Actiones.

Actio I.	243.
Actio II.	253.
Actio III.	257.
Actio IV.	264.
Actio appendix judicans causam Photii Tyriorum Metropolitanæ adversus Eustatium Episcopum Berytensem.	270.
Actio V.	273.
Actio VI.	276.
Actio VII.	277.
Actio VIII.	281.
Actio IX.	283.
Actio X.	283.
Actio appendix de alimentis Domni Ex-Patriarchæ Antiocheni.	286.
Actio XI.	286.
Actio XII.	292.
Actio XIII.	294.
Actio XIV.	296.
Actio XV. & XVI.	297.

Dissertatio Posthuma de vocibus Substantia, Essentia, Persona, Subsistentia, Consubstantialitate.

CAPUT PRIMUM.

Exponitur origo & ratio, ob quas Ecclesia disputare cepit de Essentia, & Subsistentia, seu de Natura, & Hypostasi.	303.
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------

CAPUT SECUNDUM.

Plena vocum, Essentia, Natura, Subsistentia, Persona, Usus, Hypostasis, notitia est penitus necessaria.	311.
---------------------------------------------------------------------------------------------------------	------

CAPUT TERTIUM.

Præfatae voces exponuntur: Et ipsarum significata definiuntur.	314.
----------------------------------------------------------------	------

CAPUT QUARTUM.

Exponitur significatio vocis, Consubstantialitatis.	320.
-----------------------------------------------------	------

CAPUT QUINTUM.

Acta Ariavorum Argumenta adversus istas voces.	328.
------------------------------------------------	------

CAPUT SEXTUM.

An voces Hypostasis & Substantia sint ejusdem per omnia significationis.	333.
--------------------------------------------------------------------------	------

SYNOPSIS CANONUM ET CAPITULORUM,

Qui hac secunda Parte exponuntur.

SYNOPSIS CANONUM NICÆNÆ SYNODI.

Capitula adversus Ibas.

<p>CAPUT PRIMUM.</p> <p>E Nummis, qui captivis redimendis erant destinati, non parum Ibas subtraxit, ac sibi applicavit. 35</p> <p>CAPUT SECUNDUM.</p> <p>Gemmarum calicem, Ecclesie oblatum, Ecclesie non tradidit? de eo quid factum, ignoratur. 36</p> <p>CAPUT TERTIUM.</p> <p>De ordinationibus accipit. 38</p> <p>CAPUT QUARTUM.</p> <p>Abrahamium Diaconum maleficii conscium, ideoque excommunicatum ordinavit Episcopum; Archidiaconum verò Edeffenum, qui turbam civitatis ad id impediendum concitaverat, excommunicavit. 41</p>	<p>CAPUT QUINTUM.</p> <p>Adulterum publicum ordinavit Presbyterum; Obfistentes per Judicem carceri mancipavit. 42</p> <p>CAPUT SEXTUM.</p> <p>Nepotem suum inquierum & luxuriosum juvenem ordinavit Episcopum. 42</p> <p>CAPUT SEPTIMUM.</p> <p>Reditus Ecclesie fratri aut consobrino confert. 43</p> <p>CAPUT OCTAVUM.</p> <p>Item hæreditates, munera, cruces aureas, &c. 44</p> <p>CAPUT NONUM.</p> <p>Atque etiam quæ in expensas captivorum erant eroganda. 44</p>
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

<p>CAPUT DECIMUM.</p> <p>Ad Sacrificium altaris, ad sanctificationem, & ad populi communionem non est datum vinum, nisi admodum exiguum, ac vile. Quod rescians ipse non emendavit, sed contempsit. 45</p> <p>CAPUT UNDECIMUM.</p> <p>Nestorianus est, & S. Cyrillum hæreticum appellat. 46</p> <p>CAPUT DUODECIMUM.</p> <p>Nepos Ibas indiscretè Clericos ordinavit, 46</p> <p>CAPUT TERTIUMDECIMUM.</p> <p>Tentavit impedire Presbyterum, quo minus alienas Ecclesie patrimonii sui scriberet hæredes. 46</p> <p>CAPUT QUARTUMDECIMUM.</p> <p>Permitit Danieli Episcopo bona ex rebus Eccle-</p>	<p>44</p> <p>CAPUT QUINTUMDECIMUM.</p> <p>Challos amica Danielis ex illis subito ditata. 47</p> <p>CAPUT SEXTUMDECIMUM.</p> <p>Daniel Episcopus Abrahamio Diacono persuasit, ut res ex bonis Ecclesie Edeffensæ acquisite largiret pauperibus Ecclesie Carrhenfis. Ille verò bona adeptus sibi servavit, ac Challos impendit. 47</p> <p>CAPUT SEPTIMUMDECIMUM.</p> <p>Daniel ob lucrum, Paganis idololatriam impunè permittit. 49</p> <p>CAPUT OCTAVUMDECIMUM.</p> <p>Ex lignis Ecclesie Edeffensæ profanas ædes exstruxerunt. 49</p>
------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

CONCILII CHALGEDONENSIS

Definitio de Fide.

<p>Symbolum Nicænum ac Constantinopolitanum innovatur. 63</p> <p>Omnia quæ de fide sunt constituta in Ephesino, Nicæno, ac Constantinopolitano Concilio, ac etiam decreta servanda. 63</p> <p>Doctrina quæ de substantia Spiritus Sancti in Synodo Constantinopolitana tradita est, confirmatur. 63</p> <p>Uti & Epistolæ synodice S. Cyrilli. Atque Epistola S. Leonis ad S. Flavianum scripta. 64</p> <p>Quæ Nestorianis, Apollinaristis, ac Euty-chianis repugnat. 64</p> <p>Catholica fides de Christo adversus Nestorium & Eutychem potissimum declaratur. 64</p> <p>Aterum Symbolum componere, docere, tradere omnibus interdicitur. 64</p>	<p>CANON I.</p> <p>Canones Ecclesie antehac constituti robur obtineant. 66</p> <p>CANON II.</p> <p>Episcopus nec sacros Ordines nec Ecclesie officia per pecunias conferat. 66</p> <p>CANON III.</p> <p>Clerici ac monachi nec possessiones conducant, nec curis secularibus sese immisceant. Pupillorum, viduarum, ac rerum Ecclesiasticarum tutelam de facultate Episcopi suscipere licet. 67</p>
------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

CANON IV.

Monachi honorentur. Ipsi tamen sine Episcopi facultate monasterium novum vel oratorii domum non constituent. Proprio Episcopo subiaceant. In quiete, jejunio, ac oratione degant. Nec Ecclesiasticis nec secularibus negotiis communicent. Monasterio sine necessitate non exeant. Servos sine domini facultate non recipiant. Episcopus curam monasterii necessariam exhibeat. 69.

CANON V.

Episcopi aut Clerici de civitate in civitatem non transfugrent. 72.

CANON VI.

Nemo sine titulo ordinetur, id est, nisi ad Ecclesiam cathedralem, aut ad Ecclesiam pagi, aut ad Capellam, aut ad monasterium. 72.

CANON VII.

Clero vel monasterio deputati, nec ad militiam, nec ad mundanam dignitatem deveniant. 76.

CANON VIII.

Clerici pauperum hospitalibus praefecti, alique Episcopo suo subiaceant. 77.

CANON IX.

Clerici negotium apud Episcopum, Episcopi apud Metropolitam, Metropolita apud Primatem aut Episcopum Constantinopolitanum examinentur. 78.

CANON X.

Non licet Clerico duo beneficia obtinere. Qui ad alteram Ecclesiam est translatus, rebus prioris in nullo communicet. 79.

CANON XI.

Pauperibus Pacificae, honoratioribus Commendatitiae concedantur. 80.

CANON XII.

Episcopi non impetrent Provincias dividi. Si Princeps suo motu id faciat, novae Metropoleos Episcopus gaudeat solo Metropolitanum nomine & honore. 83.

CANON XIII.

Clerici extranei sine commendatitiis litteris non permittantur ministrare. 84.

CANON XIV.

Lectores, ac Psalmista Septem alterius uxorem non accipiant. Filios baptizatos communione Ecclesiastica offerant, non baptizatos ab haereticis baptizari non permittant. Nulla haeretico Pagano, aut Judaeo nubat, nisi promittat se fidem Catholicam amplexturum. 87.

CANON XV.

Diaconissa ante annos 40. non ordinanda. Nubens anathematizetur. 90.

CANON XVI.

Virgini Deo sacrae, similiter & monacho non licet Matrimonium inire. 94.

CANON XVII.

Rusticae Parochiae ei Episcopo subsint, qui tricennalem obtinet possessionem. Orta ea de re altercatio ad Synodum Provincialem deferatur. 95.

CANON XVIII.

Conspiratores Clerici ac monachi gradu proprio abscindantur. 96.

CANON XIX.

Bis in anno Concilium provinciale congregatur. 97.

CANON XX.

Clerici citra necessitatem ad aliam Ecclesiam non transferantur. 97.

CANON XXI.

Clerici aut laici Episcopos accusantes, sine examine non recipiantur. 98.

CANON XXII.

Clericis non licet Episcopi defuncti bona diripere. 99.

CANON XXIII.

Clerici aut monachi sine causa Constantinopolim adventantes per defensores egredi compellantur. 100.

CANON XXIV.

Monasteria in habitacula secularia non commutentur. 102.

CA-

CANON XXV.

Metropolitani intra tres menses Episcopos ordinent. Reditus sedis vacantis per Economum serventur. 104.

CANON XXVI.

Facultates Ecclesiae per Economum, non per Episcopum dispensentur. 105.

CANON XXVII.

Mulierum raptores Clerici gradu decidunt, laici excommunicantur. 108.

CANON XXVIII.

Episcopo Constantinopolitano aequalia cum Ro-

mano Privilegia tribuit Canon Constantinopolitanus: Confirmatur. Metropolita dioecesis Ponticae, Asianae, & Thracicae, atque Episcopi inter barbaros agentes ab Episcopo Constantinopolitano ordinentur, factis de more electionibus. 109.

CANON XXIX.

Episcopus dignitate Episcopali justè privatus, Presbyteri locum non obtineat: Injustè, ad Episcopalem redeat dignitatem. 114.

CANON XXX.

Episcopis Aegyptiis consuetudinem obtinuisse asserentibus ne sine Patriarcha Alexandrino subscribant, dilatio Epistolae Sancti Leonis subscribenda conceditur. 115.



QUINTI CONCILII GENERALIS

Capitula adversus Origenem.

CAPUT PRIMUM.

A Nimiae hominum non praextiterunt, nec in corpora supplicii causa dimissa. 133.

CAPUT SECUNDUM.

Anima Christi prius non extitit, nec ante incarnationem Deo Verbo unita fuit. 135.

CAPUT TERTIUM.

Corpus Christi Domini prius formatum non fuit, nec postea Verbum & anima adunata. 135.

CAPUT QUARTUM.

Verbum omnibus caelestibus Ordinibus non est assimilatum. 136.

CAPUT QUINTUM.

Homines recti, non orbiculari specie suscita-

buntur. 136.

CAPUT SEXTUM.

Sol, luna, stellae, & aquae quae super caelos sunt, non sunt animatae virtutes. 136.

CAPUT SEPTIMUM.

Christus in futuro saeculo nec pro demonibus, nec pro hominibus crucifigetur. 138.

CAPUT OCTAVUM.

Finita non est Dei potestas. Nec tanta fecit, quanta comprehendere potuit. 138.

CAPUT NONUM.

Supplicium demonum & impiorum hominum finem non habebit. 138.
Anathema Origeni, ejusque nefariis dogmatibus. 139.

Capit.

T A B U L A

Synodorum, quæ Parte prima, & secunda
Scholiis ac Notis illustrantur, locum,
tempus, &c. summatim
repræsentans.

Capitula Contra Nestorium ac Eutychianos.

CAPUT PRIMUM.

Trium personarum una est natura, una virtus ac potestas. Trinitas consubstantialis. Una Deitas in tribus personis adoranda. 140.

CAPUT SECUNDUM.

Duæ sunt Dei-Verbi natiuitates, una sine tempore, altera in tempore. 140.

CAPUT TERTIUM.

Idem Deus-Verbum qui miracula fecit & qui passus est. Deus Verbum est unus idemque Dominus Jesus Christus, Dei Verbum incarnatum & homo factum. 140.

CAPUT QUARTUM.

Unio Dei-Verbi ad carnem animatam secundum compositionem sive secundum substantiam facta est: Et ideo una est substantia composita, qui est unus de S. Trinitate. 141.

CAPUT QUINTUM.

Non sunt in mysterio Christi duæ substantiæ seu personæ introducendæ. 142.

CAPUT SEXTUM.

Gloriosa Virgo Maria est verè Dei genitrix, ideoque Christipara non nuncupanda. 142.

CAPUT SEPTIMUM.


Dualitas in Christo naturarum, sed unitas personæ. 143.

CAPUT OCTAVUM.

Idem. 143.

CAPUT NONUM.

Duæ adorationes, una Deo-Verbo, altera homini, non sunt introducendæ. 143.
Nec una adoratio Deitati ac humanitati confusis, sed Deo-Verbo incarnato debetur. 147.



Series	Nomina.	Annus.	Pontifex.	Præsidens.	Episcoporum numerus.	Imperator.	Causa seu occasio.
1.	Synodus Nicæna, coacta Nicææ in Bythinia. P. 1. p. 273.	325. P. 272.	S. Sylvester P. 272. Pontificatus anno 12. P. 272.	Hosius Episcopus, Vitus & Vincentius Presbyteri Romani. P. 271.	318. P. 272.	Constantinus Augustus Imperii an. 10. P. 272. & 281. Paulinus & Julianus Consules. P. 272.	Arii hæresis. P. 274.
Nicæna Appendix.	Sardicensis. Sardicæ in Dacia mediterranea. P. 2. p. 315.	347. P. 317.	S. Julius I. P. 315. anno Pontif. 11.	Hosius Episcopus, Archidamus ac Philoxenus Presbyteri, ac Leo Diaconus, Romani. P. 315.	344. P. 316.	Constantinus ac Constantius Augusti Imperii an. 8. Ruffinus ac Eusebius Consules. P. 317.	Eusebiana factio. P. 314.
2.	Constantinopolitana I. Constantinopoli in Thracia dicta II. Synodus. P. 2. p. 354.	381. P. 355.	S. Damasus, Pontif. anno 15. P. 355.	Gregorius Nazianzenus Episcopus Constantinopolitanus, post eum Nectarius successor, P. 355.	150. P. 354.	Theodosius Augustus Imperii an. 3. Eucherius & Syagrius Consules. P. 355.	Hæresis Macedonii & Apollinarii. P. 354.
3.	Ephesina, Ephesi in Asia, dicta III. Synodus. Par. 2. p. 8.	430. P. 8.	S. Celestinus P. 5. Pontif. an. 4. P. 8.	Cyrillus Episcopus Alexandrinus. P. 5. Arcadius & Proiectus Episcopi, & Philippus Presbyter Cardinalis. P. 204.	200. P. 7.	Theodosius Junior Augustus Imp. an. 13. Valentinianus tertius Augustus Imper. ann. 5. P. 8.	Hæresis Nestoriana. P. 5.
4.	Chalcedonensis, Chalcedone in Bythinia. dicta IV. Synodus. Par. 2. p. 121.	451. P. 119.	S. Leo Pontif. an. 12. P. 119.	Paschasinus, Lucentius Episcopi, Bonifacius Presbyter Romanus. P. 119.	630. P. 120.	Martianus Augustus Imperii an. 1. P. 119. Martianus Augustus & Clodius Adelphius Consules. P. 119.	Eutychianorum Acta in Latrocinio Ephesino. P. 118.
5.	Constantinopolitana II. dicta V. Synodus. Par. 2. p. 157.	554. P. 172.	Vigilius. P. 171. anno Pontif. 18. P. 172.	Vigilio P. Synodum, recusante, Patriarchæ, sine Rom. Pontificis auctoritate, præfuere P. 185.	165. P. 172.	Justinianus Augustus, Imperii an. 27. post Cæsulatum Basilii. an. 13. P. 172.	Tria Capitula ac Hæresis Origenis. P. 167.

NOI REFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA.

HAvendo veduto per la Fede di revisione, & approvazione del Padre Fr. Tommaso Maria Gennari Inquisitor nel Libro Intitolato *Synodorum Generalium, ac Provincialium Decreta, & Canones, &c.*; non v'esser cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Attestato del Segretario Nostro; niente contro Principi, & buoni costumi, concedemo Licenza a *Giambatista Albrizzi q. Girolamo, & Sebastian Coletti Stampatori*, che possi esser stampato, osservando gl' ordini in materia di Stampe, & presentando le solite copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, & di Padova.

Dat. II. Giugno 1723.

(Alvise Pisani Proc. Reff.
(Z. Pietro Pasqualigo Reff.

Agostino Gadaldini Segretario.



SYNODORUM
GENERALIUM AC PROVINCIALIUM
DECRETA ET CANONES,
SCHOLIIS ET NOTIS ILLUSTRATI.

DISSERTATIO
DE SACROSANCTA SYNODO EPHESINA.

CAPUT PRIMUM.

*Exponitur Hæresis Nestoriana,
occafio Synodi.*



Divino Sifinnio, optimo Regiæ civitatis Episcopo, Theodosius Augustus Clericorum ejusdem Ecclesiæ ambitum retundere, & novum Joannem Chrysoctomum, Antiochia olim evocatum, volens habere Episcopum, à Joanne Antiocheno Patriarcha accepit Nestorium. Hominem accuratè depingit Theodoretus in quarto libro hæreticarum fabularum, & in litteris ad Sporacium. Ex Germanicium ortus oppidulo, nescio cujusmodi ab initio studiis educatus, aliam ex alia regionem commutans, ut flagellum quoddam Ægyptiacum in magnam Antiochenorum civitatem irrupit. In hac cum liberalibus disciplinis mediocriter esset imbutus, vocemque pulcherrimam, & maximam exercuisset, in Ecclesiam Dei se ingressus, & in numerum Presbyterorum relatus est, docendique populi munere imposito, statim in exordio, qualis tota vita esset futurus, ostendit. Neque enim generosum & gentilem, qui hominum animas excolere possit, dicendi characterem secutus est. Sed cum ad populi delectationem orationem suam conferret, & inanes plausus, ut qui maxime, aucuparetur, turbulentum, & instabile vulgus ad sui desiderium excitavit, fusca veste indutus, utpotè Monachus, tristis incedens, strepitus ferens declinans, pallore corporis continens videri affectans, libris domi ut plurimum incumbens, ac in

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

otio & quiete secum habitans. Hoc habitu & hac simulatione populum inescans, magnam ætatis partem transegit, Christianus potius videri, quàm esse studens, & Christi gloriæ suam præferens. Germanicia est Provinciæ Eufrateis civitas Episcopalis, Nestorii autem monasterium fuit Antiochiæ in Suburbano ad Sanctum Euprepium. Eum Cælestinus Pontifex adfirmat tanta & in monasterio & in Clero vixisse apud omnes opinione, ut suis aliena civitas invideret. Undè & contra Canones electum idem Pontifex promptissimè confirmavit. Socrates fuisse ait Sanctorum Patrum contemptorem. Quare Sanctus Cyrillus illum ferio monet, ut in declamando ad populum sit prudens, Sanctos Patres ferio legat, summi æstimet, ex ipsis formet suas Exegeses. At surdo cantavit fabulam. Reddidit enim ille talionem, dicens Patres legi quidem à Cyrillo, at minime intelligi. Ex hac arrogantiâ præsumpsit Anastasii Presbyteri inausitas voces defendere, & per Dorothei Episcopi Marcianopolitani infræne os universam Ecclesiam anathematizare, & ore proprio orthodoxos æquare Gentilium Mythologis, qui Diis suis affingunt matres.

In Episcopum consecratus fuit quarto idus Aprilis, Felice & Tauro Consulibus, Christi Domini anno quadingentesimo vigesimo octavo, Cælestini Pontificis quarto, vigesimo primo Theodosii Augusti Junioris. Liberatus Ecclesiæ Carthaginensis Diaconus consecratus scribit Kalendis Aprilis. Consecratus mox populum ex more docuit, exclamavitque ad Principem. *Mibi, o Imperator, terram hæreticis purgatam tribue, & ego tibi celum tribuam; tu mihi in profligandis hæreticis subveni, & ego tibi in profligandis Persis subveniam.* Eadem die Anastasius Presbyter impias suas in Domini matrem voces evomuit, atque ita totam Regiam urbem implevit

A

liri-

L. x. Conc.
Eph. c. 1

L. 7. c. 37.

litigiosissimis quæstionibus, uti testatur idem Liberatus. Quod eadem, at occultè, jam primè ipse adhuc Presbyter Nestorius Antiochiæ docuisset, scribit in catalogo Gennadius Massiliensis. Quinto post die Arianorum Basilicam demolitus est, quare illi in rabiem versi faces urbi injecerunt, parati ad armatam sui vindictam, & publicam, quam Deus impediit, seditionem. Eodem tempore fugitivi servi occupare basilicam, & desperati seipsos occidentes proprio sanguine polluerunt. Ex quibus omnibus novus hic Episcopatus apud viros prudentes venit in infelicitatis suspensionem, & ipse Episcopus etiam ab ipsis catholicis vocari cœpit *Civitatis incendium*.

Nec fuit vana suspicio. Quod namque Nestorius statim in sui Anastasii gratiam cœperit virus spere & scribere, testantur Sanctus Cyrillus in litteris ad Cælestinum Papam, & in plena Ephesina Synodo Petrus Alexandriæ Presbyter ac Primicerius Notariorum. Ei statim ad stipulatas sunt Photius, Chæremone, Victor, Sophronas, Clerici Constantinopolitani, quos Sanctus Cyrillus vocat *fæces illius civitatis*. Primum mali fontem fuisse Diodorum, Tharsensem Episcopum & primæ Ciliciæ Metropolitanam, supra laudatum in Synodo Constantinopolitana, scribunt idem Cyrillus in litteris ad Successum Diodoræ in Isauria Episcopum, apud Photium in Bibliotheca, Gelasius Cæsarensis in Palæstina Episcopus, & omnes generaliter trium Capitulorum impugnatores. Diodorus ex Macedonianis venit ad Ecclesiam, & Antiochenum Presbyterum magis, quam Tharsensem Episcopum floruisse scribit in catalogo Sanctus Hieronymus. Presbyter unà cum Flaviano collega, postea Episcopo, strenuè verbis pugnavit in Ariano Antiochenes, Episcopus scripsit in Apollinarianum, atque ita dum naturarum in Christo Domino confusionem nimis declinat, incidit in divisionem, Nestorio præformans unionem non secundum hypostasim, sed secundum æqualem dignitatem, auctoritatem, nomen, honorem. Diodorus Theodorum Mopsuesten Episcopum, Nestorium docuit Theodorus, tamquam omnium horum errorum fons post mortem damnatus à Synodo quinta. Edidit libros longè plurimos, unumque contra *asserentes peccare hominem natura, non voluntate*. Photius editum dicit contra *Occidentales* hac labe infectos. Lapis capita sunt illæ ipse calumniæ, quas orthodoxæ doctrinæ imponit Julianus Pelagianus in duabus Epistolis refutatis à Sancto Augustino in libris ad Bonifacium Papam. Proinde nescio cujus Pelagiani calumniosus in orthodoxos fuit ille liber, & ex illo Theodorus, adeoque & Nestorius didicerunt Pelagianizare. (a)

Hæc est causa, cur de eodem Juliano, Floro, Orontio, & Fabio, ex Episcopali Sede & toto Occidente per Sedem Apostolicam ac Le-

(a) Labitur vir eruditus, nam liber ille cujus excerpta refert Photius, ab ipsomet Theodoro scriptus fuit, neque ex illo Theodorus didicit Pelagianizare, sed in eodem idemmet pessimè Pelagianizavit, quod ex Photio, & ex proximè dicendis certissimum est. Eidem tamen Lupo laudi detur, quod primus Theodorum Pelagianum publicavit. *Noris hist. Pelag. l. 1. c. 1x.*

ges Imperiales ejectionis & proscriptis, scribat ad Nestorium Sanctus Pontifex Cælestinus. *Aliquantis diebus vitæ nostræ, post nefandum & sæpè damnatum dogma Pelagii atque Cælestii, catholica fides quietem habuit, quando eos cum sue opinionis sequacibus, telis unitæ sententiæ Oriens Occidentisque percussit. Denique sanctæ recordationis Atticus, catholice magister fidei, ac verè Beati Joannis etiam in ista successor, ita eos persecutus est pro Rege communi, ut iis nec standi quidem illi copia præstaretur.* A Romana Ecclesia damnatum Julianum provocasse ad generalem Ecclesiæ Synodum, testatur frequenter Sanctus Augustinus, addens post ejusmodi iudicium nullam amplius audientiam, sed solam poenitentiam superesse. Appellationem ergo profregens Julianus accessit Regiam urbem, & à Theodosio Augusto generalem Synodum, cogit ad illum Romanum Pontificem postulavit. Porrò Ecclesiæ Constantinopolitanæ morem docet nos Hormisdas Pontifex in instructione data Legatis suis ad Anastasium Augustum: *Est consuetudo per Episcopum Constantinopolitanum omnes Imperatori Episcopos presentari.* Omnes Episcopos advenas, venientes ad Comitatum, etiam ipsos Legatos Apostolicæ Sedis Romanæ. Quocirca & Julianus ab Attico Episcopo ad Principem induci petiit; verum quid ille Sancti Joannis Chrysostomi successor egerit, jam audivimus à Pontifice Cælestino. Ejus vestigia secutus est successor Sisinnius, miraturque & dolet laudatus Pontifex Nestorium ab illis deviasse. Addit sese, vacante Sede Constantinopolitana, de novi Episcopi promotione semper esse anxium: Ne nempe quis succedat, qui ejusmodi damnatos leproso inducat ad Principem, eumque juret ad indulgendam generalem sine causa Synodum, omnemque turbendam Ecclesiam ab illis circumferri.

Hircus hircum ex odore cognoscit. Ità & Julianus audiens Constantinopoli sedere Nestorium, Theodori Mopsuesteni insigniter Pelagianizantis discipulum, docereque Mariam non esse Deiparam, & Christum esse purum hominem, paulatim per humana merita ad sublimiora proficientem, certum habuit eum esse virum sui generis. Etenim, uti rectè Sanctus Prosper advertit, Pelagiana & Nestoriana hæresis sunt subordinatæ: Ubi definit Pelagius, incipit Nestorius, Pelagius negat naturam humanam esse in Adamo peccante vitiatam, ideoque credit non reparatore aut reparationis traduce principio, sed solo egere Doctore & imitationis exemplo: Infert Nestorius Christum non debere esse Deum, quoniam purus homo potest esse plenè Sanctus, aptumque exemplum imitationis. Quæ omnia ante Nestorium in Gallia & Hispania Leporius Presbyter, aliique Pelagiani docuerunt, ut supra audivimus à Vincentio Lerinensi, Sancto Augustino, Joanne Cassiano, Vitali & Constantio Episcopis Hispanis, & Capreolo Archiepiscopo Carthaginensi. Docuerunt patere in Christo Domino, quid sibi ipsi dare possit humana libertas. Quò enim evectus ille, crediderunt per humana merita ascendere posse hominem quemvis. Hinc enim & Ibas Edesseus Episcopus accusatus fuit dixisse: *Non invideo*

L. 1. Conc. Eph. c. 18.

Post. Ep. 4.

Christo,

Christo, quia Deus factus est, quoniam si volo, so & ego.

Capiebat Nestorius Julianum inducere ad Principem, ad hæsit illi aqua ob metum Pontificis Cælestini. Hunc ergo prius consuluit, exponens dictorum Episcoporum, quasi temporibus Christianis persecutionem pastorum, ad se & ad Principem miserabiles ac importunos clamores, unaque proprias querimonias de grafsantibus in Ecclesia sua Apollinaristis, qui fidem Nicænam prævaricati Sanctam Virginem, & quidem sine horrore, dicerent DEIPARAM. Sese dixit ab illis admodum vexari. Erant ejus impietati resistentes orthodoxi Clerici Constantinopolitani, quos supra per ipsum dixi excommunicatos, degradatos, civitate ejectionis.

Afflicti hi auxilium & solatium quaerere ab aliis Episcopis, Sancto præsertim Cyrillo, Patriarcha Alexandrino, viro potente in opere & sermone. Huc usque enim Alexandrini Episcopi nescio quid potestatis ambierunt & habuerunt in Ecclesiam Regiæ civitatis, adeo ut nuper Arcadius Augustus ad consecrandum Sanctum Joannem Chrysostomum, sexto Nicæno & secundo Constantinopolitano Canone non obstante, evocaret Theophilum, Sancti Cyrilli Patrum, & proximum in throno Alexandrino Antecessorem. Etiam suos Emisarios habuit Nestorius, præsertim ad Joannem Antiochenum, fenum nuper Episcopum, sub Theodoro Mopsuesteno condiscipulum, & ad Regiæ civitatis Episcopatum promotorem, nec non ad Acacium Berthæensem Episcopum, summæ auctoritatis senem, & in Antiocheno Patriarchatu quasi Patrem & Magistrum omnium Episcoporum. Addidit suas & Photii Presbyteri sui Exegesef, varioque libellos, quos sparfit per omnes Dioceses, etiam inter Sancti Cyrilli Monachos, ipsamque Ecclesiam Romanam. Audiamus rem ex litteris Sancti Cælestini Pontificis ad Clerum & populum Constantinopolitanum, & litteris Sancti Cyrilli ad Juvenalem Episcopum Hierosolymæ. *Romanam Ecclesiam in suam sententiam pertrahere se posse arbitratus scripsit ad ejusdem Ecclesiæ Episcopum Cælestinum, eisque litteris dogmatum suorum pervertitatem inseruit. Mist eadem & multas quoque Exegesef, seu potius quosdam earum quaterniones aut compendia, blasphemis plena, propriæque subscriptione signata. Ità Papales aures, dum cæcus, vetusto hæreticorum more, prævenire & circumscribere posse præsumit, implacabiliter offēdit, seipsum prodidit, dictorum Monachorum silentium mutavit in clamorem, Sanctum Cyrillum ad pugnam coegit.*

Hominis tamen honori parcens per familiares litteras amicè primùm tentavit Cyrillus, vitiosque est Eroneo reduxisse ad mentem. Etenim ejus Presbyter & Legatus Lampo retulit pariformes, licet falsis & dentis non penitus vacuas, responsorias, ac ipse mali auctor Anastasius Presbyter protestatus est eadem se cum Cyrillo credere & docere. At facta erant omnia, & ad Cyrillum, quem metuebant unicum, per infidias calumnias evertendum præparamenta. Illum Principi reddidere adeo exosum, ut per sacram Divalem correptus fuerit, de versutia, audacia, protervia, usurpato imperio, turbata Ec-

Christi. Lupi Oper. Tom. II.

clesia, ipsaque etiam domo Augusta. Nempè retulerant hæc quorundam Alexandrinorum, quos castigat, de illo criminationes: *Quod cæcos & egenos per injuriam opprimeret, ferrum in matrem strinxisset, ancilla præsidio aurum alienum abstulisset, ejusmodi improbitatu suspicione semper laborasset; quod eadem pararet Nestorio, quæ ejus Patruus Theophilus in Sanctum Joannem Chrysostomum, Regiæ item civitatis Episcopum, nuper patrasset. Elucidat hæc Socrates dicens de Cyrillo. *Cyrillus in sede Episcopali collocatus majorem principatum, quam unquam Theophilus Antecessor habuisset, pariter sibi assumpsit. Etenim ex illo tempore Episcopus Alexandrinus præter Cleri dominatum rerum præterea secularium principatum acquisivit.* Refert & ejus cum Oreste Egypti Præfecto Augustali duras contentiones de laica in Diocesim potestate, cujus usurpatæ etiam Sanctum Athanasium apud Constantium Augustum criminati Eusebiani impetrarunt proscripti tamquam reum læsæ Majestatis. An ex usurpatione, an ex Constantini dono egerit uterque Sanctus Episcopus, nolim hic discutere. Certè exinde uterque Principi fuit non modicè invisus.*

Apertum igitur cum Nestorio bellum inchoarunt Clerici per ipsum dejecti & ejectionis, appellantes ad Cælestinum Pontificem, proponentesque libellum contestatorum hac Epigraphæ. *Contestatio proposita à Clericis Constantinopolitanis, & in conspectu Ecclesie publicata, quod Nestorius ejusdem sit sententiæ cum Paulo Samosateno, antecentum sexaginta annos ab orthodoxis Episcopis anathemate condemnato.* Libello tamen ob Principis metum communicare, aut auctoritatem dare, vel sese à Nestorii communione segregare ausus non fuit Cyrillus, attamen per iteratas, easque acres litteras illum monuit de hæresi, & omnes has tragœdias per Possidonium Diaconum retulit Pontifici Cælestino, addens hoc, à Petro Alexandriæ Presbytero & Notariis in Synodo Ephesina Primicerio recitatum, mandatum. *Si litteras Nestorii & expositionum codices redditis Pontifici compereris, & tu quoque meas litteras redde; sin autem, ne reddas, sed hoc referas.* Nolebat enim sine firmis probationibus apud Papam aculare. Possidonius ergo cum comperisset tam Epistolæ, quam expositiones illius fuisse exhibitas, compulsum est ipse quoque, quas ferebat, exhibere. Quocirca & Cælestinus muneri suo non defuit. Fecit Synodum ex Episcopis tum in urbe per occasionem repertis, de quibus scribit Sanctus Cyrillus ad Joannem Patriarcham Antiochenum. *Qui cum Exegesefon ejus quaterniones legissent, multisque confessibus & consultationibus habitis examinassent, illarum auctorem non absque indignatione exhibilarunt, palam asserentes novam illum, eamque perniciosissimam, & à nullo veterum hæreticorum unquam excogitam hæresim moliri.*

Hinc ergo Pontifex appellantes & afflictos Clericos communioni & gradui reddidit, accepitque in Sedis Apostolicæ protectionem; Nestorium de admisis in Regiam urbem & suum alloquium Ex-Episcopis Pelagianis, violata Dominicæ Incarnationis fide, & præsertim de damnata voce, DEIPARA, gravissimè increpuit, eam publicè in Ecclesia laudari & probari, tamquam unum è dogmatis Christiani fundamentis

Cap. 8.

L. 7. c. 7.

L. 1. c. 11.

L. 1. c. 11.

L. 1. c. 11.

L. 1. c. 11.

justit intra decem dies à recepto hoc mandato, idque sub reatu perendi ipso facto Episcopatum & communionem, cadendique etiam extra laicos; hujus sententiæ per omnes Orientales Ecclesias publicationem & executionem delegavit Sancto Cyrillo, nec non in hac omni causa plenas vices Apostolicæ Sedis. Quæ omnia non tantummodo ad Cyrillum & Nestorium, sed etiam per speciales litteras scripsit ad Clerum, & populum Constantinopolitanum, Joannem Patriarcham Antiochenum, Juvenalem Episcopum Hierosolymitanum, Rufum Theſſalonicensem, & Flavianum Philippensem. Exstant Epistolæ in prima parte Concilii Ephesini.

C. 18. 19.
21. 24. 25.

F. 323.

Quomodo Sanctus Cyrillus injunctum onus adimplerit, recitat in Ephesina Synodo laudatus Petrus Presbyter ac Primitivus Notariorum. Non solum ea, quæ Cælestinus sanctissimus sacratissimusque Romanæ Ecclesiæ Episcopus ad Reverendissimum Nestorium scripserat, missa & reddita sunt eidem, verum etiam, quæ sanctissimus piissimisque Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus Cyrillus, & universa Ægypti Synodus per Theopemptum & Daniëlem, & Potamonem, & Macarium, religiosissimos Episcopos, ad eundem destinaverunt. Ad se igitur directas Pontificis litteras synodaliter per omnem Ægypti Diocesium publicavit Cyrillus, Nestorio autem inscriptas Constantinopolim misit tradendas in manum propriam solemniter per quatuor Episcopos, & sui jam Apostolici Vicarii & omnis suæ Synodi Legatos: Nequaquam Nestorium, vento abundè plenum, sed Sedis Apostolicæ in Regiæ civitatis Episcopum sententiam judicalem ita jussus honorare. Eiusmodi sententias sic terrificæ pompa mitti & insinuari solitas scribit Felix tertius Pontifex ad Regiæ civitatis & totius Bythinæ Presbyteros & Archimandritas. Addidit Cyrillus & suas litteras synodales. Eodem modo misit aliis laudatis Primatibus Episcopis, attamen per solos suæ Ecclesiæ Clericos, uti in litteris ad Nestorium testatur ipse Joannes Antiochenus. Nempè ipsi non erant rei per Apostolicam sententiam petiti. Eos hortatur Cyrillus ad unanimes litteras, quibus Principi & Senatui suadeant pietati non præferri hominem Nestorium, sed illum, si respicere noluerit, ejici de Episcopatu.

L. 1. c. 2.

Cap. 24.

Synodales Cyrilli ad Nestorium litteræ fuerunt illæ, quas Hypatius Ephesiorum Archi-Episcopus in Collatione Constantinopolitana cum Severianis vocat *Epistolam duodecim Capitulorum*. Nestorium istic non tamquam frater & Collega, sed tamquam Prælatum & Sedis Apostolicæ Legatum tractat Cyrillus, dicens & se & Cælestinum Pontificem nequaquam sola Nicæni Symboli professione contentos, sed velle distinctam horum duodecim Capitulorum, idque intra decem dies, alioquin Romanæ sententiæ executionem non dormituram. *His omnibus*, inquit, *te subscribere, & citra omnem fucum & dolum unâ nobiscum assentiri oportet*. Quapropter duodecim illa Capitula nequaquam sunt folius Cyrilli, sed totius Synodi Ægyptiacæ, quam viris semper sanctissimis atque doctissimis novimus abundasse. Eiusdem formæ synodales misit ad Clerum, populum, & Monachos Constantinopolitanos, mandans, ut sese ostendant germanè Christianos,

Cap. 26.

Nestorii frigida, inutilia, anilia dogmata non attendant; sed eum, si non respiciat, tamquam lupum averſentur, deserantque ejus hæreticam & scabiosam communionem.

Joannes Patriarcha Antiochenus etiam exeruit omnes suæ eloquentiæ vires. Collegit & ipse suæ Dioceseos Synodum, litteras Apostolicas publicavit, eisque edixit ab omnibus obediendum. Nestorium de turbatis Ecclesiis, & negata, quam omnis semper agnovit orthodoxa antiquitas, voce, DEIPARA, graviter arguit, hortatus ad matura cum viris cordatis, quibus detur plena effandi libertas, consilia, & ad imperatam à Romana Ecclesia palinodiam, non futuram ignominiosam nupero exemplo communis magistri Theodori Episcopi Mopſuesteni. *Hoc nostrum*, inquit, *quæſo, consilium admittite, hæc per nos rogatus exequare, nullum dissidii locum, nullum gliscenti novitati fomentum suppedites. Cogita, si priusquam ullæ omnino litteræ Roma missæ forent, multi contra nos existerent infranes, pœnèque intolerabiles, quales nunc futuri sint, tanta ex allatis litteris subministrata fiducia, qualique impostorum adversus nos audacia usuri*. Tantam auctoritatem apud ipsos etiam Patriarchas, eorumque Dioceseos semper habuerunt litteræ & mandata Romana. Addit Joannes. *Nam & Occidens, & Ægyptus, & ipsu quoque Macedonia ab ea unione se abrumperè decreverunt, quam singularis Dei beneficentia per multos Sanctorum Patrum, celeberrimum Episcoporum, & præcipuè per sanctissimi & magni illius Patris Aca-cii Berrhæensis Episcopi sudores molestiasque, communi Ecclesiæ utilitati impertivit*. Laudat unionem & pacem de miserando schismate Eustathiano nuper ab Innocentio primo Pontifice datam Ecclesiæ Antiochenæ. Hanc rursus Joanni Patriarchæ, nisi Nestorio palam valediceret, auferre minabatur Ecclesia Romana.

Cap. 25.

F. 350.

Quomodo autem hæc mandatis & consiliis contumax & vanus Nestorii spiritus obediverit, edixit in Synodo Ephesina Theopemptus Gabaforum Episcopus, Sancti Cyrilli ad Nestorium legatus. *Die dominico, cum Synaxis age-retur, ad Episcopale palatium ascendimus, ibidemque toto præſente Clero, multi-que ex illustribus adstantibus, litteras Cælestini Pontificis Nestorio tradidimus*. Ejus Collega Daniel Darnensium Episcopum eadem confirmavit. *Qui & Flaviano Philippensium Metro-politæ roganti, Dic, quæſo, litteris ab eo sit satisfactum, reposuit. Tunc nobis respondit, ut postero die veniremus, & privatim illum conveniremus. Porro sequenti die redeuntibus aditum interclusit, & responsum nobis dare non est dignatus*. Addidit Theopemptus. *Postero die reversos non admisit, neque quidem satisfecit litteris, sed publicè pro-cione eadem, quæ ante, & his quoque deteriora dogmata proposuit. Neque verò solum ante redditas litteras hæc docebat, sed multò pejora, postquam accepit, docuit, & usque hodie docere non desinit*. Etenim Cyrilli capitula tamquam de Apollinario atque Ario leprosa traduxit, sua illis insana opposuit, datisque palam in reprobum sensum præsumpsit, quod ad Clerum & populum ejus scribit Pontifex Cælestinus. *Quis petitorum Synodi crederet Synodo abfuturum? Eusebiæum in morem ab Apostolicæ Sedis judicio ad generalem appellavit Synodum, appellationi delatum iri credens effe-*

L. 3. Conc.
Eph. c. 23.

stum suspensivum; incensus à Juliano Pelagiani-sta, ejusdem temeritatis jam vetusto attentatore, cui semper à Synodo spem fuisse testatur Cælestinus Pontifex in litteris ad Synodum Ephesinam. Ità duo hi ferocissimi tauri ad cribrandam Ecclesiam scelerata cornua conjunxerunt. Quin immò desperatum Nestorium appellasse ad Dei tribunal & cœlestem Synodum, testatur in precibus Theodosio Augusto exhibitis Dalmatius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyter & Archimandrita. Et quidem Nestorii recta & pura esse, Cyrilli autem capitula fetere credidit, à Joanne Antiocheno Nestorium quoad solas voces hallucinari existimante non seductus, sed circumscriptus Theodosius Augustus: Undè & in ipsa Sacra, qua ad Synodum evocavit, huic impropere Capitulorum scabiem, addens plenam dogmatis pacem esse inter suum Imperium & Sacerdotium Constantinopolitanum. Cyrillum, teste Liberato Carthaginensi, compescendum duxit à Nestorii persecutione.

Epist. 11.

L. 1. c. 30.

Cap. 31.

Cap. 30.

Nihilominus Ecclesiæ ejusdem veraciter fideles Clerici, Monachi, & laici palam sese retraxerunt ab Episcopi sui communionem ad primam Christianitatis basim, Ecclesiam Romanam. Laudatus Dalmatius, & plures cum suo grege Archimandrita, Episcopale palatium & consistorium intrantes, homini in faciem restiterunt. *Simplex quidam Monachus, zelo vehementi instigatus, in medium Ecclesiæ progressus, impietatis præconem, quod hæreticus esset, quodque populi Synaxis haberetur, ab ingressu prohibuit*. Impietatis ille in publica Synaxi Præco fuisse creditur Dorotheus Episcopus Maricanopolitanus, fidiſſimus Nestorii Satelles. Quin immò, quod Theodosius Augustus ad hæc circumventus hæcatur, populus publicè exclamavit: *Regulum habemus, Episcopum non habemus*. Quæ omnia Nestorium egerunt in rabiem, & ex Christiano Episcopo fecerunt gentilem tyrannum. Omnes namque, etiam Clericos & Archimandritas, sibi adversantes, ferro victos, tradidit Præfecto urbis affligendos publicis carceribus & flagris, quæ omnia in laudati Dalmatii precibus videantur. De Principe & Palatio confusus jactabat futurum se Synodi promissæ Præsidem, atque ita omnem sub cœlo, Romanam etiam, Ecclesiam cogendam ad suum dogma. Quare per Orientis Ecclesias ab hoc INCENDIO ardebant omnia: Neque jam solus ipse, sed & omnes ejus carnificium passii orthodoxi postulabant Synodum, ideòque & Cælestinus Pontifex & Augustus Theodosius annuerunt.

CAPUT SECUNDUM.

Ephesina Synodi Præses, Episcopi, Comes, locus, tempus,

Hanc nostram Synodum fuisse de consensu Cælestini Pontificis indictam testatur Gelasius Pontifex in prima sua Synodo Romana. Et ipsa Synodus in variis ad varios Relationibus assidue dicit se convenisse secundum Canones: utique Apostolicos & Divinos, à quibus nullam sine

Romani Pontificis adsensu permitti generalem Synodum, supra est abundè ostensum. Theodosii Augusti Tractoriæ Divales fuerunt dumtaxat executoriæ mandati Apostolici: Generales enim Synodos *Apostolicæ Sedis jussione & imperiali convocatio-ne*, semper olim fieri consuetas rectè scribit Hincmarus Episcopus Remensis.

Epist. 33.
c. 20.

In Edicto Chalcedonenſis Synodi confirmatoriò ait Marcianus Augustus veritatis in Synodo Ephesina Duces fuisse Cælestinum Romanæ urbis, & Cyrillum Episcopum civitatis Alexandrinæ. Ad illam enim, & ejus Præſidentiam invitatus Cælestinus Pontifex sese ex more excusavit, viceque suas delegavit Sancto Cyrillo, qui assidue in actis synodalibus dicitur Præses, Episcopus Ephesi existens caput, obtinens locum Cælestini sanctissimi & sacratissimi Romanæ Ecclesiæ Archi-Episcopi. Res notissima non est gravanda probationibus. Et sanè grandia Cyrilli adversus Nestorium merita honorem hunc merebantur. Aliam causam dant Dioſcorus Presbyter & Chæremon Lector, Ecclesiæ Alexandrinæ Apocrifarii, in precibus Constantinopoli exhibitis Crescentio & Germano Episcopis, Anastasii secundi Pontificis ad Anastasium Augustum legatis, quod Romana & Alexandrina Ecclesiæ ab eodem Sancto Petro Apostolo fundatæ sint, semper non tantum in fide, sed & in ritibus fuerint concordæ, atque hinc factum, ut si quando contigerit in rebus ambiguis quædam Episcoporum concilia celebrari, sanctissimus is, qui Romanæ Ecclesiæ præſideret, Reverendissimum Ecclesiæ Alexandrinæ Archi-Episcopum deligeret, ut sui loci curam susceperet. Nam & Sanctus Marcus gessit vices Sancti Petri. Quam rationem urget & Sanctus Leo magnus in litteris ad Dioſcorum Alexandriæ Episcopum adhuc orthodoxum.

Epist. 81.
c. 1.

Quomodo Cælestinus Pontifex Præſidentiam honorarit, exponit Photius in Nomo-Canone. *Hujus temporis Patriarcha Alexandrinus jus habet, ut cum Phrygio celebret. Habuit autem hanc facultatem Sanctus Cyrillus Alexandrinus à Romano Papa Cælestino, quando coacta est Ephesina Synodus adversus Nestorium. Cum non posset Cælestinus adesse Ephesi & judicare Nestorium, visum est, ut Sancto Cyrillo à Cælestino permetteretur huic Synodo præſidere. Ut itaque constaret eum habere jus & auctoritatem Papæ, sedit cum Phrygio, & condemnavit Nestorium. Ab eo ergo tempore cum eodem Phrygio sacra celebrant & procedunt Patriarchæ Alexandrini, nec veniunt reprehendi*. Attestatur Nicephorus Calixtus, addens & PAPÆ titulum Cyrillo & ejus successoribus à Cælestino indultum. Porro Phrygium esse Mitram Episcopalem opere Phrygio ornatam, aut quoddam ejus genus, testantur Sanctus Petrus Damiani, & Sugerius Sancti Dionysii Abbas in vita Ludovici Grossi Francorum Regis. Addit Photius, *Nec veniunt reprehendi*: Utique tamquam patrii moris transgressores. Græcorum enim Episcopos passim non uti Mitra, affirmat Jacobus de Vitriaco in historia Hierosolymitana, agens de Maronitis ad Romanæ Ecclesiæ obedientiam conversis. *Cum omnes alii Orientales Prælati, exceptis dumtaxat Latinis, annulis & mitris Pontificalibus non utantur, nec baculos Pastoralis gestent in manibus, nec usum habeant campanarum, sed percussis baculo vel malleo tabulis populium ad Ecclesiam soliti sint congregare; Maronitæ in signum obedientiæ consuetudines &*

T. 9. c. 1.

L. 14. c. 34.

L. 3. Ep. 10.
c. 9. 11.

L. 1. c. 77.

L. 1. Conc. Ephefin. c. 35. edendorum Decretorum executorem, donatum hac potestate & mandatis. Candidianum preclarissimum religiosorum Domesticorum Comitum ad sacram vestram Synodum abire iussimus, sed ea lege & conditione, ut cum questionibus & controversiis, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quidquid commune habeat: Nefas est enim, qui sanctissimorum Episcoporum catalogo adscriptus non est, illum Ecclesiasticis negotiis & consultationibus sese immiscere. Ejus munus erat Monachos & sæculares, ad Synodum quasi ad spectaculum confluentes, & quandoque turbis studentes, & evitate pellere, impedire Episcoporum in disputando lites, eis adversus Patriarcharum, & Primatum violentiam stabilire dicendi & suffragandi libertatem, nullum Episcopum ante decreta & definita omnia permittere abire à Synodo, ne quidem ad Comitatum, tandemque efficere, ut quam citissimis finis omnibus imponeretur. Hinc addidit sacra Divalis. Ne ullam omnino aut Ecclesiasticam, aut aliam quamcumque controversiam, undecumque natam vel motam, quæ ad propositam sancti dogmatis considerationem non pertineat, ante moveri sinat Comes Candidianus, quam eorum omnium, quæ nunc in questionem vocata sunt, ambiguitate soluta, ea, quæ ad veritatis investigationem faciunt, exactissimo iudicio disceptantur, finemque orthodoxæ Religionis congruum sortiantur. Eodem fine etiam publica Ephesiorum tribunalia iussa sunt penitus filere.

Adjunctus est & Irenæus Comes, de quo Sacra. Magnificentissimus Comes Irenæus neque sanctissimæ vestræ Synodi Consiliis, neque his, quæ Eximio Legato nostro Candidiano à nobis demandata sunt, ullatenus communicare debet: ut qui solius amicitia causa cum piissimo hujus celeberrimæ civitatis Episcopo Nestorio Ephesum profectus sit. Etiam Candidianus fuit Nestorio nimium amicus: Amborum pro illo in Synodo tragœdias statim edidderemus.

Synodi locus fuit Ephesina civitas, caput totius Dioceseos Asiaticæ. Rationem edicit Theodosius Augustus in litteris ad Patres missis per Joannem Comitum Sacrorum. Deputavimus Ephesiorum civitatem, terra marique accessu percommodatam, ibique diversantibus necessaria suppeditantem affatim è navibus apportatisque fructibus. At Domini Dei, in cuius manu sunt & vertuntur corda Regum, ratio videtur fuisse longè alia. Primatialis Ephesiorum Ecclesia MARIE DEIPARÆ erat consecrata, arque istic ab ipsis etiam lapidibus voluit ille blasphemam Nestorii linguam confundi. Quod Memnon Ephesiorum Episcopus orthodoxis Patribus magnam Ecclesiam aperuerit, idoneamque concessus sedem ibidem præparaverit, scribit ad Principem ipse Nestorius. Quædam tamen Actiones celebratæ fuerunt in domo Episcopali, ob schisma Joannis Antiocheni.

Indicta fuit Synodus Theodosii Junioris tertio decimo, & Valentiniani tertii Augusti consulari tertio, Domini quadragesimo trigesimo, Celestini Pontificis quarto, Nestorii Episcopi anno secundo. Sacra Principum tractoria data est decimo tertio Kalendas Decembres, traxitque ad anni sequentis, habentis Consules Bassium & Antiochum, Paschale festum die decimo nono Aprilis, diem Pentecostes, septimum mensis Junii. Etenim inchoata fuit Synodus decimo Kalendas Julias, dixitque tunc Memnon Episcopus Ephe-

nus: A presbiteris die in piis & religiosis litteris præterire sexdecim dies. Evagrius Scholasticus Epiphaniensis præterisse dixit solos quindecim. Nempe inceptæ Synodi diem unus includit, excludit alter, adeoque indicta fuit illa in diem dictum. Paucis ante indictionem mensibus obierat Sanctus Augustinus.

CAPUT TERTIUM.

Acta Synodi de Nestorii dogmate & persona.

Continuo, inquit Liberatus Carthaginensis, post Paschalem festivitatem Nestorius cum maxima multitudine venit Ephesum, & invenit plurimos Episcopos collectos. Fuisse populi, utique Irenæum Comitum sequentis, multitudinem, qua terribilem adversariis se ostentavit, Socrates testatur. Suo item tempore adfuit Cyrillus, turbatissimo mari adgressus iter, & cum illo per viam periculosè luctatus; pro reparando dogmate etiam paratus ad moriendum, uti scribit in libro Apologetico ad Principem. Adfuerunt & alii supra memorati Primates Episcopi: unus defuit Joannes Antiochenus.

Synodus statim in ipso exordio divisa fuit in duas communionem. Modica Nestorio, major & sanior pars adhæsit Cyrillo, præsertim verò Memnon Ephesinus, à factione Nestoriana passim dictus Cyrilli Satelles. Sacrosanctum Pentecostes diem ne in eadem quidem Ecclesia sustinerent celebrare: Orthodoxis in DFIPARÆ magna & primatialis relicta, Nestoriani occupare venturam Basilicam Sancti Joannis Evangelistæ; at intercessit, tanquam loci Ordinarius, laudatus Memnon, de quo postmodum apud Joannem Antiochenum factio est quæstæ. Sanctas Ecclesias, sanctasque Martyrum aedes, ac sanctam quoque Joannis Apostoli Basilicam præcluserit, & ne sacrum quidem Pentecostes diem religiosissimis Episcopis celebrare permittit, extrema comminatus, nisi confuso eorum concilio se adungerent. Nec sibi orare istic permittum, queritur factio in Relatione ad Senatorem Constantinopolitanum. Addit in Relatione ad Principem Nestorius etiam reis illuc confugientibus negatum asyllum. Fecisse hæc, & civitatem turbis implevisse accusatus fuit Memnon per collectam multitudinem agræ. Tractabat eos tamquam schismaticos, palamque pollutos contagiosa communione Nestorii hæretici professi, utpotè qui in ipso Synodi loco cum Episcopis disputans quotidie antiquum virus vomeret, & coram Theodoro Ancyre atque Acacio Melitine Archi-Episcopis orthodoxis Christum Dominum & benedictam Matrem ejus impudentissimè blasphemasset. Et hinc etiam non otiosus Cyrillus deflorationes quasdam librorum Nestorii faciebat, cum perturbare, id est, in Synodo de hæresi convincere volens: Erat enim, ut dicitur, ejus inimicus. Immo eum patiebatur inimicum calumniosissimum.

Ephesinam iterum viam carpebat cum suis Episcopis

Episcopis Joannes Patriarcha Antiochenus, & ab omnibus expectatus hæc scripsit ad Cyrillum. Tandem post multas exantatas itineris molestias, Sanctitatis tue precibus adjutus, præ foribus sum. Nam triginta totos dies (tot enim spaciis intercapedo postulat) iter usque facio, nihil quidquam quietis mihi prorsus indulgens: Multis interim religiosissimis Episcopis ob itineris difficultatem graviter afflictis, neque paucis quoque jumentis ob continuum prosecutionis laborem exhaustis. Decimo sexto post Pentecosten die Ephesum advenerunt Alexander Apameensis fecundæ Syriæ, & Alexander Hierapolitanus Provincia Eufrateis Episcopi Metropolitæ, Synodo de nimis Joannis eorum Patriarchæ cunctationibus querenti dicentes: Mandavit nobis, ut Pietati vestræ indicemus, ne Synodum prorogetis, si ipsam amplius tardare contigerit, sed potius, quod opus est facto, id fiat. Non fuisse mentitos ostendit in libro ad Principem Apologetico Sanctus Cyrillus ex firma deinceps amicitia inter illos & Joannem. Hunc etiam sibi usque huc fuisse amicum & benevolam ibidem testatur. Undè & biduo ante inchoatum confessum illi rescriptis, quod universa Synodus ejus adventum præstolaretur. Vera tardationis causa latet in obscuro. Evagrius Epiphaniensis studiosam illi apologiam texit; suum de illa sensum edicit Synodus in Relatione ad Celestinum Papam. Certò constabat Joannem detestare confessum: vel quod amicitia, quæ illi cum Nestorio intercedebat, indulgeret, vel quod in Ecclesie sue fuit Clericus, vel etiam quod quorundam pro illo deprecationibus morem gereret. Nestorium, suum Presbyterum & sub Theodoro Mopsuestiensis condiscipulum, ad Episcopatum Constantinopolitanum strenuè Joannes commendarat, ideoque de illius hæresi, superbia, tyrannide, necessaria damnatione, turbatissime per ipsum Ecclesia & Republica nolebat publicè perfundi iusto pudore, uti ad quosdam de Clero Constantinopolitano scribit Sanctus Cyrillus.

Dudum transierat dies Synodo præfixus, multi Episcopi in ægritudinem inciderant, nonnulli etiam extremum diem clauserant, ex tædio quidam discesserant, reliqui ætate confecti, aut inopia preffici clamabant Joannem studio abesse, ideoque inchoandum Synodum, præsertim post auditos duos memoratos Alexandros Metropolitas. Quocirca decimo Kalendas Julias primam Actionem inchoavit Cyrillus, & ad Juvenalis Episcopi Hierosolymitani interlocutionem lectæ primùm sunt Sacre Divales ad Synodum, quod sint veluti fax quædam præscribens formam & ordinem gerendorum. Legit ipse Comes Candidianus, invitatus tamen & coactus, cum Episcopis Nestorianis ob Joannis Antiocheni absentiam protestatus non inchoandum Synodum, volensque Cyrillum stare inter reos. Hæc erat paratura ad turbas inter ipsum & Joannem pro Nestorio jam pridem conceptas. Quod à Sacra ad Canones proclamarent Episcopi exivit ille de Synodo, postmodumque questus est se fuisse expulsum.

Quoniam utile per inutile non vitiatur, ex Sacra præscripto volebat Cyrillus absque Nestorio inchoare discussionem fidei, producens suas ex ejus libris deflorationes; verum Theodotus Ancyre Episcopus ac Primæ Galatiæ Metropolita intercessit, suadens evocari & adesse Erronem. Christ. Lupi Oper. Tom. II.

Rationem conjicio ex litteris Celestini Pontificis ad hanc Cyrilli questionem, propositam paucis ante Synodum diebus. Utrum sancta Synodus recipere debeat hominem à se prædicata damnantem; an quia induciarum tempus emensum est, sententia dudum lata perduret? Induciarum tempus erant decem dies Nestorio ad palinodiam à Romana Ecclesia præfixi. Apostolicum Vicarius in Synodo futurus Cyrillus rogat, nùm Nestorius, si ad mentem redeat, sit dignandus gratia, recipiendusque non tantum in communionem, sed & in gradum Episcopalem. Servanda illi videbatur antiqua Regula, solos seductos aut circumscriptos Episcopos & Clericos reddens gradui, ipso erroris auctore inter laicos relicto: ita puniendus videbatur homo in Sedem Apostolicam contumax. Plenè tamen restituendum Pontifex rescriptis, idque in gratiam Principis, palam hominem diligentis. Hinc illum ante omnia vocandum, & modo quovis tentandum etiam Synodo Theodotus persuasit.

Porò in libello ad Nicolaum primum Pontificem misso dicit Sanctus Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus: Lex est, ut citatus à Synodo Episcopus per duos Episcopos vocetur, & hoc iterum ac tertio. Tribus ergo vicibus etiam per quatuor Episcopos ad Synodum peremptoriè citatus fuit Nestorius, prima vice respondens: Mecum delibero, & si quidem venire me oportuerit, veniam. Altera non fecit sui copiam, per Florentium Candidiani Comitum Tribunum appellans ad adventum Joannis Antiocheni. Citationis tertie eventum edicit Joannes Episcopus Ephesti unus è Synodi Legatis. Diu, multumque præsolati ne sub umbra quidem ab illius Satellitibus consistere permittis sumus, immò insolenter & impudenter huc illucque nos impellentes vix tantillum loci concedebant, ubi pedem securè sgeremus. Sed neque ullo humano responso nos dignabantur. Omnes suos tùm Legatos redisse militum contumelia & conviciis oneratos queritur Synodus in Relatione ad Principem. Nestorii namque Satellites erant Comitum Candidiani milites, armati fustibus, vestibulo adhibiti custodes, ne quis è Synodo ad illum ingrederetur. Ejus Clerici erant militum focii & retores. Et huc respicit Celestinus Pontifex in litteris ad Clerum & populum Constantinopolitanum: Quis petitiorem Synodi crederet Synodo abfuturum? Etiam quarta vocatione hominem honorandum, utpotè Principi charum Regiæ civitatis Episcopum, censebat Juvenalis Hierosolymitanus; at dicta in Episcopos militaris injuria impedivit.

Et hinc oritur quæstio, quomodo Nestorius ab ipsa Synodo usque ad latam in ipsum depositionis sententiam assidue vocetur religiosissimus, reverendissimus, piissimus Episcopus. Exindè sanè quidam existimant appellationi à Romana sententia ad generalem Synodum interjectæ ab ipso hic Ephesino Concilio permitti & adscribi effectum suspensivum. Etenim præfixarum à Celestino Pontifice induciarum tempus jam dudum effluxerat, adeoque non nisi appellationis beneficio poterat Nestorius esse Episcopus.

Quæstio hæc est quasi ea ipsa, quam statim audivimus Celestino Pontifici propositam à Sancto Cyrillo, Nestorium non amplius Episcopum, sed hominem vocante, idque ob lapsum tempus

induciarum. Eadem de causa iudicavit non vocandum ad discussionem dogmatis, utporè jam Ex Episcopum, in quem depositionis sententia non ferenda erat, sed dumtaxat confirmanda. Pareor tamen illi appellanti datum fuisse effectum suspensivum, nequaquam per Canones, sed ob violentos affectus circumscripti Theodosii Augusti. Sacras iussiones Canonibus adversas semper sprevit atque exsufflavit Ecclesia, attemen cum moderamine, ex quo Sanctus Gregorius magnus scribit ad Anatolium Diaconum Ecclesie Constantinopolitane. *Quod piissimus Imperator fecerit, si canonicum est, sequimur; si vero canonicum non est, in quantum sine peccato nostro vatemus, portamus.*

L. 9. Ep.
41.

Tandem ergò sine Nestorio ad dogmatisquisitionem processit Synodus, & post Nicænum Symbolum, generalem fidei Regulam, Celestini Pontificis nec non Sancti Cyrilli de præsentiquæstione litteras lectas unanimi suffragio comprobavit, tamquam laudato Symbolo per omnia conformes; Etiam Epistolam duodecim Capitulorum, Celestinum fuisse virum illustrem, ejusque Epistolam penitus Divinam testatur Evagrius Epiphaniensis. Lectæ sunt etiam Nestorii litteræ & Capitula, exclamaruntque omnes simul Episcopi, *Quicumque Nestorium non anathematizat, anathema sit. Omnes Nestorii Epistolam & dogmata anathematizamus: Omnes hereticum Nestorium anathematizamus. Omnes eos, qui cum Nestorio communicant, anathematizamus.*

L. 1. c. 4.

Accessit Theodotus, Ancyrae Episcopus & primæ Galatiæ Metropoli, testans sibi in ipsa Ephesina civitate palam coram multis Episcopis dictum à disceprante Nestorio: *Ego bimestrem aut trimestrem Deum non appellavero, Acacius Melitinae Episcopus & secundæ Armeniæ Metropoli depositus se partim à Nestorio, partim ab ejus Episcopis audisse tria. Primò, Deum Verbum non esse incarnatum, aut certè Patrem & Spiritum sanctum incarnatos unà cum ipso; Unam namque sine aliis personam incarnari non posse, fuit unum è palmaribus Nestorii fundamentis. Secundo, Alium esse Filium, qui mortem subijt, alium Dei Verbum. Tertiò, Judæos non in Deum, sed in hominem impios existisse.*

Hinc interlocutus est Flavianus Metropoli Philippensis, Vicariusque Rufi Archiepiscopi Thessalonicensis. *Consequens est, ut beatorum Patrum nostrorum sententiæ ad præsens institutum facientes in medium proferantur, prolataque & lectæ in acta referantur.* Neque enim Synodorum est novas dogmatum revelationes in Deo accipere, sed Prophetis ac Apostolis olim factas per adstantem Sanctum Jesu Christi Spiritum interpretari, idque ex illis, ad quos in Timotheo dixit Apostolus: *Depositum custodi.* Utique Divinum Christiani dogmatis depositum, a Apostolis à Christo, Christo traditum à Deo, quod eidem Apostoli tradidere proximis sibi Episcopis etiam ad nos & nostros ad usque sæculum finem successores sub fidei sigillis traducendum. Hinc dogmaticam suam Epistolam adversus Eutychianorum criminationes defendens Sanctus Leo magnus sufficere duxit hoc verbum: *A Sanctorum Patrum confessione non recessi.* Et ad Græcos suos in Florentina Synodo verissimè dixit Bessarion Metropoli Nicænus Concilii generalibus Sanctos Patres semper fuis-

Orat. dog.
mat. c. 3.

se regulam & gloriam veritatis.

Lectæ itaque sunt varia variorum Patrum de controverso dogmate testimonia. Lectæ item & illis collatæ schedæ ex Nestorii libris desloratæ, exclamavitque ad lectionis medium laudatus Flavianus. *Horrenda & blasphemata sunt Nestorii dicta, neque aures nostræ hinc amplius inquinari ferunt.* Quare tandem lata est in illum hæc sententia. *Cum præter cetera impiissimus Nestorius neque nostræ citationi parere, neque sanctissimos religiosissimosque Episcopos à nobis destinatos admittere voluerit, non potuimus ad eorum, quæ impiè docuit, examinationem animum non adiungere.* Deprehendentes itaque partim ex litteris commentariisque ipsius hic publicè lectis; partim è sermonibus, quos nuperimè in hac Ephesorum Metropoli habuit, quique testimoniis comperti sunt, illum impiè sentire & prædicare: *Coacti per sacros Canones & Epistolam sanctissimi Patris nostri & Commissarii Celestini, Romanæ Ecclesie Episcopi, lacrymis subindè persufi, ad hanc lugubrem contra eum sententiam necessariò venimus.* Igitur Dominus noster Jesus Christus, quem suis ille blasphemis vocibus impetivit, per sanctissimam hanc Synodum eundem Nestorium Episcopali dignitate privatum, & ab universo Sacerdotum consortio & cætu alienum esse definit. Celestinum Papam Synodus vocat suum Patrem, per cujus litteras iussa & coacta fuerit ita iudicare: atque ita, illi profiteatur se fuisse.

Gestorum diem, ordinem, finem scribit Sanctus Cyrillus ad Clerum & populum suum Alexandrinum: *Scitote sanctam Synodum in magna civitatis Ephesie Ecclesia, quæ appellatur DEIPARA MARIA, vigesima octava mensis Pauni fuisse factam.* Cum autem totus dies insumptus ibidem esset, tandem damnatum blasphemum Nestorium, nec ad sanctam Synodum audentem accedere, depositionis sententiæ subiecit, & ab Episcopatus gradu amovimus. Episcopi autem, qui convenimus, ducenti circiter eramus, plus, minus. Universus verò civitatis populus à primo diei ortu usque ad vesperam sanctæ Synodi iudicium præstolabatur. Ut autem auditum est, illum blasphemiarum auctorem sua dignitate privatum esse, omnes una voce sanctam Synodum laudare, Deumque glorificare cœperunt, quoniam fidei hostis cecidisset. Neque his contenti, nos quoque, ubi primùm ex Ecclesia egressi fuimus, cum facibus & tædis usque ad diversorium deduxerunt. Erat enim vespera. Multa passim lætitia, multa etiam luminaria accensa, ita ut nonnullæ quoque mulieres, thuribula gestantes, antecederent nos. Fuisse diem vigesimam octavam mensis Pauni iuxta Alexandrinos, scribit etiam in litteris ad Clerum Constantinopolitanum.

Altero die sententia fuit Nestorio insinuata per litteras synodales, quarum hæc Epigraphe: *Sancta Synodus Nestorio, novo Judæ.* Reverà novus Judas. Etenim & Judas Christum Dominum, quod se Deum & Dei Filium diceret, tamquam hominem blasphemum Judæis vendidit, primusque, teste Theophylacto Bulgarorum Archiepiscopo, tremendum Eucharistiæ Mysterium enunciat, ipsam à Domino acceptam vivificam buccellam foras prolatam exhibilans, quod eam ille credi vellet esse suam carnem. Litterarum hic fuit textus. *Agnosce te propter impias prædicationes tuas, & adversus Canones contumaciam, vigesimo*

F. 81.

secundo die mensis Junii præsentis, juxta Ecclesiasticarum sanctionum Decreta, à sancta Synodo depositum, atque ab omni Ecclesiastico gradu alienum esse. Et subditur. *Hæc Epistola, die damnationem ejusdem Nestorii proxime consecuta, ad ipsum transmissa est à sancta Synodo.* Quod ipsum de datæ atque insinuatæ sententiæ die aferit Relatio synodalis ad Clerum Constantinopolitanum. Nempè Ægyptii cunctos menses æquales triginta dierum habent, ideòque quoad quinque aut sex dies quandoque ab illis discrepamus.

Proindè insinuatæ sententiæ dies fuit Junii vigesima tertia. Etiam tunc facta est illius publicatio solennis, de qua ad Joannem Antiochenum questus est Comes Candidianus. *Sequenti latam sententiam die, cum penitus, quid actum esset, nescivim, repenti sanctissimum Episcopum Nestorium ab ipsis esse depositum audivi.* Refixi Scripturam illam depositionis publicè propositam, quam ad piissimos Imperatores nostros misi. Paulò post & publicos quoque præcones forum obeuntes, memoratiquè sanctissimi Episcopi Nestorii depositionem solenni pompa ebucinantem audio. *Cum igitur hæc rescivissem, inhibitiones ad illos misi, ne quid omnino præter ea, quæ à religiosissimis nostris Imperatoribus decreta fuerant, molirentur.* Adeò igitur Candidiani reflexionem sprevit Synodus, ut refixam sententiam curarit longè solennius per publicos præcones promulgari, & Canones prævalere Regiis Edictis.

Verùm ab hac sententia mox appellavit Nestorius, & à circumscripto in suum patrocinium Principe per novas preces mendaciis onustas expostulavit novam Synodum, ejusque conatus per similes Relationes strenuè adjuvit Comes Candidianus, etiam in ipsa Ephesorum Metropoli operatus pessima, quæ refert Memnon ejusdem civitatis Episcopus in litteris ad Clerum Constantinopolitanum. *Magnificentissimus Comes Candidianus milites interdum in nos concitans totam civitatem tumultuationibus implet, omniumque simul vitæ necessarium importatione per custodiam nos privat.* Non paucos quoque ex Zeuxippo, qui depositio Nestorio adhaerent, permittit in nos & totam sanctam Synodum contumelias effundere, qui & ob hanc causam aluntur. *Quin etiam nos parva rusticorum multitudo per illos petulantius nos insectantium ex Ecclesiasticis possessionibus convenit.* In Memnonis ac aliorum Asiæ Episcoporum possessiones immisit manum Regiam, earumque rusticos servos movit in dominos: *Quam violentiæ speciem creditur in Sanctum Basilium adinvenisse Valens Imperator Arianus, frequenterque usurpavit Justinianus Augustus.* Zeuxippus Constantinopolitanus erant amplissima militum balnea, adeoque isti contumeliosi fuisse videntur illorum servi. Similes insolentias addidit & Comes Irenæus, de quo synodalis Relatio ad Principem. *Universam sanctam Synodum vehementer conturbavit, tantamque Episcopis formidinem per quasdam tumultuationes & externam incursionem incussit, ut plures è nobis etiam de vita periclitarentur.*

F. 82.

F. 85.

Orthodoxis item Episcopis & mare & terram clauerunt. Audiamus Synodi litteras ad Clerum Constantinopolitanum. *Scias Pietas vestra Ephesum perindè ac carcerem prorsus non inhabitare, in qua jam trimestre spatium usque adeò arctè inclusi tenemur, ut neque per mare, neque per terras liberè*

& absque discrimine quempiam omnino, vel ad pium Comitatum, vel in alium aliquem locum amandare possimus. Nam quotiescumque ea, quæ misimus, reddi contigit, ut tabellarii sexcenta vitæ discrimina evaderent, in alias atque alias formas sese transformare coacti sumus. Quod autem tam diligenter custodimur, hoc aliundè non provenit, quam quod ad piissimos Imperatores omnia contra nos falsò deferuntur. Hinc dudum & Princeps, & omnis ad Synodi successum anhelata civitas Regia de Nestorii depositione & causa nihil sciverunt, nisi mendacia Candidiani, attentantis hanc violentiam vigore Sacrae Divalis, quæ mandabat nemini permitti abitum è Synodo, ne quidem ad Comitatum. Verùm addebat: *Ante omnia decreta & definita.* Quidam tandem mendicis synodales litteras arundineo scipioni includit, mendicando Constantinopolim detulit, tradiditque superius laudato Dalmatio Archimandrita, qui eas primùm Principi, deindè in Sancti Mocii Ecclesia toti populo divulgavit, exclamans & à cunctis exclamari faciens: *Anathema Nestorio.*

CAPUT QUARTUM.

Joannis Patriarchæ Antiocheni
adventus & Acta.

Tandem ergò Ephesum advenit Joannes Patriarcha Antiochenus. Etenim qui ipso cœptæ Synodi die per duos Metropolitas mandarat se non expectandum, per Magistranos Comitum Candidiano promisit se brevi adfuturum, uti in Relatione ad Principem testatur ipse Nestorius. Evagrius Epiphaniensis advenisse dicit quinto die post damnatum Nestorium. Et Comes Candidianus in suis ad illum querimoniis: *Cum ante proximos quinque dies Episcopi in Ecclesia convenissent.* Attamen in græco dumtaxat habetur, *Per hosce dies*, numero non adjecto. Et Relatio synodalis ad Principem missa per Palladium Magistranum. *Joannes Episcopus Antiochenus sanctam Synodum post terminum à vestra Majestate præstitutum supra dies viginti & unum suspensam tenuit.* Relatio per Episcopos Legatos missa illum vix comparuisse dicit die vigesima secunda post tempus præfinitum, id est, die Junii vigesimo octavo, post Nestorium damnatum sexto. At verò Ibas Edessæ Episcopus, è Joannis comitibus & Metropolitibus unus, adeoque testis irrefragabilis, in famosa sua Epistola scribit longè aliter: *Post duos dies damnationis Nestorii venimus in Ephesum.* Quod ipsum dicit in Brevario Liberatus Diaconi Ecclesie Carthaginensis. Est nodus difficilis, cujus solutionem malim ab alio audire.

Cap. 5.

Nestorius ad Principem scribit expectatum fuisse cum suis Metropolitibus & variis Italis atque Siciliae Episcopis. Verùm quid Italis & Siculis cum Patriarcha Antiocheno? Exponit Sanctus Cyrillus in libro ad Principem Apologetico: *Erant factionis illius socii virt exules, Celestiani depositi, Nestorianæque demeritæ satellites.* Julianus, Orontius, alique Ex-Episcopi Pelagiani ob ri-

gida Celestini Pontificis mandata dimissi à Nestorio ex Regia urbe, abjere Antiochiam ad Joannem, haud dubie litteris formati commendari, & tamquam desperati adversus Romanam Ecclesiam lupi cum eodem Joanne venerunt Ephesum, turbas dudum mente dispositas facturi. Synodalis ad Principem Relatio Nestorii & Joannis in unum conflatas factiones fuisse dicit Episcopos solummodò septem & tringenta, adducitque nomina singulorum, adducta etiam in superiùs à nobis expolito Canonum Ephesinorum proœmio, in quibusdam tamen variante. Eorum in Sanctum Cyrillum & Memnonem Ephesiorum Episcopum late sententiæ subscribunt quadraginta tres, eoque inter nullus est Pelagianus. Julianus enim & Gerontius, sive Orontius, non sunt Itali, aut Siculi: Prior Larissenus in secunda Syria, posterior est Episcopus Claudiopolitanus.

Joanni adhærebant octo proprii Metropolitæ, quique cum duobus dumtaxat Suffraganeis, uti in suis ad Principem Relationibus frequenter ipse affirmat. Nempè secundæ Syriæ Alexander Apameensis, Phœnicæ Libanensis Joannes Damascenus, Provinciæ Eufatensis Alexander Hierapolitanus, Iauriæ Dexianus Seleucensis, Arabiæ Antiochus Bostrensis, primæ Ciliciæ Helladius Tharsensis, Mesopotamiæ Asterius Amidenus, & secundæ Ciliciæ Metropoli Maximanus Episcopus Anazarbi. Deerant Rhæginus Cypriorum, Provinciæ Osrhoenæ Ibas Edeffenus, Phœnicæ Maritimæ Cyrus Tyriorum, nec non Metropolitæ trium Palæstinarum. Etenim laudatus Cyprius, insignis pro fide orthodoxa pugil, esse Autocephalus; Juvenalis autem Hierosolymitanus haberi ambiebat Apostolicæ Sedis Antistes, novisque Patriarcha trium Palæstinarum. Cyri absentis vices gessit Macarius Episcopus Laodicensis: Lique ex Orientalium synodali legatis suis dato mandato. Ibam adfuisse, rectè adfirmat Facundus Hermianensis ex supra ejus adductis verbis, Venimus Ephesum. Et, Cognoscentibus nobis. Strènue ibidem adversus Sanctum Cyrillum laborasse docent ejus posteriores calamitates. Cur nullis actis subscripserit, nullaque fiat ejus memoria, fateor me ignorare. De Pelagianis, ob Celestini Pontificis mandata, timuit Joannes Antiochenus, ideòque ad suffragium non admisit. Eorum tamen nomina exprimit synodalis ad Celestinum Pontificem Relatio: Julianus, Perfidius, Florus, Marcellinus, Orontius.

Nestorio autem adhærebant Fritilas Hæcæensis Episcopus, Europæ Metropoli, Primasque totius Thraciæ Diœceseos, Bithyniæ Himerius Nicomediensis, secundæ Cappadociæ Eucherius Thyanenensis, secundæ Mæsiæ Metropoli Dorotheus Episcopus Marcianopolitanus, fædus ille Nestorii Palpo, ausus cum voce, DEPARA, omnem sub cælo Ecclesiam anathematizare, & Basilium Thessaliæ Metropoli, unicuique Apostata ex toto Patriarchatu Romano, quem respiciunt hæc verba Relationis synodalis ad Celestinum Pontificem: Nonnulli de iis, qui ex Thessalia fuerunt egressi. Et huc, rhetorice auxereus schemate usus, respicit Facundus Episcopus Hermianensis. Non parvus numerus, aut parva fuit auctoritas illorum etiam Primatum, qui cum Diœceseos Episcopis, sicut erant admoniti; venien-

tes Ephesum cum Sancto Joanne Antiocheno & cæteris Orientalibus senserunt. Novem quippè Provinciarum eis adjuncti erant Episcopi: Id est, Bithyniæ, Pisidiæ, Cappadociæ secundæ, Paphlagoniæ, Europæ, Mæsiæ secundæ, Rhodopæ, Thraciæ, atque Thessaliæ. Loquitur ex schismaticorum istorum ad Principem Relatione, cujus fuit hæc Epigraphæ. Sacra Diœceseos Orientalis Synodus, cæterique unâ cum ipsis ex diversis Provinciis ac Diœcesibus congregati, videlicet ex Bithynia, Pisidia, Cappadocia secundâ, Paphlagonia, Europa, Mæsia, Rhodope, Thessalia. Etenim Episcopi Constantinopolitani omnem Thraciam, Asiaticæ autem ac Ponticæ Diœceseos partem sibi subjugarant, ideòque variæ ilarum Provinciæ Nestorio, ut suo Patriarchæ, adhærebant. Fuisse à Nestorio non tantummodò circumscriptos, sed omninò mente seductos, nequissimosque à vera Synodo & fide Apostatas, ostendit lucidè Relatio synodalis ad Principem, mista per Palladium Magistrianum. Qui diversa à rectâ fide sentiunt, sunt ad tegendam imposturam usque adeò callidi, ut quidam quoque sanctissimi Episcopi, occultato errore à Nestorio, decepti, ei sese adjunxerint, & actis ejus subscripserint: Qui tamen, posteaquam lucidè quid sentiret, essent percunctati, illumque suas blasphemias retegentem comperissent, ab eo desceverunt, sanctæ Synodo se adjunxerunt, & condemnationis sententiam adversus prædictum Nestorium nobiscum tulerunt. Quotquot igitur sese non adjunxerunt Synodo, fuerunt omninò mente corrupti. Quare fallit rursùm Facundus Hermianensis, dicens hosce homines fuisse non parvæ auctoritatis. Attamen Ephesini & Cæsariensis Episcopi, uti Primatialis suæ Autocephaliæ, ita & orthodoxæ fidei mansere tenaces.

Adveniens ergò Joannes à Synodo receptus fuit cum debita reverentia, descripta à Memnone Ephesiorum Episcopo in litteris ad Clerum Constantinopolitanum. Cum sancta Synodus illius adventum appetere intellexisset, honorem, & quam oportuit Sacerdoti, observantiam impendens, quosdam Deo dilectissimos Episcopos cum nonnullis quoque religiosissimis Clericis obviam illi misit, hæc duo sciens, nempè ut debitum illi honorem deferens, simulque ut à Nestorio, à sancta Synodo depositi, colloquio se abstineret, eum commonescians. Ex antiquo Ecclesiæ more, patriarchaliter receptus fuit cum processione, cujus partem fecit se & ipse Synodi Præses Cyrillus; atque ante Ephesi portam sunt dulcibus affatibus invicem amplexi. Pergit Memnon. Cum autem militum comitatu impediti eum per viam alloqui non possent Episcopi, nihilominus pone ad illius usque diversorium consecuti sunt. Multis autem horis ibi præstolantes, neque ullam ejus conveniendi copiam obtinere valentes, militum contumeliis interim onerati, tandem manserunt, donec post diurnam moram, cum videlicet illi ita visum jam esset, piissimos Episcopos & religiosissimos Clericos per milites ad se introduci. Posteaquam verò quæ à sancta Synodo in mandatis habebant, illi exposuissent, per magnificentissimum Comitum Ireneum, cæterosque, qui cum ipso aderant, Episcopos atque Clericos, intolerabiles Communitatis nostris & Clericis plagas inferri permisit, ita ut in viâ discrimen quoque adducti sint. Hæc nihilominus fucare conatus est Joannes apud Comitum Candidiano.

L. Apol. log. ad Principem

didianum. Cum oportuisset, ut illos, qui è tam longa peregrinatione recens advenerant, fraternè complederentur, pulveremque adhuc adpersos benignè & comiter exciperent, ac refocillarent affectu fraterno, tumultuario impetu statim ad nos perturbandos irruerunt, consuetamque insolentiam ac immodestiam apertis indicibus declararunt. Hinc illos dicit à sua Synodo non fuisse auditos.

Cyril. 1. Apol. Vere dicit, Pulvere adhuc conspersos. Etenim ubi primùm alitis more volans Ephesum venit, cum vix curru desilisset, cubiculumque ingressus esset, adhuc pulverulentum Pseudo Synodum fecit, veramque Syno um & omnem sub cælo Ecclesiam implevit indignissimis turbis. Primus illi congressus fuit cum Comitibus Candidiano & Ireneo, ad Sanctum Cyrillum, Synodi Præsidentem, ac Memnonem Ephesiorum Episcopum, quem illius vocabat satellitem, de sexcentis sceleribus convincendos atque dammandos. Candidianus accusavit Cyrillum, quod sacras Principis ad Synodum jussiones & litteras sprevisset, se Principis Legatum & Vicarium de Synodo expulisset, contra leges & Canones Synodi Præsidentiam tyrannicè invasisset, Episcopos sibi adversantes in ipso sancto Pentecostes die per collectos à Memnone nautas & rusticos barbaricè tractasset, ac tandem Nestorium inaudicium, minimèque convictum sine ullo prorsus examine & judicio damnaverunt. Quod ipsum in famosa sua Epistola scribit Ibas Edeffenus, addens per Cyrillum Episcopos fuisse auro corruptos. Quare Facundus Hermianensis, hæc non ad Nestorii damnationem, sed Capitolurum Cyrilli approbationem referenda existimans, palàm hallucinatur. Hinc & alii dixerunt Nestorium non Synodi voluntate exautoratum fuisse, sed artibus Cyrilli, qui fraudibus, minis, promissis honoribus integros, impunitatis spe aut dono reos Episcopos seduxerit, adhiberique ad numerum ostendendum etiam exautoratos, Pelagianistas, ac Messalianos.

Etiam ipse Nestorius quæritus est de damnatum ut contumacem, quod quatuor, intra quos Joannes Patriarcha cerò adveniret, dumtaxat dierum inducias postulasset. Fidei item decreto, seu Cyrilli quidem probatis, Nestorii autem damnatis Capitulis opposuit apud Principem Candidianus, quod facta essent læso & hostili animo, sine debita discussione, extra plenam Synodum, sine Patriarcha Antiocheno, & quidem contempto. Alias insuper adversum se calumnias refert Cyrillus in litteris ad Episcopos Theopemptum, Danielelem, & Potamonem: Quod multi ex Alexandrinis balneis, id est, publici libidinum administri, & mulieres Canonice, id est, scriptæ per Synodum Nicænam Agapetæ, ipsum sequerentur. Palmarem accusationem addidit Joannes Antiochenus: Quod duodecim ejus Capitula Arii, Eunomi, atque Apollinarii damnata scabie continerent, istifque stabilendis & fucandis tot ille tragedias concitasset. Addidit in Memnonem, quod ad evadendum Ecclesiasticæ substantiæ perperam administratione judicium Cyrilli Capitulis & reliquis ausibus militare, rusticum, nauticum satellitium impendisset.

Audito ac dimisso Candidiano, Joannes adhuc pulverulentus in ipso suo diversorio fecit conventum reverà obnoxium illis vitiis, quæ in Cyrillo fuerat Comes calumniarum. Factiorum paucorum spe aut metu corruptiorum, Nestorianorum, Pelagianistarum, sine populo & cathedra vagantium, exautoratorum, criminorum hominum factioni venerabile nomen Synodi, & seipsum caput imposuit, nullam per sacras Divales, leges, aut Canones habens potestatem, reusque ipse, & ob tardum adventum metuens agi reus. Ejus Acta non malè exponit Facundus Episcopus Hermianensis. Nestorius ab Orientalibus Episcopis, licet indignantibus, & non expectati sui adventus injuriam graviter dolentibus, non fuit absolutus, sed venerabiles Cyrillus & Ephesinus Memnon Episcopi sola suspitione damnati. Quidquid egerunt, egisse, ut sanctæ Synodi sententia contra Nestorium hæreticum lata everteretur, testantur Sanctus Cyrillus in libro ad Principem Apologetico, & Relatio synodalis ad Pontificem Celestinum. Ob ejusdem tamen Pontificis, à quo jam pridem damnatus Ero, metum tentare, longè minùs solvere fuerunt ausi, sperantes & omni impetu machinantes solvendam sacra jussione Principis. Eorum technas aperit in famosa Epistola Ibas Edeffenus. Post duos dies damnationis Nestorii venimus Ephesum, & cognoscentibus nobis, quia in damnatione ejus duodecim Capitula, quæ à Cyrillo conscripta sunt, contraria existentia veræ Fidei, posuerunt & firmaverunt, & consenserunt eis, tanquam veræ fidei consonantibus, omnes Orientales Episcopi eundem Cyrillum damnaverunt, & adversus alios Episcopos, qui consenserunt ejus Capitulis, excommunicationem decreverunt. Hæretica Capitula dicit in ipsa Nestorii sententia fuisse admitta ac probata, adeoque insinuat illam horum probatione non esse firmiore. Palàm id edicit ipsa Factio in litteris ad suos Constantinopoli Legatos. Quomodo fieri potest, ut duo hæc diversa, depositio Nestorii & Capitula Cyrilli conveniant? Nam si fide digni sint, qui eum recipiunt, digni fide sunt & in Capitulis hæreticis, quæ exposuerunt; si autem Capitula redarguant eos hæreticos, omninò hæreticorum est & depositio. Undè & à Nestorii communione illi nequaquam sese retraxerunt.

Dumtaxat igitur Cyrillum & Memnonem, tamquam sprete sacre Divales, Ephesinæ Metropoleos turbis impletæ, & hæreticorum Capitolurum, illum auctorem, hunc satellitem ab Episcopatu irreparabiliter deposuerunt, reliquos eis ad stipulatos Episcopos excommunicationis vinculis innodarunt, donec proprio delicto agnito, dicta Capitula anathematizarent: Juxta superiùs laudatam Regulam antiquam, quæ erroris Principes mandata sine spe ad laicos abijci, ab illis seductos à gradu dumtaxat suspendi, factaque surgendi spe ad prænitentiam animari. Palàm errabant in Capitulis: Hinc dictos Episcopos laudatus Facundus dicit ex sola suspitione damnatos. Etiam non vocatos, non auditos, clamdestinè se judicatos ipsi in libellis Synodo exhibitis fuere conquesti. Hæc est illa, non sententia, sed convicium & contumelia, quam ipso jure nullam rectè dixerunt hæc ipsa Synodus in Relatione ad Celestinum Pontificem, Geratius primus in litteris ad Dardaniam Episcopos, ac Nicolaus primus in litteris ad Michaellem Augustum: Quod tertiæ in secundæ

se-

F. 461.

F. 431.

F. 429.

L. 7. c. 3.

L. 7. c. 5.

L. 7. c. 5.

L. 7. c. 5.

sedis Episcopum, utique se majorem, nihil penitus possit. Quare ad Cyrilli & Memnonis, sententiam solvi à Synodo postulantium libellos merito dixit Acacius Metropolitae Melitenensis. *Supervacaneum est postulatam. Fieri enim non potest, ut hi, qui à sancta hac Synodo desciverunt, & prave Nestorii opinioni se adjunxerunt, quidquam contra oecumenicæ hujus Synodi Præsides audeant efficere, cum nullam omnino habeant auctoritatem.* Exemplo tamen suo Cyrillus & Memnon docuerunt etiam iniquam ac manifestè invalidam Ecclesiasticæ damnationis sententiam esse metuendam. Ex hoc namque metu Cyrillus Præsidis & Apostolici Vicarii thronum descendit, posuitque se inter reos. Undè & ejus laudatum libellum Factio arguit contradiccionis, utpotè qui damnationis sententiam diceret esse invalidam, simulque peteret illius solutionem. At malè. Etenim & Theodosium Augustum, à nescio quo insolente moracho palàm invalidè communionem privatum, non nisi soluto per Episcopos vinculo fuisse ausum communicare scribit & laudat.

L. 5. c. 36. magna hujus Factionis pars Theodoretus.

Factiosæ sententiæ impensa est publicatio similis, de qua Memnon in litteris ad Clerum Constantinopolitanum. *Accepimus scriptum quoddam, certum temeritatis ac illegitimæ sententiæ argumentum, nullo certo auctore editum, nulla subscriptione munitum, in quadam civitatis parte fuisse propositum.* Et Relatio synodalis ad Celestinum Pontificem. *Hæc scripto publico mandata proposuerunt legenda quibuslibet, theatri parietibus affigentes, ut suæ impietatis spectaculum exhiberent.* Tali namque modo & loco solent promulgari libelli famosi. Quomodò nulla reorum citatio, ità nulla facta est sententiæ insinuatio, ac si nulli forent in Ecclesia Canones, nullumque judicium Divinum. Fuisse chartulam arrogantiam ac inscientiam plenam, & ut talem ab omni turbatissima civitate fuisse derisam, testatur in libellis Synodo exhibitis Sanctus Cyrillus.

C. 429.

Pergit Memnon. *Quotidie Joannes venerandum Senatuum, illustrissimisque civis ad se evocans, magna importunitate flagitabat, ut eorum suffragiis alius in meum locum ordinaretur Episcopus: Denique ità hic instabat, ut omnes orthodoxi civitatis in ecclesiæ oratoria occuparent, ibique se continerent, ne illius temeritas & nefarius ausus effectum sortiretur.* Undè ad Sancti Joannis Basilicam ascendens, & quod ibidem eum ordinaturus esset divulgans, seditionem & tumultuationem in eo loco concitavit. *Tanta namque armorum insolentium multitudine comitatus ascendit, ut aliquos ibi mendicantium seminaces reliquerit.* Sententiam suam volebat mandare executioni. At intercessit Memnoni additus Ephesiorum populus, de quo ipse Joannes in Relatione ad Principem, missa per Palladium Magistrarianum. *Profecti sumus ad Sancti Joannis Evangelistæ Apostolicam Ecclesiam, gratias acturi, Deumque pro vestra Majestate rogaturi.* Cum autem illi nos conspicati essent, repente templum nobis occluserunt. Rursum cum forinsecus adoravissimis, silentioque reverteremur, famulorum quorundam multitudo erumpens alios nostrorum detinuerunt, nonnullis jumentis abstulerunt, quosdam etiam vulnerarunt, nos autem fustibus ac lapidibus insectati sunt, ità ut, tamquam barbaris insequentibus, ma-

gna cum festinatione fugam capessere cogeremur. Et in secunda petitione missa ad Principem è civitate Chalcedonenis queritur se lapidatum, & tantum non perditum fuisse à servis Monachorum habitu indutis. Concludit jam adductam Relationem. *Hæc multò jam antè preparaverat Memnon. Quapropter obtestamur vestram Pietatem, ut illum tyrannum jam depositum ob has insolentias hac civitate pelli jubeat. Nam nisi expellatur, fieri nequit, ut pacem aliquando recuperemus, aut Pietatis vestræ scopus ad exitum perducatur.* Procedi in illum rogat ex nupera Gratiani Augusti lege, quæ damnatum Episcopum, sententiæ violenter motu populo recalcitrantem, proferri mandat ad centum millia ab illa civitate. Quam legem ad Afrorum Episcoporum preces fuisse latam rectè advertit in litteris ad Adrianum secundum Pontificem scriptis ex Caroli Calvi Regis nomine Hincmarus Metropolitae Remensis. *Ejusmodi inquietos in alterius Provincia Monasterio ad perpetuum silentium claudi sanxit Justinianus Augustus, cujus executionem à Mauritio Principe frequenter exposulavit Gregorius Magnus.*

Epist. 41.

In hoc item factioso conventu Ex-Episcopi Pelagiani confirmare suum damnatum dogma usque ad negatum peccatum originale, suamque ausui prætexere fucum & nomen Concilii Ephesini. Habemus testem Gregorium Magnum Pontificem, nec non Joannem quartum, vulgò dictum jejunatorem, Episcopum Constantinopolitanum. Quosdam Isauriæ Monachos, tamquam Messalianos, aut Manichæos à se damnatos, etiam in appellatorio Romano judicio convincere Joannes volens, reperit apud illos Codicem Romanum misit, ad certos articulos subvirgularum. Et reverè codex Manichæus, verum subvirgulator erat Pelagianus, utpotè qui articulum peccati originalis assertivum subvirgularat tamquam Manichæum. Obstupuit Gregorius, scire volens subvirgulatoris personam & rationes. Quis fuerit, nescio; Joannes Episcopus tamen misit Codicem Synodi Ephesinæ, continentem de anima Adæ, *Quia in peccato mortua non fuit.* Hinc amplius Pontifex stupuit, scribitque ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Patriarcham Antiochenum. *Quia perscrutantes Ephesinam Synodum, nihil in ea tale invenimus contineri, de Ravennate quoque Ecclesia vetustum valdè codicem ejusdem Synodi ad nos deferri fecimus, & Synodo, quam habemus, eum ità concordare invenimus, ut in nullo discreparet, & nihil aliud contineret in definitione anatæmatis & reprobationis, nisi quod duodecim Capitula beate memoriæ Cyrilli reprobant.* Ea igitur Acta erant eadem cum nostris hœrenis, in quibus Joannis Antiocheni Pseudo-Synodus nihil habet dogmatici, nisi dictorum Capitulorum damnationem. Et hinc Cyriaco, Joannis jejunatoris in Cathedra Constantinopolitana successori, mandat serjà Gregorius, ut Ephesina illa pro Pelagio Acta proferbantur & penitus abiciantur. Addit in alia ad laudatum Anastasium Epistola. *Dum de sanctorum Conciliorum custodia Tua Fraternalitas loqueretur, sanctam Ephesinam Synodum primam se custodire professæ est. Sed quia ex annotatione hæretici Codicis, qui ad me ex Regia urbe transmissus est, agnovi per hoc, quod quedam catholica Capitula*

L. 6. Ep. 31.

L. 7. In dict. 2. Epist. 42.

cum hæreticis fuerant reprehensa, quia quidam illam Ephesinam primam Synodum in eadem urbe existimant, quæ quondam ab hæreticis traditur esse composita, omnino necesse est, ut Charitas vestra eandem Synodum apud Sanctam Alexandrinam atque Antiochenam Ecclesiam requirat, & qualiter in veritate habeatur, inveniat. Vel, si placet, hinc dirigemus, quæ ab antiquitate servata in scriptis habemus. Illa enim Synodus, quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quedam in se capitula asserit approbata, quæ sunt Celestii atque Pelagii prædicamenta. Et cum Celestius atque Pelagius in ea Synodo sint damnati, quomodo poterant illa Capitula recipi, quorum damnabantur auctores? Quomodo Sanctus Augustinus inter veram Sardicensem Synodum & conventiculum Philippopolitanum nescit distinguere, ideoque utrumque conventum putavit esse Arianorum; ità Joannes jejunator orthodoxam Ephesinam cum schismatica Synodo confundit, ideoque Pelagianorum decreta credidit esse Catholicorum. In tantæ civitatis Episcopo ignorantia nimium crassa.

At queritur, An illa Pelagiana Acta Joannes Antiochenus in suo conventiculo reverè ediderit, aut certè probarit? Ratio dubitandi est: quod vera Synodus, de Pelagianorum communionem & satellitio illum assidue arguens, ejusque expugnandi omnem viam querens, penitus taceat de editis aut probatis ejusmodi Actis. Certè Theodosius Augustus, Romanæ Ecclesiæ decreta confirmans, nuper Pelagianos tanquam definitivè damnatos extra Imperii fines proscipserat, ideoque & apud hunc, & apud laudatum Romanorum Ecclesiam non poterat efficacius everti Joannes, quam per probatam hæresim Pelagianam. Deindè lateri suo ad hærentes Pelagianos Ex-Episcopos ne quidem admisit ad suis in Cyrilli Capitula decretis subscribendum. Et Sanctus Cyrillus, dum pacem cum illo inivit, nihil legitur postulasse de articulis Pelagianis. Quocirca respondeo Pelagianæ decreta fuisse istorum dumtaxat Ex-Episcoporum commenta, oblata Synodo schismaticæ, at per illam non probata, quibus tamen sui auctores Ephesinæ Synodi fucum apud imperitam plebem & suos Gregales adinxe-re. Quis credat Joannem Antiochenum, Theodoretum, ac eorum Colleges negasse originis peccatum, de quo nec Nestorius dubitavit? Agente Sancto Gregorio perierunt scabiosa Acta, ideoque aliud nequeo divinare.

CAPUT QUINTUM.

Exponitur Joannis Antiocheni & Ecclesiæ orthodoxæ judicium de duodecim Capitulis Sancti Cyrilli.

Sancti Cyrilli duodecim Capitula esse ex Ario, Eunomio, atque Apollinario, Christi Domini naturas confundentibus, scabiosa primus excogitavit Nestorius, persuasitque Principi Theodosio, multis Palatinis, Joanni Patriarchæ Antiocheno, omnique ejus sermè Die-

cesi, assidue clamantibus hæreticos & stolidos esse istos anathematismos, seque potius, quam ad eorum unum, ad mille necis genera paratos. Et de ipso Principe scribit schismatica Joannis F. 450. Antiocheni factio ad Rufum Episcopum Thessalonicensem. *Quintum jam nos & ipsos, veræ Synodi legatos Episcopos, affatus, illis mandavit, ut vel Capita Cyrilli tamquam cum fide pugnantia rejiciant, vel certè, suscepto in eorum defensionem certamine, sanctorum Patrum confessioni consentanea esse patam faciant.* In promptu enim argumenta habemus, per quæ ostensuri eramus, quod orthodoxæ fidei Doctoribus manifestè adversantur. Ab illis doceri ajunt ipsam Dei Verbi Divinitatem esse passam ac transmutatam in carnem, ex Divinitate & humanitate factam unam naturam, Domini idiomata diversis naturis non assignanda, aliaque plura ea ipsa, ob quæ Ariani & Eunomiani à Synodo Nicæna & Constantinopolitana; Apollinarius autem, Vitalis & Timotheus fuere damnati à Damaso Papa. In Capitibus illis ajunt aperta fronte impietatem prædicari, atque ità Rufum, unaque vastissimam Illyrici Dioccesim, cujus ille Apostolicus Vicarius, tentant circumscibere in suum errorem & regem. Hæc est illa Epistola, de qua subnotatio ad Encyclicas Factionis litteras: *Per Epistolam, quæ subjungitur, Rufum Episcopum, ut eis auxiliaretur, rogantur.* Et Theodoretus, Cyri Episcopus, & Factionis ad Principem Legatus, scribit Alexandro Hierapolitano Episcopo, suo Metropolitæ. *Pientissimo nostro Regi, jam ad meliorem sensum deducto, mandantique fieri pacem, cum juramento suavissimum, quod impossibile sit nobis Cyrillum & Memnonem conciliari, & quod fieri nequeat, ut aliis eorum Collegis communicemus, qui non antè ejecerint hæretica Capitula.* Lucidius loquitur ad suos gregales Ephesi agentes. *Quintò accessus ad Principem nobis contigit. Et multum de hæreticis Capitulis disceptavimus, juravimusque sepius, quod impossibile sit nobis communicare bis, qui diversa sentunt, si nondum exploserint Capitula; & quod Cyrillus, etiamsi rejecerit Capitula, à nobis suscipiendum non sit, et quod ipse tam impie hæreses Hæresarcha sit factus.* Juxta antiquum Ecclesiæ Canonem, datamque ex illo sententiam damnationis in Memnonem & Cyrillum. Sententiam Theodosius Augustus ex Acacii Berrheensis Episcopi suavis confirmavit, & Joannes Comes sacrarum largitionum, Ephesum missus, ambos, tamquam hæresarchas, ob capitula carceribus mancipavit. Antiquus item Canon, superiorem ab inferiori judicari vetans, ex hæresis causa permittit etiam damnari: Hocce Canone tutum se in Cyrillum existimabat Joannes Antiochenus, & capitula esse nodum nunquam ab illo solvendum aut rumpendum.

In adducta ad Rufum Thessalonicensem Epistola addit, non suam solummodò Dioccesim, sed & Bythiniam, Paphlagoniam, Cappadociam secundam, Pisidiam, Thessaliam, Mæsiam, Rhodopen, aliosque quam plurimos diversarum Provinciarum Capitulis adversari. *Italos quoque certum est novitate istam nequaquam laturos esse. Nam Martinus sanctissimus Mediolanensium Episcopus ad nos scripsit, librumque beati Ambrosii de Dominica Incarnatione ad piissimum Imperatorem mi.*

missi, qui hæreticis illis Capitulis contraria docet. Quod ipsum repetit in secunda petitione missa ad Principem ex civitate Chalcedonensi. Quod namque Orientales Episcopi Aquileiensem, Mediolanensem, & Ravennatensem Metropolitas fuerint in partem suam adversus Capitula deducere conati, testatur Theodoretus in litteris ad Dominum Patriarcham Antiochenum: At solus Mediolanensis fuit ab illis circumventus.

Epist. 112.

Quin immo etiam post factam pacem inter Cyrillum & Joannem, eorumque Synodos, ad Marim Perfam Episcopum scribit Ibas Metropolita Edessenus. *Cyrillus volens Nestorii libros destrueret, lapsus est, & in dogma Apollinaris inventus est incidisse. Conscripsit enim & ipse similiter illi, quia ipse Deus Verbum factus est homo, tamquam non sit differentia inter templum & inhabitationem in eo. Conscripsit enim duodecim Capitula, quia una est natura Deitatis & humanitatis Domini nostri Jesu Christi, & quia non oportet, sicut dicit, dividere voces dictas de eodem Domino. Et infra. Deus fidelissimus Principis cor rexit, ut dirigeret sanctissimum Archi-Episcopum Orientis, Dominum Joannem, ut reconciliaretur Cyrillo. Ab eo enim fuerat Episcopatu depositus. Et postquam litteras Imperatoris recepit, Reverendissimum Paulum Emesenum direxit Episcopum, scribens post eum veram fidem, & præcipiens ei, quia si huic fidei Cyrillus consenserit, & anathematizaverit eos, qui dicunt, QUIA DEITAS PASSA EST; vel dicentes, QUIA UNA NATURA EST DEITATIS ET HUMANITATIS, ut communicaret ei. Voluit autem Dominus cor Ægyptii emollire, ut sine fatigatione fidei consentiret, & hanc susciperet, atque omnia, qui absque hac crederent, anathematizaret. Etiam post initam Ecclesiarum pacem constans adfirmat Capitula esse hæretica, nec illam factam, aut fieri potuisse, nisi illis per Cyrillum anathematizatis. Hoc enim articulos, Deitas est passa, & Deitatis ac humanitatis facta est una natura, Cyrillus anathematizavit, & Capitula sua à pravis, quibus laborabant, suspitionibus neque purgavit, neque ab Orientalibus Episcopis admitti exegit, ideoque visus est fateri lapsus, & modò esse conversus.*

Eadem fuit mens Theodoretii. Etenim pacis tractatu pendente scribit ad Joannem Patriarcham Antiochenum. *Communiter perlegentes Ægyptiacas litteras, & examinantes earum subtiliter sensum, invenimus consonantes dictis à nobis, & palam contrarias duodecim Capitulis, quibus usque ad præsens, ut alienis à pietate, repugnantes permansimus. Etiamnum averfabatur Deum Verbum carnaliter natum, unionem naturalem, ac unionem secundum hypostasin, esse ratus hæreticorum germina Zizaniorum. Et post firmatam pacem scribit ad Nestorium, in exilio blaterantem, quod Orientales Episcopi, Cathedræ retinendæ cupiditate victi, ac dogma suum prius prævaricati, Cyrillum & ejus Capitula recepissent. Nemo persuadeat Tuæ Sanctitati, quod ego Episcopalem Sedem cupiens, tamquam orthodoxas suscepi Ægyptiacas litteras: ut enim cum ipsa veritate dicam, sæpius eas perlegi, & subtiliter discussi, & hæretica illas amaritudine liberatas esse invenii. Quin immo post latrocinium Ephesinum, & tot suas calamitates scribit ad Joannem Episcopum Ger-*

maniciensem. *Quasnam ob cædes & maleficia expulsus ego sum? Barbaris ipsis perspectum est, illos me dogmatum causa eiecisse. Nam & dominum Dominum, Joannis in Patriarchatu Antiocheno successorem, quod Capitula non reciperet, viri optimi deposuerunt, omni laude digna hæc affirmantes, & in his se acquiescere proficientes. Eorum enim professiones ego legi. Me verò velut hæreticos Principem abdicarunt, & alios pariter eandem ob causam expulerunt. Persistit Capitula ex Ario, Eunomio, ac Apollinari esse leprosa, & explodenda. Et credit, quod non sine causa. Ephesinum quippe latrocinium, in quo stabilita Eutythiana impietas. Capitula adsumperat in palmare fundamentum, proteftans se hæreæ Sancti Cyrilli dogmatibus, & eorum adversarios damnans ut hæreticos, eosque inter etiam Dominum Patriarcham, Ibas Edessenum, ac Theodoretum: Et hunc quidem, ut Hæresiarcham & Capitulum impugnatorum ducem, irreparabiliter, ex laudato jam sæpius Canone antiquo. Quocirca etiam Dominus Patriarcha, palam orthodoxus, damnari à latrocino maluit, quam Capitulis consentire. Et videtur, quod firmo jure. Eorum enim consensus exigebatur ab Eutythianistis, adeoque illum dare erat palam labi in dogma Eutythianum.*

Eadem fuit mens Maximiani, pro Nestorio in sedem Constantinopolitanam ordinati, plurimisque per Celestinum Pontificem encomiis exornati, de quo, ac ejus Synodo Liberatus Diaconus. *Scripserunt & Episcopi à Constantinopoli Cyrillo, quia amicitiam modum & pacem Ecclesiarum sanctarum non aliter fieri conveniret, nisi omnia, quæ ab ipso in causa scripta sunt Epistolis & libris, evacuentur. Et infra. Culparunt Joannem Antiochenum, cur à Cyrillo non expeterit Capitulum damnationem. Gennadius, Anatolii in sede eadem post Concilium Chalcedonense successorem, quis esse nesciat & orthodoxum & sanctum? Ejus merita & miracula refert in Collectaneis Theodorus Lector. Ejusdem tamen in Cyrilli Capitula investivas audiamus à Facundo Episcopo Hermianensi. *Væ mihi à malis: Heu, heu! Unde enim quisquam in presenti aliunde summat exordium? Quales Cyrilli Ægyptii, & quantas blasphemias incurri? Quis reverè det capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? Quoniam extendit lingua ejus mendacium, & non fidem. Væ malo Alexandriæ, familiari ejus, & proprio jam isti secundo. Alludit ad Cyrilli patrum, & in sede Alexandrina proximum Antecessorem Theophilum, ejusque in Sanctum Joannem Chrysoftomum violentias. Dicit hunc tentare in ipsam fidem orthodoxam, quod ipse perfecit in innociam personam, & pergit. Omnem supereminentiam blasphemie jaculatus est adversus sanctos Patres, adversus eorum priores Apostolos, adversus ipsum Salvatorem in resurrectione meditatissimus est. Adsumptam quidem humanitatem ex nobis & pro nobis injuriat; Divinam ejus naturam impassibilem passionibus subjacere contendit. Quod sexto Capitulo dicat ipsum Deum Verbum esse passum carne. Impugnat Gennadius & primum Capitulum, quo Deus Verbum adseritur carnaliter natus ex Virgine, & exclamat. *Anathematizaturus te est Deus, Paries dealbate. Justissimum enim est, te,***

L. c. 4.

simi-

similiter Ananie Judæorum Principi Sacerdotum linguam adversus Christi discipulos moventem, similem ab eis indignationem experiri. Addit Facundus. Et cætera, quæ in eodem opere, si quis volet, inveniet. At opus jam pridem amissum est. Ejus quædam citat etiam Leontius Monachus Byzantinus.

Etiâ Ildorus Pelusiotes, Ecclesiæ Alexandrinæ laudatissimus atque eruditissimus Presbyter, quem ipse Cyrillus Episcopus Patrem suum dixit, & ut Patrem coluit, damnat Capitula, scribens ad Cyrillum, Ephesinæ Synodo Præfidentem. *Examine justo causas permissit. Multi te quasi per comediam irident ex his, qui collecti sunt in Ephesum, quod privatam injuriam vindicans, non quæ Christi sunt, orthodoxè requisieris. Dicunt, quod consobrinus Theophili est, & imitatus illius voluntatem. Sicut enim ille insaniam apertam diffudit contra Joannem nostrum, sic concupiscit & ille gloriari. Eum hortatur, ut requiescat à contentione, nec ultionem propriam injuriarum, quæ à mortalis hominibus debetur, exigat à vivente Ecclesia, & æternam discordiam sub prætextu pietatis edificet.*

Epist. 310.

Epist. 270.

Cap. 88.

L. 107.

L. c. 5.

De Joanne item Ecclesiæ Antiochenæ Presbytero scribit in Catalogo Gennadius Massiliensis. *Impugnat aliquas Cyrilli Alexandrini Episcopi sententias, docens incautè ab illo prolatas adversus Nestorem, quæ nunc fomentum sunt, & robur addunt Timotheanis. Et apud Photium in Bibliotheca Basilii Gilix, ejusdem Ecclesiæ Presbyter sub Anastasio Augusto & Flaviano secundo Patriarcha, impugnat libros Joannis Schytopolitani, & Capitula Cyrilli, præsertim duodecim. Etiam ab Acacio Bertheensi Episcopo, istius sæculi summo luminari, fuisse improbata gloriatur. Theodoretus in litteris ad Dominum Patriarcham Antiochenum. Ex quibus omnibus liquet Capitula hæc, à tantis viris etiam potest Synodum Ephesinam improbata, per illam ac Romanam Ecclesiam probata non fuisse. Alioquin enim firmum est quorundam argumentum, dicentium apud laudatum Facundum de Episcopis Orientalibus: *Quia non tam contra beatum Cyrillum, quam contra Ephesinam Synodum locuti sunt, qui parim intelligentes malè de illis jam receptis Capitulis crediderunt.**

Respondeo tamen Capitula esse omnino probata, & per Romanam Ecclesiam, & per Ephesinam Synodum, & quidem in judicio contradictorio. Etenim Joannes Antiochenus, ad illam illis contumeliam à Sancto Cyrillo citatus ad Synodum & Roma missos Legatos Apostolicos, sibi ipsi desuit, comparere non ausus. *Rogavimus illum, inquit in libro ad Principem Apologetico prodiret, suos sermones firmaturos, errorisque nos convinceret. Ipse autem in eam stultitiam, immò verò timiditatem ac desperationem prolapsus est, ut neque ad nos venire, neque sanctam Synodum intueri ausus fuerit, ideoque synodaliter damnatus. Eundem, dum contumelie chartam affixit theatri parietibus, à Deo mota Ephesiorum orthodoxa Plebs palam irrisit. Aliud dogmatis decretum non fecit Synodus: Sola Capitula sunt Ephesina fides, quomodo ut Dei Evangelium omnis sub cælo Ecclesia fuit semper venerata. Hinc pergit Cyrillus. *Fidei meæ rectitudinem testimonium perhibuit & Romana Ecclesia, & sancta quoque Synodus ex**

Christi. Lupi Oper. Tom. II.

universo orbe congregata. Esse apud omnes extra Antiochenum Patriarchatum Episcopos summæ auctoritatis, fatetur in laudatis ad Dominum litteris ipse Theodoretus. Fuere & apud quosdam in isto Patriarchatu: Nam Osrhoenorum Clericorum adversus Ibas Metropolitanam famosa rebellio pro magno fundamento habuit, quod ille Capitula damnaret.

Adductarum porrò contradictionum radix est duplex. Primam exponit Facundus Episcopus Hermianensis. *Cyrillus Nestorio respondens, qui unum Christum in duos filios dividebat, necesse non habuit de duabus naturis adversus eum evidentiùs atque expressius disputare. Quin immò, ne quam daret occasionem ejus erroris, pars de naturarum discretionem locutus est, ne cum ipse naturas distingueret, ille duas personas induceret. Sermonem suum magis ad ea, quæ unitatis sunt, coarctabat; sicut è contrario priores Ecclesiæ Doctores, respondentes Apollinari, naturarum diversitatem stultissimè confundenti, in earum distinctionem amplius incumbebant. Quare ipse Nestorio repugnans putari non debuit negasse differentiam naturarum, quemadmodum nec illi repugnantes Apollinari, putandi sunt unitatem negasse personæ. Quia non idem semper ordo est pugne vel modus, sed in oppugnatore causa est, quomodo contraire debeat propugnator. Nihilominus quibusdam Basilii, Gregorii Nysseni, aliorumque Patrum adversus Apollinarium dictis strenuè in errorem suum abusi sunt Nestoriani, ac ejusmodi dicta Diodorum Tharsensem Episcopum, quem ob probatissimam fidem Synodus Constantino politana dedit Antiocheno Patriarchatu radicem communionis, diffamarunt tamquam fontem erroris Nestoriani, subjeceruntque eidem periculo, in quo per quintam Synodum perit Theodorus Mopsuestenus. Sic igitur & Sanctus Cyrillus ob in Nestorium Capitula apud Orientales Episcopos incurrit de Apollinario suspicionem, immò firmissimam, ex qua damnatus, opinionem.*

Hujus opinionis radicem alteram edicit idem Facundus. *Hinc creditus est beatus Cyrillus non rectam prius in suis Capitulis tenuisse sententiam, sed admonitione Orientalium postea esse correctus, quoniam cum ipsa unitas Ecclesiarum fieret, non Orientales Patres ejus Capitulis subscribere compulsi sunt, sed ipse potius expetitus est directæ sibi ab eis confessioni subscribere. Ipsamque Capitulum suorum retractationem non idè eum post Ephesinam Synodum fecisse aliquid crediderunt, ut quæ clausa quibusdam fuerant, panderentur, & quæ videbantur obscura, clarescerent; sed potius ut pristinum in eis emendaret errorem, quod putabatur, sicut adhuc Eutythiani putant, quod UNAM IN EIS DIXERIT CHRISTI ESSE NATURAM. Hinc ergò contigit, ut conversione beati Cyrilli facta unitas crederetur. Et reverè cui non surreperet ista suspicio (de humanis cordibus loquimur, & humana corda gestamus) cum nihil Orientales Patres, qui hæc Capitula corrigenda judicaverunt, corrigere cogenerentur, beatus autem Cyrillus, non solum fides confessioni, quam, sicut necessarium crediderunt, illi dictaverant, expetitus ante subscriberet, sed etiam ipsa sua Capitula retractaret? Quod Cyrillus Capitula retractavit, palam hallucinatur Facundus: Ea dumtaxat non purgavit ab erroneis Orientalium suspitionibus, neque ab illis ad-*

L. 6. c. 3.

a. I.

L. 8. c. 5.

C

mitti curavit, eorum, licet de se non rectè opinionantur, sola de Christo recta fide contentus. An rectè, Theologi certant, & adhuc sub iudice lis est. Eum in suo ad Justinianum Augustum de tribus Capitulis Constituto laudat Vigilium Pontifex, tamquam amore pacis adimplentem dictum Apostolicum: *Cui aliquid donastis, & ego. Auferri & præcidi potuerant tot orthodoxorum fratrum pravæ suspiciones & calumniæ, ob quas tandem factum, quod scribit Liberatus Carthaginensis. Evoptius Ptolomaidis Pentapoleos regionis Episcopus, accipiens exemplar litterarum Theodoretæ, qui scripserat contra duodecim Capitula Cyrilli, direxit illud Cyrillo, ut responderet ad ea, & sua Capitula exponeret. Quod gratissimè suscipiens Cyrillus fecit interpretationem Capitulorum suorum duodecim addens expositiones, quo videretur plenam pro eis rationem reddere. Ità dicit firmatam fuisse nuper inquit Ecclesiarum pacem. Errantem tamen Cyrillo opinionem Ibas, Theodoretus, aliique eorum Collegæ semper retinuerunt, Joannes autem Patriarcha Domino successori tradidit, recteque pergit laudatus Facundus. Contingit nonnunquam inter eisdem sententiæ viros, ut cum de rebus ipsi, quæ in quaestione sunt, idem sapiunt, de se tamen invicem aliud suspicentur, cum à dicente minus aperitur verbis, quod corde conceptum est, vel ab audientibus minus inspicitur dicentis intentio. Discernenda est autem impietas, qua de Deo malè creditur, ab ignorantia, qua quisque aliter de proximo, tamquam homo de homine, suspicatur. Hæc tamen Orientalium suspicio, utpotè nullo, nisi dilecto Nestorio, nixa fundamento, culpa non caruit, nimis excusationum pigmentis in crustaturà Facundo, Divinaque Justitia super ipsam ac ex ipsa in Ephesina Synodo concitato motus non dormitavit. Quod Celestinus Pontifex in illis dispensatoriè dissimulavit, latrocinaliter sine misericordia punivit in ipsa Ephesina civitate Dioscorus, Alexandrinus Episcopus, percussit eos in posteriora, faciensque immisiones, tamquam Angelus malus.*

Notanda sunt adducta Facundi verba: *Sicut, adhuc Eutychiei putant. Abutuntur Cyrilli Capitulis, quomodo Augustini verbis Calvinistæ, tamquam ad lupum tendendum ovinis lanis. Deinde ob rationes supra ex Hypatio Ephesiorum Episcopo adductas Chalcedonenis Synodus eadem Capitula disertè & expressim non confirmavit. Hinc Gennadius Regiæ civitatis Episcopus, in Orientalium Episcoporum & Joannis Presbyteri Antiocheni suspensionem lapsus est, detestans Capitula, non ut hominis hæretici fœtum, sed ut tunc grassantis, cuius ipse durum flagellum, Eutychieanæ apollinaristicæ impietatis fomentum. Talia, inquit Facundus, de Cyrillo Gennadius non scriberet, nisi dicentis intentionem minus intellexisset. Potuit de Christiana Religione, quæ recta sunt, credens non intellectum beatum Cyrillum recta intentione culpæ. Ego dicere malim, quod ad superius adducta Joannis Antiocheni verba ait Gennadius Massiliensis: Quod valde inaniter dicit. Eodem modo Isidorus Pelusiotus nimium facile credidit calumniosis clamoribus Episcoporum Orientalium. Capitula tandem denuò solemnissimè probavit quinta Synodus, famosam Ibas Edefeseni Epistolam & Theodoretæ in Cyrillum scripta*

damnans, quod Capitula ut impia & hæretica impugnassent. Exinde cuncta de illis prava suspicio est facta damnabilis. Quisquis ei indulgere perrexit, anathema incurrit. Etiam sexta Synodus vocat *Capitula Divini Cyrilli*. Quin eadem confirmavit & Synodus Chalcedonenis, adfœtens Legatis Apostolicis, adferentibus omnia Ephesini latrocini acta esse per Sanctum Leonem Pontificem cassata præter damnationem Domni Patriarchæ Antiocheni. Eam & dictus Pontifex, & laudata Synodus habuere ratam, quod Dominus Cyrilli Capitula tacenda scripserat. Basilius Gilix est responso indignus, quia homo Nestorianus: licet Nestorium damnet, profœtetur Diodorum Tharsensem, ac Theodorum Mopsuestenum. De Maximiano Constantinopolitano Episcopo, ac ejus Synodo falli credo Liberatum Carthaginensem. Eam enim rei impossibilis postulationem sibi à solo Joanne Antiocheno ac ejus Synodo factam scribit disertè Cyrillus ad Acacium Melitinæ, & Donatum Nicopoleos Episcopum, veteris Epiri Metropolitanam.

Restat argumentum de auctoritate Ephesinæ Synodi per Sedem Apostolicam confirmatæ: neque enim unum Cyrillum, sed & hanc Orientalis Diœcesis ac illi ad hærentes novem aliæ Provinciæ damnarunt erroris. Respondet laudatus Facundus. *Hæc Orientalium, aliorumque Patrum de Synodo Ephesina suspicio, quæ existimantes eam traditiones paternas esse transgressam, pro ipsa fide, quam communiter tenebant, adversus eam certabant, mihi similis videtur ei suspensioni, quæ Jesu Nave temporibus orta fuerat in populo Israel, cum laudabiliter ejusdem populi pars pro Dei cultu sollicita adversus alteram partem equè sollicitam concitaretur, intentionem ejus ignorans. Altare, ad Jordanis ripam à filiis Ruben, Gad, ac mediâ tribu Manasse recte erectum, reliquæ tribus ut schismaticum acceperunt, parati vindicare etiam armis. Historia nota est, pergitque Facundus. *Vides igitur, quod pro eadem religione, qua rectè colitur Deus, non solum dissentire à se invicem, verum etiam laudabiliter pugnare adversum se religiosi ac rectissimi possint, dum eos non ratio Divini cultus, sed alterius alterum latet intentio. Quapropter qui nobis dicunt, si Ephesinam Synodum recepistis, condemnate Provincias Orientis & aliarum novem Provinciarum Episcopos, merito audient, ut si & ipsi filios Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manasse recipiunt, condemnent tribum Levi & alias novem tribus, quas cum fratrum suorum lateret intentio, eos debellare conveniant. Et certè in illo populo erant etiam prophætæ, nec eis imputat quisquam, quod animorum fratrum suorum prudens consilium non viderant, cum faciliè post orantibus ex accepta prophetiæ gratia revelaretur: Omnes autem Orientales, atque aliarum Provinciarum Antisites, quos Capitulorum beati Cyrilli latuit intentio, ut Ephesinam Synodum pro eorum susceptione culparent, Episcopos dicimus, non Prophetas. Eleganter pluribus ostendit eos de Synodi non dogmate, sed factio solo atque intentione errasse.**

Videtur difficultas non esse evacuata. Etenim de generalis Synodi dogmatico factio atque intentione falli, & paternas Christianæ doctrinæ traditiones ab ipsa violatas existimare est omnino falli in dogmate: Est credere legitimam & ab Apostolica Sede confirmatam Synodum posse in dogmate errare.

errare. Respondeo Ephesinam Synodum ab Episcopis Orientalibus judicatam fuisse non legitimam & plenam, sed mancam & variè vitiosam, utpotè factam sine Patriarcha Antiocheno, sine debito examine, per humanos affectus & corruptiones, ad instar Conventus Seleucensis, aut Arimienfis, seu latrocini Ephesini, in quo sub religionis prætextu: & vulnere privatas injurias novimus vindicatas. Eisdem ex suspencionibus olim etiam nos Belgæ & Franci omnes impugnavimus septimam Synodum, existimantes à privata Græcorum Synodo stabilitam sacrarum imaginum latrariam, & Sedem Apostolicam circumscriptam. Generalis enim Synodi decreta esse Divina, infallibilia, nulli unquam retractationi obnoxia, omnibus sub cælo Ecclesie semper pro regula habuit. Orientalium porrò errorem rursùm dico non fuisse à culpa immunem.

CAPUT SEXTUM.

Quomodo dicta Synodi discordia fuerit tandem composita?

Um Cyrillus & Joannes, Ecclesiæ magna elementa, ita invicem collidunt, Roma adveniunt Arcadius & Projectus Episcopi, nec non Philippus Romanæ Ecclesiæ Presbyter, Celestini Pontificis ac totius Occidentalis Ecclesiæ Legati, habentes litteras datas octavo idus Majas. Quare ad diem Pentecostes adesse, ac ipsi Synodum aperire omnino sperant, verum navigationis incerta moras iniecerant. Advenerunt mense Julio, & sexto idus primam Actionem celebrarunt. Quæstio est, an venerint habituri principalem Præfidentis locum, an illam Cyrillo concessuri, futuri ejus solummodo adstantes? Quidam affirmant primùm: Etenim Synodis apud Græcos habitis nunquam Græcum, sed Latinum Præfidentem dedit semper Ecclesia Romana. Ego tamen probo partem posteriorem. Laudati enim Legati principalem locum dumtaxat tenuere, quousque in infirma per Orientales Episcopos contumelia & quasi reatu fuit Cyrillus; in integrum restitutum mox cessere locum, utique ex sui Pontificis mandato. Mennas Constantinopolitanus, & trium Diœceson Episcopi in professione facta Vigilio Papæ ad Sanctam Eufemiam in civitate Chalcedonensi, disertè dicunt præfuisse Celestinum in Legatis Cyrillo, Arcadio & Projecto Episcopis, & Philippo Presbytero. Quotquot meminerunt nostræ Synodi, uno ore donant Cyrillum primo vicis Apostolicæ loco.

Sexto itaque & quinto Idus Julias celebratæ sunt per laudatos viros secunda & tertia synodalis Actio, & antè omnia ex more lectæ Papales litteræ, quasi per prophetiam admodum congruæ, utpotè mandantes cuncta Apostolicæ Sedis huc utque in Nestorium decreta tandem deduci in executionem, ac apud Ephesios servari breve verbum, à Sancto Joanne Apostolo toties ibi deprædicatum, *Diligite alterutrum*. Novis Legatis prælecta & exposita est prima synodalis Actio, atque

Christi Lupi Oper. Tom. II.

ab illis probata & confirmata: Nempè Nestorii damnatio, Celestini & Cyrilli ad illum Epistolæ, etiam Epistola duodecim Capitulorum. Facta item de his Relatio ad Principem, postulataque licentia ordinandi novi Episcopi Constantinopolitani, & recedendi ad propria, quod Episcopi plures senio, inopia, morbis, morte affigerentur. A novis Legatis novos animos adsumpsit Synodus, utpotè jam veraciter œcumenica, quod illi non tantum Apostolica Sedes, sed plena totius Occidentis Synodus per illos & apportatas ab eis litteras adfœderet. Cyrillus folius Romanæ, hi etiam totius Occidentalis Ecclesiæ vicibus & legatione fungebantur.

In quinta, decimo septimo Kalendas Augusti habita Actione susceperunt Cyrilli & Memnonis adversus Joannem Antiochenum querimonias & libellos, postulantes citari virum, coram Sedis Romanæ Vicariis redditurum rationes suorum in tantos Episcopos & orthodoxa Capitula attentatorum. Acacius Melitinenfis Archi-Episcopus eam non sententiam, aut synodale iudicium, sed contumeliam atque convicium ipso Jure nullum clamavit, ideòque Joannem audiri indignum; Legati tamen ratione, non potentia agendum rati citandum curarunt per Archelaum Myndensem in Caria, Paulum Lampensem in Creta, & Petrum Episcopum Parembolarum in Palestina. Ac nullo fructu. Etenim Joannes sui copiam facere nolens, domum suam cinxit armato milite, in dictos Episcopos, Cyrilli Capitula, & omnem Synodum insigniter injurioso. Facta tamen est secunda vocatio per alios Episcopos, à militibus & Clericis Antiochenis pejùs tractatos. Tractati fuere tamquam per Joannem depositi & excommunicati. Tunc Juvenalis Hierosolymæ Episcopus in Joannem protulit hanc aureis litteris scribi dignam interlocutionem. *Oportebat Joannem Antiochie Episcopum confessim currere, ut de illis, quæ ei obijciuntur, se purgaret, ad Apostolicam Sedem magnæ Romæ nobiscum confidentem, apud quam maxime mos est ex Apostolico ordine & traditione, ut ipsa sedes Antiochena dirigeret & judicaretur. Omnium enim Patriarcharum & Primatum Autocephalorum primæ instantiæ ex Apostolico Canone spectant ad Sedem Romanam, eaque potestate usi Legati Apostolici Cyrillum & Memnonem à Joannis sententia non abolverant, sed ipso jure nullam & vanam declararunt, juxta consilium Acacii Melitinenfis.*

Addiderunt & tertiam Joannis evocationem peremptoriam, adversum ejus attentata & contumaciam criminaliter & definitivè processuri. At pessimè rursùm excepti sunt evocantes Episcopi, à Joannis præferti Archi-Diacono, quem non sine causa depingens Synodus fuisse dicit *raros in barba piros habentem, subpalliatum, & staturâ pusillum.*

Sexto decimo Kalendas Augusti apud Actionem quintam strenuè institit pro suis adversus Joannem Capitulis Cyrillus, exostulans jus dici, & adversum vanas & futiles illius calumnias muniri *pias Principis aures, ne per fallaciam captantur*. Extremò tamen rigore uti noluerunt Legati: Joannem & ejus Assetas, exauctorari dignissimos, ab Ecclesiastica dumtaxat communione, & aliis

Chalcedonenfis. Quocirca coacti illi, & quidem ex magna conniventis Principis gratia, permanserunt in nescio cujus domo privata sine oblatione & Scripturarum lectione, convenientes ad solas preces & colloquia de sua religione, atque ita evanuit omnis ante victoriam triumphus. Hac de causa Ecclesiam Chalcedonensem dicit Theodoretus in schismate exerceri.

Assiduis precibus fatigavere Principem, postulantem Cyrilli Capitula ut hæretica, ipsum & Memnonem haberi ut Hæresiarchas, sua in illos Acta firmari, & restitui Nestorium ut iniquè damnatum. Hæc enim erant eorum mandata. Et omnis spes à laico Principe. Nam dum ille Candidiani Comitis mendaci Relatione circumventus prima Synodo Acta sacra jussione cassavit, Joannes Patriarcha orbem terrarum exclamavit beatum, cui contigerat talibus subesse sceptis. At longè aliter orthodoxa Synodus, & per Legatos, & per Clerum Constantinopolitanum contestans Principem, ne Christiana tempora sædaret Cyrilli & Memnonis, ob dogma orthodoxum ab hæreticis exauctoratum, martyrii, sed potius sacra Synodo avitam parentum observantiam, obedientiam, & executionem exhiberet. Quid Ecclesiasticis decretis laicus Princeps debeat, proficetur Justinianus Augustus in Edicto contra Anthimum Trapezuntium, Severum Antiochenum, Petrum Apameensem Episcopum, & Zoaram Pseudo-Monachum, directo ad Memnam Patriarcham Constantinopolitanam. Quoties Sacerdotum sententia quosdam indignos Sacerdotio de sacris sedibus deposuit, toties imperium ejusdem sententiae & ordinationis cum Sacerdotum auctoritate fuit. Orthodoxi igitur Legati rogavere Principem, ut Cyrillum Capitulis suis coram se adesse, aut certè vinculis exemptum redire in sedem Episcopalem sineret, Synodo, quam Romana & omnis Occidentalis Ecclesia probasset, obsecutus.

Hinc ille motus utramque legationem audivit quinquies, adunare conatus: At casso labore. Perinaciam enim suam factiosa legatio scribit ad suos in Epheso. *Quintò accessus nobis contigit. Et multum de hæreticis Capitulis disceptavimus. Juravimus sepius pientissimo Regi, quod impossibile sit nobis communicare his, qui diversa sentiunt, si non dum exproserint Capitula; & quod Cyrillus, etiamsi rejecerit Capitula, à nobis suscipiendus non sit, eò quod tam impiè hæreseos Hæresiarchas factus sit. Pari animo pro Capitulis fletere Legati orthodoxi. Eos inter Acacius Melitenensis Episcopus non tantum Capitula, sed & suam, ob quam sciderat vestem Princeps, propositionem, Deitas est passa, purgavit, atque ita illuminatus tandem Augustus Synodo paruit, fecitque, quod factiosi scribunt ad suos in Epheso. Placuit pientissimo Regi post multas adhortationes, ut singuli ad propria redeamus: Ad hæc ut & Aegyptius & Memnon Ephesus in suis locis maneat. Sic enim poterit Aegyptius omnes excacare muneribus suis. Sic ut ille quidem, tum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat, iste vir innocens vix ad suam mansionem dimittatur. Pro magna enim gratia Nestorius in Sancti Euprepii monasterio manere Theodosius indulisit. Celestinus autem Pontifex omnino improbavit, quod Antiochenæ Ecclesiae & Episcopus & Cle-*

rus olerent eandem lepram, ideòque apud Principem institit deportari Hæresiarcham: *Sola enim tales homines decet solitudo.* At non obtinuit: Nestorium enim Antiochiæ ad quatuor annos, muneribus & honoribus imparcitur per multos, permansisse scribit Evagrius Epiphaniensis.

Tunc quammaximè vociferari perrexit Factio, quod nuper ad Alexandrum suum Metropolitanam scriperat Theodoretus: *Judices ipsi omnes auro confidunt, & contendunt unam esse naturam Deitatis & humanitatis.* Legenda ejusdem Epistola ad Andream Samosatensem, ad Rufum Thessalonicensem, & ad Joannem Antiochenum Episcopum de morte Cyrilli. Damatos suos ferre nequit in throno & ministerio Episcopali, atque ita sperni quartum Canonem Antiochenum. Addit Liberatus Carthaginensis. *Et ita Joannes cum suis Antiochiam profectus est, ubi colligens plurimos Episcopos damnavit iterum Cyrillum, cum jam esset Alexandria.* Tunc item factum est, quod in famosa Epistola scribit Ibas Metropolitanus Edessenus. *Remansit Orientale Concilium non communicans Episcopis, qui communicaverunt Cyrillo. Et ob hoc multa tristitia inter eos facta est, & in contentione erant Episcopi adversus Episcopos, & completum est opere quod scriptum est: QUIA ERUNT INIMICI DOMESTICI EJUS. Ex hoc detractiones multæ adversum nos factæ sunt Paganorum & hæreticorum. Non enim audebat aliquis de civitate ad civitatem, aut ad Provinciam de Provincia profecti; sed tamquam inimicum suum unusquisque proximum suum persequatur.*

Precibus Maximianus Constantinopolitanus Episcopus, jussionibus Pontifex Celestinus assidue instabat auferri scandalum, atque ita tandem Theodosius Augustus per spectabilem Tribunal & Notarium Aristolaum Joanni Antiocheno misit Sacram, qua Maximiani ordinationem & Nestorii damnationem recipi, ejusdem errores anathematizari, cum Cyrillo pacem iniri, aut certè Nicomediam, idque sine omni Episcopo cum paucis ad necessarium servitium Clericis, ad ejus coram Principe colloquium accedi jussit, eum interim suspendens ab omni Episcoporum & Clericorum creatione & damnatione, donec perfecta unio consequatur. Non absolute evocatum Nicomediam, sed jussum duntaxat, ut vel corpore, vel saltem animi sententia coirent, affirmat libellus S. Cyrillo exhibitus à Paulo Episcopo Emiseno, Legato Joannis. Aliter Liberatus Diaconus. *Misus est Aristolaus tribunus, Sacram Principis deferens Joanni & Cyrillo, in qua comminatus est utrisque Nicomediam exilium, nisi pacem haberent ad invicem.* Ad Joannem emolliendum etiam Sancto Symeone Stylita & Acacio Bertheensis Episcopo usus est Theodosius, jussitque hæc omnia nequam sua auctoritate, sed tamquam executor decreti Apostolici, quo Celestinus Papa Joannem Patriarcham ita urgeri mandavit, contumaci militari parem cum Nestorio damnationem. Papalis Epistola data est idibus Martijs, sub Consulatu Aetii & Valerii, proximo post Synodum anno, paucis septimanis ante mortem Pontificis, utpotè defuncti octavo idus Aprilis: Eratque tum Synodus dudum soluta. Eodem Con-

Epist. 11.

sile

sule & die datis ad Principem & Maximianum Nestorii successorem Epistolis apponitur in Epigraphæ: *Post Synodum.* Ad Synodum igitur post Synodum scripta est Epistola, quod dicit Maximiani, octavo Kalendas Novembres consecrati, Episcopatum confirmat ad ejus Relationem, quam etiam solutam noluit Pontifex privare honore responsi.

Joannes Patriarcha, Acacii Bertheensis Episcopi suavis, duxit obediendum. Nicomediam, & quidem sine Patriarchali comitatu, adire nolens, advocatæ suæ Synodo persuasit damari cum suis blasphemis Nestorium, probarique ordinationem Maximiani. Quod namque blasphemum & incorrigibilem Erronem fuerit jam pridem pertæsus, palamque dixerit deportandum, testatur Evagrius Epiphaniensis. Facienda unio nis Legatum Alexandriam misit Paulum Emisenum Episcopum, volens ipse, scribit ad Acacium Melitenensem Sanctus Cyrillus, *Prescribere pacis leges, & aboleri omnia, quæ vel Epistolis, vel tomis, vel libris evulgaveram, tenerique solam fidem Nicenam.* Responsum suum scribit idem Cyrillus ad Donatum Nicopolitanum Episcopum, veteris Epiri Metropolitanam. *Meminit Sanctitas Tua nuper Ephesi quoque ejusmodi ab illis propositas conditiones. Ego ad hæc rescripti rem illos postulare, quæ fieri planè non possit, eò quod quæcumque scripsimus, rectè scripsimus, nihilque ex eis negare nos posse.* Post plures tandem ultro citroque litteras sublatum est scandalum, stabilita Ecclesiarum pax, Paulus Emisenus ut gratus hospes admittus ad celebranda & populo pacis Epistolam scripsit, cujus exordium, *Letentur cæli & exultet terra, unionis decreto in Synodo Florentina præfixit etiam Eugenius quartus. Quæ omnia Xixtus tertius Papa cum gaudio confirmavit.*

Pergit Cyrillus in litteris ad Donatum Nicopolitanum. *Sciat & hoc quoque Tua Sanctitas religiosissimum Episcopum Paulum initio plurimum instituisse Helladii Tharsensis, Eutherii Thyaneensis, Himerii Nicomedienfis, & Dorothei Metropolitanæ Marcianopolitani causa, omnique rogasse, ut quæ contra ipsos decreta erant, abrogarentur. Affirmabat enim pacem Ecclesiarum aliter profecti non posse, nisi id quoque fuisset adjectum. Ego verò respondebam rem ipsum modis omnibus impossibilem conari, eò quod nos istud nunquam esse possibilem conari, eò quod nos istud nunquam esse possibilem conari. Manserunt itaque in eodem schismate, in quo nunc etiam perseverant, neque ulla eorum in conditionibus de pace Ecclesiarum propositis facta est mentio. Dorothei crimen notum est, reliqui haud dubiè & ipsi & Nestorio pertinaces adhæserunt. Eadem de causa Theodosius Augustus è Metropolitanam Tyriorum cathedra extruxit Irænum, Cyri nuper defuncti successorem, pro quo Theodoretus scripsit vanam Apologiam.*

Capitula tamen acceptari Cyrillus non exegit. De Maximiano Constantinopolitano Episcopo, ac ejus Synodo falli credo Liberatum Carthaginensem. Eam enim rei impossibilis postulationem sibi à solo Joanne Antiocheno ac ejus Synodo factam scribit disertè Cyrillus ad Acacium Melitenæ, & Donatum Nicopoleos Epi-

L. 1. c. 7.

L. 3. Conc. Eph. c. 35.

Cap. 38.

scopum. Exinde prodiit occasio plurimis supra adductis calumniis, radixque novarum contentionum. Quinimodò Nestoriani ubique ebucinare admittam à Cyrillo Orientalium profetionem esse suum ipsissimum dogma, secumque jam & Cyrillum sentire. Sub ejus nomine fuerunt Epistolam pœnitentiæ de suis apud Ephesum Actis, quin & scriptam quasi à Philippo Romanæ Ecclesiae Presbytero, ac ad Ephesinam Synodum Legato, Epistolam ex nomine Xixti tertii Pontificis, dolentis Nestorii depositionem, eique auxilium querentis. Essè mendaciam ostendit in laudatis ad Acacium Melitenensem litteris Cyrillus, & addit: *Xixtus sanctissimus Episcopus scripsit consona sanctæ Synodo, omnia illius gesta confirmavit, & nobiscum sentit.* Attamen Capitulum per Orientales acceptatio hinc malis nullam irrependi rimam hiare permisisset.

Et hæc est causa, cur ex Antiocheno Sancti Euprepii Monasterio ejectum Nestorium, nudumque & inopem, deportari jussit Augustus Theodosius, ejus bona Ecclesiae Constantinopolitanæ, libros igni, sequaces addicens cunctis hæreticorum pœnis. Sacrum Edictum, Isidoro Prætoriorum Præfecto directum, mandat hominem deportari Petras; Evagrius autem Epiphaniensis ait deportatum Oasin Lybiæ, veram calamitatis domum, ad quam à Constantio Augusto proscripti etiam Sanctum Athanasium curavit nequam Factio Eusebiana. Nempe exilii locum ob novam semper in blasphemia pertinaciam sæpè Nestorius mutavit. Exstat lex vetans, ne quis præter Augustalem Præfectum, aut Aegypti Ducem deportet in Oasin, nec ultra sex menses aut certè annum istuc quis detineatur: Ob insignes loci miseria. Antiochia exportandus dixisse fertur: *Sacra Virgo dicitur DEIPARA, & ea, quæ fecerunt tristitiam, conquiescant.* At fidem nullibi invenit. Ejus apud Oasin afflictiones refert laudatus Evagrius. At earum utilitatem ille perdidit, utpotè eorum unus, ad quos in libris de Dei civitate Sanctus Augustinus: *Miserrimi facti estis, & pessimi permansistis.* Lingua in saniam versa mortuus est, teste Georgio Cedreno, blasphemans: *Hæc enim nobis persuasum non est Mariam esse Dei genitricem.* Ità raptus in sempiternum carcerem blasphemiae & gehennæ.

Etiam damnatos Pelagianos tunc à se ablegavit Joannes Antiochenus. Desperatus ac consilii inops Julianus Romam venit ad Xixti tertii pedes, implorans Sancti Apostoli Petri misericordiam quasi pœnitens. Verùm Sanctus Leo magnus, Ecclesiae Romanæ tunc Archidiaconus facta judicavit omnia, ideòque divinz per ipsum hostiliter nimium impetita gratia janua claudendam, penitusque abjiciendum turbulentum hominem persuasit, uti in Chronico scribit Sanctus Prosper, ac ex illo Hermannus Contractus. Abjisse ad Siculos dicitur infelix Ex-Episcopus, & ad sustentandam miserabilem vitam prima litterarum rudimenta pueros docuisse usque ad mortem, quasi alter Dionysius Corinthi.

Liberat. c. 6.

F. 279.

CAPUT SEPTIMUM.

Exponuntur reliqua Synodi Acta.

Epist. 62.
c. 4.

Aliam Synodi hujus decisionem refert Sanctus Leo Pontifex in litteris ad Maximum Patriarcham Antiochenum. *Subrepenti occasione non pretermissit ambitio, & quoties ob incurrentes causas generalis congregatio facta fuerit Sacerdotum, difficile est, ut cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suam molitur appetere. Sicut etiam in Ephesina Synodo, quae impium Nestorium cum suo dogmate percussit, Juvenalis Episcopus ad obtinendum Palaestinae Provinciae Principatum credidit se posse sufficere, & insolentes ausus per commentitia scripta firmare. Quod sanctae memoriae Cyrillus Alexandrinus Episcopus merito perhorrescens scriptis suis mihi, Romanae Ecclesiae tunc Archidiacono, quid praedicta cupiditas causa sit, indicavit, & sollicita prece multum poposcit, ut nulla illicitis conatibus praeberetur assensus. Addit Orientalium Episcoporum prima petitio ad Principem missa e civitate Chalcedonenfi. E nobis quidam a pientissimo Juvenali Hierosolymitanorum Episcopo olim ordinati sumus, quavis pro Canonibus certandum esset, ne videremur gloriae nostrae causa dolere. Et nunc quoque illius studia & praestigias tales per Phoenicem secundam & Arabiam non ignoramus. Juvenalis, uti scribit Evagrius Epiphaniensis, e Primatiali Ephesiorum Metropoli Hierosolymam translatus, primae Palaestinae jure Metropolitico, per Cyrillum & Joannem Antecessores in vaso, nequaquam fuit contentus: Decem Asiaticae Dioeceseos Provinciis dominari solitus tres Palaestinas eripuit Patriarchae Antiocheno, novum se istic Patriarcham ostentans, tentansque etiam Arabiam & duas Phoenicias, & quidem per praestigias & scripta commentitia. Horum unum misit suae superius laudatae pro Sede Apostolica interlocutioni: Oportebat Joannem Reverendissimum Antiochiae Episcopum confestim accurrere ad Apostolicam Sedem magnae Romae nobiscum confidentem, & obedientiam ac honorem deferre Apostolico sanctae Dei Ecclesiae Hierosolymorum, apud quem maxime mos est ex Apostolico ordine atque traditione, ut ipsa sedes Antiochena dirigatur & apud eum judicetur. Etiam Joannes Hierosolymae Antistes sese Episcopum Apostolicum, suamque Sedem iactabat Apostolicam; aut ab illa iudicandam aut dirigendam sedem Antiochenam fabula est solius Juvenalis, omnino digna nomine praestigiarum, remittendaque, quo & Joannem remisit Sanctus Hieronymus, ad sextum & septimum Canonem Nicenum. Juvenalis, inquam, Joannem Antiochenum videns extra Synodi & Sedis Apostolicae gratiam, damnatum a Sancto Cyrillo, ac inauditum a Rhestino Cypriorum Metropolita excusum, istaque Provincia mutilatum, mutilare voluit & tribus Palaestinis in sedem suam transcribendis. At Sanctus Cyrillus aliud esse sciens delicta Antistitem, aliud jura sedium, retudit ambitum, usus consilio & auxilio Sancti Leonis, ex tunc tenacissimi Canonum Nicenorum. Etiam Autocephalam Rhestino datam jam dixi nun-*

quam confirmatam à Romana Ecclesia, haud dubie suavis & opera ejusdem Leonis.

Quomodo autem obediit Juvenalis, docet Sancti Cyrilli ad Gennadium Ecclesiae Constantinopolitanae Presbyterum & Archimandritam Epistola, cujus fragmentum recitant Sanctus Ivo Carnotensis Episcopus; & in Decreto Gratianus Monachus. *Dispensationes rerum nonnunquam cogunt parum quidem à debito foras exire, ut majus aliquid lucrari faciant. Sicut enim ii, qui mare navigant, tempestate urgente, navique periclitante anxii, quaedam exonerant, ut cetera salva permaneant; ita & nos, cum non habemus salvandorum omnium negotiorum certitudinem, despiciamus ex eis quaedam, ne ceterorum patiamur dispendia. Et haec scribo cognoscens, quod Pietas Tua tristetur in sanctissimum Proclum Episcopum, eò quod admisit in communionem Aeliesium Hegumenum, quem Ecclesiae leges Palaestinae Praepositum non noverunt. Igitur ne refugiat Pietas Tua sanctissimi Procli Episcopi communionem. Una enim cura mihi fuit & Sanctitati ejus: Et dispensationis modus nulli displicet sapientum. Hegumeni seu Episcopi Juvenalis, quod tres Palaestinas ex Ephesinae Synodi decreto contumax nollet restituere Patriarchae Antiocheno, refutatam prius communionem tandem admisit Proclus Constantinopolitanus Episcopus, Maximiani successor; verum Gennadius Archimandrita tulit adeo indignè, ut ejus communionem refutarit, tamquam polluti à Juvenale praevicatoris, ac per ipsum Sanctum Cyrillum decreti Ephesini auctorem debuerit ad illam reduci. A Juvenale, quem versatilem vertumnum fuisse docent acta in latrocinio Ephesino, novos Ecclesiae motus metuebant Cyrillus & Proclus, ideoque censuerunt ejus contumacem ambitum dispensatoriè tolerandum, de quo in dies crescente Synodi Chalcedonenfis judicium infra edicemus.*

Quaestio est, an ex Actis synodalibus aliud nihil castarit Romana Ecclesia? Rationem dubitandi dat S. Gregorius Magnus in litteris ad Narfen Comitem. *Ephesinam Synodum perscrutantes, de Adelphio & Saba, & ceteris aliis, qui illic dicuntur esse damnati, omnino nihil invenimus. Et existimamus, quia sicut Chalcedonenfis Synodus in uno loco ab Ecclesia Constantinopolitana est falsata, sic aliquid in Ephesina Synodo factum est. Sola & omnia à se confirmata generalium Synodorum acta Archivis suis inferere solet Romana Ecclesia: Quocirca decretum de Messalianis, quod in illis Gregorius non reperit, certum est non fuisse confirmatum. Et Codex Canonum Ecclesiae universae solos sex Ephesinos Canones cum decretis de non alterando Niceno Symbolo & de Ecclesia Cypriorum continet, nihil de Messalianis. Quin immò vetus, à Dionysio Exiguo collectus, Codex Canonum Ecclesiae Romanae nihil penitus habet ex Ephesinis constitutionibus, nisi solam ad instar appendicis Epistolam duodecim Capitulorum: S. Cyrilli, id est, solum fidei decretum.*


Respondeo per Romanam Ecclesiam confirmata fuisse duodecim Cyrilli Capitula, Canonem de Symbolo, & Acta contra Pelagianos. Abundè id liquet ex huc usque dictis. Reliqua sibi ipsis relicta sunt, quomodo dixi supra de Actis Synodi Constantinopolitanae. Romana namque Ecclesia,


Epist. 55.
c. 1.

fi, uti scribit frequenter Sanctus Leo agens de confirmatione Synodi Chalcedonenfis, ea sola confirmare solet, propter quae Synodus congregatur, & de quibus à Romano Episcopo habet praeviam instructionem, suffragium, & mandatum. Causam edicit Vigilus Pontifex in suo ad Justinianum Augustum de tribus Capitulis Constituto. *Nostri Episcopi in quinta Synodo congregati debebant definitum de tribus Capitulis sustinere responsum, antiquum & regularem ordinem custodientes, ne ante nostrae, id est, Apostolicae Sedis promulgationem sententia quidquam proferre tentarent.* Et Synodus Chalcedonenfis: *Missi Apostolici semper in Synodis prius loqui & confirmare, id est, articulos sibi per Pontificem delegatos proponere & suo suffragio qualificare soliti sunt. Quare Marcus Antonius de Dominis, ejusque satelliti-*

Act. 10.

tes ignorantiam suam produunt & malevolentiam, dum Sedem Apostolicam, proponendi jus sibi in Tridentina Synodo adscribentem, arguunt invasæ & usurpatæ potestatis. At verò de solis Nestorio ac Pelagianis judicari per Ephesinam Synodum jufferat Celestinus Pontifex, ideoque illa sola, tamquam verum generalis Synodi vigorem habentia, idem ille & ejus successores confirmarunt. Ea autem inter est omnino decretum de non alterando Niceno Symbolo: utpotè factum ad frændandos Nestorianos & quosvis deinceps alios ausus temerarios in avitam tesseram Christianitatis. Reliqua tamen Acta, quod de primo Canone Constantinopolitano ad Leonem Augustum scripsit Evoptius Episcopus Cizicenus, veritas confirmarunt & tempus, & apud Latinos & apud Græcos.





DISSERTATIO DE LATROCINIO EPHESINO.

CAPUT PRIMUM.

Exponitur Hæresis Eutyckiana, occasio latrocinii.

Epist. 97.
C. 1.

AD Leonem Augustum scribit Sanctus Leo Papa. *Non longo temporis intervallo catholica fides à duobus est hostibus impetita, quorum prior Nestorius, Eutyckes secundus emerfit, errore dissimiles ac invicem adversi, pares impietate. Eutyckes ipsum in libellis Ephesino latrocinio exhibitis jactat natum ex parentibus orthodoxis, statimque in infantia per sanctum Christianitatis lavacrum & signaculum Deo consecratum: Adultum adversus Nestorium Episcopum suum strenuè pro avita fide pugnasse dixit in sua adversus illum Synodo vetustus ejus amicus, ac Nestorii post Maximianum & Proclum in sede Constantinopolitana successor, Sanctus Flavianus. Eadem ad Synodum dixit ejus accusator, Eusebius Dorileensis in Phrygia salutari Episcopus. Metuo ipsius concussionem. Ego pauper sum, nihil possidens. Minatur mihi exilium. Divitias habet. Designat mihi jam Oasim: Quò à solo Principe, Augustali Præfecto, aut Ægypti Duce jam supra dixi potuisse deportari. Eutyckes namque erat Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyter, celebrissimi, teste Liberato, Monasterii Hegumenus sive Archimandrita, habens sub se trecentos Monachos, pecunia olim, dignitate & varia militia clarus, ut ipsi adserunt in libellis dicto latrocinio exhibitis, adeoque & in Ecclesia & in Palatio ille prævalebat: præsertim apud Chrysostrum Principis Eunuchum, quem fuisse ejus ex sacro fonte filium scribit idem Liberatus. Persuasit ille Theodosio Augusto concedere generalem Synodum, ut de statu ejus, qui antea honorabilis videbatur, diligentius judicaretur. Fuisse enim antea de humilitatis proposito laudabilem scribit Sanctus Leo Pontifex ad Pulcheriam Augustam. Addit fuisse senem imperitum, superfluum visum honorabilem, nullo unquam cognoscendæ veritatis studio imbutum, & qui nulla maturitate cordis ornari cunctis seneclutis, stultissima insultatione ausus incescere, quod Dominus in Ecclesia neminem utriusque sexus voluit ignorare. Et in litteris ad Sanctum Flavianum. *Quam eruditionem de sacris novi & veteris testamenti paginis acquisivit, qui nec ipsius quidem Symboli initia comprehendit? Et quod per totum mundum om-**

*nium regeneratorum voce depromitur, istius adhuc sensu corde non capitur. Cum Marcione & Valentino blasphemavit, credens de Dei majestate religiosus sentire. Eum delirum ac insipientem, ejus dogma profanum, fatuum, brutamque contentionem vocant Facundus Hermianensis, & Paulus Apameensis Episcopus, secundæ Syriæ Metropolitana, in litteris ad Justinianum Augustum, lectis in Synodo Constantinopolitana sub Menna Patriarcha. Eusebius Dorileensis in libellis Sancto Flaviano ac ejus Synodo exhibitis asserit fuisse linguæ infrænis & oris inopserati, utpotè ad blasphemias suas firmandas ausum Patres, qui inter Sanctos connumerantur, hæreticos nominare. Ejus verba eidem Synodo referunt illius citatores Joannes Presbyter & Andreas Diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ. *Paratum se assererat expositioni sanctorum Patrum, qui in Nicæa & in Epheso congregati sunt, consentire & subscribere expositionibus eorum. Si verò aliquid contigit eos in aliquibus dictis aut falli aut errare, hoc neque reprehendere neque subscribere, solas autem Scripturas scrutari, tamquam firmiores sanctorum Patrum expositionibus. Hoc enim est perpetuum hæreticorum privilegium, in quibus, teste Sancto Gregorio Nazianzeno, imperitia passim est mater audaciæ.**

Ejus errores compendio refert Liberatus Diaconus Carthaginensis. *Eutyckes prædicabat Dominum nostrum Jesum Christum consubstantialem non esse nobis secundum carnem, sed de celo corpus habuisse. Rursusque varians dicebat ante adunationem duas in Christo fuisse naturas, post adunationem verò unam factam, Erroris occasio fuit pax inita inter Sanctum Cyrillum & Joannem Patriarcham Antiochenum, de qua idem Liberatus. *Quidam de Palatio per Eulogium Presbyterum & Apocrysum Alexandrinæ Ecclesiæ culpaverunt Cyrillum, cur suscepit ab Orientalibus Episcopis duarum confessionem naturarum, quod Nestorius dixit & docuit. Sed & Valeriano Iconii & Acacio Melitenses Episcopis hoc ipsum de Cyrillo videbatur. Inter divisas naturas & naturas distindas non disceverunt, cum Sancto Athanasio & ipso ante pacem Cyrillo dici in Domino voluerunt unicum naturam verbi incarnatam, Orientales Episcopos**

S. Leo
Epist. 19.
Epist. 13.
Epist. 17.

Epist. 19.

Conc.
Chal.
Act. 1.
f. 103.

Cap. 11

Cap. 8.

Cap. 13.

Conc.
Chal.
Act. 1.

Act. 1.

F. 153.

pos duarum naturarum adfertores dolose Nestorianizare, & Cyrillum eas admittentem crediderunt dispensatoriè dissimulasse, aut fuisse circumscriptum. Eodem errore, uti ad Sanctum Leonem Papam Sanctus Flavianus scribit, laboravit Eutyckes, ideoque pacem illam tamquam hæreticas technas, ipsosque Orientales Episcopos tamquam Nestorianos averfatus est, præsertim Ibam Edessenum, & Theodoretum Cyrensem. Verum enim verò Ecclesiarum pacem ab omni Christianitate laudatam & firmitatam criminari erat paradoxa calumnia, ideoque vela vertens Eutyckes postmodum cepit Orientales Episcopos de ipsa violata, de spretis Sancti Cyrilli Capitulis, & de resumpta Nestoriana hæresi accusare. Barsumam, Monachorum nequissimum, adesse impetravit Ephesino latrocinio, & vices, inquit Liberatus, agere omnium Monachorum Orientales Episcopos accusantium.

Ejus itaque palmaris error adseruit in Christo Domino non esse duas naturas, sed unam dumtaxat Divinam, non simplicem, sed incarnatam. Hinc in Ephesino latrocinio surrexerunt omnes Ægyptii Episcopi, & Monachi, qui sequebantur Barsumam, & omnis turba, & cepertum dicere: EUM, QUI DICIT DUAS NATURAS, INCIDITE IN DUO; QUI DICIT DUAS NATURAS, NESTORIANUS EST. Et adversus Eusebium Dorileensem Episcopum, prædicantem DUAS NATURAS. *Tolle, incende Eusebium, iste virus ardeat, iste in duo fiat; sicut partitus est, partiatur. Si quis dicit duo, anathema sit.* Et adversus omnes generaliter orthodoxos: *Qui dicunt DUAS NATURAS, dividite, interficite, ejicite.* Et ipse Eutyckes ad Theophilum & Mamantem, Sancti Flaviani Presbyteros & Legatos. *In qua Scriptura jacent DUÆ NATURÆ? Quis sanctorum Patrum exposuit Deum Verbum habere DUAS NATURAS? Ego de Deitate non disputo, neque dico DUAS NATURAS. Absit Et latrocinii Præses Dioscorus perfidita fronte effudit ad Synodum Chalcedonensem. Manifestè idè ab Ephesino latrocinio damnatus est Flavianus Constantinopolitanus Episcopus, quoniam post adunationem DUAS dixit NATURAS. Ego autem testimonia habeo sanctorum Patrum, Athanasii, Gregorii, Cyrilli in multis locis, quia non oportet dicere post adunationem DUAS NATURAS, sed unam naturam Dei Verbi incarnatam. Ego cum Patribus ejicior, ego defendo Patrum dogmata, non transgredior in aliquo, & horum testimonia non simpliciter, neque transitoriè, sed in libris habeo. Undè & Basilium Seleuciensem Episcopum, Metropolitanam Isauriorum, qui in Sancti Flaviani Synodo Eutycketem damnarat ob negatas DUAS NATURAS, Ephesi cogit ad hanc palinodiam. *Accuso & reprehendo propriam vocem, quam de DUABUS NATURIS professus sum in gestis habitis apud Regiam civitatem, & adoro unam naturam Deitatis unigeniti inhumanati & incarnati. Quod à quovis duarum naturarum adfertore adferri crederent & duos Dei filios, scribit Theodoretus ad Monachos Constantinopolitanos.**

Erroris fundamentum dat apud Photium in Bibliotheca Sanctus Efremitus Patriarcha Antiochensis. *Lupi Oper. Tom. II.*

chenus, loquens de Eutyckianistis Severianis. *Dicunt DUAS NATURAS in Christo duas personas constituere & hypostasas: Natura enim sine persona non est, neque non subsistens.* Naturam & hypostasin, dogma gentilium secuti, non distinguunt affirmant. Estè id illis palmare fundamentum ait assidue in Dialogis Theodoretus. Hinc in Ephesino latrocinio clamaverunt adversum orthodoxos: *Anathema dividenti.* Duas distinctas naturas existimant non posse non esse divisas in duas hypostasas. Hinc item ad relectam interlocutionem, qua in Sancti Flaviani Synodo Basilii Seleucienfis ab Eutyckete exegerat duarum in Christo Domino naturarum UNIONEM SECUNDUM HYPOSTASIN, in Ephesino latrocinio unus quidem, nescio quis, projecit scriptum in medium, & dicere cepit: **QUIA HÆC VOX ECCLESIAM CONTURBAVIT.** Et ipse Eutyckes ad Joannem Presbyterum & Andream Diaconum, Sancti Flaviani & Synodi ejus Legatos, dixit: *Ex duabus naturis unitis SECUNDUM SUBSISTENTIAM factum fuisse Dominum neque didici in expositionibus Patrum, neque suscipio, si conigerit ab aliquo mihi tale aliquid legi, quia Divinæ Scripturæ meliores sunt Patrum doctrinis.* Unionem in hypostasi credidit distinguere non posse ab unione in natura.

Notanda sunt verba Dioscori, quibus dicit damnatum Flavianum, quod in Domino adfirmavit duas naturas post adunationem. Ibi posuit vim. Quod namque Ephesinum latrocinium everterit naturarum proprietates & differentiam, earumque confusionem induxerit, dicens, quod nemo hactenus, esse unam Divinitatis & humanitatis naturam, scribit Theodoretus ad Eusebium Scholasticum & Episcopum Sabinianum. *Damnatus, inquam, est Sanctus Flavianus ob damnatum hanc Eutycketicis in sua Synodo blasphemam professionem: Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, POST ADUNATIONEM verò unam naturam confiteor.* Aliud ab illo neque Flavianus, neque Eusebius Dorileensis potuit extorquere. Quin Patricio Florentino, urgenti ad duarum naturarum confessionem, respondit: *Ego legi scripta beati Cyrilli, & sanctorum Patrum, & Sancti Athanasii, quoniam ex duabus quidem naturis ANTE ADUNATIONEM, post adunationem autem & incarnationem non jam duas naturas, sed unam naturam dixerunt.* Ad quæ rectè reposuit Basilii Seleucienfis. *Si dixerit, EX DUABUS NATURIS, POST ADUNATIONEM VERO UNAM, & non addideris, INCARNATAM ET INHUMANATAM, putaberis confusionem dicere & commixtionem; si autem addideris, INCARNATAM ET INHUMANATAM, eadem cum Patribus dicitis.* Athanasius quippè & Cyrillus nequaquam simpliciter unam in Domino naturam, sed dixerunt unam naturam incarnatam. Patrum verba truncare est antiquum privilegium hæreticorum. Etiam Dioscorus ad plenam Synodum Chalcedonensem vomere non erubuit: *Ex duabus naturis suscipio, duas non suscipio, utrique post adunationem.* Et ad relectas hæc laudati Basilii voces, *Adoro Dominum post incarnationem in duabus naturis cognitum, Ephesi-*

L. 219.

sum perdant convertendo quod fuerunt. Sed nihil Deo par est. Natura ejus ab omnium rerum conditione distat. Si ergo, quos à Deo distant, & à quibus Deus distat, cum convertuntur, amittunt quod fuerunt; ubi erit diversitas Divinitatis à ceteris rebus, nisi ut contrarium obtineat, id est, ut Deus in omnia converti possit, & qualis est perseverare?

Cap. 15. *Et infra in eodem libro probat Valentinianos, quod agnoscant hominem Deo mixtum; damnat, quod negent hominem. Et in libro Apologetico:*

Cap. 21. *Nascitur homo Deo mixtus. Sanctus item Augustinus in litteris ad nobilem virum Volusianum adfirmat & multis probat Christum Dominum esse Dei & hominis mixturam, quomodo homo est mixtura animæ & corporis. Quod exemplum etiam Sancto Cyrillo est familiare, & Eutychnianistæ habent pro nobili dogmatis sui fundamento. Et Sanctus Maximus Taurinensis Episcopus in quarta homilia de Dominico Natali concionatur ad populum: Unigenitus altissimi carnem, quam sumpsit ab homine, transformavit in Deum. Et ipse Eutycheus damnator Sanctus Leo Pontifex in tertio ejusdem festivitatis sermone: Non sic natura humana in societatem sui Creatoris est adsumpta, ut ille habitator, & illa habitaculum esset, sed ita, ut nature alteri altera misceretur. Qua voce rursùm utitur adversùm Manichæos in quarto sermone de Epiphania. Et in quarto sermone de passione Domini ait Dei Verbi Divinitatem carnis velamine fuisse temperatam. Et Presbyter Leporius in libello suæ satisfactionis. Non tamen quia incarnatus dicitur & immixtus, diminutio ejus est accipienda substantiæ. Eadem voce usum Sanctum Eulogium Patriarcham Alexandrinum, & quidem in litteris Enthronisticis ad Romanum Pontificem, testatur Photius in Bibliotheca. Antiquos Patres volventi frequenter vox ista occurrit.*

L. 230. *Respondeo laudatum Photii locum omnino audiendum. Eulogius utitur verbo MIXTIONIS piæ quidem, non secundùm insaniam Apollinarium, quomodo hac voce fit utendum testatus; neque secundùm audacem Eutycheum, sed ut lex pietatis permittit: ut qui nosset unum Filium Dominum nostrum Jesum Christum declarare duabus naturis indivisis & inconsusis constare in perfecta humanitate & perfecta Divinitate, ut permixtio secundùm illum confusorem non significet, neque inducat divisionem. Dominicæ namque incarnationis Sacramentum, ut rectè in libro ad Reginas Sanctus Cyrillus, est sacratissimum ænigma, cui aptè cum plena præsertim erroris tum grassantis exclusione edicendo congruum per omnia vocabulum à Patribus non semper potuit adinveniri. Vocabulum Mixtio adversùm Christi Domini divisores hæreticos præsertim inservit; ne autem ad Apollinarium seduceret, adjunxit in laudata ad Volusianum Epistola Sanctus Augustinus. Si tamen recedat Auditor à consuetudine corporum, qua solent duo liquores ita commisceri, ut neuter servet integritatem suam. Quamquam & in ipsis corporibus aeri lux incorrupta miscetur. Quo exemplo in litteris ad Monachos Constantinopolitanos utitur etiam Theodoretus. Et Sanctus Cyrillus in libris adversùm Nestorium. MIXTIONIS nomen posuerunt nonnulli etiam sancti Patres: Sed quia*

Epist. 3. *metuere te dicit, ne qua confusio contigisse existimetur ad instar liquidorum, qua inter se mutuò commiscerentur, libero te hoc metu. Non sic illi senserunt: Minimè. Sed ea voce sunt abusi, cum summam unionem ostendere studerunt. Et Presbyter Leporius. Novit Deus sine sui corruptione misceri, & tamen in veritate misceri. Non ergo ad intelligentiam imbecillitatis nostræ, secundùm experimentorum visibilia documenta facientes conjecturam de æqualibus se invicem ingredientibus creaturis, putemus Deum hominemque commixtum, & tali confusione carnis & verbi quasi aliquod corpus effectum. Absit ita credere, ut constatili quodam genere duas naturas in unam arbitremur redactas esse substantiam. Hujusmodi enim commixtio est partis utriusque corruptio. Deus enim per infusionem potentie suæ misericorditer naturæ mixtus est humanæ, non humana natura est mixta Divinæ. Hæc namque mixtio est substantialis secundùm hypostasim non tantùm unio, sed & illapsus, quem soli in creaturam Creatori esse possibilem docet communis sensus Theologorum. Rectè tamen ad Laurentium Lignidensem Episcopum scribit Epist. 1. Sanctus Gelasius Pontifex factam in Domino non permixtionem, non conversionem, non mutationem, sed unitatem. Et omnis jam pridem canit Ecclesia: Deus homo factus est neque Eutychnianam commixtionem passus, neque Nestorianam divisionem. Eutychniana grassatio vocem, Permixtio, malè olere fecit, & proscribi ut suspectam, scandalosam, piarum aurium offensivam.*

Cap. 1. *Tertullianus lucidè seipsum exponit in libro adversùm Praxeam. Quærendum est, quo modo Sermo caro sit factus? Utrumne quasi transfiguratus in carne, an carnem induit? Immo carnem induit. Ceterùm Deum immutabilem & informabilem credi necesse est, ut æternum. Transfiguratio autem interemptio est pristini. Omne enim, quod transfiguratur in aliud, desinit esse quod fuerat; ac incipit esse quod non erat. Deus autem neque desinit esse, neque aliud potest esse. Sermo autem Deus. Quem si non capit transfigurari, consequens est, ut sic caro factus intelligatur, dum sit in carne, & manifestatur, & videtur, & contractatur per carnem: Quia & cetera sic accipi exigunt. Si enim Sermo ex transfiguratione & demutatione substantiæ caro factus est, una jam erit substantia Jesus ex duabus, ex carne & spiritu mixtura quedam, ut electrum ex auro & argento, & incipit nec aurum esse, id est, spiritus, nec argentum, id est, caro, dum alterum altero mutatur, & tertium quid efficitur. Nervosè ostendit utramque substantiam mansisse in sua proprietate, duplicemque statum non confusum esse, sed conjunctum in eadem persona.*

Cap. 3. *Quocirca in libro de carne Christi palam, more suo, abutitur voce, Conversio, pro assumptione. Liqueat ex verbis sequentibus. Angelos conversos in effigiem humanam aliquando legisti & credidisti, & tantam corporis gestasse veritatem, ut & pedes eis laverit Abraham, & manibus ipsorum ereptus sit Sodomitis Loth: Conlucatus quoque homini Angelus toto corporis pondere dimitti desideraverit; adeò detinebatur. Quod ergo Angelis inferioribus Deo licuit, ut conversi in corpulentiam humanam Angeli nihilominus permanserent, hoc Tu*

potentiori Deo auferes, quasi non valuerit Christus, verè hominem indutus, Deus perseverare? Ait Angelos non in speciem, sed in humani corporis veritatem fuisse conversos: Columbam item, in qua apparuit Spiritus sanctus, fuisse non imaginariam, sed omnino veram. Longissimè recedere vult à blasphemis, in quas imaginariæ in Domino carnis adfertio præcipitavit Marcionem. Quocirca conversio apud ipsum istic non est aliud, quàm transformatio seu transvestitio, qua Deus Verbum adsumpto naturæ nostræ habitu inventus est homo. Est Tertullianicus vocis abusus.

L. 3. c. 9. *Porro Sanctus Leo Pontifex, dicens Divinitatem carnis velamine fuisse temperatam, loquitur ex Sancto Augustino, passim adherente adsumptam à Domino carnem esse originalis nostræ cæcitatæ medicinam. Anaxagoram Philosophum quæstioni, cujus rei causa natus esset, respondentem, Solis & cæli videntur, merito ridet Lactantius Firmianus: Muscarum enim & culicum est ista beatitudo. Nobis videndus & adorandus est sol longè alius, lumen verum, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Verùm lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Peccatricis mentis oculus sanandus & mundandus est collyrio, ac ipse justitiæ acerrimus sol medio interim velamine temperandus: Collyrio Divinæ gratiæ, & velamine adsumptæ humanitatis.*

Cap. 1. *Animæ & carnis nostræ exemplo utuntur Patres, ut ostendant diversas in Domino naturas uniri posse in unam hypostasim, manereque integras & inconsusas. Ipsas in unam transire naturam nemo exinde probavit unquam orthodoxus, uti supra audivimus à Facundo Hermianensi, traditque etiam in litteris ad Timotheum Episcopum, & in litteris ad Eusebium Scholasticum Theodoretus. Hæc verba sua, Deus converti potest in omnia, id est, in suam Divinam hypostasim adsumere potest omnia, mitigat ipse Tertullianus, in ejusdem libri capite sequenti dicens adsumi non potuisse naturam bestialem: In ejus adsumptionem procedere argumenta Marcionis.*

Epist. 130. Epist. 21. *Altera quæstio est, quomodo quidam Eutychnianistæ adsumptam à Domino humanitatem facti sint nobis consubstantialiam, admiserintque non dumtaxat Zenonis Augusti Edictum Enoticum, sed & ipsam Synodum Chalcedonensem, & dogmaticam Epistolam Sancti Leonis Pontificis ad Sanctum Flavianum Episcopum Constantinopolitanum? Ità enim de Anthymo, per Agapetum Papam ob hæresin Eutychnianam ejecto de sede Constantinopolitana, testantur in sententia & Edicto adversus illum Petrus Hierosolymæ Episcopus & Augustus Justinianus. Et eos, qui in Chalcedonensi Synodo tria dumtaxat, eaque ad fidem non spectantia, Capitula culpabant, quis nesciat fuisse Acephalos? Respondeo cum Facundo Hermianensi. Dicunt Acephali, quoniam si & una prædicetur Filii Dei natura, potest accipi eadem una natura secundùm aliquid nature Patris esse consubstantialis, & item secundùm aliquid nostræ. Verùm doli & nugæ sunt ista, adversùm quæ addit Facundus. Hoc est dicere nec Patris eam nature consubstantialiam esse nec nostræ. Nam cum*

aliquid habere dicitur hæc una Filii Dei natura, quod Patris natura non habeat, non aliud est, quam eam negare consubstantialiam & naturæ Patris & nostræ. Facundè id pergit demonstrare. Undè dolosam fuisse Anthymi professionem addiderunt Petrus Episcopus & Princeps Justinianus. Idem dolus peperit nobis varias Eutychnianorum scissuras & classes, novissimèquè Monothelitas.

Nos orthodoxi Belgæ Lutheranos & Calvinistas voce barbara vocamus Geufos, deducta à voce Gallica, lex Geux, id est, mendicos. Non sine fundamento aut vetusto exemplo. Etenim & Theodoretus Eutychnianistas ita vocat, fuisse in illos eruditissimis dialogis dedit titulum, Eranistes, id est mendicus: Quoniam à variis prioribus hæresibus inausita sua dogmata emendicarunt. Quod enim Deum solum Christum Dominum nominant, id Simonis & Cerdonis, & Marcionis & aliorum est, qui execranda huic sententiæ sunt affines. Quod verò ex Virgine nativitatem confitentur quidem, sed eam dicunt trajecitiam fuisse, nec Deum Verbum quidquam ex Virgine sumpsisse, ex Valentini & Bardesanis, & his adhaerentium prodigiis dictis hauserunt. Quod autem Christi Domini Divinitatem & humanitatem vocant unam naturam, ex Apollinarii nugis furati sunt. Quod denique Christi Divinitati passionem tribuunt, ex Arii & Eunomii blasphemia compilarunt, ut jure videatur hoc eorum inventum mendicorum vestibus, quas ex diversis pannis consuunt, non dissimile. Eodem modo Lutheri & Calvini dogma esse consutum possit facile ostendi.

Prolog.

CAPUT TERTIUM.

Exponitur exordium hæresis Eutychnianæ.

Erroribus suis prædicandis viam paravit Eutycheus per calumnias & discordias inter Episcopos Ægyptios & Orientales. Hosce, Theodoretum præsertim Cyrensem & Ibam Edefesenum, accusavit de damnatis in istum usque diem Capitulis Sancti Cyrilli, de violata pace inter eundem Cyrillum & Joannem Patriarcham Antiochenum, de retenta aut resumpta hæresi Nestoriana, quæ in Domino adfirmat duos filios, duasque naturas. Prima accusatio fuit apud Theodosium Augustum, de qua Theodoretus in litteris ad Eusebium Episcopum Ancyranum. Qui Marcionis, & Valentini, & Manetis, & aliorum Docitarum hæresin hac nostra tempestate renovant, ægrè ferentes hæresin à me suam apertè confutari, Imperatoris aures circumvenire conati sunt, hæreticos nos appellantes, & unum Dominum Jesum Christum incarnatum Deum Verbum in duos filios dividere calumniantes. Sed verbis suis, ut sperabant, non persuaserunt. Hinc converterunt se ad aliam imposturam, de qua idem

Epist. 82.

idem Scriptor in litteris ad Anatolium Patri-
cium: Quod Synodos apud Antiochiam affiduè cog-
remus, & orthodoxos turbaremus. Edicit & Sy-
nodorum causam: Indignantur nonnulli, quod
Phœnices Ecclesiarum ruinam lugemus. Quæ re-
petit in litteris ad Eutrechium Præfectum, &
in litteris ad Nonnum seu Nonium Consulem,
ideoque facta hæc sunt anno Domini quadrin-
gentesimo quadagesimo quinto, qui scriben-
ti fuit Episcopalis dignitatis vigesimus quintus.
Eo igitur tempore Juvenalis Hierosolymæ Epis-
copus, à damnato per Synodum Ephesinam
ambitu non quiescens, impetravit sacras prag-
maticas, à Synodi Chalcedonenfis septima
Actione cassatas, quibus non tantum tres Pa-
læstinae, sed & Arabia ac duæ Phœniciae in ejus
quasi novam Patriarchalem sedem transcribeban-
tur. Erat gravissima Patriarchatus Antioche-
ni mutilatio atque injuria, ideoque Dominus
Patriarcha per assiduas Synodos inibat consilia
reparationis. At periculosum est scribere in
eum, qui potest proscribere. Etenim Princeps
Theodoretum, Synodorum istarum linguam
& mentem, tamquam sacris pragmaticis con-
tumacem, & Ecclesiae ac Republicae turbatorem,
proscripsit à Synodis, & intra Cyrenses muros
circumscripsit, futurum deinceps contentum
communione solius suæ Ecclesiae. Decretum
signatum fuit propria manu Principis, insinua-
tum per Rufum Comitem, mandatum execu-
tioni à Militum Magistro. Per adversariorum
infidias in se inauditum contra omnem juris or-
dinem emanasse queritur Theodoretus, & ad
ejus cassationem movit omne imperium. At per
Ephesinum latrocinium fuit auctum in damna-
tionis sententiam, quæ mansit usque ad Syno-
dum Chalcedonensem. Lamentabiles eruditif-
simi Episcopi ad varios litteræ sunt omnino le-
gendæ. Ab Eutyechete circumscriptum fuisse
Principem testatur Liberatus Diaconus Eccle-
siæ Carthaginensis.

Licet verò circumscriptæ relegationis decre-
tum nequaquam de Nestoriana lue, sed de sola
turbulencia notaret Theodoretum, Eutyechiani
tamen non desierunt illum ubique de illa diffamare.
Eum, omnesque Orientales Episcopos, quod
Princeps fidei quæstionibus misceri nolle-
ret, detulerunt ad Dioscorum Alexandriæ Epis-
copum, proximum Sancti Cyrilli successorem,
cujus virtutes nuper deprædicarat Theodoretus,
ideoque ejus tribunal videbatur non subterfugit-
urus. Et reverà non subterfugit. Exstant ejus
officiosissimæ ad illum satisfactionis litteræ,
communioneque ab omnibus Orientalis Diæce-
ses Episcopis litterarum feriem edidit in lit-
teris ad Sanctum Flavianum Episcopum Con-
stantinopolitanum. Rati nos adiutorem ac socium
ad ea, quæ contra fidem Apostolicam moventur,
habituos Deo carissimum Alexandriæ Episcopum
Dominum Dioscorum, misimus unum è religiosis
Presbyteris, prudentia insignem, Pietati ejus sug-
gerentes, nos in eo sedere, quod sub beatæ memo-
riæ Cyrillo initium est à permanere, scriptamque ab
eo Epistolam amplecti, & beatissimi quoque Athana-
si Epistolam, quam ad beatum Epictetum scripsit,
libenter suscipere, atque ante hæc fidem in Nicæa

Bybiniæ à sanctis Patribus expositam: Et hortati
sumus, ut eos, qui in his permanere nolunt, sua-
deat permanere. Adducunt etiam Sancti Athana-
sii laudatam Epistolam, quod eam ab hæretico-
rum adulteris expurgatam misisset ad illos ex Ec-
clesiæ Alexandrinæ integris Archivis, ejusque
dogma admitti exegisset Sanctus Cyrillus, uti
scribit ipse ad Successum Episcopum in Isauria
Dio-Cæsarensis. Apollinarii nugas ab Euty-
che refuscitatas configit Epistola, atque ita per
ipsam sperabatur Dioscorus ab illo divellendus.

Quæstio est, undè Orientales Episcopi incur-
rerint notam violatæ pacis & resumptæ impietatis
Nestorianæ? Respondeo eos ipsos id dudum
ignorasse. Primam suam suspicionem exponit
Theodoretus in litteris ad utriusque Ciliciæ Epis-
copos. Sunt qui dicant calumniæ ansam eos arripere
ex paucis quibusdam, qui apud nos ita sentiunt,
atque in duas personas incarnatum Deum Verbum di-
vidunt. Alteram scribit ad Dominum Patriar-
cham Antiochenum. Tamen si duodecim Capitula
plures temerè sanxissent, restitimus apud Ephesum
nec prius illi, qui scripsit hæc, communicavimus,
quamvis, quæ exposueramus, ad sententiam consonam
his doctrinam accommodavit, nullam Capitulum illo-
rum faciens mentionem. Quod sanctitati tuæ facile
fuerit perspicere, si acta perquiri jubeat. Asservan-
tur enim prorsus cum Synodi subscriptionibus. Ex-
stant autem synodica plusquam quingenta, quæ du-
decim Capitulum accusationem demonstrant. Ait ca-
lumniæ ansam esse non posse Capitulum reje-
ctionem, quod illa ipsi neque in Ephesina Syno-
do, neque in pacis tractatu unquam admiserint,
adeoque ob eorum rejectionem vocari nequeant
in reatum violatæ pacis.

Veram igitur calumniæ causam aperit Libera-
tus Carthaginensis. Nestorii sectatores videntes li-
bros illius, ab Ephesina Synodo & lege Imperiali
damnatos, legi non posse sine periculo, cœperunt
Diodori Tharsensis & Theodori Mopsuesteni, & alio-
rum Episcoporum, qui in Apollinarium Synusia-
sten scripserant, volumina circumferre, & simpli-
cissimos quoque decipere cupientes ajebant non sapuisse
nova Nestorium, sed antiquam Patrum profectu-
m fuisse doctrinam. Dicti Theodori volumina
in Syram, Armeniam, ac Persicam linguam
transulerunt. Tunc Græcorum Episcopi de il-
lius dogmate & persona cœperunt acriter digla-
diari. Joannes Patriarcha Antiochenus, omni-
que ejus Diæcesis stetit pro Theodoro, excepto
tamen Rabula Edeffeno Metropolitano, de quo
Ibas ejusdem Ecclesiae Episcopus in famosa Epis-
tola ad Marim Persam. *Notræ civitatis tyrannus
occasione fidei non solum nunc viventes insequitur, sed
& hos, qui olim ad Deum præcesserunt: Quorum
unus est beatus Theodorus.* In quinta Synodo ex-
stant de eadem materia litteræ Rabulæ ad San-
ctum Cyrillum, & Sancti Cyrilli ad Rabulam,
eumque fuisse Ibas in Cathedra Edeffena Antecef-
forem testatur jam dictus Liberatus. Omnem ille
Osirhoenam Provinciam, præsertim Clerum Me-
tropolitanum movit in Nestorium & ejus Magi-
strum Theodorum, animavitque ad suspectum
Ibam fortissimè accusandum & persequendum.
Eundem Clerum etiam sibi quasi Nestoriano fuisse
adversarium queritur Theodoretus in litteris ad

Epist. 87.

Do-

Domnum Episcopum Apameensem. Idque ex
causa Theodori. Hoc namque tempore cœpisse
videtur nomen, de quo & Facundus Hermianen-
sis graviter queritur, Theodoriani. Quid autem
pro Theodoro egerit Theodoretus, docent ejus
Ecclesiastica historia, Epistola ad Irenæum Tyri
Metropolitam, & quintæ Synodi Acta. Rectè
addit Facundus: *Odium contra Theodorum Euty-
chiani ab ipso Eutyche patre suo contraxerunt.* Om-
nium, inquam, harum tragædiarum architectus
fuit dolosus Eutyches, errorem suum stabiliri
non posse videns, nisi doctoribus Ecclesiae Epi-
scopis in Nestorianismi infamiam traductis.

Suboritur alia quæstio, an Liberatus Cartha-
ginensis verè dicat Rabulam fuisse Ibas in Cathedra
Edeffena Antecessorem? Quod si verum est,
Ephesinæ Synodi tempore non Ibas, sed Rabula
fuit Episcopus Edeffenus. Aliud tamen suadent
hæc verba Ibas in famosa Epistola: *Venimus Ephe-
sum.* Et hæc: *Cognoscentibus nobis.* Quis enim
nesciat synodalem cognitionem & suffragium,
uti adversum Dioscori Clericos in Synodo Chal-
cedonenfi clamatur Episcopi, esse solorum Epi-
scoporum, nequaquam Clericorum? Deindè
Epistola ab Iba non adhuc Clerico, sed omnino
jam Episcopo est scripta, & tamen lucidè adfir-
mat eo ipso tempore Rabulam vixisse. Et vox,
Tyrannus, non canonicum introitum importat,
sed adulterinam intrusionem. Sanè Facundus
Hermianensis, Liberato cœvus, supponit Ibam
Synodo Ephesinæ non ut Clericum, sed ut Epi-
scopum adfuisse. Res obscura est, quam velim
à peritioribus doceri (a). Redeamus ad Dio-
scorum.

Ejus animum jam pridem in Orientales Epi-
scopos exulceratum detegit Theodoretus in lit-
teris ad Sanctum Flavianum Episcopum Constanti-
nopolitanum. *Ut hoc quoque Sanctitas Tua non
Christi Lupi Oper. Tom. II.*

ignoret, scito Domine, hanc illum adversus nos pu-
sillanimitatem gerere, ex quo synodicis vestris sub
beatæ memoriæ Proclo factis, sanctorum Patrum
Regulis inhaerentes, assensimus: Ac de hoc nos semel
atque iterum increpasse, quasi & Antiochenorum,
ut ait, & Alexandrinorum jura prodiderimus. Ho-
rum memor, tempusque, ut ei visum est, nactus
inimicitias patefecit. Synodi Constantinopolita-
næ Canon tertius, Regiæ civitatis Episcopo dans
secundum in Ecclesia locum, prodiit Alexandri-
no & Antiocheno Patriarchis absentibus. Ab illis
ut reciperet, dudum & multum laborarunt
Episcopi Constantinopolitani, & Domni Antio-
cheni ac ejus Synodi adfensum tandem extorsit
Proclus, Sancti Joannis Chrysofomi olim Dia-
conus & discipulus. Aderat Dioscorus, utpotè
Sancti Cyrilli Alexandrini Episcopi Archidia-
conus & Apocryphus apud Principem, damna-
vitque & Procli ambitum, & Orientalium præ-
sertim Episcoporum ignaviam, qui non tantum
Alexandrinæ, sed & propriæ Antiochenæ Sedis
privilegia in perpetuum prævaricarentur. Ran-
corem alta mente repositum transtulit à Proclo
etiam in Sanctum Flavianum successorem, ex-
spectans diem, in quo justitias judicaret. Hæc
est causa, ob quam in Synodo Chalcedonenfi
dixit de Ephesino latrocinio Paschasinus, Lilybe-
ti Episcopus & Sedis Apostolicæ Legatus: *Ecco
nos, Deo volente, Dominum Anatolium, Episco-
pum Constantinopolitanum, primum habemus,
hi quintum posuerunt ejus Antecessorem beatum
Flavianum.* Nempe jam dicta Procli & Domni
concordata, tamquam sexto Nicæno Canonis ad-
versa, Dioscorus latrocinii Præses, exsufflarat.
Et rectè. Hoc enim factum ejus probavit Sanctus
Leo Pontifex, Maximo Domni proximo succes-
sori mandans, ut sedis suæ Antiochenæ privile-
gia contra Anatolii ambitum & Canonem Chal-
cedonensem

Liberat.
c. 10.

E ce-

(a) Ego quidem rem pandam. Rabulas, alii Rabulum, vel Rambulum vocant, juvenis profana litte-
ratura suffultus Christiana mysteria abhorrebat. At cum ad urbem, cujus idem præfecturam gere-
bat, venisset Sanctus Alexander Monachorum Aczmetarum Pater, sancti viri adhortationibus rectum
dogma secutus est, & cum in solitudine recessisset, virtutum illius paulò post fama latè per-
sonante Edeffæ Episcopus consecratur. Legitimum illius, & non adulterinum ad illam Ecclesiam ac-
cessum fuisse constat ex Vita Sancti Alexandri, quæ apud Bollandum habetur die 15. Jan. Cap. 3.
de Rabulæ electione hæc scribuntur: *Cum decessisset Episcopus Edeffenus, universa civitas, ac circum-
jecta regio eum, nempe Rabulam, Pastorem proponit. Plurimorum igitur suffragiis deligitur populi Prin-
ceps.* Ille verò statim Christianus ea in urbe scholas aperuit, in quibus variarum gentium nationes
nostræ religionis dogmata docerentur. Cum verò Nestoriana hæresis in Oriente invaleretur, Rabu-
las hæreticorum conatibus obviam ivit, neque unquam cum Joanne Antiocheno, atque aliis Episco-
pis quicquam favoris Nestorio impendit. Cum Theodoretus post celebratam Ephesinam Synodum
contra duodecim Capitula Sancti Cyrilli scripsisset, Rabulas pro Cyrillo, atque Ephesina Synodo
contra Theodoretum Asylum acuit. *Totus autem triginta annis, ut cap. 3. de Vita Sancti Alexandri
Abbatis referunt, Edeffenam Ecclesiam summa cum laude rexit.* Vivebat anno 435. nam occasione
litterarum Rabulæ, & Acacii Antistites Armeniæ de libris Theodori Proclum C-P. consuluerunt,
qui eisdem respondit Theodosio XV. & Valentiniano IV. *Coss. anno 435.* Quare cum Ibas in Epis-
tola ad Marim Persam hunc ipsum initæ inter Cyrillum, & Orientales pacis certiorum reddat, at-
que Rabulæ viventis contra Theodorum conatus mentionem faciat, nondum erat Episcopus, sed
Presbyter Edeffenus, & quidem suo Episcopo satis insensus, dum eundem tanquam tyrannum falsè,
& insolenter traducit. Neque ut putavit Lupus, venit Ephesum Episcopus, suffragiumque unà cum
Joanne Antiocheno tulit contra Cyrillum, nam tom. 3. gestorum apud Ephesum Episcoporum, qui
cum Antiocheno stabant, nomina semel, iterum, ac tertio sigillatim subscripta leguntur, ac inter
illos Ibas Edeffenus nunquam recitatur. Quare Clericus tantum venit Ephesum, si enim Episcopus
accessisset, unà cum cæteris Orientalibus acta subscripsisset. Est insigne testimonium in laudem Ra-
bulæ in Ephesina Synodo, ubi tom. 3. cap. 15. legitur sacra divalis Theodosii Imperatoris ad Me-
tropolitanis, qui initio statim Epistolæ nominantur hoc pacto: Cælestino Papæ Romano, Rufo
Theofalonicensi, Augustino Hipponensi, Aliandro Apameensi, aliisque post vigesimum scribitur
Rembulo Edeffeno, Alexandro alteri Hierapolitano, &c. Data sunt litteræ anno 431. post damna-
tum Nestorium. Erat ergo tum temporis Rabulas legitimus Antistes, neque ulla Ibas utpotè Cleri-
ci-mentio ibidem facta fuit. *Noris in Dissert. de V. Synod. Cap. XL.*

cedonensem generosè tueatur, dictaque Antecessoris sui pacta penitus non attendat.

Delatas itaque sibi Theodoretus & aliorum Orientalium Episcoporum accusationes Domino Patriarchæ remisit Dioscorus, quasi secundum Canones; at in quos ea ipsa hora est hostiliter grassatus. Rem omnem exponit Theodoretus in litteris ad Sanctum Flavianum. Deo carissimus Episcopus Dioscorus Epistolam ad nos scripsit, quam ab eo scriptam non decuit, qui ab universorum Deo didicerat vocem mendacii non suscipere. Quin & officiosissimi satisfactionis & expurgationis litteris valere iussit, & calumniaribus aures tradens rem adgressus est, quæ credi nullatenus queat, nisi testem haberet Ecclesiam. Tulit enim illos, qui nobis anathema dicebant, surgensque & acclamans illorum voces confirmavit. Ad hæc aliquos ex Deo carissimis Episcopis in urbem Regiam misit, majores sperans contra nos tumultus concitandos. Eos misit acturos cum Eutyche & Chrysoftho Eunucho, Principemque in suum sensum circumscripturos. Pergit Theodoretus. In illa Regia urbe congregati beati Patres, cum iis, qui apud Nicæam convenerant, conspirantes, Dioceses distinxerunt, & sua uniusque Diocesi assignarunt, apertè interdicentes ex altera quosdam Diocesi alteram invadere; sed Alexandriæ Episcopum Ægypti tantummodò res administrare, & sua singulas Dioceses. Hic verò legibus istis acquiescere non vult, sed fursim ac deorsum Beati Marci sedem obtendit, idque cum liquido intelligat Megalopolim Antiochiam magni Petri sedem habere. Rogat à Flaviano per Principem cogi Dioscorum ad observantiam sexti Nicæni & secundi Canonis Constantinopolitani, compescique à latrando anathemate in Episcopos Patriarchatus Antiocheni. Addidit & litteras ad Basilium Seleucensium in Isauria Metropolitanam, agentem tunc Constantinopoli: Dignetur Pietas tua suam nobis de more benevolentiam exhibere, & mendacio veritatem opponere. At neque Flavianus neque Basilium quidquam potuit. Advenerat enim, Eutyches & Dioscore, hora vestra ac potestas tenebrarum.

CAPUT QUARTUM.

Exponuntur Acta Eutycheis adversus Ibam Metropolitanam Edeffensem.

Epist. 111.
132.

Ibam fuisse virum doctissimum, utpotè sacris studiis à puero deditum, ejusque persecutionem sua posteriore adfirmat lucidè Theodoretus. Etenim Berytenfis Synodus facta fuit post Consulatum Zenonis & Posthumiani, anno Domini quadringentesimo quadragesimo nono, ideòque cœpisse nequit persecutio, nisi ad summum anno præcedenti. Ejus auctorem edidit ipse Ibas in libellis exhibitis Synodo Chalcedonensi:

Injustitiam ab Eutyche & falsa segmenta passus sum; Act. 9.
Et infra. Uranius Himerorum Episcopus, in gratiam Eutycheis omnia agens, præparavit ut quidam Clerici accusarent me. Accusationis capita aperit Photius Tyrriorum & Eustachius Berytenfis Episcopus in sententia synodali Berytenfi dicentes de Iba. Confessus est se credere, sicut continent litteræ conventionis factæ inter Joannem Antiochenæ civitatis Episcopum & Cyrillum Alexandrinorum. Et in eadem Synodo Maras Ecclesiæ Edeffensæ Presbyter, Episcopi sui accusator, Alloquens dixit: NON INVIDEO CHRISTO FACTO DEO, IN QUANTUM ENIM IPSE FACTUS, ET EGOT FACTUS SUM, id est, fieri possum, idque per merita humana. Quocircà etiam Ibas accusatus fuit de violata Ecclesiarum pace, & resumpta hæresi Nestoriana. Accusatores fuere Samuel, Cyrus, Eulogius, & Maras, Ecclesiæ Edeffensæ Presbyteri, quibus adhærere quidam Clerici Ecclesiarum Charrensis & Theodosiopolitanæ. Porrò in laudata Synodo Ibas Samueli dixit in faciem. Tu quando dixisti, VITA MORTUA EST, non tibi dixi repente: Amice, si quidem hoc dicis, Quia caro Domini vivificans est, & Christus noster vita est, & ego confiteor; si autem de Divinitate dixisti, non recipio. Ex quibus liquet Samuelem fuisse Theopaschitam, plenumque Eutychanum. Liqueat & quo sensu cantet etiamnum Ecclesia: In ligno quando mortua vita fuit.

Prima adversus Metropolitanam instantiam secundum Canones spectat privativè ad Patriarcham, ideòque & in Ibam facta est coram Domino Antiocheno. Vicina erat Paschalis festivitas. Hanc pacificè peragi volens Dominus Clericos ab excommunicatione absolutos remisit Edeffam, postmodum cum Iba ad iudicium redituros. Hæc inducias ad suam precem factas asserit Theodoretus, ideòque miratur dictos Clericos etiam sibi esse adversarios. Quin & illi ab Uranio Himerorum Episcopo seducti Dominum habere suspectum, adiere Principem, impetraruntque sacram delegationem ad ipsam Uranium, Photium Tyrriorum, & Eustachium Berytensem Episcopum, insignem quoque Eutycheis & Dioscori fautorem. Erat contra Nicænos Canones, vetantes judicium peregrina, & de throni sui Apostolici contemptu Dominus graviter est questus, at sine fructu: Nam & ipse apud Eutychem & ejus Palatinos patronus tamquam Nestorianus ferebat. Uranium præparasse, ut sibi & prædictis Episcopis iudicium transmitteretur, affirmat Ibas in precibus factis ad Synodum Chalcedonensem. Damascius itaque Notarius ac Tribunus, ac Eulogius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus, utramque partem & alias necessarias personas ex Osrhoena ad Euphratem Provincia dederunt in Phœniciam maritimam, factaque est per dictos delegatos Synodus in civitate Berytenfi.

Edeffensæ civitatis Clerus erat nominum ducentorum, plus minus, aut etiam amplius. Fuisse namque civitatem amplam, populosam, opulentam testatur in historia monastica Theodoretus. Consuetudo erat ibidem in Ecclesia in die sancto Pasche aut ante diem, dare Episcopum de manu Clericis quedam pro solennitate. Hæc daturus.

L. 2. c. 25.
L. 4. c. 63.

Act. 5.

L. 1. Epist.
64.
A. 1201.
C. 31.
C. 36.

rus alloquitur primitus, & sic dat. Eandem consuetudinem aliis & aliis diebus fuisse olim in Romana Ecclesia testantur Joannes Diaconus in vita Gregorii Magni, & variis in locis liber Pontificalis, in Constantinopolitana Codinus Curopalates, in Apameensi secundæ Syriæ Metropolitanæ Clerici ejusdem Ecclesiæ in libellis adversus Petrum Episcopum suum datis Agapeto Papæ & Synodo Constantinopolitanæ sub Menana Patriarcha, in Messanenfi Gregorius Magnus in litteris ad Felicem Episcopum, & in Cantuariensi Matthæus Paris. Xenia illa à Romanis dicta fuisse Presbyterium scribunt in vita Ludovici Grossi Francorum Regis Sugerius Sancti Dionysii Abbas, & Thomas Stubbs in gestis Pontificum Eboracensium.

In hac erogatione accusabatur Ibas coram omni Clero in Christum Deum nostrum blasphemasse, ideòque sui veritas non latebat in obscuro.

ro. Adversus illum, uti in Synodo Chalcedonensi dixit unus iudicum Eustathius Berytenfis Episcopus, producti fuere tres, & sex, & duodecim testes, omnis autem reliquus Clerus & populus exhibitis libellis attestabatur illum innocentem, & ipse Ibas dixit. Decies millies ego secari patiar, quam dicere hoc verbum. Absit à me hoc vel cogitare. Ego nec dixi, & anathematizo, qui dixit. Ego enim nec à demone audivi hoc verbum. Quocircà orthodoxæ fidei & pacis inter Sanctum Cyrillum & Joannem Patriarcham Antiochenum initæ professionem fecit Ibas, estque etiam ab inimicis iudicibus absolutus, ac remissus in sedem. Verum non cessasse calumnias docent Acta latrociniæ Ephesini.

Fuerunt Ibas objecta & alia accusationis capita, antiquam Ecclesiæ disciplinam manifestantia, ideòque ex Chalcedonensis Synodi decima Actione hic adponenda & elucidanda.

CAPITULUM PRIMUM.

Civitate conferente ad redemptionem captivorum usque ad mille & quingentos solidos, & positus apud custodem sacrorum ministeriorum usque ad sex millia solidorum, & paulò ampliùs, præter redditus, quos suscipit ipsius frater, habens in vasis argenti sacri usque ad libras ducentas, ea vendidit pro mille solidis solum (sicut nos cognovimus, non direxit) in semetiipsum reliqua conferens.

SCHOLION.

Cap. 59.

Pro captivis adjuvandis Collectam indici per Episcopum est traditio Apostolica. In quavis olim Ecclesia fuit arcæ genus, de quo Tertullianus in libro Apologetico. Modicam unusquisque stipem mensura die, vel cum velit, si modo velit, & si modo possit, apponit: Nam nemo compellitur, sed spontè confert. Hæc quasi deposita sunt pietatis. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis, humanisque, & pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, tamquam domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in castris, dumtaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis suæ sunt. Quam largam redimendis Numidiæ captivis Collectam fecerit in mediis Gentilium omnia nostra in fisco rapientium persecutionibus Ecclesia Carthaginensis, audire liber à Sancto Cypriano in litteris ad Januarium ejusdem Provinciæ Primatem. Missimus Sestertium centum millia nummum, quæ istæ in Ecclesia, cui de Domini indulgentia presumimus, Cleri & plebis apud nos consistentis collatione collecta sunt: Quæ vos illic pro vestra diligentia dispensabitis. Et optamus quidem nihil tale de cætero fieri, & fratres nostros Domini majestati protectos Christi. Lupi Oper. Tom. II.

Epist. 60.

ab ejusmodi percussis incolumes reservari: Si tamen ad explorandam animi nostri charitatem, & examinandam nostri pectoris fidem tale aliquid acciderit, nolite custari nunciare hæc nobis litteris vestris, pro certo habentes Ecclesiam nostram & Fratritatem universam, ne hæc ultra fiant, exarare; si facta fuerint, libenter & largiter subsidia prestare. Ad eò in casu futuros non se excusat. Etiam Gentiles & hostes Persas ex iusta Romanorum captivitate redemit Acacius Amidenus in Mesopotamia Archi-Episcopus, additque Socrates, pietatem Regi ipsorum adeò placuisse, ut à Theodosio Augusto postularit sibi transmitti Acacium videndum & honorandum. Clodoveo Francorum Regi, ut redimeret captivis etiam paternas opes profunderet, suavit Sanctus Remigius. Et de Ludovico Pio Augusto scribit in vita Caroli Magni Monachus Sancti Galli, quod fidelibus apud Saracenos captivis dederit in singulos per omnem Germaniam boves & mafos unum denarum fidelem.

Frigeſcente charitate pietas ad solos fermè Clericos & Monachos transit, plurimumque ab illa Sanctum Salvium Albigensem Episcopum, & Sanctum Eparchum Monachum Engolismensem laudat Sanctus Gregorius Episcopus Turonensis. Laudatur & Sanctus Nicetius Lugdunensis, Sanctus Germanus Parisiensis,

L. 7. c. 21.

Epist. 2.

C. 14.

L. 7. c. 1.
L. 6. c. 8.

L. 2. Ep. 32.
L. 5. Ep. 34.
L. 7. Jo. dict. 2.
Epist. 14.
Judict. 3.
Epist. 17.

& super omnes Sanctus Paulinus Nolenus Episcopus, pro liberando viduæ filio post effusum pro aliis omne aurum dans Wandalis Arianis semetipsum. Sanctus Gregorius Magnus non tantum homines liberos, sed & ipsos pauperum dominorum fervos redemit à Longobardis, quosdamque Firmanæ civitatis Clericos & laicos Ecclesiastica pecunia redemptos exemit ab omni onere restitutionis, quoniam leges & Canones permittunt Ecclesiæ substantiam captivis impendi. Et hinc pauperibus Episcopis, ut captivis ad emendicanda redemptionis pretia

Cap. 3.
L. 2. Jo. dict. 11.
Ep. 16.
F. 211.

dent litteras formatas, apud Jacobum Sironidum mandat tertia Synodus Lugdunensis. Erat miserabile miseræ levamen. Quare Valerianus Presbyter pro ipsis captivis mendicabat, ad ipsos in regiones longinquas acquisita deferens, eumque commendat plurimum laudatus Gregorius Magnus. Ejus exemplum peperit Ecclesiæ Sanctam Divinæ Trinitatis regularem familiam, cui titulus, *Ordo de redemptione captivorum*. Ejus pietate magnum Belgii Chronicon describit. Quocirca hæc in Ibam accusatio, si vera, fuit omnino justa.

CAPITULUM II.

Rursum calicem gemmatum magni pretii, oblatum nostræ Ecclesiæ à sancto viro ante annos undecim, inter vasa sanctæ Ecclesiæ non reposuit, & nescimus quid factum sit de eo.

SCHOLION.

L. 2. c. 28.
L. 8. c. 22.
Epist. 165.
L. 3. c. 9.
L. 1.
Cap. 38.
L. 3. c. 11.

Etiam in mediis persecutionibus fuisse Ecclesiis aureos, argenteos, gemmatos, cælatos calices liquet ex Prudentio, inducente debacchantem tyrannum in hæc verba adversus Sanctum Laurentium Romanæ Ecclesiæ Archidiaconum. *Hunc esse vestris orgiis moremque & artem, proditum est, hanc disciplinam fœderis, libent ut in auro Antiflites: Argenteis ferunt fumare sacrum sanguinem.* Quod namque Sanctus Laurentius non solummodò signatum Ecclesiæ Aurum, sed & initiata aurea vasa diviserit in pauperes, testatur Sanctus Ambrosius in libris officiorum. Adeò vetustus est ritus Ecclesiæ quædam vasa initiandi. Eorumdem vasorum cupiditatem fuisse gentilium Principum Procuratoribus frequentem ansam movendæ in nos persecutionis affirmat Eusebius Cæsareensis. Et hinc inductum à Diocletiano Augusto crimen traditionis non solos sacros codices, sed sacra etiam vasa ab Episcopis & Clericis extorquebat. Etenim in litteris ad Generosum Sanctus Augustinus refert Acta publica, in quibus Paulus Constantinensis Episcopus scribitur tradidisse *instrumenta Dominica, Capitulatam argenteam, & argenteam lucernam*. Et in libris adversus Creconium Donatistam adducit Brevem, seu catalogum rerum tunc à Donatistis traditarum, easque inter sunt tres aurei & sex calices argentei. Et Optatus Milevitanus Episcopus ait de eadem persecutione: *Erant ex auro & argento quam plurima ornamenta*. Et ex antiquis cryptis, in quibus olim fideles egere Divina, effodi consuevisse varia ministeria argentea testatur in libro de gloria Martyrum Sanctus Gregorius Turonensis. Et de Felice Regii thesauri Quæstore, misso à Juliano Augusto Apostata ad diripienda

C. 7.
C. 7.
Aug. 8.
L. 1. c. 9.
Hærel. 34.


sacra vasa Ecclesiæ Antiochenæ, scribit in Ecclesiastica historia Theodoretus. *Felix sacrorum vasorum magnificentiam conspicatus, ECCE, inquit, QUAM SUMPTUOSIS VASIS FILO MARIÆ MINISTRETUR*. Simili magnificentia omnes passim Ecclesias abundasse possit facile ostendi. Hinc inter eminentiores ejus dignitates erat *Custos sacrorum vasorum*. Obstat videtur Tertullianus in libro de pudicitia. *Procedant ipse picture calicum vestrorum, si vel in illis perlucet interpretatio pecudis illius*. Romana namque, adversus quam pugnat homo devius, Ecclesia in calicibus suis Dominum Salvatorem pingebat in specie boni Pastoris errantem ovem in humeris ad gregem & pasua reportantis. Ubi, vox, *Pictura*, ostendit calices vitreos fuisse. Hinc pergit Tertullianus: *Ego ejus Pastoris Scripturas haurio, qui frangi non potest*. Innuit pictum in Romanis calicibus Pastorem fuisse fragilem, quia nempe in vitro. Et de Zephyrino Papa, in quem scribit Tertullianus, dicit liber Pontificalis. *Fecit constitutum de omni Ecclesia, ut patenas vitreas ministri ante Sacerdotes portarent, dum Episcopus Missam celebraret*. Et de Sancto Donato Aretino Episcopo habet Martyrologium Romanum: *FRACTUM à Paganis calicem, quod utique vitreus esset, orando instauravit*. Et de antiquo, Apostolicisque temporibus vicino hæretico & mago Marco Sanctus Irenæus Episcopus Lugdunensis. *Pro calice vino mixto fingens se gratias agere, & in multum extendens sermonem invocationis, purpureum & rubrum apparere facit, ut putetur ea gratia ab iis, quæ sunt super omnia, sanguinem suum stillare in illius calicem per invocationem ejus, & valde concupiscere presentes ex illo gustare poculo, ut & in eos stillet, quæ per magum hunc vocatur gratia*. Ejus calices fuisse ex vitro albo Sanctus Epiphanius testatur. Hinc enim vini de albo in rubrum colorem transmutatio

Epist. 4.
Epist. 2.
Dist. 1. de Cōsecrat. c. 44.
C. 2.
C. 7.
L. 1. c. 9.

tio eunctis statim apparebat. Ex quo vides Eucharistiæ transubstantiationis fidem, quam suis miraculo evidentem volebat hic perverfus, esse vetustissimam. Et Cyprianus Gallus ait in vita Sancti Cæsarii Episcopi Arelatenfis: *An non in vitro habetur sanguis Christi? Et Sanctus Hieronymus in litteris ad Rusticum Monachum laudat Sanctum Exuperium Episcopum Tholosanum, quod corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portaret in vitro*. Et in litteris ad Nepotianum dicit vasa aurea ad antiquum spectare testamentum & præcessisse in figura, modò autem gloriam omnem filæ Regis pauperis esse ab intus. Et apud Gratianum rogatus Sanctus Bonifacius, Episcopus Moguntinus & Francorum Apostolus, si liceret in vasis ligneis Sacramenta conficere, respondit: *Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc è contrario lignei Sacerdotes aurei utuntur calicibus*. Et Armenii, Colchi, atque Hiberi usque ad posteriora Ecclesiæ sæcula usi fuerunt ligneis, luteis, ac vitreis calicibus, utique ex Canone & more antiquo. Fateor sacros calices olim fuisse vitreos in quibusdam Ecclesiis, attamen sine lege. Etenim calicem, in quo Dominus Jesus Eucharistiam confecit, fuisse argenteum, & suo adhuc tempore custoditum apud Hierosolimam, adfirmat in libro de locis sacris venerabilis Beda. Et liber Pontificalis dicit de Urbano primo, Zephyrini post Calixtum successore. *Hic fecit ministeria sacra omnia argentea*. Eumque Romanæ Ecclesiæ morem aliæ passim omnes cœperunt imitari. Sanè quod Sanctus Exuperius vitro & vimine usus sit, non in Ecclesiæ Gallicanæ consuetudinem, sed referendum est in extremas istorum temporum ex barbarica incurfione miserias, quæ omne Ecclesiæ aurum, uti adfirmat ibidem laudatus Hieronymus, coegerat in pauperes erogari. Duravit hinc indè inopia usque ad tempora Caroli Magni, cujus in dandis sacris vasis munificentiam prædicant antiqui Francorum Scriptores. Hinc ejus tempore statuit Synodus Rhemensis. *De æve aurichalco non fiat calix, quia ob vini virtutem parit æruginem, quæ vomitum provocat. Nullus in ligneo aut vitreo calice presumat missam cantare*. Mandat calicem fieri ex auro, argento, aut certè apud pauperes Ecclesias ex stanno. Quod ipsum statuit Synodus Triburiensis. Quin immò Richardus, Sancti Thomæ Martyris in cathedra Cantuariensi proximus Successor, in Synodo per Rogerum Hovedensem relata promulgavit hunc Canonem. *Ne consecratur Eucharistia, nisi in calice aureo aut argenteo: Et ne stanneum calicem Episcopus amodò benedicat*. Modificavit Successor Hubertus in Synodo Eboracensi: *Cum calice argenteo, ubi facultas suppetit, Sacramentum Eu-*

A. 1202.
F. 210.
F. 211.
Const. 14.
L. 3. tit. 4. c. 14.
L. 1. offic. c. 28.
L. 1. Ep. 66.
L. 5. Ep. 20.
Epist. 17.
L. 3. c. 11.
12.

charistiæ conficiatur. Nempè Richardi Regis apud Germanos nupera captivitas in summam inopiam dejecerat Ecclesias Anglicanas. Et hinc sui temporis Episcopos & Clericos graviter arguit Sanctus Petrus Damiani, quod Ecclesiasticis divitiis ad vana abusi de stanneis aut similis metalli calicibus, & quidem egregiè fordidiss, Domino ministrarent. De Colchis, Iberis, atque Armeniis scribit magnum Belgii Chronicon. *In partibus Asiæ majoris versus Mesopotamiam & Armeniam quidam Jonas vir venerabilis erat Patriarcha in civitate Susse, in cujus Jonæ manibus, dum Missam celebraret more gentis suæ, hoc est, secundum consuetudinem Syrianorum, tale fertur accidisse miraculum, ut panis ille magnus fermentatus, undè fiebat sacrificium, in parvam & pulchram hostiam ad morem sacrificii latinorum converteretur, & calix ligneus destrueretur cum coalearibus, reperto vero Sanguine in argenteo calice. Undè plures Syrianorum Ecclesiæ, Armenii, Georgiani, & Jacobitæ ad consuetudinem sanctæ Catholicæ & Romanæ Ecclesiæ de die in diem per hoc miraculum cœperunt converti*. Addit de Innocentio tertio laudatissimo Pontifice: *Dedit universis Ecclesiis Romæ unam libram argenti pro singulis calicibus earum non habentium calices argenteos, tali pacto ut vendere eos non possent*. Generaliter Græcos omnes in auro, argento, aut certè stanno celebrare jussit Innocentius quartus. Et Sanctæ Brigidæ Brixienfis Presbyterum, quod calicem non habens in scypho ligneo celebrasset, apud Gregorium nonum deponi mandat Honorius tertius. Neque his adversatur Sanctus Hieronymus in litteris ad Nepotianum: *Quarundam Ecclesiarum excessum damnat, nullatenus mediocritatem*. Quantum porrò in Ecclesia crimen semper fuerit abuti sacro calice, liquet ex Eusebianorum in Sanctum Athanasium tragædiis. Præcipua enim in ipsum calumnia fuit, quod sacrum poculum fregisset. *Opus est, inquit Sanctus Ambrosius, Ut de Ecclesia mystici poculi forma non exeat, ne ad usum nefarios sacri calicis ministerium transferatur*. Venafranæ Ecclesiæ Clericos, qui calicem venderant, in perpetuum penitentiam relegavit Gregorius Magnus; Rainerium Aurelianensem Episcopum etiam deposuit Gregorius septimus. Et præcipua causa, quam iustificandæ suæ in Rothaldum Svevionensem Episcopum crudelitati prætexuit Hincmarus Metropoliensis Remensis, fuit aureus gemmatus calix per ipsum oppignorratus. Et Divina in Regem Balchazarem vindicta etiam in novo testamento percussit varios: Exemplum infigne refert Theodoretus. Quocirca & hæc in Ibam accusatio, si vera, fuit longè justissima.



CAPITULUM III.

Adhuc & de Ordinationibus accipit.

SCHOLION.

A B adfundendis ad Ecclesiasticos Ordines fieri oblationes varias est consuetudo antiquissima. Prima fiebat ipsi Ecclesie, ad cuius titulum & tabulam quis consecratur. Etenim de Marcione à Romana Ecclesia in Clerum adsumpto scribit Tertullianus in libro Præscriptionum, & in quarto libro adversus ipsum. *Cum ducentis Sestertiis, quæ Ecclesie intulerat, in perpetuum sciduum est relegatus.* Dammati Errois substantiam noluit Ecclesia retinere. Et de Sancto Ambrosio scribit Paulinus Presbyter, quod & aurum & possessiones suas dederit Ecclesie Mediolanensi, forori tamen suæ relinquens usum fructum ad redimendos captivos. Et omnis illa de ordinando nobili viro Piniano inter Ecclesias Hipponensem & Tagastensem contentio fundabatur in simili oblatione: Utraque enim ejus patrimonium ambebat, adeo ut eis mater illius Albina impingeret *turpissimum pecunie appetitum.* Hic item hæst quæstio inter Augustinum & Alipium de patrimonio Honorati è Tagastensi Monacho Presbyteri Thianensis. Videtur quippe Honoratus, Augustinum imitatus, non expectasse Clericatum, sed in Monachatus susceptione effudisse sua in Ecclesiam originale. Exempla plura refert Augustinus in sermone secundo de communi vita Clericorum. Et hæc oblationes probat Justinianus Augustus in lege ad Petrum Officiorum magistrum, rigidissime damnans omnem simoniam, & addens. *Si quis Episcoporum sive ante sive post Ordinationem voluerit proprias res, aut partem earum Ecclesie offerre, cum sacerdotium accepit, non prohibemus, sed omni laude dignum judicamus: Quoniam hoc non est emptio, sed oblatio.*

Eodem respicit septimæ Synodi Canon quintus. *Eos, qui gloriantur se per dationem auri ordinatos in Ecclesia, & in hac maligna consuetudine, quæ alienat à Deo & omni sacerdotio, sperant, & ex hoc impudenti facie & non aperto ore exprobrabilibus verbis eos, qui ob virtutem vitæ à sancto Spiritu electi & constituti sine datione auri sunt, in honore, primò quidem novissimum gradum accipere sui Ordinis definimus, quod si permanserit, per Epitimum corrigantur.* Quidam damnari existimant sacræ Ordinationis simoniam: At certum est falli. Damnator sola divitum Clericorum temeritas, qui ob donatam Ecclesie substantiam pauperibus ad vitæ merita promotis volebant præferri & dominari. Quod ipsum in Monachis vitium graviter damnat Regula Sancti Augustini. Et huc forsitan respicit lex Constantini Magni in Codice Theodosiano. *Nullum deinceps instructum idoneis facultatibus, atque obeuntis publicè muneribus opportunum, ad Clericorum nomen obsequiumque confugere; sed eos de cætero in*

cæterorum dumtaxat locum Clericorum surrogari, qui fortuna tenues, neque muneribus civilibus teneantur obstricti. Undè & pauperes, probè tamen institutos, præsertim parari & promoveri ad Clerum suadet in secunda Synodo Mediolanensi Sanctus Carolus Borromæus. Et apud Gratianum Alexander secundus Pontifex mandat Clero & populo Lucensi, ut deinceps non ditiores, à quibus plura expectent suæ Ecclesie, sed meliores eligant in Clerum. Nam & Dominus ad Apostolum adsumpsit pauperes, & Evangelicæ legis laus est, quod pauperes à Domino evangelizati cæteris evangelizent.

Notanda sunt verba Justiniani Augusti: *Quoniam hoc non est emptio, sed oblatio.* Nullum quippe pactum, nulla exactio, aut sponso potest hic intervenire. Sanctum Joannem Eleemosynarium, Patriarcham Alexandrinum, apud Laurentium Surium rectè laudat Leontius Neapolitanus Episcopus, quod quempiam promisso grandi gratiarum pro pauperibus cumulo postulantem Diaconom rejecerit ut simoniacum. Et Sanctus Gregorius Magnus in litteris ad Syagrium Augustodunensem Episcopum damnat simoniam Episcopos & populos Gallicanos, quod promissa aut exacta ad alendos pauperes aut extruenda Monasteria ac Xenodochia pecunia Ecclesiasticos Ordines darent aut acciperent. Quod ipsum apud Gratianum scribit Alexander secundus ad Clerum & populum Lucensem. Et Sanctus Augustinus Hipponensium pauperum, nobilem virum Pinianum postulantium ad Presbyteratum, cupiditatem dicit non fuisse culpabilem, quod ab ejus redundantia suæ inopiæ supplementum sperarent solummodo, non exoptularent. Et Artaldum Ecclesie Elatensis Electum Narbonensis Metropoli consecrare noluit, quod omnia bona Ecclesie donanda statim à facta electione jurefret: Credebat Metropoli electionem prævia promissione procuratam. Et Decano Belluacensi roganti, an is, qui bona sua omnia dederat Ecclesie eo pacto, ut ea postmodum pro Præbenda haberet adsumptus in Canonicum, esset à simonia alienus, respondit Innocentius tertius non esse, causa exactiois & pacti.

Altera oblatio fiebat ipsi Episcopo, Metropolitæ, Primati, aut Patriarchæ ordinanti. Etenim Eusebius, Ancyra Episcopus & primæ Galatiæ Metropoli, trium Dioceseon Metropolicas deinceps à Constantinopolitano Episcopo ordinandos consentiens dixit ad Synodum Chalcedonensem. *Rogo autem, ut civitates pro Ordinationibus non solvant. Si enim non in civitatibus ipsis hi, qui eliguntur à civitate, ordinantur à Synodo Provincie comprobati, solvantur substantiæ Ecclesiarum. Et hoc probatum habeo, qui pro eo, qui ante me fuit, multa reddidi debita: Quæ illæ contraxerat ad Patriarchæ Constantinopolitano solvenda jura Ordinationis. Theodotus ille fuit Nestorii in Synodo*

nodo Ephesina accusator. Eandem praxin viguisse in Romana Ecclesia fatetur Sanctus Gregorius Magnus. Viguit item in omni Italia, Sicilia, Sardinia, Illyrico, Africa, Hispania, Gallia, Germania, adeo ut Arnoldus Abbas Lubecensis in Chronico Slavorum testetur Hartuicum Archi-Episcopum Bременsem, deductum ad inopiam vixisse ex solo Cathedralico, id est, iuribus & Xenii Episcoporum Consecrationum.

Hæc porro Xenia Justinianus Augustus, quem Sanctus Gregorius Magnus & alii Scriptores imitantur, in lege ad Petrum Officiorum Magistrum, & in lege ad Mennam Patriarcham rectè vocat *consuetudines*: Ut potè nullo Canone aut lege, sed solo contra Canones & leges usu in Ecclesiam intrusas. Eas dividit in tres: Cathedralicam, Enthronificam, & Insinuativam. Errant, qui eas putant esse unam ac eandem. Cathedralica consuetudo, quam Gregorius Magnus *Pastelli seu Pastellaticam*, Innocentius tertius *Eleosuarium* vocat, est pensio Episcopo, Metropolitæ, aut Patriarchæ solvi consueta in signum subjectionis & honorem Cathedralæ, ad eisdem Cathedralæ, id est, Episcopalis, Metropolitanæ, aut Patriarchalis officii onera sustentanda. Apud varios solvi consuevit tempore vario: In confirmatione, consecratione, Pallii donatione, Synodo, ideoque apud quosdam dicta est etiam *Synodaticum*. A Romanis usque ad ejus proscriptorem Gregorium Magnum dicebatur *Pastellum*, quod ad instar modici pastus esset quid modicum & vile. Fuisse vocabulum à nova per ambitionem simulatione inventum testatur idem Gregorius. Fuit & alia, non Episcopo, sed Ecclesie Clericis pendi solita veri Pastelli seu convivii consuetudo, quam à quibusvis non Clericorum solummodo, sed & Monachorum initiationibus ut simoniacam frequenter proscriptere & generales Synodi & Romani Pontifices; verum Belgica nostra infirmitas etiam hodie ad sæva disciplinæ damna retentat. Eam fugiens Sanctus Andreas Corinus, Carmelitanae familiæ & Fæsulanae Ecclesie decus, primam Missam Deo in sylva obtulit, meruitque à Deipara apparente divinitus audire: *Servus meus es tu, quia ego elegi te, & in te glorior.* Enthronificata consuetudo est munus pro Episcoporum inthronizatione aut Clericorum introductione donari consuetum introducenti; insinuativa autem est munus à novo Clerico dari solum ejusdem Ecclesie Conclericis in sua insinuatione seu admissione, gratia ineundæ amicitie & societatis, quod per omnem ferè Occidentem olim fuit convivium sive Pastellum. At hæc duæ consuetudines non spectant ad Capitulum præfens.

Ibas ergo in Synodo Berytensi accusatus fuit non de simonia, sed de sola Cathedralici in dandis sacris Ordinationibus consuetudine: Et quidem non de extorta, aut exacta, sed dumtaxat de accepta; Nihilominus Episcopi iudices dixerunt ad accusatores. *Quando redarguitur Capituli sequitur animæ periculum ferens, superfluum judicamus inquisitionem fieri cæterorum. Quæ igitur manifestè interdicta sunt & Canonibus & legibus, & sunt aperte odiosa Deum timentibus, hæc eligite primum, & bis instate. Videntur autem nobis hæc*

esse principalia. Primum quidem rectè esse oportere fidei, qui Sacerdotio fungitur. Deinde, esse eum totius luxurie liberum: Sed nec prodere pietatem, maximè pecuniarum causa. Hoc tertium videtur omnino esse præfens Capitulum, ideoque queritur, an sacræ Ordinationis Cathedralicum accipere sit reverà proditio pietatis, crimen omnibus Deum timentibus odiosum, damnatum per leges & Canones, se solo sufficiens ad Episcopi dejectionem? Quæri id potest & de simplici acceptione Cathedralici, & de exactioe.

Quoad primum per parte negativa facit auctoritas Sancti Gregorii Magni, qui Januario Galaritano Episcopo ac Sardorum Metropolitæ rigidè verans quid accipi de Clericorum Ordinationibus addit: *Nisi quidpiam sua sponte offerre voluerint.* Et in Romana sua Synodo durissime quidem damnat Pastelli exactioem, adjunctum tamen de simplici acceptione. *Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, neque petitus, post acceptas chartas & Pallium aliquid cuilibet ex Clero gratiæ tantummodo causa dare voluerit, hoc accipi nullo pacto prohibemus.* Et omnes antiquæ Synodi, hæc consuetudines de simonia damnantes, damnant solam exactioem: Spontaneæ oblationis receptionem plures disertè permittunt.

Pro parte tamen affirmativa definit Synodus Tridentina. *Quoniam ab Ecclesiastico Ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet, nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam Clericatus consuetudine, nec pro litteris dimissoriis aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa etiam spontè oblatum Episcopi & alii Ordinum Collocatores, aut eorum Ministri quovis prætextu recipiant.* Neque id statuit sine antiquo exemplo. Imitata est secundam Synodum Bracarensem: *Episcopi de Ordinatione Clericorum munera nulla accipiant.* Et secundam Barchinonensem, atque octavam Tolitanam, vetantes aliquid accipi etiam *sub oblationis nomine.* Tertia Bracarensis accipientibus infligit pœnas inflictas simoniaci à Canone Chalcedonensi. Hi, inquam, Sanctissimi Hispaniarum Episcopi servari mandant in Sacramento Ecclesiasticæ Ordinationis, quod in Baptismo Canon quadragesimus octavus Eliberinus: *Emendari placuit, ut hi, qui baptizantur, ut fieri solebat, nummos in Concham non mittant, ne Sacerdos, quod gratis accipit, pretio distrahere videatur.* Nec desunt similes Canones Ecclesiarum Italicæ, Africanæ, Illyricanæ, & Gallicanæ, atque ita etiam spontè oblatum Cathedralicum recipere videtur esse iniquitas simoniæ.

Respondeo hanc quæstionem in Synodo Basileensi eruditè solvi à Domino Cardinali Juliano Cæsario. Ad Eugenii quarti Pontificis Legatos dicit ex Domini mandato nemini incutiendum scandalum, juxta Apostolum non tantum à malo, sed & à mali specie abstinendum, & addit. *Nonnè & gratis offerre, & elemosinam dare, pium est & opus charitatis? Sed quoniam tempore Baptismi nummos projicere in Concham, speciem prætendebat mali, emendari & aboleri talem consuetudinem jussit Ecclesia: Utique non tamquam naturali aut Divinæ legi adversam, sed ut suspectam, scandalosam, piorumque ac infirmorum*

C. 30.

C. 7.

August. Epist. 225.

Epist. 225.

Novell. 123. c. 2.

L. 3.

Decret. 17. 28. 29. 30.

1. q. 3. 69.

L. 7. in d. 2. Ep. 111.

1. q. 3. 69.

Epist. 225.

Apud Grat. 8. q. 3. c. 2.

Act. 16.

L. 3. Ep. 25.

L. 4. Ep. 47.

Ibid. 25. c. 1. de Refor.

C. 37.

Epist. 51.

sum oculorum offensivam. Hinc dicit Canon: *Ne pretio distrahatur videatur*, id est, ab infirmis, licet errantibus, existimetur. Unde & Gregorius Magnus sponte oblatum recipi merè permittit, nequaquam probat. Etenim Xenia à Joanne primæ Justinianæ Episcopo Primatè in L. 4. Ep. 8. Archi-Episcopalis confirmationis & Pallii postulatione sponte oblata & missa adeò rejectit, ut ejus Legati offerre ipsa coacti fuerint Sancto Petro Apostolo, nullius integri fidelis oblationem recusanti. Xenia sibi à Felice Messinensi Episcopo transmissa recepit quidem, nolens offerentem contristare; at vendi jussit, pretiumque Felici remisit. Recepit tamen, et inventus, à Dominico Episcopo Carthaginensi. Porro illa, quæ permittit accipi, esse debent modica, quæ accipientis animum allicere, inclinare, movere, pervertere non soleant, uti scribit Innocentius tertius Pontifex ad Archi-Episcopum Strigoniensem. Hinc Ordinatore ab Episcopo Electo offerri permittit *Electuarium de vino aut aliis hujusmodi, quæ modici pretii fuerunt. Romana Ecclesia interpretari non consuevit accipientem in his delinquere, vel donantem.* Etiam equum à dicti Archi Episcopi fratre donatum Cardinali Legato in impartitione Pallii excusat ab omni scabie, quod ille esset quid modicum respectu dantis atque accipientis. Nihilominus Sanctum Hugonem Lincolnensem Episcopum rectè laudat Henricus Cnighonus, quod Episcopatum cedere maluerit, quam Archi-Diacono inthronizanti donare equum: Eum quippè Archi-Diaconus exigebat.

Et hinc fit locus alteri quæstioni, an dictas consuetudines Ecclesiasticorum Ordinum donatione exigere sit simonia? Pro parte affirmativa facit Philippus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyter, Eusebio Ancyra Episcopo postulanti, ut civitates pro Ordinationibus Episcoporum suorum deinceps Patriarchæ Constantinopolitano non solvant, respondens: *Ex Regula hoc interemptum est, hæc Regulis & legibus interempta sunt, Altaria munda sunt*, utique à lepra simoniæ ejusmodi per Canones & leges damnata. Et apud Cassiodorum Athalaricus Gothorum Rex in Edicto ad Joannem secundum Pontificem rigidè tamquam Canonum executor mandat omnibus Patriarchis, ne quid exigant ab Episcopis consecrandis. Et Gregorius Magnus decreto suo, quo sacræ Ordinationis & dati Pallii Pastellum proscripsit, adjungit: *Si quis hinc aliquid commodi exigere vel deferre fortè præsumpserit, in districto Dei omnipotentis examine reatus subiacebit.* Et Sancto Bonifacio Francorum Apostolo, Ecclesiam Romanam arguenti de ejusmodi Pastello, ideòque nuper postulata Ecclesiæ Gallicæ Pontifex esse mendacissimam calumniam, ejusmodi exactiones esse prævaricationem Canonum & apertam simoniam, Romanamque Ecclesiam esse ab illa adeò alienam, ut nec pro charta quid exigat aut pro Scriptura. Ecclesia olim Mediolanensis consuetudinaliter de Subdiaconatu duodecim nummos, de Diaconatu decem & octo, de Presbyteratu suscipiendi viginti quatuor, quasi per præfixam conditionis Regulam, exigebat.

Item quid de Episcoporum consecrationibus & benedictionibus Abbatum? Verùm Guido Archi-Episcopus in manibus Petri Damiani Ostiensis, & Anselmi Lucensis Episcopi, per Romanam Ecclesiam iustus est abjurare, & abjuravit tamquam lethalem, pestiferam, damnatam simoniæ hæresim, uti multis refert laudatus Petrus Damiani. Episcopus Morinensis ab Abbate Sancti Bertini solebat pro benedictionis Xenio exigere cappam sericam, Palaftedum, Pastellum aut aliam consuetudinem: at tamquam simoniam proscripsit Innocentius tertius. Innumerum Canones ità censent de ejusmodi exactionibus.

Partem tamen negativam firmat Justinianus Augustus in lege ad Petrum Officiorum Magistrum. Licet namque in Clericorum ordinatione Cathedralicam consuetudinem veter ab ipso ordinante Episcopo, permittit tamen exigi ab ejus ministris, & quidem tantam, quæ æquare possit unius anni proventum. Etiam à Patriarchis, Primatibus, ac Metropolitibus exigi permittit de Episcopis consecratis, eximens solos pauperes Episcopos, quorum Ecclesiæ in redditu habeant minùs, quàm duas libras auri. A quibusdam exigi finit etiam viginti auri libras, quæ juxta Eustachium Gothofredum faciunt aureos nostros mille quadringentos quadraginta. Adeò non sine causa Eusebius Ancyra Episcopus in Synodo Chalcedonensi questus est per Cathedralicas Patriarchæ Constantinopolitani consuetudines solvi seu dissipi substantiam Ecclesiarum, quarum Episcopi ab illo consecrabantur. Quin in lege ad Mennam Patriarcham idem Justinianus consuetudines insinuativas, quas proscribit à cunctis Ecclesiis, confirmat in magna Constantinopolitana. Et Isaaci Comneni Augusti Novella constitutio de consuetudinibus, quæ pro ordinatione dantur, statuit, ut etiam in ordinatione Sacerdotum & Canonico vetus forma auctoritatem obtineat, & nihil in ordinatione Episcopus, qui ordinat, amplius accipiat, quàm præstantior monetæ septem aureos nummos dumtaxat: Unum scilicet, quando facit simplicem Papam sive Lectorem; tres quando ordinarum Diaconum, alios tres quando Sacerdotem sive Presbyterum perficit. Canonice est ordinariæ tribueam, verumque Cathedralicum, Episcopo à singulis oppidis & vicis pendit consuetum. Simplex Papa est idem, quod apud nos primæ tonsuræ Clericus: Nam & Belgica nostra lingua omnem Clericum vocat Papam.

Et ab hac Græcorum Theologia etiam Latini non abhorrent. Etenim Calixti secundi & Innocentii secundi Pontificum decretis, hujusmodi Cathedralicas consuetudines ut simoniacas damnantibus, potenter se objecit Sanctus Lanfrancus Cantuariensis Archi-Episcopus, adferens illas non Sacramentorum, sed subjectionis titulo pendit: Sancti Augustini namque monasterium monasterio Cathedrali quotannis in cæna Domini duos arietes, certamque panis & vini mensuram solvebat. Longam item refert in suis Annalibus Guilielmus Thorne. Et Rogerus Hovedensis inter varia Theodini & Alberti Cardinalium, Alexandri tertii Legatorum,

rum, synodalia apud Abrineas decreta refert etiam proscripitas aliquid in Sacramentis exigendi consuetudines, & addit: *Nihil profectum est, quia Episcopi Normandiæ decretum illud recipere noluerunt.* Et Joannes Salisburgensis Archi-Episcopus sub Martino quinto Pontifice post damnatam synodalem omnem in Sacramentis simoniam adjungit: *Ex post vero antiquas & laudabiles Ecclesiarum consuetudines pia fidelium devotione pro Ministrorum sustentatione introductas non intendimus prohibere, ad quas etiam observandas superioris Officii laici Ecclesiastica possint censura compelli.*

Respondeo hæc in sacra Ordinatione exactiones ità fieri posse, ut non sint hæresis simoniæ. Quis enim nesciat Episcopis, Metropolitibus, Primatibus, Patriarchis deberi à subditis Clericis ac Episcopis canonicum seu verum Cathedralicum? Episcopo enim, licet divisam portionem habenti, antiqui Canones insuper assignant quartam omnium Presbyteralium portionum. Etiam participem volunt de oblationibus & primitiis omnium Ecclesiarum. Cur igitur hanc quartam aut ejus partem exigere nequeat in Ordinatione? Attamen latina Ecclesia exactiones istiusmodi semper tamquam sordes habuit &

damnavit, licet forsàn à vera simonia immunes: Damnavit tamquam suspectas, periculosas, scandalosas, piorumque, ac infirmorum oculorum offensivas. Abundè liquet ex hac usque dictis. Certè simoniaca hæresis, quam ex Gallia eiecit Gregorius Magnus, ex parte non erat aliud, quàm quædam inopum Episcoporum exactiones ad alendam miserabilem plebem. Neque obeft Sancti Lanfranci animositas. Ei enim tandem cessit, ejusque causa ipsum arguit laudatus Guilielmus Thorne, quod simoniam ex alienis Ecclesiis generosè profligans foverit in propria. Eadem est ratio Episcoporum Normandiæ: Eorum quippè præsumptionem damnavit postmodum Alexander tertius in Synodo Lateranensi. Salisburgensis Synodus non de Ecclesiastica Ordinatione, sed de Parochialibus Sacramentis loquitur, quæ non spectant ad hunc locum. Et hinc credo à Synodo Berytensi per pietatis prodigionem pecuniarum causa factam non intelligi præsens Capitulum, sed alia Ecclesiasticæ substantiæ dissipationem objicientia: Hocce enim Capitulum adfirmat Ibam dumtaxat accepisse, non exegisse.

CAPITULUM IV.

A Brahamius quidam Diaconus nostri Cleri fuit. Hic Joanne quodam malefico deprehensio, cujus amicus erat & consocius, coram reverendissimo Episcopo nostro & omni Clero convocato ad audientiam Abrahami Diaconi, monstratum est eodem confitente consocium esse, ut poenam sustinuerit excommunicationis, & omnibus odio fuerit, & omnium insectationi patuerit multo tempore. Post hæc (nescimus quomodo persuasus) satisfactione ab eo nullatenus proveniente, tentavit eum Batenorum civitatis ordinare Episcopum: & prohibitus ab eo, qui tunc Archi-Diaconus erat, indignatus est. Et hunc quidem, qui morti erat obnoxius, apud semetipsum decrevit esse Episcopum. Illum verò, qui turbam incitaverat civitatis, & dixit justum non esse hoc fieri, removit de proprio loco, & excommunicavit, & expulit ab Ecclesia. Et quia de Episcopo ei non processit, compulsum est eum facere Xenodochum. Et retinet chartam magicarum incantationum reverendissimus Episcopus noster, qui debuit ad judicem Provinciae hunc, qui ità execrabilis est, offerre secundum consuetudinem legum.

SCHOLION.

Etiam Sanctus Johannes Chryostomus in Synodo ad Quercum accusatus fuit, postulatque ad exaustrationem, non tantum quod

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

Antonium sepulchrorum violatorem convictum, & Heraclidem furem manifestum in Episcopos, sed & quod Serapionem accusatum & adhuc causam dicentem in Presbyterum consecrasset. Etiam Theodoretus pessimè audiit, quod à Phœnicæ Episcopis rogatus Irenæum bigammum ordi-

ordinasset Metropolitan Tyrionum . Tantum in Ecclesia crimen semper fuit personas inhabiles ad Ecclesiam gradus evehere . Præsertim præstigiatores aut eorum conscios . Etenim Eleusium Cyzicenum Episcopum deiecit Synodus Seleuciensis , quod Heraclium , Herculis Tyrri Sacerdotem , & præstigiis magicis conspersum baptizasset , & ad gradum Diaconatus extulisset . Deiecit & Basilium Ancyre Episcopum , quod circulatorum ab Ecclesia non segregasset . Eum debuerat non tantum Ecclesia ejicere , sed & Provinciae Judici offerre secundum consuetudinem legum . Cur offerre potius , quam deferre dicat nostrum Capitulum , aperit Adrianus primus Pontifex in Capitulis traditis Angilramno Metensi . Delatori aut lingua capuletur , aut corvico caput amputetur . Delatores autem sunt , qui invidia produunt alios . Et hinc Delatores gravissimè punit Canon Eliberinus . Nam & gentiles Romani passim in spectaculis clama-

Socrat. l. 2. c. 33.

Zozom. l. 4. c. 23.

Cap. 45.

Cap. 73.

bant ad Principem : Delatores ad Leonem . Cur Abrahamio Diacono in Episcopum consecrando intercesserit Edeffenus Archidiaconus , liquet ex sexagesimo Canone Arabico , mandante omnes ad Ecclesiasticum Ordinem promovendos examinari per Archidiaconum , neminemque sine ejus licentia promoveri . Quæ potestas Archidiacono Ecclesie Metropolitanæ fuit etiam in promovendos ad Episcopatum . Quin immò de Ecclesie Antiochenæ Archidiacono , hæresi Ariana infecto , scribit Hermias Zozomenus . Dicitur , dum Meletius Patriarcha fidem orthodoxam populo prædicaret , accurrisse , & manu admota ejus os obturasse . Quare videtur Archidiaconus quibuscumque Episcopi excessibus potuisse intercedere . Hinc enim Edeffenus Archidiaconus laudatur adversus Ibam incendisse turbam civitatis , arguiturque Ibas , quod illum idcirco gradu & communione privavit .

L. 4. c. 27.

CAPITULUM V.

Valentium nomine quemdam virum (de quo omnes , qui in eodem vico habitant , clamaverunt & in scriptis & sine scriptura , tanquam adulterum , & masculorum concubitorem) ordinavit Presbyterum , & procuratorem , in custodiam retrudens , & judici tradens hos , qui clamaverunt ; & hæc innotescens ei litteris Deo amantissimi Archiepiscopi Domni .

SCHOLION.

Acusatur hic major Ibæ in pravis hominibus ad sacros gradus evehendi insolentia . Videns namque fidelis Edeffensis populus ab illo sperni Archidiaconi intercessionem , adversus Valentii promotionem obtinuit interdictum Domni Patriarchæ Antiocheni . At & illud accusatur Ibas sprevisse , zelososque laicos ejus observantiam exposulantes publico judici tradidisse carcerandos . Nec mireris hunc laicorum zelum . Eo enim tempore sine populi testimonio & consensu ordinare non poterat Episcopus . Unde & in Synodo ad Quercum accusatus fuit Sanctus Joannes

Chrysostronus , Quod sine testibus multos ordinasset . Porro ob ordinatum naturæ in propria uxore adulterum Seleuciensis etiam Synodus deiecit Basilium Episcopum Ancyranum . Etenim Apostolicus Canon mandat Episcopum , Presbyterum , ac Diaconum esse sine crimine , præsertim illo , quo corpus nostrum , sacrosancto Christiænæ Regenerationis Sacramento consecratum Dei templum , fœdatur ac profanatur . Et hinc statuit Synodus Eliberina . Subdiaconum cum ordinari non debere , qui in adolescentia sua fuerit mœchatus , eò quod postmodum per surreptionem ad altiorum gradum non sit promovendus : Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati , amoveantur . Quæ disciplina multis sæculis in Ecclesia obtinuit .

Zozom. l. 4. c. 23.

Cap. 30.

CAPITULUM VI.

Quia ordinavit Daniele filium sui fratris Episcopum Paganorum civitatis ; cui oporteret sanctum Spiritum adesse , cujus possent

opera

opera adducere , & persuadere , ut vel nunc ad cognitionem veritatis accederent ; iste illic ordinavit inquietum , & juvenem existentem , & luxuriosissimum . Neque enim statuit , aut passus est aliquando latere , sed penè semper in nostram adveniebat civitatem propter Challoom quamdam maritatum , circumducens eam per loca diversa , & in deliciis cum ea deditus .

SCHOLION.

Ecclesiasticas dignitates nepotibus aut aliis confanguineis conferri ab Episcopo , res est adiaphora . Etenim objectantibus , quod Hincmarum nepotem gratia propinquitatis ordinasset Laudunensem Episcopum , rectè respondit Hincmarus Metropolita Rhemenfis . Nolum attendere mihi hoc reputantes , quia non impedit ad quempiam ordinandum carnis propinquitas , si ordinandus fuerit electus & petitus secundum Ecclesiasticas Regulas . Nam & Dominum , à quo & per quem cepit Episcopus patus , carne sibi propinquos legimus ordinasse Apostolos . Et Sanctum Marcum Evangelistam & Alexandria Patriarcham fuisse Sancti Petri ex sacro fonte filium testantur in Petro liber Pontificalis , & Nicolaus primus Pontifex in rescripto ad consulta Bulgarorum . Fuisse & ejus ex sorore nepotem , Nicephorus Calixtus . Eiusdem nepotem fuisse Sanctum Martialem Lemovicensem Episcopum scribit Sanctus Petrus Damiani . Addit Sanctum Maurum Cæsenæ Episcopum promotum à patruo Pontifice Romano . Et Sanctus Eusebius Samosatensis Episcopus in Clerum suum adsumpsit Antiochum è sorore nepotem , cujus merita , ob quæ avunculo successit in cathedram , prædicat in historia Ecclesiastica Theodoretus . Etiam Sanctus Cyrillus Alexandrinus fuit patris Theophili Clericus & successor . Et Sanctus Siniacus secundus Remensium Episcopus Episcopatum Sueffionensem dedit nepoti Divitiano : Sanctus Remigius erectum à se Episcopatum Laudunensem Genebaudo , marito suæ neptis . Quis ignorat Sanctum Carolum Borromæum nepotem Pii quarti Pontificis ? Esse Patriarchæ nepotem est apud Armenios singularis Ecclesiastica dignitas . Unde Synodo Sifensi , relatæ per Clementem Galanum , Jacobus nescio cujus civitatis Episcopus

Epist. 33. c. 41.

Cap. 72. l. 2. c. 43.

Serm. 16. l. de vita S. Maur. c. 1.

L. 4. c. 14.

Flodoard. l. 1. c. 3. l. 1. c. 14.

pus subscribit hoc modo : Jacobus nepos domni Gregorii Patriarchæ , Episcopus N.

Verum in hac promotione imitandus est Benedictus duodecimus Pontifex , de quo magnum Belgii Chronicon . Vix nepotem suum Archiepiscopum Arelatensem effecit : Alios vel non habuit , vel nescivit . Causam dedit apud Albertum Argentinensem in vita Sancti Bertholdi : Si mei fuerit dominati , tunc immaculatus ero . Quam enim caro & sanguis in evehendis confanguineis cæcutire & cespitare faciant etiam eruditos & laudabiles Episcopos , ostendit hæc , si tamen vera , accusatio Ibæ . Et quidem ad Eufratem fuisse tum adhuc multam idololatriam , liquet ex Theodoro in Historia monastica . Quare Paganorum civitatis non luxuriosus Juvenis , sed quis Gregorius Thaumaturgus fuerat ordinandus . Adventum Metensem Episcopum , ut nepoti Episcopatum Treverensem emeretur , favisse Carolo Calvo Francorum Regi ad invadendum , Ludovico Augusto nepoti debitum , regnum Lothariense , scribit Abbas Regino . Adversus eundem Carolum cum Ludovico ejus fratre Germaniæ Rege conspirasse Wenilonem Senonensem Archiepiscopum , ut Tortoldo Diacono , suo propinquo , obtineret Episcopatum Bajocensem , adserit Synodus Tullenfis apud Saponarias . Et Albericum Mariscanum Episcopum unà cum filio , cui cesserat cathedram , pessimè perisse refert Sanctus Petrus Damiani . Quis nescit Hincmarum Laudunensem à patruo Remensi donatum Episcopatum fuisse infelicissimum ? Etiam Genebaudi per Sanctum Remigium promotio non caruit miseris . Et Rusticum ex fratre nepotem , creatum à se Diaconum Cardinalem , adeo contumacem sensit Vigilius Pontifex , ut tandem exauctorarit . Merito à cunctis laudatur Clemens quartus , quod nepotem , tribus gaudentem Sacerdotiis , jufferit uno esse contentum .

F. 298.

Cap. 17.

910

A. 869.

1111

L. 4. Ep. 9.

910

CAPITULUM VII.

Quia omnes Ecclesiasticos redditus , multos existentes & in infinitam tendentes quantitatem , confert suo fratri , vel consobrino . Et rogamus , ut rationem faciat coram vestra Sanctitate .

CAPITULUM VIII.

Quia hæreditates & munera, & quæ undecumque offeruntur, & cruces positas aureas & argenteas, collecta dirigit fratri suo, vel consobrino.

CAPITULUM IX.

Quia quæ ex definita mensura in expensas captivorum eroganda fuerant, in domos suorum erogat cognatorum.

SCHOLION.

Cap. 39.

L. 1. c. 30.

Cap. 31.

L. 4. Ep. 14.

Licet forsàn non Apostolicus, antiquus tamen est & laudatissimus Canon. *Omnium rerum Ecclesiasticarum Episcopus curam gerat, & eas administret tamquam Deo intente. Ne liceat autem ex eis aliquid sibi vindicare, vel propriis cognatis, que Dei sunt, largiri. Si autem sint pauperes, ut pauperibus suppeditet, sed non eorum pretertextu vendat, que sunt Ecclesie. Quod ipsum statuit septimæ Synodi Canon duodecimus. Exponit Sanctus Ambrosius in libris Officiorum. Est etiam illa probanda liberalitas, ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim, ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deprecari, aut alicui subsidium postulare necessitati; non tamen ut illi ditiores eo fieri velint, quod tu potes conferre inopibus. Causa enim præstat, non gratia. Neque enim propter te Deo dicasti, ut tuos divites facias, sed ut vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata redimas. Putant se parum poscere? Pretium tuum quærunt, vitæ tuæ fructum adimere contendunt, & se iuste facere putant. Et accusat, quod eum divitem non feceris, cum te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede?* Et de Sancto Augustino scribit Possidius Episcopus Calamentis. *Nec suos consanguineos, vel in proposito, id est, monastica professione, vel extra constitutos, in sua vita vel morte vulgi more tractavit. Quibus, dum adhuc superesset, id si opus fuit, quod & cæteris erogavit, non ut divitias haberent, sed ut aut non, aut minus egerent.* In eos, qui sese, ut consanguineos ditent, sacris Altaribus ingerunt, horrendè invehitur Sanctus Petrus Damiani. Eoque cogunt principia Sancti Augustini in libris adversus Epistolam Armenianam. Videatur Epistola trigesima quinta Eginardi, & nonagesima quinta Sancti Lupi Abbatis Ferrariensis.

Porro consanguineorum ex Ecclesiastica substantia incaffandorum morem pessimum D. Car-

dinalis Cæsar Baronius natum existimat ex exemplo Sancti Cyrilli Patriarchæ Alexandrini: Nam & Sancti habuere quandoque suas infirmitates & rugas. At malum esse antiquius ostendit Canon vigesimus quintus Antiochenus. Ut ut sit, de Sancto Cyrillo avunculo suo dicit Athanasius, Ecclesie Alexandrinæ Presbyter, in libellis adversus successorem ejus Dioscorum exhibitis Sancto Leoni Pontifici & Synodo Chalcedonensi. *Hic moriturus testamentum condens honoravit eum, quicumque ille post eum fuisset ordinatus Archiepiscopus, plurimis & magnis legatis de propria sua substantia, conjurans eum in scriptis per venerabilia & terribilia mysteria, ut ipse foveret genus, & nullum eis laborem incuteret.* Ità successorem vincere credit ad Ecclesiasticam substantiam à suis hæredibus non repetendam. Dico, Ecclesiasticam, Si namque solam propriam eis adscripsisset Cyrillus, nullus erat à successore metus, nullis erat opus adjurationibus, aut legatis. Quomodo autem hõs hæredes tractarit Dioscorus, docent tertia Actio Synodi Chalcedonensis, & Liberatus Diaconus Carthaginensis in Breviario. *Opprimens Cyrilli hæredes, & per calumnias auferens ab eis multas pecunias dedit eas sine fenore atropolis & cauponibus civitatis, ut mundissimum panem & pretiosissimum vinum viliori pretio populis exhiberent.* Alexandriæ enim cuncta annonæ providentia spectabat ad Patriarcham. Sancti Proterii, qui Dioscoro successit, hæredes fuisse eodem modo exceptos ab intruso successore & homicida Timotheo Æluro, scribunt ad Anatolium Constantinopolitanum orthodoxi Ægyptiorum Episcopi, in litteris existantibus post Synodum Chalcedonensem. Herivæi Antecessoris ditatos nepotes excussit etiam Seulfus Remensis Episcopus, enataque inde Ecclesie calamitates enarrat Flodoardus. Quæ mala, ditando nepotes, universæ Angliæ inflixerit Gulielmus Elyensis Episcopus, Richardi primi Regis apud Syros Christo militantis Vicarius, referunt Anglicani Scriptores. Sub Ludovico item Pio Augusto graffatum malum

Cap. 10.

Epist. 23.

L. 4. c. 18. 19. 35.

inter.

inter Francorum Episcopos graviter lamentatur Chronicon Thegani. Etiam Gerardum Engolismensem Episcopum hoc vitio in Petri Leonis schisma profecisse testatur Arnulfus Archidiaconus Ecclesie Sagienfis. Et scandali in Leonem tertium Pontificem attentari auctores fuisse nepotes Antecessoris Adriani primi scribunt magnum Belgii Chronicon & Guilielmus Malmesburiensis.

F. 49. F. 25.

L. 2. Epist. 14. 15. F. 193. L. 3. c. 23. 24.

L. 3. c. 26.

Porro aureas cruces, aliaque Ecclesiarum ornamenta in consanguineos profunderè est crimen enorme. Ejus causa Natalem Salonitanum Archiepiscopum Romam evocavit Gregorius Magnus, Rudolfum Moguntinum fuisse exauctoratum scribit magnum Belgii Chronicon: Dunelmensem Episcopum, dum Archidiaconum hujus criminis reum non vindicat, punitum divinitus Symeon Monachus Dunelmensis.

Merito igitur laudatur à Flodoardo Hincmarus Remensis, quod Bernardo Comiti Tholosano, propinquo suo, Ecclesie Remensis apud Aquitanos bona in præfariam postulanti responderit te nec posse nec audere ob Sancti Remigii prohibentis testamentum. Ludovico tertio Francorum Regi, omnes ejus consanguineos honorare spondenti, dummodo Odoacro, homini indigno confirmaret Episcopatum Belluacensem, verè episcopaliter respondit idem Hincmarus:

In Episcopali ministerio carnalem propinquum non recognosco. Et Benedictus duodecimus, laudatissimus Pontifex, accedentes consanguineos agnovit, ut Jacobus, non ut Pontifex, qui nullos consanguineos habeat, eisque non dedit aliud, nisi necessarias itineris impensas. Antè enim vocabatur Jacobus de Furno, Monachus Cisterciensis. Hæc refert magnum Belgii Chronicon, addens de laudatissimo item Pontifice Gregorio undecimo. *Aded à cognatis suis apud Avenionem fatigabatur, ut exiens de terra & cognatione sua Romam proficisceretur.* Opulentis enim Episcopis & Clericis cognati tamquam sanguifuge solent incubare. Et hinc Ecclesiarum bona ab Episcoporum consanguineis regi aut administrari vetat Canon Antiochenus. Ab eorum administratione cognatos Hugonis secundi, Abbatis Sancti Augustini Cantuariensis, ejecit Innocentius secundus, imitatus Gregorium Magnum, à quo Joannis quarti Patriarchæ Constantinopolitani nepos è Palatio Patriarchali ejectus est, ob causas in ejus litteris omninò videndas.

F. 298.

F. 319.

C. 25.

Guilic.

Thor.

A. 1139.

L. 1. Epist. 91.

Hic igitur carnis & sanguinis amor est tertium crimen, quod in Synodo Berytensi Episcopi iudices dixerunt esse pietatis prodicionem factam ob pecunias, causam sufficientem ad damnandum Episcopum, ideoque ante omnia voluerunt ab accusatoribus in Ibam probari.

CAPITULUM X.

Quia dum memoria fieret sanctorum Martyrum, non est datum vinum ad sacrificium altaris, ad sanctificationem, & populi distributionem, nisi admodum exiguum, & vitiosum, ac lutosum, & quasi eo tempore vindemiatum: Ut ex hoc cogentur, qui deputati fuerant ministrare, de tabernis omninò vitiosi comparare sex sextarios, qui nec sufficerent: Ità ut his, qui sanctum corpus distribuebant, innumeret ut ingrederentur, quia sanguis non inveniretur; illis bibentibus, & tunc ac semper habentibus diversum & mirabile vinum. Et hæc acta sunt conscio & admonito eo, qui potestatem ministeriorum habebat: cui & dictum est ut & ipse admoneret Episcopum cum fiducia. Et cum nihil fecisset, illo tempore coacti sumus nos & ipsum Reverendissimum Episcopum rursus admonere. Et cum didicisset, haud permotus est, sed contempsit, ità ut multi nostræ civitatis hinc scandalizarentur.

SCHOLION.

Hinc patet decretum sub Julii primi Pontificis nomine vulgatum, quod uvarum grana consecrari vetat, permittens necessitatis causa exprimi in calicem, esse antiquæ traditioni conforme. Nam & hic accusatur Ibas

vinum recenter vindemiatum in sacrificio citra necessitatem usurpasse aut permisisse. Etiamnum hodie frequenter meliora gulæ ad mensam phanam, Deo ad Divinam damus vina viliora, neque tamen, quod pejus, punimur aut accusamur: Ex hoc item Capitulo patet panis & vini in altari sanctificationem esse verum sacrificium.

CA-

CAPITULUM XI.

Quia Nestorianus est, & Beatum Cyrillum Episcopum appellat hæreticum.

SCHOLION.

A Cusatur Ibas fuisse Nestorianus ob effutitam blasphemiam jam suprâ memoratam,

Non invideo Christo facto Deo; & beatum Cyrillum appellasse hæreticum in Epistola ad Marim Persam ob duodecim Capitula jam abundè discussa.

CAPITULUM XII.

Quia Episcopus Daniel quosdam ex sua maximè intemperantia Clericos ordinavit.

SCHOLION.

A Postolica lex est: *Nemici citò manus impo-
sueris, ne fortè communices peccatis alienis.*
Quisquis Episcopali Cathedræ imponit indignum, contagio fit particeps omnibus illius operibus tenebrosis. Antonii Fussalensis Episcopi excessus adeo suos existimavit Sanctus Augu-

stinus, ut Episcopatum in Celestini Pontificis manus deponere cogitarit, volens judicare seipsum, ne à Domino judicaretur. Et adversus objectantes Hincmari Laudunenſis promotionem laborat omni conatu Hincmarus Metropolita Remensis, ut ostendat se innocuè errasse. Hinc ergo & Edeſſeni Clerici imponunt Ibae Metropolitanæ omnia delicta Episcopi Danielis.

CAPITULUM XIII.

Pirozo Presbytero benè testante & sua proprie disponente, & res, quas habuit, relinquente Ecclesiis redditus nullos habentibus, accensus noster Episcopus Ibas cautionem ejus se habere dixit mille ducentorum solidorum: Et id significavit ei, volens ejus infringere voluntatem, & eum per triftitiam perimere.

SCHOLION.

Episcopos & Clericos de patrimonialibus aut acquisitis legitime propriis bonis ex arbitrio testari aut legare semper permisit Ecclesia: Etiam hæredes suos, dummodò orthodoxos, intestatis in eadem succedere. Etiamnum enim legitims Sancti Gregorii Magni Pontificis, Gregorii Nazianzeni, Remigii Remensis Episcopi, alio-

rumque id genus de patrimonialibus testamenta. Et statuit tertia Synodus Carthaginensis. *Episcopi vel Clerici in eos, qui Catholici Christiani non sunt, etiamsi consanguinei fuerint, nec per donationes, nec per testamentum suum aliquid conferant.* Et alius Canon in Codice Ecclesiæ Africanæ. *Constitutum est, ut si quis Episcopus hæredes extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos aut Paganos Ecclesiæ præulerit, saltem post mortem ei anathema dicatur, atque ejus nomen inser*

inter Dei Sacerdotes nullo modo recitetur. Nec excusari possit, si intestatus discesserit, quia utique debuit factus Episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni nequaquam differre. Et Synodus Agathensis. *De rebus Episcopi propriis vel acquisitis, vel quidquid Episcopus de proprio suo habet, hæredibus suis, si voluerit, derelinquat.* Et de Joannis Ravennatis Episcopi testamento scribit ad Martinianum successorem Sanctus Gregorius Magnus. *Si quid de propriis rebus, quas ante Episcopatum habuit, quod quidem prius Ecclesiæ suæ non contulit, fieri voluit vel decrevit, firmum per omnia robur obtinere necesse est: Nec quisquam Ecclesiasticorum id contraventionem tenet qualibet excu-*

satione convellere. Quam Regulam idem Pontifex Novel. tradit frequenter in suis Epistolis, utique ex novella lege Justiniani Augusti scripta ad Petrum Præfectum Prætoriorum. *Quin immò Agathensis & Epæonenſis Synodi etiam de Ecclesiastica proprietate legare Clerico permittunt, dummodò de sua tantumdem refundat Ecclesiæ.* Et hinc Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter Cyrillum avunculum, plene purgare volens, dicit *de propria substantia fuisse testatum.* Sanctissimè igitur Clericus etiam alienas Ecclesias potest scribere hæredes sui patrimonii, adeoque Ibae in Pyrozi Presbyteri testamentum machinatio, si vera, fuit iniquissima.

CAPITULUM XIV.

Daniele autem Episcopo testante & relinquente, quam habuit, locupletem facultatem, & prædia ex ecclesiasticis rebus, nepotibus suæ amicæ & ipsi Challoæ, neque indignatus est, neque increpavit eum.

CAPITULUM XV.

Quia Challoa amica Danielis Episcopi, quæ prius nihil habuit, multis rebus Ecclesiasticis abutens, quæ apud ipsam sunt, ducentos & trecentos solidos sceneratur: ut ex hoc manifestum fiat, undè fit harum rerum collectio.



CAPITULUM XVI.

Abrahamus fuit quidam Diaconus. Hic apantita erat nostræ Ecclesiæ, diversis negotiatur temporibus: primitus pauper, & nihil ferè habens, ex nostra Ecclesia multas & innumeras res habuit, quæ pro veritate erant nostræ Ecclesiæ. Suadet huic Daniel Episcopus, ut sub scripto testamento, in eum suam transmitteret hæreditatem, jurans ei hæc se post ejus mortem pauperibus erogare, hoc enim & testamento continetur. Et postquam hæc Daniel est adeptus, non solum (sicut oportebat, & sicut juraverat) non disposuit, sed luxuriæ suæ servivit: Challoæ enim mulieri dedit.

Lateranensi. Quod ipsum disertè dicit antiquos
Canones exequens Justinianus Augustus in lege
ad Petrum Praefectum Pratoriorum. Et hinc Le-
gatum, quod fundato à se juxta Sancti Apollin-
naris Ecclesiam monasterio fecerat de Ecclesiasti-
ca substantia Joannes Ravennæ Episcopus, esse
contra leges & Canones, ideòque caducum, fa-
tetur in litteris ad eum successorem Marinianum
Sanctus Gregorius Magnus. Quod nec Ecclesiæ
servos possit Episcopus testamento manumittere
adfirmant prima Synodus Hispalensis & quarta
Toletana. Rationem dat laudatus Gregorius in
litteris ad Gregorium Scholasticum Defensorem.
*Sacris Canonum legibus esse noscitur definitum, ut in
his, quæ Antistes Episcopatus tempore acquiserit, non
non alius, nisi sola succedat Ecclesia.* Quidam Epi-
scopos & Clericos credunt acquisitæ ex Ecclesia
substantiæ esse dumtaxat ab antiquis Canonibus
datos dispensatores, non dominos, ideòque de
illa per ultimam voluntatem non posse disponere.
Ego id dubium fateor: Dico substantiam illam
esse quasi fideicommissum, ideòque sive testatus
sive intestatus discesserit Clericus, integram rema-
nere apud Ecclesiam, uti audivimus à Canone
Lateranensi. Et hinc Episcopum, quem mona-
sterio à se fundato legare posse negat Sanctus Gre-
gorius, aliquid inter vivos donare permittit ter-
tia Synodus Toletana, probata & exposita per
Innocentium tertium in litteris ad Episcopum
Sancti Andree, Hinc item ad Electum & Capitu-
lum Casianense scribit Alexander tertius. *Licit
mobilia per Ecclesiam acquisita de jure in alios pro
morientis arbitrio transferri non possunt; consuetudi-
nis tamen est non improbandæ, ut de his pauperibus
& religiosis locis, & illis, qui viventi servierant,
sive consanguinei sint, sive alii, aliqua juxta servi-
tutis meritum conferantur.* Utique manu adhuc vi-
va: Aut certè ad defuncti preces à successore, C. 16.
uti statuunt Synodus Herdenis, & Valentina C. 14.
Hispana. Quare laudatus Pontifex Rogerio
Eboracensi Archi-Episcopo concedens apud Mar-
tham Paris, ut ejus Clerici possent calida ad-
huc in extremis manu Ecclesiasticam suam sub-
stantiam in pias causas diffundere, at nulla ra-
tione testari, admodum modicè recessit à Cano-
nibus antiquis. Hinc etiam intellige verba Pos-
sidii de Sancto Augustino: *Testamentum nullum
fecit, quia updè faceret, pauper Christi non habuit,
omni patrimonio jam pridem effuso in Ecclesiam
Tagastensem.* Et hoc Canonem Italiae Episcopi
etiamnum sanctissimi servant. Eosdem respiciunt
Edeffeni Clerici, accusantes Danielem Episco-
pum, non tantum quod Ecclesiasticas res nepo-
tibus suis legasset, sed etiam quod Abrahamum
Diaconum ad testandum in pauperes induxisset:
Res enim ejus pro veritate erant Ecclesie Edeffene

DE rebus ex Ecclesiastica militia acquisitis in
confanguineis, aut alias profanas perso-
nas vel causas testari aut legare fuit in Ecclesia
semper grande crimen. Hinc Gregorius Magnus
& plures Synodi Episcoporum & Clericorum tes-
tamenta mandant sedulo inspici, num nihil Ec-
clesiasticæ substantiæ involvant; inspici item Ec-
clesiæ rationes, an nullum in rebus suis à vivo sit
passa damnus: Rigidè illud jubent plenè deduci
ex hereditate. Quæ omnia Justinianus Augustus
in adducta lege confirmat. Quin immò Agathen-
sis Synodus Episcopum non habentem consanguine-
os, si Ecclesiam damnificavit, privat potesta-
te disponendi de rebus propriis, easque quasi ab
intestato integrè in damnificatam Ecclesiam trans-
mittit. Adversus Episcopi Antiodorensis, qui
carnali nepoti in Episcopatu acquisita legarat,
exclamat Sanctus Bernardus: *Quis vel secularissi-
mus hoc dixerit testamentum Sacerdotis?* Eugenium
tertium Pontificem hortatur, ut casset omnia,
& in Ecclesiam revolvat. Grassari tunc cœpit
illa testandi iniquitas, ideòque in illam statuit
Alexandri tertii Synodus Lateranensis. *Quamvis
in antiquis Canonibus constet id esse inhibendum, nos
etiam nihilominus inhibemus. Indemnitati itaque Ec-
clesiarum providere volentes, sive intestati decesser-
int, sive alii conferre voluerint Episcopi & Cleri-
ci, penes Ecclesias eadem bona præcipimus rema-
nere.* Quod decretum non solummodò de immo-
bilibus, sed & de bonis mobilibus intelligendum
esse declarat adversum pravos illius interpretes in
litteris ad Electum & Capitulum Casianense.
Intelligi de bonis non tantum ex Ecclesia, sed &
quavis Ecclesie consideratione acquisitis scribit ad
Episcopum Vigilensem. Disponere ergò non
possunt Episcopi & Clerici, nisi de his, quæ
paterna successione aut cognationis intuitu, aut de ar-
bitrio sunt adepti, seu dono consanguineorum aut ami-
corum, non habito respectu ad Ecclesiam pervenerunt
ad ipsos. Adde & de acquisitis per doctrinam. Et
ita servatum fuisse usque ad tempora Innocentii
tertii, liquet ex ejus litteris ad Gimmundum Mir-
litem Alatrinum. Absit, ut etiamnum non ob-
ligent isti Canones: Nemo se seducat, Deus
non irideretur.
Quin immò nec in pias causas de Ecclesiastica
substantia disponere Episcopi aut Clerici anti-
qui Canones permittunt. Etenim suas ad Epi-
scopum Vigilensem litteras Alexander tertius
concludit in hæc verba: *De his, quæ consideratio-
ne Ecclesie perceperunt, nullum de jure possunt face-
re testamentum.* Utique jure antiquorum Cano-
num, quos laudat idem Pontifex in decreto suo

Cap. 33.
Epist. 276.
L. 3. tit. 26.
Cap. 9.
L. 2. Epist.
194.



CAPITULUM XVII.

Quia à paganis incidentibus in peccatum sacrificiorum, accipiens
Daniel Episcopus sportulam, remittit crimen, negotians & hinc
sibimet lucrum.

CAPITULUM XVIII.

Quia & Ecclesie Edeffene è prædio Lafargarita silvas cædentes,
portaverunt ad prædia Challoe amicæ Danielis Episcopi, &
ædificaverunt quæ voluerunt.

SCHOLION.

I Dolorum templa, & sacrilega cujusvis gene-
ris sacra, etiam occultata, clausit & inter-
dixit Constantinus Augustus. Et quia eadem non
tantum Julianus Apostata, sed & Valens Au-
gustus Arianus aperuerat ac permiserat, fana
& simulacra omnia destruxit Theodosius senior,
sacra quævis, licet secretissima, damnans pœna
capitali, laudata frequenter à Sancto Augusti-
no. Multos nihilominus post annos ad Janua-
rium Calaritanum Episcopum, Sardinia: Me-
tropolitam, scribit Sanctus Gregorius Magnus.
*Accidit aliud valdè lugendum: Quia ipsos rusti-
cos, quos habet Ecclesia tua, nunc usque in infi-
delitate remanere negligentia Fraternalitatis vestrae
permisit: Undè necesse est, vos per omnia in eorum
conversionem vigilare. Nam si cujuslibet Episcopi
in Sardinia insula Paganum rusticum invenire po-
tueris, in eundem Episcopum fortiter vindicabo.
Jam verò si rusticus tanta fuerit perfidia & obsti-
nationis inventus, ut ad Dominum Deum venire
minimè consentiat, tanto pensionis onere gravandus
est, ut ipsa exactionis suæ pœna compellatur ad
rectitudinem festinare.* Quæ pensio omnino pe-
perit hunc fructum. Pergit Pontifex in litteris
ad Constantinam Augustam. *Dum in Sardinia
multos esse gentilium cognovissem, eosque adhuc pra-
væ gentilitatis more idolorum sacrificiis deservire,
& ejusdem insule Sacerdotes ad prædicandum Re-
demptorem nostrum torpentes existerent, unum illuc
ex Italia Episcopis, Cyriacum nomine, misi, qui
multos gentilium ad fidem Domino cooperante con-
vertit. Sed quidam rem mihi sacrilegam nunciavit:
Quia hi, qui idolis immolant, judici præmium per-
solvant, ut eis hoc facere liceat. Quorum quidam,
dum baptizati essent, & immolare jam idolis desi-
visserent, adhuc ab eodem insule judice etiam post
Baptisma præmium illud exigitur, quod dare prius
pro idolorum immolatione consueverunt.* Hoc ergò
ipsum fuit crimen Episcopi Danielis. Ità judai-
Christi Lupi Oper. Tom. II.

L. 7. c. 34.
L. 3. Epist. 113.
L. 3. Epist. 113.
L. 4. Epist. 33.

zandi redemptiones pecuniarias damnat quarta
Toletana Synodus: & Richardum Regem ab
illis alienum laudat admodum Gregorius Ma-
gnus. Socrates graviter arguit Theodosium Sy-
nadorum Episcopum, Phrygiae Pacatanæ Me-
tropolitam, quod Macedonianos persequeretur,
non studio rectæ fidei, sed turpis quæstus avidi-
tati inserviens, ut ex illis pecuniam cogeret. Gui-
lielmum Rufum Angliæ Regem, ejusque suc-
cessorem Henricum primum, tamquam omnis
disciplinæ evertores, culpant Scriptores Angli-
cani, quod flagitiosis Clericis venderent licen-
tiam impunè retinendi sive concubinas sive uxores.
Sordes illas Ecclesiastico interdictione vindicavit
Radulfus Cicestrensis Episcopus, ideòque
inter Episcopos unus à Regibus timebatur. Eaf-
dem à cunctis Angliæ Archi-Diaconis ejurari
cogit Sanctus Anselmus Primas Cantuariensis.
Episcopum Melfiensem, quod adulteros & alios
criminosos promisso munere vel oblato se redimen-
tes in errore dimitteret, ab Episcopali officio
suspendit Innocentius tertius. Est ædissima sca-
bies, quam etiam gentiles fuere detestati.

CAPUT QUARTUM.

Exponitur primæ Eutychie hæresis impietatis
& personæ damnatio, facta per San-
ctum Flavianum Episcopum Con-
stantinopolitanum in Synodo
Constantinopolitana.

Post Orientales Episcopos in violatæ pacis
& resumptæ Nestorianæ hæresis opinionem
deductos, firmatamque discordiam inter Dio-
scorum Alexandrinum Episcopum & Ecclesiam
Constantinopolitanam, cœpit Eutyches per di-
spu-

sputationes & catecheses ad se convenientium virus palam profundere, etiam coram Eusebio Doryleensi Episcopo, quem pro fide orthodoxa fuisse ipso igne ferventiorē verē dixit in hac Synodo Sanctus Flavianus. Imperitum senem sepius convenit Eusebius, docuit, monuit, corrigere conatus; at nihil retulit, nisi majores quotidie blasphemias, & in Sanctos Ecclesie Patres ac semetipsum contumelias, vocatus cum illis hæreticus Nestorianus. Volvebatur Zenonis & Posthumiani consulatus, Christi Domini annus quadragesimus quadragesimus octavus, & in sextum Idus Novembres laudatus Flavianus indixerat ex Episcopis per variam occasionem in Regia civitate repertis Synodum non ignobilem ad dirimendam causam inter Florentium Sardanem Episcopum, Lydiæ Metropolitanam, & Joannem & Cossinum illius Comprompiales. Ex quo vides etiam Sanctum Flavianum Diocesi Asiaticæ fuisse dominatum.

Erat reverè Synodus non ignobilis. Aderant enim insignes scientia & vita Metropolitanæ, Episcopi plusquam triginta, eosque inter etiam ipse Eusebius, qui pietatis zelo seipsum ex iudice in Eutycheis accusatorem demutavit, & ad rationem inscripsit, cum adjuratione postulans firmitatem jam in blasphemia hæreticum, qui populum scandalizare & corrumpere in dies pergeret, quantocyus evocari ad penam aut satisfactionem. Obstupuit de amico & sene Archimandrita Flavianus, dolensque, quod nullis induciis acquiesceret Eusebius, ad Synodum coegit.

Primi citatores fuere Joannes Ecclesie Constantinopolitanæ Presbyter ac Defensor, & Andreas Diaconus: At nihil profecerunt. Etenim *Eutycheis occurrere & satisfacere penitus abnegavit, dicens hoc apud se esse decretum & definitionem quam ab initio teneri, ut nusquam egrediatur à sua fraternitate, quodammodo tamquam in sepulchro degere in monasterio*: Idque cum juramento, uti in quinta hujus Synodi Actione asseruit accusator Eusebius. Etiam suas in Christum Dominum blasphemias iteravit, addens Eusebium esse suum derogatorem & inimicum.

Secundæ evocationi per Mamam & Theophilum Ecclesie Constantinopolitanæ Presbyteros factæ, respondit eodem modo reclamans ac corpus ægrum, effærum, clausumque monasterio tamquam sepulchro. Attamen vice sua direxit Abrahamium, Presbyterum & Archimandritam, cui reposuit meritò Sanctus Flavianus. *Quomodo est possibile, altero accusato, pro eo alterum dicere?* Etenim & Canones & leges criminali iudicio fitti mandant ipsum reum, excluduntque Procuratorem. Affectu plusquam paterno Eutychem ad Synodum, respicientiam, & satisfactionem invitavit laudatus Præses, plenam spondens lapsus veniam atque oblivionem. Verum longè alias fovebat ille & exequabatur cogitationes, de quibus ad Synodum Eusebius accusator. *Comperi, quia Eutycheis Presbyter & Archimandrita volumen seu tomum direxit per monasteria, & ad seditionem excitat monachos, eorum subscriptiones exposulans, Synodum de hæresi Nestoriana & spretis Sancti Cyrilli capi-*

tulis accusans, dicensque. *His diebus tomum ad te directurus est Archi-Episcopus, ut subscribas; Ne persuadearis ab eo. Si nunc mihi conspirare nolueritis, & humiliaverit me Episcopus, postmodum & vos adorietur*. Per Constantinum & Eleusinium monasterii sui Diaconos hæc misit, adfirmans contineri solam fidem Nicenam & Capitula Sancti Cyrilli: *Nec dumtaxat ad Regiæ, sed & ad Chalcedonenfis civitatis monasteria. Martinus Presbyter, & Sancti Dionysii Archimandrita reposuit: Non est meum subscribere, sed Episcoporum tantum; Ecclesie filii sumus, & unum Patrem post Deum habemus Archi-Episcopum*. Et Faustus Archimandrita: *Date nobis ad inspiciendum, ne forte aliquod additamentum habeat*. Nihilominus & variè fuerunt in conjunctionem seducti, credentes à Synodo resuscitari hæresin Nestorianam.

Quare tandem decreta est tertia & peremptoria citatio per Memnonem Presbyterum & sacrorum vasorum custodem, Epiphanium Presbyterum, & Germanum Diaconum, quibus hæc Eutycheis respondit. *Direxi reverendum Presbyterum & Archimandritam Abrahamium ad sanctissimum & beatissimum Archi-Episcopum nostrum, nec non & ad sanctum Concilium, quatenus ex persona mea consentiat omnibus, quæ dicta sunt à Sanctis Patribus in Nicæa & in Epheeso congregatis, & omnibus, quæ à Beato Cyrillo. Eò quod in infirmitate constitutus sum, hac de causa direxi Presbyterum & Archimandritam Abrahamium. Peto supplicari domno Archi-Episcopo & sanctæ Synodo, quatenus inducias mihi tribuant presentis septimanæ, & secunda feria, volente Deo, satisfacio & domno & sanctæ Synodo*. Denuò proclamavit ad Sancti Cyrilli Capitula, quæ notat à quibusdam in hac Synodo Episcopis non recipi, eosque inter sperabat esse & Flavianum, utpotè Domno Antiocheno, Theodoro Cyrensi, aliisque Orientalis Dioceseos Episcopis amicis. Assiduè intitulatur Presbyter & Archimandrita: Ecclesiastici enim gradus titulum omittere erat apud antiquos professa contumelia. Hinc adversus Joannem Hierosolymæ Episcopum, qui Presbyteri titulum intermiserat, exclamat Sanctus Hieronymus: *Ego misellus, dum in solitudine delitescō, à tanto Pontifice repente truncatus Presbyteri nomen amisi*. Et Crodogangus Metensis Episcopus statuit in Regula Canonicorum. *Nulli liceat alium puro nomine appellare, sed secundum constitutionem sanctæ Sedis Apostolicæ vocet eum nomen suum, prius addito & ministerii sui gradu, qualiscumque fuerit*.

Promissa per Eutychem feria secunda incidit in diem vigesimam secundam Novembri. Qualiter ille ad Synodum venerit, audiamus à Joanne Ecclesie Constantinopolitanæ Presbytero & Defensore. *Occurrit Reverendus Presbyter & Archimandrita Eutycheis cum magna multitudine militum, & monachorum, & Præsecutorum Apparitorum sublimissimæ potestatis Præsecutorum Prætorio, & non aliter eum volunt dimittere, ut ingreditur in vestrum Sanctum Concilium, nisi eis promiserimus restituere ejus personam. Est verò pater & magnus mirandissimus Silentarius & ipse unà cum ipso præ foribus, cupiens ingredi, utpotè*

directus à piissimo & amante Christum Imperatore nostro. Ejustmodi Regiam protectionem quasi adversus Nestorianæ Synodi violentias Eutychei procurarat Chrysofthius Euanuchus. Porro de Silentariis scribit Procopius in libris de Bello Persico. *Romani ad ea, quæ quietis sunt in palatio, ministrum Silentiarium vocant*: A silentio curando. Eorum Princeps erat magnus Silentarius, prius Clarissimi, deinde Spectabilis titulo honoratus. Dicitur, inquam, magnus Silentarius admissus in Synodum exhibuit ac legit hanc Sacram Divalem. *Nos pacem cogitamus Sanctarum Ecclesiarum & Catholicæ Fidei, & custodiri volumus rectam & Deo inspirante prædicatam fidem à Sanctis Patribus nostris, qui in Nicæa congregati sunt, & ab his, qui Epheesi interfuerunt damnationi Nestorii, id est Capitula, Sancti Cyrilli. Hoc ergo volumus, ne scandalum in prædicta Catholica fide immittatur. Et quoniam scimus magnificentissimum Patricium Florentium esse fidem, & testimonis probatum in recta fide, volumus ipsum interesse audientie Synodi, quoniam sermo de fide est*. Chrysofthii opus erat Divalis ista, ideoque Synodum facit præter Ephesinæ fidei & resuscitari Nestorii suspectam. Et licet Principem aut ejus Vicarium in sola generali Synodo ad audiendas fidei disputationes admittat Canon, Silentario tamen respondit Sanctus Flavianus. *Domnum Florentium esse omnes scimus, & resuscitationibus probatum in Catholica fide, & volumus eum interesse*: Dispensatoriè ob Principis reverentiam. Nam & Sanctus Leo Pontifex hoc ipso tempore ad suam contra Manichæos Synodum admisit nobiles Romanos. Nec desunt alia exempla. Pergit Sanctus Flavianus. *Dignare, fili Silentarie, fatigari ad Florentium Patricium*. Hic nempe, licet sacra iustione sultus, non nisi de Episcoporum licentia est ausus ingredi Synodum: Sacra iustio erant meræ ad Synodum preces.

Epist. 95.
c. 16.

Adfente igitur Patricio, discussus ab Episcopis Eutycheis duas in Domino naturas post adunationem, eumque secundum carnem matri & nobis consubstantialiæm confiteri pertinacissimè noluit, ideoque omnis in illum Synodus Anathema clamavit. Roganti Sancto Flaviano ab eadem, quid pænæ mereretur, respondit Seleucus Amasenus Episcopus, Metropoli Helenoponti: *Dignus est quidem damnatione iste, in vestra tamen Sanctitatis humanitate solum consistit*. Nempe Constantinopolitani Episcopi in suis Patriarchalibus Synodis eum ipsum fibi arrogabant auctoritatis apicem, quem esse Romano Pontifici scribit Felix tertius in litteris ad civitatis Constantinopolitanæ & Bithyniæ Presbyteros & Archimandritas. *Quoties intra Italiam propter Ecclesiasticas causas, præcipuè fidei, colliguntur Domini Sacerdotes, consuetudo retinetur, ut successor Præfulum Sedis Apostolicæ ex persona cunctorum totius Italiæ Sacerdotum, iuxta sollicitudinem sibi omnium Ecclesiarum competentem, cuncta constituarit*. Et ejusmodi Synodorum Acta ad ejus solius nomen solere edi, liquet ex subscriptionibus quartæ Romanæ Synodi sub Symmacho Papa. Adeo, quod quidam blaterant, illa non est usurpatio Innocentii tertii aut pro-

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

ximorum ejus Antecessorum. Undè & formam hanc in Florentina Synodo etiam Græci tandem persuasi admiserunt. Hæc Felicis tertii verba, *Secundum sollicitudinem omnium Ecclesiarum sibi competentem*, ostendunt id esse privilegium Pontificis Romani. Eo interim usus etiam Sanctus Flavianus hanc solus sententiam edidit in Eutychem. *Per omnia Eutycheis quondam Presbyter & Archimandrita & ex his, quæ antea acta sunt, & nunc propriis ejus confessionibus, Valentini & Apollinaris perversitate repertus est ægotare, & eorum blasphemias incommutabiliter sequi, qui nec nostram reverens persuasionem atque doctrinam rectis voluit consentire dogmatibus: Unde lachrymantibus & gementibus perfectam ejus perditionem, decrevimus per Dominum nostrum Jesum Christum ab eo blasphematum, extraneum eum esse ab omni officio sacerdotali, & nostra communione, & Primatu Monasterii, scientibus hoc omnibus, qui postea colloquuntur ei, & ad eum convenierint, quoniam rei reverentiam excommunicacionis, ut qui non declinaverint ejus confabulationes*. Antiquitus enim nulla erat excommunicatio minor, sed quivis excommunicato communicans incurret idem penitus vinculum, quomodo nunc communicans in crimine. Et hanc sententiam omnes Episcopi, nec non & Patricius Florentius probarunt & confirmarunt.

At ipse Eutycheis nequaquam acquievit. Omnem Synodum non tantummodo Nestorianæ perfidiæ, sed & usurpatæ potestatis accusavit. Causam dat in libellis Ephesino latrocinio oblati: *Quod collecta esset ex diversis Episcopis, qui tunc pro privatis causis in urbe debebant Regia*. Exponunt gloriosissimi Judices rogantes Synodum Chalcedonensem: *An Synodum appellare oporteat conventum Episcoporum, qui in Regia civitate diversantur?* Ejustmodi namque Episcopi passim sunt diversarum Provinciarum & Dioceseon, nullum à suis Metropolitanis aut Ecclesiis ad occurrentes in Regia civitate causas mandatum habent, ideoque veram Synodum videntur non posse conflare. Respondit verò, & rectè, Tryphon Episcopus Insulæ Chy: *Synodus appellatur, & conveniunt, & laborantes aliqua oppressione sua jura nanciscuntur*. Et Anatolius Episcopus Constantinopolitanus de facta ejusmodi Synodo etiam accusatus. *Tenuit pridem consuetudo, ut qui in magna hac civitate morantur Sanctissimi Episcopi, cum eos temporis occasio vocat, de emergentibus quibusdam Ecclesiasticis causis conveniant, ac singula desinant, responsoque eos dignentur, qui precantur aliquid*. Nihil ergo à me factum est, quod novitati sit asine: *Nec qui ex consuetudine consederant Sanctissimi, qui in civitate erant, Episcopi novam formam protulerunt*. Eandem consuetudinem viguisse etiam Romæ, Antiochiæ, & Alexandriæ, docent multa exempla.

Quæstio est, an à sententia Romæ Eutycheis appellari? Constantè id ipse semper affirmavit. Et ejus monachus ac Diaconus Constantinus dixit in secunda Synodo Constantinopolitana Sancti Flaviani. *Eutycheis, dum legeretur damnatio, appellavit Sanctum Concilium Sanctissimi Episcopi Romani, & Alexandrini, &*

biles Epistolae supplicarunt. Ex quo vides sacras ad Romanum Pontificem iustiones fuisse iustiones solo nomine, revera autem supplices preces. Pergit Hilarus. *Papa nos direxit, non dubitans se in nobis adesse, quos praeceptis cognoscit, omnia, quae ad fidei Catholicam spectant, et quae ad Sancti Petri Apostoli pertinent reverentiam, agere: Hoc est, Synodo praesidere. Et Lucentius Eculanus Episcopus, ejusdem Sancti Pontificis Legatus, adversus Dioscorum dixit ad Synodum Chalcedonensem. Judicii sui necesse est cum durezza rationem, quia cum personam judicandi non haberet, praesumpsit et ausus est Synodum facere; id est, Synodo generali praesidere, sine auctoritate Sedis Apostolicae, quod nunquam licuit, nunquam factum est.* Et hinc inter crimina, ob quae damnavit Dioscorum, adducit laudata Chalcedoniensis Synodus: *Quod Ephesi Primatum praesumpsisset.*

Dioscorus ergo violenter invasit Synodi praesidentiam, idque per suas divitias, ut in libellis adversus illum Synodo Chalcedonensi exhibitis affirmat Eusebius Doryleensis. Fundavit se in sacris Divallibus litteris pessime intellectis, Eutychemis à Sancti Leonis iudicio appellacione, nec non fucio illo, de quo Hæresiarcha Eutyches dixit ad hanc Synodum. *Directi religiosissimi viri à Sanctissimo & Dei amantissimo Leone Archi Episcopo Romanae Ecclesiae in sanctam vestram Synodum, suspecti mihi facti sunt. Manserunt enim apud religiosissimum Flavianum Episcopum, et pransi sunt apud eum, et munerati sunt, et omne obsequium eis praebuit. Postulo ergo sanctitatem vestram, si quid ab eis injuste factum fuerit contra me, id praedictum mihi non generare.* More suo mentius est nequam fenex de muneribus. Quis enim nesciat sanctitatem Hilari Diaconi, postea Papae? Quomodo apud Graecos agere consueti sint Romani Legati, docet instructio, quam suis dedit Pontifex Hormisda: *Ne vel vicinialia praesumat accipere, nisi tantum subvectionem, si causa poposcerit, et hospitalitatem, ne credant se fastidiosè despectos.* Quod Eutychemis appellacionis causa nequiverit à praesidentia excludi Romanus Episcopus, ostendi supra adversum similes Nestorii nugas.

L. 1. Con. Chalced. Epist. 25. Hinc intelliges litteras Valentianiani tertii Augusti ad Theodosium Augustum. *A Romano Episcopo rogatus sum scribere vestrae Mansuetudini de fide, quae dicitur perturbata, quam nos à nostris majoribus traditam debemus cum omni competentis devotionis defendere, et dignitatem propriae venerationis Beato Apostolo Petro inemeratam et in nostris temporibus conservare: quatenus beatissimus Romanae civitatis Episcopus, cui principatum sacerdotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide et Sacerdotibus judicare.* Etenim Sanctus Leo Pontifex questus fuerat se in Legatis suis fuisse à Dioscoro sub appellacionis Eutychemis fucio detrusum de Ephesina Synodi praesidentia contra Apostolicos et Divinos Canones, postulans aliam generalem Synodum, in qua restitutus in integrum de ipso Dioscoro & laesa per ipsum fide ex Sancti Apostoli Petri privilegio iudicaturus praesideret.

Occurrunt tres quaestiones. Prima est, quo-

modo ad Synodum Chalcedonensem dixerit Dioscorus iudicii Ephesini auctoritatem non sibi soli, sed etiam Juvenali & Thalasio fuisse à Principe commissam? Quomodo ibidem dixerint gloriosissimi iudices: *Dioscorus Alexandriae, Juvenalis Hierosolymorum, Thalassius Caesareae Cappadociae, Eusebius Ancyrae, Eustatius Beryti, et Basilus Seleucia Isauriae Episcopus potestatem et principatum Synodi tenuerunt?* Respondeo ex sacra Divali ad Dioscorum. *Reverendissimus Archi-Episcopus Hierosolymorum Juvenalis, et beatissimus Archi-Episcopus Thalassius, et omnis talis fervens amator et amator orthodoxae fidei, consentanei erunt iure Sanctitati, radiantis per Dei gratiam honestate vitae et catholica fide.* Quomodo in prima, ita in hac secunda Ephesina Synodo omnes Patriarchas & autocephalos Primates praesidere, neminemque dominari voluerat Theodosius Augustus, atque nupera ejus Pragmatica Ecclesiam Hierosolymitanam iusserat tribus Palaestinis, Arabiae, & omni Phoeniciae patriarchaliter praesae. Porro à gloriosissimis iudicibus enumerati Episcopi singularem Dioscoro operam in latrocínio praestiterunt, ideoque dicuntur ejus Primates & Principes fuisse.

Altera quaestio est, quomodo dicant latrocínio Acta: *Residentibus reverendissimis et sanctissimis Episcopis, Dioscoro Alexandriae, et Juliano Episcopo agente vices et tenente locum sanctissimi et beatissimi Episcopi Romanae Ecclesiae Leonis?* Quomodo Hilarum Diaconum ponat ultimo loco post omnes Episcopos? Quis enim credat Romanos Legatos in Dioscori praesidentiam tandem consentisse? Respondeo cum Episcopis Orientalibus, adversum illa verba clamantibus in Synodo Chalcedonensi: *Ejectus est: nullus susceptus nomen Leonis.* Mendacia igitur & imaginaria, quomodo post Photius funesti schismatis auctor, fingi curavit Acta synodalia, & ad deludendam plebem adscribi etiam Legatos Romanos, quasi & ipsi in ejus praesidentiam & latrocinales tragædias consentissent. Hinc & adversum hæc Actorum verba, *Et Juvenale Hierosolymorum, et Domino Antiocheno, et Flaviano Constantinopolitano, exclamarunt laudati Episcopi. Flavianus ut adjudicatus ingressus est: Hæc manifesta calumnia. Flavianus in proprio loco non sedit: Constantinopolitanum Episcopum quare quintum posuerunt?* Arguunt latrocínio, quod nupera inter Constantinopolitanam & Antiochenam Ecclesias à Proclo & Domino Episcopis de servando tertio Canone Constantinopolitano inita concordata spernens abjecerit Flavianum à secundo loco in quintum. Immo quod mentiat & de quinto: Etenim Flavianus, non ut Judex, sed ob Eutychemis appellacionem ut reus aut accusator est per sacram Divalem citatus, & à Dioscoro admittus ad Synodum, ideoque nullus illi datus locus. Qua porro via Dioscorus mendacia Acta conflat, Synodo Chalcedonensi aperuit Theodoros Claudiopolitanus in Isauria Episcopus. *Deducat Notarios suos Dioscorus: Ejiciens enim omnium Notarios, suos fecit scribere.* Et Stephanus Episcopus Ephesiorum: *Excipiebant Notarii mei: Venerunt Notarii Reverendissimi Episcopi Dioscori, et deliquerunt tabulas*

et digitos eorum ferè fregerunt, volentes tollere et thecas eorum. In generali enim Synodo quisque Episcopus unum ad minus Notarium habebat. Clamare Orientales Episcopi debuerant etiam adversus tertium locum Juvenalis ante Domnum Antiochenum, quem ob dicta concordata etiam proprio subdito postposuit Dioscorus, utique ad preces Juvenalis, in prima Ephesina Synodo non confusi garrive de Apostolico Canone, mandante Antiochenum Episcopum, quomodo à Romano, ita à Hierosolymitano dirigi & iudicari. Eiusmodi praestigiis ambiciosos Episcopos in suam factionem Dioscorus seducebat. Nam Thalassius erat nuper à Proclo Sancti Flaviani Antecessore contra Canones ex laico ordinatus Caesarensium Episcopus, ideoque columna non penitus immobilis.

Tertia quaestio est, quomodo Theodosius Augustus Dioscorum invitavit ad Synodum cum decem Metropolitanis suae Dioceseos, in qua fuerunt solæ sex Provinciae? Etenim juxta Nicænos Canones eadem Provincia habere nequit plures Metropolitae. Respondeo alios esse potestate, alio fide nomine & honore Metropolitanas, & uni Provinciae potuisse esse hujusmodi plures. Bythinia enim præter Nicomediensem habuit Nicænum & Chalcedonensem.

Cap. 12. Neque tantum Juvenalis & Thalassius, sed omnes, inquit Liberatus Diaconus, Metropolitanæ Episcopii cum suis Conciliis fuere ad Synodum invitati. Notanda tamen est laudata superius ad Sacram Dioscoro directam subnotatio: *Eodem tenore scriptum est Juvenali reverendissimo Episcopo Hierosolymorum.* Notandum est omitti Domnum Antiochenum. Causa videtur colligi ex Sacra ad Barsumam Archimandritam directa. *Nostram Pietatem latere non potuit, in quali sint certamine constituti per Orientem religiosissimi et sanctissimi Archimandrita, pro fide catholica laborantes, et quosdam Episcopos in civitatibus Orientis constitutos Nestorianæ hereseos participes avertentes, collaborante etiam orthodoxo populo eisdem religiosissimis Archimandritis.* Et de horum Episcoporum doctissimo Theodoro Cyrensi ait Sacra Divalis ad Dioscorum. *Ante hac Theodoretum Episcopum Cyri civitatis præcepimus in sanctam Synodum minimè convenire, donec de eo, quae placuerint, Synodus sancta constituat: Aversati enim, quia ausus est proferre contraria bis, quae conscripsit de fide sanctae memoriae Cyrillus Alexandrinæ quondam civitatis Episcopus.* Quosdam Nestorii sectatores conatos, ut omnino adit Synodo, mandat per Dioscorum compesci.

Cap. 12. Addit Liberatus Diaconus: *Item Edeffenum Episcopum, ne Synodo adesset, per filium suum Chrysostrum in multas mansiones Eutychemis jam relegarat exilio.* Et hinc quidam existimant Domnum etiam Antiochenum Patriarcham, omnesque ejus Episcopos, tamquam reos spreto- rum Capitulorum Sancti Cyrilli, & pacis violatores atque hereseos Nestorianæ resuscitatores fuisse etiam à Synodo per Principem excludos.

Et illos falli liquet ex litteris Theodoretici ad Epist. 16. *Irenegum Tyri Metropolitanam. Non modo non sedatur Ecclesiae procella, sed fastigiatur, ut ita*

dicam, et in cacumen attollitur. Venerunt autem et qui Synodum convocant, et evocatorias litteras cum aliis quibusdam Metropolitanis, cum nostro Hierapolitano reddiderunt. Litterarum porro exemplum ad te misi. Et ex litteris ad Domnum Patriarcham Antiochenum. *Cessasse tristitia speravimus, cum indicasset nobis quidam existimatum esse victoris Imperatoris pusillanimitatem, factamque inter ipsum et Deo carissimum Episcopum Flavianum reconciliationem, ac Synodi quidem convocationem desisse, Ecclesiarum vero pacem redidisse. Sed quæ modo à Sanctitate tua scripta sunt, graviter nos contristarunt. Nihil enim boni ex coacta Synodo expectare licet, nisi misericors Dominus, solita utens providentia, turbulentorum demonum machinas destruat. Infelix anima mea suspirat, lugetque, nihil expectans boni. Neque enim in duodecim capitibus venenum norunt, qui aliarum sunt Dioceseos; sed ejus, qui illa scripsit, claritatem attendentes, nihil sinistrum suspicantur. Et qui ejus sedi successit, omnia, opinor movet, ut altera Synodo illa confirmet. Pleno mentis impetu suadet impediendam capitulorum in hac Synodo approbationem, et pergit. Ex Dei amantissimis Episcopis eos considerare oportet Sanctitatem tuam, qui ejusdem sunt sententia, eosque profectiois comites adhibere. Atque ex reverendissimis Clericis eos, qui tuæ pietatis zelo præditi sunt, ut ne à domesticis ipsis proditi vel facere aliquid cogamur, quod Deo universonum displiceat, vel soli relicti ab hostibus capi facile possimus. Hæc ego procul postius, dolens ac lugens scribo, et commnem Dominum obtestor, ut tristem hanc nubem dissolvat, et puram nobis serenitatem largiatur. Utrumque Dioscori oculum existimavit in sola Capitula vigilare, nimiumque satagit humanam providentiam Synodo committere: Etiam in alia Dioscorus collimabat. Constat interim Domnum ac ejus Metropolitanas omnino fuisse ad Synodum invitatos. Quomodo non invitatus Domnus Synodum accedere praesumpisset? De Iba Edeffeno, quem plenè absolverat Synodus Berytensis, Liberatus fallitur: Ejus prima damnatio, ex qua natae tot calamitates, fuit hujus latrocínio opus.*

Hæc Theodoretici verba, *Cessasse tristitia speravimus*, lucem accipiunt ex sacra Divali ad Synodum. *Quoniam beatissimus Episcopus Flavianus aliqua de sancta fide movere voluit adversus reverendissimum Archimandritam Eutychemis, et Concilium congregans aliqua capit agere; nos quidem sæpius dirigentes ad eumdem beatissimum Episcopum, volumus, quæ mota est, conturbationem compescere, persuasi sufficere nobis traditam à sanctis Patribus in Nicæna Synodo Catholicam fidem: Quam et sancta Synodus, quæ in Epheso facta est, confirmavit. Addit Sacra Divalis ad Dioscorum. *Eos, qui aliquid per additamentum aliquod aut imminutionem conati sunt dicere, præter quæ sunt exposita de fide Catholica à sanctis Patribus, qui in Nicæa, et postmodum qui in Epheso congregati sunt, nullam omnino fiduciam in sancta Synodo habere patimur.* Quis non videat profanas hæc Sacras compositas esse à nequissimo Eutychemis? Admittunt sola Cyrilli Capitula & Symbolum Nicænum, facta per Synodum Constantino-*

cus Amazenus Episcopus, Helenoponti Metropolitana, suffragium redemit hac fœda palinodia. *Reprebendo vocem meam, quam dixi in gloriosissima Constantinopoli, habentem, quia oportet in duabus naturis Dominum nostrum Jesum Christum post adunationem prædicari, anathematizans eos, qui in duas naturas, vel in duas substantias, aut in duas personas post adunationem dividunt Dominum nostrum Jesum Christum.* Palinodia sibi ipsi non cohæret: Aliud namque est Dominum nostrum esse in duabus naturis, aliud dividi in duas naturas. Eiusmodi æquivocationibus miserabiles Episcopi sunt conati satisfacere Diofcoro, ne tamquam hæretici damnati perderent suos baptizatos. Addit Acacius Ariarathæ Episcopus: *Compulsi, violenter habiti, multa mala perpassi, per potentiam oppressi sumus. Usque ad vesperam enim tenuerunt nos, recludentes in Ecclesia: Et egrotantes nos neque quiescere permiserunt, neque recedere, ut aliquantulum recolligeremus, sed milites nobis cum fistibus & gladiis imposuerunt.*

Quid porro de Flaviani Synodo factum vellet Diofcorus ab hisce Episcopis, docent hæc ejus ad illos verba. *Pissimus & Christianissimus Imperator noster pro aliquibus, quæ emerferunt, iussit hanc congregari Synodum, non ut fidem nostram exponamus, quam exposuerunt jam Patres nostri: sed ut inquiramus, quæ emerferunt, si conveniant sanctorum Patrum statuta. Oportet ergo ea, quæ contigerunt, primitus inquirere, & nos probare, si consonantia sint statutis à sanctis Patribus: Aut vultis fidem sanctorum Patrum innovare? Per sanctorum Patrum statuta intellexit fidem Nicænam ac Ephesinam, & addidit. *Si quis præter ea aut inquirat, aut discutat, aut retractat, anathema sit. Si sanctus Spiritus consedit cum Patribus, & ordinavit quæ ordinata sunt, qui retractat ea, Spiritus castigat gratiam.* Exclusa volebat Synodi Constantinopolitana ad Nicænum Symbolum contra Apollinarium additamenta, Eutycheque dogma non discutere, sed Nicæno Symbolo dumtaxat quovis dolo aut furo conquadari. Norat esse verissimum: *Nosse hæreses est confutasse.* Et quidem ejus hisce technis adclamavit factiosa turba: *Omnes hæc dicimus, magnus fidei custos Diofcorus Archiepiscopus.* Meliores Episcopi apud Synodum postmodum Chalcedonensem protestati sunt se non acclamasse, & synodalia Diofcori Acta de mendacio culparunt.*

Conformem libellum adversus Sanctum Flavianum ac ejus Synodum exhibuit Eutyche, rotus suadens dogma suum esse Nicænae & Ephesinae fidei consonum, atque ita postulans ut orthodoxus absolveret ab omnibus Flaviani sententiis, ipsamque ut Nestorianam & iniquum judicem damnari. Hic est ille libellus, adversus quem in Synodo Chalcedonensi dixit Diogenes Episcopus Cyzicenus. *Dolose proposuit Synodum, quæ in Nicæna facta est; accepit namque additamenta à sanctis Patribus in Synodo Constantinopolitana. Hæc prætermisit Eutyche, sicut Apollinarista.* Eidem libello respondit in hoc latrocínio impetitus per ipsum Sanctum Flavianum: *Eutyche accusatorem habuit Eusebium, jubete eum adesse.* Ast intercessit Comes Elpidius. *Sacratissimus Imperator implens ipse primus ordinem legum præcepit eos, qui dudum*

judices fuerunt, in loco eorum esse, qui iudicandi sunt, neque habere tempus docendi. Ad ea ergo, quæ nunc à religiosissimo Archiepiscopo Flaviano dicta sunt, & hoc doceo, quia acculator suam accusationem implevit, & ut arbitratus est, vici, & iudex accusatoris causam jam in semetipsum transulit, sicut & in publicis sententiis custodiatur. Nunc igitur vos convenistis, ut eos, qui iudicaverant, iudicetis, non ut iterum accusatoris personam suscipiatis, & perturbationis rursus initium alterum fiat. Atque ita exclusus est, qui hæreseos convincere Eutyche poterat, Eusebius, Sanctusque Flavianus coactus ad fortem accusatoris, idque juxta leges, de quibus in Synodo Chalcedonensi rectè dixerunt gloriosissimi Iudices: *In iudicio fidei non est ista defensio.* Etenim in fidei iudicio primus accusator etiam in appellationis causa opus suum debet profequi. Culpatus est Comes Elpidius, quod contra Canones iussisset; culpatus Diofcorus, quod ejusmodi iussionibus paruisset.

Et quidem Sanctum Flavianum nec loqui ad accusandum permisit, interloquens ad Eutycheis libellum: *Dicant singuli presentes sanctissimi Episcopi, quomodo sciunt Archimandritam Eutyche credere, & quid de eo ordinant.* Primus verò definivit, ante Domnum Patriarcham suum federe & loqui præsumens, Juvenalis Hierosolymitanus. *Cum frequenter constitatur, eod quod sequatur expositionem fidei, quæ in Nicæna habita est, & ea, quæ prius in magno Concilio apud Ephesum gesta sunt, orthodoxum summè eum esse in his, quæ locutus, comperi.* Et ego autem decerno & volo eum in suo monasterio degere, & in proprio gradu. Unanimi suffragio Episcopi omnes sæditissimum hæreticum tamquam orthodoxum, & malè à Sancto Flaviano damnatum plenissimè restituerunt in Presbyteratus gradum & monasterii præfecturam. Eodem tempore ad similem libellum & professionem hæreticum ejus monasterium absolventur à sententia positi per Sanctum Flavianum interdicti. Quare in collatione Constantinopolitana imponunt Severiani Eutychem penitentem fuisse absolutum. Merito Synodus Chalcedonensis dicit Diofcorum similia cum Eutyche sapuisse: Merito has ejus sententias affirmat esse prævaricationem quinti Nicæni Canonis, vetantis damnatum regulariter à proprio Episcopo recipi in communionem.

Exinde Diofcorus legi iussit, atque innovavit Canonem Ephesinum de non alterando Nicæno Symbolo. Rectèque tunc ad laterales collegas dixit Marinianus Episcopus Synnadenensis, Metropolitana Phrygiæ Pacatiana: *Regula ista propter nihil aliud legitur, nisi ut Flavianus Episcopus damnetur.* Etenim tunc odia sua complens ille definivit in Sanctum Flavianum & Eusebium Doryleensem. *Apparent omnia penè renovantes & immutantes Flavianus quondam Constantinopolitane urbis Episcopus, & Eusebius Dorylei, & scandalati & conturbationis facti occasio sanctissimis Ecclesiis, & ubique Catholicis populis: Certum est hos ex semetipsis synodicis olim à sanctis Patribus definitis damnationibus subjacere.* Undè & nos, quæ eorum sunt, confirmantes, memoratos Flavianum & Eusebium ab omni sacerdotali & episcopali dignitate iudicamus esse alienos. Eos damnat, quod

quod Ephesinum Canonem prævaricati recepissent Constantinopolitana Nicæni Symboli additamenta, atque ex illis Eutyche alter accusasset, alter damnasset. Volebat ab Ephesino Canone per Nicænum Symbolum intelligi solum propriè Nicænum, & additamenta jam dicta damnari. Sic & ipse Eutyche in suo ad hanc Synodum libello Sanctum Flavianum accusat recepti ejusdem additamenti. Ambos malitia excæcarat. Quis enim nesciat ab Ephesino Canone per Symbolum Nicænum intelligi etiam Constantinopolitanam additamenta per illum Canonem proscripta? Et hinc forsàn ad Synodum Chalcedonensem de dicto Eutycheis libello dixit Eusebius Doryleensis: *Mentitur, non est talis definitio, non est regula hoc præcipiens, sive vetans laudata additamenta.* Ephesinus quippè Canon nequaquam jam legitimè adposita, sed sola adponenda additamenta vetat: Quin immò futurarum generalium Synodorum auctoritatem non potuit circumscribere.

Quam verò tyrannicè Flavianum tractarit Diofcorus, Synodo Chalcedonensi exponit Theodoros Episcopus Claudiopopolitanus. *Obtulerunt nobis puras chartas Diofcorus & Juvenalis, multitudinem habentes seditiosorum hominum, clamantium, & conturbantium, & commoventium Synodum.* Et Basilii Episcopus Seleucienensis. *Post damnationem beati Flaviani omnibus nobis tristibus effectis, & aliquantis quidem nolentibus emittere vocem cooperantis suffragii, aliquantis autem fugientibus, exurgens Diofcorus, & stans in alto, designabat & dicebat: VIDETE, QUI NON VULT SUBSCRIBERE, AD ME, seu contra me, HABET.* Eusebius Ancyrae Episcopus, quia parvum distulit vocem, periclitatus est & ipse damnari. Onesiphorus Iconienensis, Marinianus Synnadenensis, & Nunechius Laodicensis tenuerunt pedes ejus, dicentes. *Quia & tu Presbyteros habes, non debet propter Presbyterum damnari Episcopus. Nihil dignum damnatione egit. Si autem & reprehensione dignus est, reprehendatur.* Etiam Nicolaus primus Pontifex Hincmarus Remensem Metropolitam arguit, quod Rothaldum Sueffionensem Episcopum ob damnatum Presbyterum dejecisset. At de throno exurgens & stans super scabellum suum Diofcorus reposuit: *Seditionem mihi movetis? Da Comitres: Pergit Marinianus Synnadenensis. Ingressi sunt Comitres, introduxerunt Proconsulem cum multitudine magna & catenis: Post hoc unusquisque nostrum subscripsit.* Et Basilii Seleucienensis. *Irruebant in Ecclesiam milites cum armis, instabant monachi, qui cum Barsuma, & Parabalani, & multitudo alia grandis. Parabalani sunt servi publicorum balnearum. Tunc itaque Barsumas monachus, teste Diogene Cyziceno Episcopo, clamabat militibus permixtus: Occide, atque ita occidit beatum Flavianum.* Quare merito Eusebius Doryleensis apud Synodum Chalcedonensem ex tot prævaricatoribus Episcopis accusavit solum Diofcorum.

Porro damnatus Sanctus Flavianus dixit Diofcoro: *Appello à te, utique ad sedem Romanam.* Et ad eundem Hilarus Diaconus: *Con-*

Christi Lupi Oper. Tom. II.

traditur, id est, appellatur. Flavianum enim per Legatos Romanos appellasse libello Sedem Apostolicam testatur Liberatus Carthaginensis. *Confirmat Sanctus Leo Pontifex in litteris ad Theodosium Augustum: Legati nostri fideliter reclamarunt, & eisdem libellum appellationis Flaviani Episcopus dedit. Edicit & alium dictæ Sedis directi ad consentiendum nulla potuerunt oppensione compelli, constanterque, ut decuit, fuerunt protestati nequaquam id, quod constitueretur, Sedem Apostolicam recepturam. Quam verò hæc non curarit contumax Diofcori spiritus, refert Hilarus Diaconus in litteris ad Pulcheriam Augustam. Posteaquam iniuste Diofcori voluntati atque sententiæ communicare non potuit, ad aliud Concilium, id est, aliam synodalem sessionem, terroribus atque insidiis me evocare conatus est, quatenus me, quod abisti, aut seductionibus faceret consentire ad condemnandum Sanctissimum Flavianum Episcopum, aut resistenter teneret, ut mihi non esset licentia ad pietatem vestram Constantinopolim percurrere, aut ad Romanam Ecclesiam remeare. Verumtamen confidens de auxilio Christi, quod attinet ad damnationem reverendissimi, ac sanctissimi viri, innocentem me integrumque servavi, licet nulla flagella, nulla tormenta me possint facere ejus consentire sententiæ; sed omnibus devictis exinde discessi, per incognita & invia loca Romam veniens, ut reverendissimo Papæ omnium, quæ in Epheso gesta sunt, idoneus nunciator existerem. Eum inter multa vitæ pericula reclamasse atque fugisse, scribit Sanctus Prosper in Chronico. Ob positas insidias ausus non fuit per Constantinopolim transire. Eadem apud Ephesum constantia egisse, ac inde fugisse Renatum Presbyterum, Theodoretus testatur. Julianus Coenensis Episcopus Constantinopolim abiit, Augustam Pulcheriam, in qua omnis spes humana, informaturus. Etiam fuisse alios Episcopos, ne impiis subscriptionibus captivas manus darent, asserit Sanctus Leo in litteris ad Theodosium Augustum. Thalassius Cæsareensis Synodo Chalcedonensi dixit plura mala à se impedita.*

Appellantem Flavianum quomodo Diofcorus tractarit, scribit idem Pontifex in litteris ad Theodoretum. *Quam mensuram sceleris prætermisit, cui nec hoc sufficere potuit, quod nec vivis parcendo, nec mortuis, etiam in sanguine innocentis & Catholici Sacerdotis pollutas jam pridem, abdicata charitate atque approbata falsitate, manus intinxit? Et infra: Quod Sanctæ memoriæ Flaviano vitam presentis sæculi est molitus auferre. Quod Sanctum Flavianum calcibus verberavit, testatur Evagrius Epiphaniensis. Addit Comes Marcellinus in Chronico: Flavianus Episcopus secunda apud Ephesum Synodo, vi Diofcori Alexandrini Episcopi & Saturnini Chrysaphii Spadonis, in Epipam exulat. Inter ducentium militum manus gloriose in via defunctum testatur Sanctus Prosper in Chronico. Et Liberatus Diaconus: Cæsus Flavianus, & multis iniuriis affectus, dolore plagarum migravit ad Dominum. Tandem potuit unius Eunuchi avaricia, de qua laudatus Evagrius. Flavianus fallacis Chrysaphii abdicatus fuit, quod aurum pro ejus ad Episcopatum*

H 2 tum

um ordinatione postulanti sacra Ecclesie vasa, quo cum pudore suffunderet, gullisset. Eadem de causa tot calamitates à Gulielmo secundo Anglorum Rege passus est Sanctus Anselmus Episcopus Cantuariensis. Adeo antiqua est Palatinorum Procerum ac ipsorum Regum ad Episcoporum electiones concurrentium simonia. Merito Synodus Chalcedonenfis unanimi omnium Episcoporum acclamatione canonizavit Sanctum Flavianum, Episcopumque ab Episcopo, quasi à fratre fratrem crucidatum appellavit *Secundum Abel.* Et ad hæc tragedias Andreas & Eufrotas, Diaconi Constantinopolitani, fuere cooperati, quos proprii Episcopi fuisse accusatores, scribit Sanctus Leo Pontifex ad Julianum Coensensem Episcopum, & Anatolium Flaviani successorem.

Epist. 59. 71.

Etiã Sedem Apostolicam appellavit, Romamque fugit, Flaviani sortem ac Oasin timens, Eusebius Doryleensis: Item pro se ac Flaviano Episcopo suo appellavere Clerici Constantinopolitani. Hinc enim Leo Pontifex scribit ad Pulcheriam Augustam. *Quia novimus, quantum pie sollicitudini Catholicis Sacerdotibus Mansuetudo vestra dignetur impendere, indicandum esse curavimus fratrem & Coepiscopum nostrum Eusebium nobiscum degere, & nostræ communionis esse consortem, cujus commendamus Ecclesiam, quam dicitur vastare, qui illi iniuste asseritur subrogatus: Illud etiam à vestra Pietate poscentes, ut Constantinopolitanos Clericos, qui sanctæ memoriæ Flaviano fidelibus officiis adhaesere, ea, qua debetis, Regiæ protectionis gratia foveatis.* Et hoc appellationum libellos Renatus ac Hilarius Legati Romam portarant, exstatque laudati Pontificis Epistola, qua Sanctum Flavianum in tantis angustiis solatur, & auxilia spondet.

Epist. 39.

Epist. 47.

De reliquis post suorum Legatorum fugam latrocinii Actis hæc Pontifex ad Synodum Chalcedonensem. *Plurimi Episcopi, qui hæresim non receperunt, sedibus suis fuere pulsati, & in exilia deportati, atque in locum superstitum alii substituti.* Omnium primò dejectus fuit Theodoretus Cyrensis, inauditus, non citatus, absens ultra triginta quinque mansiones, ac extra Synodum intra suam civitatem exilio circumscriptus. Damnationis causa fuit impugatio Capitulorum Sancti Cyrilli etiam post initam pacem, ubi scribit ipse ad Sporacium. Hinc creditus est duos Dei filios, seu duas in Christo Domino personas cum Nestorio errare. Episcopali domo, omni substantia, ac ipsa civitate mox eiectus est, vivere coactus de elemosyna amicorum collegarum, quorum unus fuit Uranius Episcopus Emeffensis. Hinc per Anatolium Patricium Principi supplicat aut appellationem suam prosecuturus Romam accedere, aut certè redire ad suum, in quo olim monachum professus, monasterium, distans centum millibus à civitate Cyrensi: Gratiani enim Augusti lex exauctoratum Episcopum, ne turbas ciere posset, ad centum à sua civitate millia prescribentibus. Romam ergo omnino appellavit etiam Theodoretus, scribitque ad Sanctum Leonem Papam: *Ne ad vos contenderem, Regiarum litterarum vincula retinuerunt.* Et hic in Ecclesia est primus Regiæ po-

Epist. 110. Epist. 113.

Epist. 119.

Epist. 113.

testatis adversus Romanam appellationem obex: Opus Dioscori, Eutycheis, ac Chrysofthii Eunucho. Quod tamen Theodoretus Romam tandem accesserit, testatur Liberatus Carthagenensis. Legendæ appellantis Epistolæ, insigniter prædicantes Romanæ Ecclesiæ supremum Primatum. Suadet Pontifici, ut *Apostolica auctoritate* Epist. 116. *uatur, & universum Ephesinum latrocinium ad suum Concilium advolare præcipiat.* Nam & universam Synodum Constantinopolitanam Damasus Pontifex Romam evocavit. Tanta Romano Episcopo fuit semper auctoritas etiam in Synodum Ecclesiæ generalem.

Secundus dejectus Episcopus fuit Ibas Metropolitæ Edeffensis, propter famosam Epistolam scriptam ad Marim Persidis Episcopum, injuriosam in Sanctum Cyrillum & Capitula ejus, nec non ob supra memoratam blasphemiam; *Non invidio Christo factio Deo, quia possum & ego fieri.* Damnatu est absens, inauditus, Synodo adeste non permisus. *Eutycheis, inquit ipse ad Synodum Chalcedonensem, adversus me pro fide quedam falsa confixit, nec me in Synodum interesse permisit, per quadraginta mansiones per diversos ad invicem succedentes ordines direxit me, viginti amplius carceres mutavi, cum essem in carcere in Antiochia in ordine Comitum.* Fuisse Synodo exclusum à Chrysofthio Eunucho testatur etiam Liberatus Diaconus. Evagrius Epiphaniensis addit damnatum & ejus supra memoratum nepotem Danielem Carrorum Episcopum ob crimina illi imposta atque discussa in Synodo Berytensi.

C. 12.

Epist. 116.

Act. 9.

C. 12.

L. 16. 10.

Quartus damnatus fuit Sabinianus Episcopus Perrensis in Provincia Eufrafesia, quod Athanasio per Dominum Patriarcham Antiochenum dejecto esset superordinatus. Domum oderat Dioscorus, atque ita adversus illum ad hoc latrocinium provocavit Athanasius, Episcopatumque licet legitime dejectus, remisso ad suum monasterium Sabiniano, recuperavit. Exstat Theodoretæ ad Sabinianum Epistola consolatoria, eum graviter arguens, quod recipiendi Episcopatus cupiditate cogitaret Eutycheianæ factioni accedere, confiterique unam naturam Deitatis in Domino atque humanitatis. At mutasse cogitationes docet ejus appellatio ad Leonem Papam & Synodum Chalcedonensem.

Epist. 116.

Act. 14.

Evagrius Epiphaniensis addit dejectos etiam Aquilinum Bibli, Irenæum Tyri, ac Sophronium Episcopum Constantinopolitanum. Est mendum. Sophronius enim non Constantinopolitanus, sed Constantiensis fuit Episcopus, Cypriorum Metropolitæ, qui unâ cum Joanne Germanicensi Episcopo Nestorium anathematizavit Chalcedone, ita redditus Episcopatu, atque ita probabile est ambos ab hoc latrocinio fuisse dejectos. Irenæum Tyri Episcopum alii dejectum malunt jussione Principis ante latrocinium.

L. 1. c. 10.

Act. 8.

Omnium ultimò dejectus fuit Dominus Patriarcha Antiochenus, de quo Liberatus Carthagenensis. *Post omnes Dioscorus deposuit & Dominum Antiochenum, remanentem ab orthodoxorum depositione, quia particeps factus Dioscori in depositione orthodoxorum. Et Eutycheis absolutione. Depositus est*

C. 12.

est autem dolo Dioscori sic. Postquam consensit in omnibus Dioscoro, datus in medio ejus Epistolis, quas ad ipsum Dioscorum Antiochenum Dominus contra Duodecim Capitula Cyrilli scripserat, eò quod essent obscura, damnavit egrotum, & absentem illa die. Dioscorus alta mente tenebat repositum Domni cum Proclo Regiæ nuper civitatis Episcopo concordatum de servando tertio Canone Constantinopolitano, ideòque illum mitigare sperans Dominus locum cessit Juvenali Hierosolymitano, cunctisque Dioscori facinoribus contra conscientiam suam est patrocinatus. Astu distulavit Dioscorus, nolens sibi deesse auctoritatem Patriarchæ Antiocheni ac Dioeceseos Orientalis. Omnibus itaque peractis, protulit jam dictus Domni litteras, atque ita tamquam primæ Ephesinæ Synodi & inite cum Cyrillo pacis prævaricatorum, hæresisque Nestorianæ resuscitatorum, & quidem ægrum & absentem, percipiens in posteriora, damnavit. Errat Nicephorus Callixtus damnatum ob revocatum de Sancto Flaviano suffragium: *Damnatum ob causas jam dictas testatur in litteris ad Sporacium etiam Theodoretus.* Et quinta Synodus: *Chalcedonensis Synodus Dominum Antiochie Episcopum, eò quod scripsit tacere debere duodecim Capitula sanctæ memoriæ Cyrilli, & post mortem damnavit, cum confirmasset condemnationem ejus factam à latrocinio Ephesino, & suscepisset Maximi ordinationem. Igitur propter duodecim Capitula Dominus damnatus est.* Errat damnatum Chalcedone post mortem: Fuisse superstitem Actio decima docet: *Prolata porrò à Dioscoro litteræ fuerunt illæ, quas ex Theodoretæ suavis Dominus scripserat, & pro bari per Synodum sperat.*

L. 14. c. 47.

Collat. 6.

Epist. 117.

Epist. 39.

Addit Liberatus Diaconus. *Pro Flaviano ordinatus est Anatolius Diaconus Ecclesiæ Alexandrinæ, qui fuit Constantinopoli Apocrisarius Dioscori, & pro Domino Antiocheno ordinatus est Maximus, & pro Iba Nonnus, & pro Sabiniano Athanasius, & Theodoretæ autem ac Eusebio nullus.* Generalis enim Synodus semper auctoritatem habuit pro dejectis à se Episcopis alios eligendi & ordinandi. Fallitur verò Liberatus pro Sabiniano ordinatum Athanasium: Fuit enim ille in sedem restitutus. Et Eusebio fuisse quempiam superordinatum suadet adducta superius verba Sancti Leonis: *Qui illi iniuste asseritur subrogatus.* Anatolium Diaconum suum promovit Dioscorus, ut Ecclesiæ Alexandrinæ adversus Constantinopolitanam privilegia per illum repararet, everteretque tertium Canonem Constantinopolitanum: At quam deceperit fuerit, docebunt Acta in Synodo Chalcedonensi.

Coensis, Lucentius Esculanus Episcopus, & Bonifacius Presbyter, Legati ejusdem Pontificis. *Synodus proferrè non potest, in qua illa nefaria delicta relecta sunt, & ob hoc ad lesionem videntur esse superflua ea, quæ ibi sunt acta. Si ergo & à beatissimo & Apostolico Romanæ urbis Episcopo omnia, quæ ibi gesta sunt, vana sunt habita, claret, quia & sanctissimus Episcopus Antiochene civitatis extra hæc est, quem post hæc beatissimus Episcopus in propria communione suscepit. Necessarium est enim, ut rursus Christianissimum Principem adeamus, quatenus illud Concilium sacra & pia lege neque nominari præcipiat.* Et Anatolius Episcopus Constantinopolitanus. *Definimus nihil horum valere, quæ in illa, quæ Synodus dicitur, sunt confecta, nisi illud circa sanctissimum Maximum, magnæ Antiochene civitatis Episcopum: Quoniam & sanctissimus Leo Romanus Archi-Episcopus in communionem eum recipiens præesse eum Antiochenum judicavit Ecclesiæ. Quam formam sequens & ipse approbavi, & omne præsens sanctum Concilium.* Auditis Renato Presbytero ac Hilario Diacono, Legatis suis, totius Italiæ Synodum coegit Sanctus Leo, omniaque Dioscori Acta, exceptis Domni Antiocheni dejectione & Maximi successoris ordinatione, cassavit, jubens tumultuosum & miserabilem conventum, non Episcopalem Synodum, aut Ecclesiasticum Concilium appellari, sed latrocinium Ephesinum. In litteris ad Clerum & populum Constantinopolitanum ait illic læsam & fidem & justitiam. In litteris ad Anatolium ejusdem civitatis Episcopum fuisse scelestissimum judicium, in quo Dioscorus suam malevolentiam, imperitiam Juvenalis ostendit. Et in litteris ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem. *Magnam facinus Alexandrino Episcopo auctore vel exco-*

Act. 10.

Act. 10.

L. 1. Con. Chal.

Epist. 28. Epist. 23. Epist. 46.

Epist. 39.

Ep. 40. c. 1.

Epist. 22.

Epist. 26.

CAPUT SEPTIMUM.

Romanæ Ecclesiæ Judicium de Actu latrocinii Ephesini.

Quid de hisce omnibus judicavit Sanctus Leo Pontifex, edixere ad Synodum Chalcedonensem Paschasinus Lilybeti, Julianus


post

Ante omnia cassavit Pontifex Eutycheiani erroris & personæ approbationem, Sancti Flaviani damnationem, & superordinationem Anatolii. Episcopi enim Severiani, in Constantinopolitana collatione dicentes Eutychei erroris penituisse, atque ita fuisse receptum à Dioscoro, delirant potius, quam errant. Adversus Anatolii promotionem scribit Pontifex ad Clerum & populum Constantinopolitanum. *Quisquis in columi atque superstite Flaviano Episcopo vestro, Sacerdotium ejus fuerit ausus invadere, nunquam in communione nostra habebitur Episcopus, nec inter Episcopos poterit numerari.* Et ad Pulcheriam Augustam. *Flavianus Episcopus in nostra omnium communione persistit, atque hoc, quod factum est, sine consideratione justitiæ, & contra omnem Canonum disciplinam, ratum haberi ratio nulla permittit.* Eodem tenore scripsit ad orthodoxos Constantinopoli Archimandritas. Undè illi obediens Constantinopolitanus Clerus & populus Flaviano tamquam Episcopo suo publicè acclamavit, & acclamationum exempla Romam misit. *Quia*

post Flaviani mortem ad nullas Theodosii Augusti preces Anatolii Episcopatum confirmare voluit Pontifex ex causis mox dicendis. Dispensatoriè tandem recepit ad Martiani Augusti & Augustæ Pulcheriæ preces, mandans Sancti Flaviani, tamquam iniquè damnati, reliquias ad ejus cathedralam Ecclesiam honorificè deportari. Quod est omninò factum.

Cassavit item Eusebii Doryleensis, Theodoretæ, ac aliorum Episcoporum iniquam damnationem, Theodoretumque & Eusebium, quod Romam accessissent, reddidit Episcopatu. Hinc in Synodo Chalcedonensi dixerunt Gloriosissimi Judices. *Ingradiatur & reverendissimus Episcopus Theodoretus, ut sit particeps Synodi, quia & restituit ei Episcopatum sanctissimus Archi-Episcopus Leo, & sacratissimus ac piissimus Imperator Martianus, Apostolicæ restitutionis executor, sanxit eum adesse sanctæ Synodo, cassatis omnibus in eum à Theodosio Augusto decretis. Eamque restitutionem, licèt multis tamquam adversus Nestorii magistrum & Capitulum Sancti Cyrilli damnatorem reclamantibus, omnis laudata Synodus tandem confirmavit. Eusebius Romæ hæsit, suam ac jam defuncti Sancti Flaviani appellationem prosequens, mansitque usque ad Synodum Chalcedonensem, gaudens plena Episcopali communione.*


Ab illo motus Sanctus Leo Pontifex scripsit ad Theodosium Augustum. *Omnes Mansuetudini vestre cum gemitibus & lacrymis supplicant Sacerdotes, ut quia & nostri Legati reclamarunt, & eisdem libellum appellationis Flaviani Episcopus dedit, generalem Synodum jubeat intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat aut mitiget, ne aliquid ultra sit vel in fide dubium, vel in charitate divisum, convenientibus utique Orientalium Provinciarum Episcopis, quorum si qui superati minis atque injuriis à veritatis tramite deviarunt, salutaribus remediis in integrum revocentur, ipsique quorum causa est durior, si consiliis melioribus acquiescant, ab Ecclesiæ unitate non excidant. Quam autem post appellationem interpositam hoc necessariò postuletur, Canonum Nicææ habitorem decreta restantur, quæ à totius mundi Sacerdotibus sunt constituta, quæque subter adnexa sunt. Adnexus autem fuit quartus Canon Sardicenis. Ait tantum Flaviani ac Eusebii Episcoporum appellationi deferendum, quantum uni monacho appellanti fuerat delatum. Novam Synodum vult fieri in Italia ex suavis Theodoretæ, & ob Romani Pontificis potentiam in tali Synodo, laudatam superiùs à Felice tertio. Voluit & huic appellationi donari effectum suspensivum*




reponique omnia in statum, qui fuerat antelatrocinium. Ad emolliendum Theodosium, possessum à malevolo Eunucho, adhibuit mediatores Valentinianum tertium Augustum, Augustas Pulcheriam, Gallam Placidiam, ac Liciniam Eudoxiam; at ille respondit Ephesi acta omnia secundum Canones *cum multa libertate & integra veritate*, & indignos Sacerdotio ritè remotos, præsertim Flavianum, auctorem & Principem læsibilis novitatis & contentionis. Frivolam esse dixit ejus appellationem.

Addit Liberatus Diaconus. *Solutio illo Concilio, C. 11. & ad suas sedes reversis Episcopis, scissio facta est inter eos, qualis antea nunquam contigerat. Ægyptii, Thracæ, & Palæstini Episcopi Dioscorum sequebantur. Orientales, Pontici, & Asiani sanctæ memoriæ Flavianum. Quod scissio permansit usque ad obitum Theodosii Principis. Et hinc illum, uti ad Dardaniæ Episcopos scribit Sanctus Gelasius, Liberè tunc coarguit Papa Leo, nec ad ejus preces Anatolii Episcopatum unquam confirmare voluit: Confirmavit priùs ad preces, qui huic appellationi novam Synodum dederat, Martiani Augusti.*

Porro Domni Antiocheni dejectionem, licèt latrocinialitèr factam, quod causæ subsisterent, meritò Pontifex adprobavit. Quis non videat spontè impensum omnibus Dioscori facinoribus suffragium esse justam causam exaudorationis? Etiam Ecclesiæ suæ privilegia, sextumque Nicænum Canonem Juvenali Hierosolymitano prodidit, & Sancti Cyrilli Capitula pertinax damnavit Domnus, atque ita omninò dignus fuit in Dioscori manibus derelinqui. Ex quo pater Apostolicæ Sedis suprema supra generalem Synodum potestas, de qua Gelasius Pontifex in litteris ad Dardaniæ Episcopos. *Sanctæ memoriæ Flavianum, Pontificum congregatione damnatum, quoniam sola Sedes Apostolica non consensit, absolvit, potiusque, qui illic receptus fuerat, Dioscorum, secundæ Sedis Præsulem, sua auctoritate damnavit, & impiam Synodum non consentiendo submovit, ac pro veritate, ut Synodus Chalcedonensis fieret, sola decrevit, in qua Pontificibus innumeris, qui latrocinio corruerant Ephesino, veniam poscentibus sola concessit, & in sua perfidia permanentes nihilominus sua auctoritate prostravit, quam congregatio, quæ illic pro veritate reparanda collecta fuerat, est sequuta: Quoniam sicut id, quod prima Sedes non probaverat, consistare non potuit, sic quod illa censuit judicandum, Ecclesia tota suscepit. Et hinc quædam legitimæ damnare, quædam illegitimæ Synodi decreta potest firmare.*



CON-



CONCILII CHALCEDONENSIS

DEFINITIO DE FIDE.

Dominus noster, & Salvator Jesus Christus notitiam fidei discipulis suis firmans, dixit: *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis: Ut nullus dissonet à proprio circa dogmata pietatis, sed ut pariter veritatis ostendant prædicationem. Quia verò non desinit per zizania sua diabolus contra semina pietatis, sed ut pariter veritatis ostendant prædicationem. Quia verò non desinit per zizania sua diabolus contra semina pietatis, sed ut pariter veritatis ostendant prædicationem. Quia verò non desinit per zizania sua diabolus contra semina pietatis, sed ut pariter veritatis ostendant prædicationem.* Propter hoc Dominus, ut consuevit, providens humano generi, piissimum hunc & fidelissimum ad æmulationem erexit Imperatorem, & undique Sacerdotii Præsides ad se convocavit, ut gratia Domini omnium nostrum Christi operante, omnem quidem mendacii pestilentiam à Christi ovibus removeret, germinibus autem veritatis eas pinguescere faciat. Quod & perfecimus communi judicio dogmata expellentes erroris, & inerrabilem Patrum innovavimus fidem, Symbolum trecentorum decem, & octo omnibus prædicantes. Et eos, qui hanc veluti tesseram pietatis acceperunt, ut proprios Patres etiam adscribimus, eos nimirum, qui postea in magna Constantinopoli congregati sunt centum quinquaginta, & eandem fidem ipsi quoque confirmaverunt. Decernimus igitur ordinem, & omnes formulas custodientes, quæ de fide sunt constitutæ, & nos sanctæ Synodi quondam in Epheso factæ, cujus Præsides fuerunt beatissimæ memoriæ Celestinus Romanorum, & Cyrillus Alexandrinorum, & præfulgere quidem rectæ & immaculatæ fidei expositionem Sanctorum, & beatissimorum trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa temporibus piæ memoriæ Constantini Imperatoris congregati sunt: Servari autem & ea, quæ apud Constantinopolim à sanctissimis centum quinquaginta Patribus decreta sunt, ad expellendas quidem hæreses, quæ eo tempore germinaverant, & ad confirmationem ejusdem Catholicæ & Apostolicæ nostræ fidei.

Sufficeret quidem ad plenam cognitionem, & confirmationem pietatis hoc sapiens & salutare divinæ gratiæ Symbolum. De Patre enim & Filio & Spiritu sancto perfectionem docet, ac Domini nostri inhumanationem fideliter accipientibus repræsented. Sed quoniam hi, qui veritatis reprobare prædicationem conantur, per proprias hæreses novas voces genuerunt: Alii quidem mysterium dispensationis Domini, quæ propter nos facta est, corrumpere præsumentes; & vocem Theotocos de Virgine dici denegantes: Alii autem confusionem & mixtionem introducentes, & unam naturam esse carnis & Divinitatis stultè confingentes, & passibilem unigeniti Divinam naturam per confusionem prodigiosè

digiosè

digiosè dicentes; Propter hoc illis omnem machinationem contra veritatem volens claudere præsens nunc sancta & magna & universalis Synodus, prædicationem hanc ab initio immobilem docens, decrevit ante omnia, fidem integram & intemeratam permanere trecentorum decem & octo sanctorum Patrum: Et confirmat doctrinam, quæ de substantia Spiritus sancti à Patribus centum quinquaginta postea congregatis in Regia civitate tradita est propter illos, qui Spiritui sancto repugnabant, quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi aliquid deesset prioribus adjicientes, sed suum de sancto Spiritu intellectum contra illos, qui dominationem ejus respuere tentaverunt, Scripturarum testimoniis declarantes: Propter illos autem, qui dispensationis mysterium corrumpere conantur, & purum hominem esse genitum ex Sancta Virgine Maria impudenter delirant, Epistolas Synodicas beatissimi Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ Præfulis ad Nestorium, & ad Orientales, congruenter habentes suscepit, ad convincendas Nestorii vesanias, & ad interpretationem eorum, qui salutaris Symboli pio zelo nosse desiderant intellectum: Quibus etiam & Epistolam magnæ & senioris urbis Romæ Præfulis beatissimi & sanctissimi Archi-Episcopi Leonis, quæ scripta est ad sanctæ memoriæ Archi-Episcopum Flavianum ad perimendam Eutyichis malam intelligentiam, utpotè & magni illius Petri confessioni congruentem, & communem quandam columnam existentem adversus perversè sentientes, ad confirmationem rectorum dogmatum congruenter aptavit. His namque, qui in duos filios dispensationis Divinæ mysterium discernere nituntur, repugnat: Et illis, qui passibilem Deitatem unigeniti ausi sunt dicere, à sacro cætu expellit: Et his, qui in duabus Christi naturis temperamentum aut confusionem opinantur, resistit: Et eos, qui coelestem aut alterius esse substantiæ, quam ex nobis assumpsit, servi formam delirantes dicunt, abigit: Et qui duas quidem ante unionem naturas Domini fabulantur, unam verò post unionem confingunt, condemnat. Sequentes igitur sanctos Patres, unum eundemque confiteri Filium & Dominum nostrum Jesum Christum consonanter omnes docemus, eundem perfectum in Deitate, & eundem perfectum in humanitate, Deum verum & hominem verum eundem ex anima rationali & corpore, consubstantialem Patri secundum Deitatem, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato: Ante sæcula quidem de Patre genitum secundum Deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria Virgine Dei genitrice secundum humanitatem, unum, eundemque Christum, Filium, Dominum, unigenitum, in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indivisè, inseparabiliter agnoscendum: Nusquam sublata differentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque naturæ, & in unam personam, atque substantiam concurrente: non in duas personas partitum, aut divisum, sed unum, eundemque Filium, & unigenitum, Deum Verbum, Dominum Jesum Christum, sicut antè Prophetæ de eo, & ipse nos Jesus Christus erudit, & Patrum nobis Symbolum tradidit. His igitur cum omni un-

dique

dique exacta cura & diligentia à nobis dispositis, definit sancta, & universalis Synodus, alteram fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere, aut sentire, aut alios docere. Eos autem, qui audent componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, aut tradere alterum Symbolum volentibus ad agnitionem veritatis converti vel ex gentilitate, vel ex Judaismo, vel ex hæresi quacumque: Hos, si Episcopi fuerint aut Clerici, alienos esse Episcopos ab Episcopatu, & Clericos à Clero; si verò Monachi aut laici fuerint, anathematizari eos.

SCHOLION.

Quoniam Eutyches & Diofcorus omnes errori suo adversantes de hæresi Nestoriana sunt criminati, proclamantes ad sola Sancti Cyrilli Capitula & Symbolum Nicænum, rejicientesque Constantinopolitanum, hæc Synodus non solummodo, adversus quam specialiter congregata, Eutyichianam hæresin, sed & Nestorianam damnat, singulariterque prædicat ac in dogma recipit Symbolum Constantinopolitanum, tamquam sapiens, salutare, ad plenam pietatis cognitionem & confirmationem sufficiens, de Patre & Filio & Spiritu sancto perfectionem docens, ac Domini nostri inhumanationem fideliter accipientibus representans. In Regulam recipit etiam Synodicas Sancti Cyrilli ad Nestorium & ad Orientales Episcopos scriptas Epistolas: Nempè Epistolam pacis ad Joannem Patriarcham Antiochenum ac ejus Synodum, & secundam Epistolam ad Nestorium, prius ab Ephesina Synodo probatas, omiſſa Epistola duodecim Capitulorum. Eam prætermisit, nec sibi legi jussit. Causam fuisse æquivocam acceptionem vocis *Substantia* seu *Hypostasis*, supra audivimus ab Hypatio Ephesiorum Episcopo in Collatione Constantinopolitana cum Episcopo Severianis. Sese enim à damnatis Eutyichianis de Nestorianismo pertinacissimè infamandam prævidit hæc præsens Synodus, ideoque omnem criminationibus anſam submovens noluit orthodoxam & ab omni Ecclesia receptam Epistolam discretè in ipso fidei suæ decreto confirmare.

Act. 2.

Præsertim confirmavit dogmaticam Sancti Leonis ad Sanctum Flavianum, qua factam ab illo Eutyichianæ doctrinæ & personæ damnationem stabilivit, Epistolam, à Diofcoro suppressam in Ephesino latrocinio, eamque vocat *communem columnam* adversus omnes de Dominicæ incarnationis Sacramento malè sentientes. De eadem ad universam Synodum dixit Cæcropsius Episcopus Sebastopolitanus: *Forma data est à sanctissimo Archi-Episcopo Romane urbis, & sequimur eum, & Epistole ejus omnes subscripsimus.* Et post lectum Nicænum Symbolum exclamarunt Episcopi omnes: *Papa Leo sic credit, Papa Leo sic interpretatus est.* Et post lectum Symbolum Constantinopolitanum, ac Epistolas Sancti Cyrilli: *Leo sic credit, omnes sic credimus.* Et post lectam ipsam laudatam Epistolam: *Petrus per Leonem ita locutus est; omnes ita credimus.* *Christ. Lupi Oper. Tom. II.*

mus, sicut Leo, ita credimus. Et Relatio synodalis ad Marcianum Augustum. *Impenetrabilem in omni errore propugnatorem Deus providit, & Romane Ecclesie Papam ad victoriam præparavit, doctrinis eum veritatis per omnia accingens.* Hanc ejus Epistolam ornat insigni adversus Eutyichianas criminationes apologia, Et Relatio ad ipsum Pontificem: *Vocis Beati Petri es omnibus constitutus interpres.* Et Marcianus Augustus in litteris ad Præfectos Prætoriorum & urbis Constantinopolitanæ. *Chalcedonensis Synodus, auctoritate Beatissimi Leonis Episcopi eterne urbis Romæ, religionis fundamenta constituit.* Et Synodus Constantinopolitana sub Menna Patriarcha. *Epistola sanctæ memoriæ Leonis, qui fuit illuminator & columna Ecclesie.* Et in sexta Synodo generali ad Constantinum Augustum dixerunt Legati Romani: *Beati Leonis sermonem sancta quarta Synodus firmamentum orthodoxe fidei inscripsit, & damnationem universæ hæresis.* Et Sanctus Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus in litteris ad Sergium Constantinopolitanum Episcopum, probatis per eandem Synodum. *Religiosa fidei propugnatrix, à Deo condonata, atque à Deo inspirata Epistola magni & præclari Leonis, sanctissimi Romane Ecclesie, immò omnium, quæ sub celo sunt, luminaris, quam & firmamentum rectæ fidei appello.* Plurima ejus sunt istiusmodi Encomia. Legantur Epistolæ Theodoretæ ad Leonem Papam, ad Renatum Presbyterum, ac Anatholium Patricium. Eandem Epistolam ipse in Græcum transtulit, ac in Synodo Chalcedonensi asseruit contra ejus criminatores Eutyichianos, atque ita plenam Sedis Apostolicæ gratiam recepit. Hinc Ecclesiæ Alexandrinæ Apocrisarii illum apud Legatos Anastasii secundi Pontificis ad Anastasium Augustum accusarunt infidæ translationis, dicentes exindè Epistolam apud se & alios Eutyichianos venisse in suspicionem erroris Nestoriana.

L. 3. Con. Chalc. Epist. 11.

Act. 2.

Act. 2.

Epist. 113. 116. 121.

Notanda sunt verba: *In duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indivisè, inseparabiliter agnoscendum.* Perperam quidam codices legunt, *Ex duabus naturis.* Hic enim est primus hujus definitionis à quibusdam Episcopis prolatus conceptus, adversus quem Legati Apostolici fuerunt protestati, dixeruntque gloriosissimi Judices. *Diofcorus dicebat propter hoc se damnasse Flavianum, quia DUAS NATURAS esse; definitio autem, EX NATURIS, habet.* Et infra. *Diofcorus dicebat, QUOD EX DUABUS NATURIS EST, SÛSCIPPIO, DUAS NON*

Act. 5.

NON SUSCIPIO. *Sanctissimus autem Archiepiscopus Leo dicit duas naturas esse in Christo unitas inconfuse, inconvertibiliter, & indivisibiliter. Quem igitur sequimini sanctissimum Leonem, an Dioscorum?* Et acclamare Episcopi: *Us Leo se credimus.* Episcopos fidei definitionem à Sancti Leonis Epistola quovis modo dissonam fabricare conatos Legati Apostolici & gloriosissimi Judices minati sunt Romam mittere, de fide discutiendos. Voces, *Ex duabus naturis, sunt æquivocæ, ab Eutyche & Dioscoro usur-*

pataz, faciles aptari in eorum virus, ideòque hæc nostra Synodus omninò scripsit: In duabus naturis, post adunationem manentibus integris ac inconfusis.

Tandem Ephesinum Canonem de non alterando Nicæno seu Constantinopolitano Symbolo innovat definitio, utique adversum quosdam Episcopos, qui clamarent: *Sancta Maria Theotocos scribatur, & in Symbolo sic addatur, Omnem criminandi ansam voluit subtractam Eutychianistis,*

CANONES

CONCILII CHALCEDONENSIS.

CANON PRIMUS.

Regulas sanctorum Patrum, per singula nunc usque Concilia constitutas, proprium robur obtinere decrevimus.

SCHOLION.

Canon confirmat Codicem Canonum Ecclesiæ universæ, omnemque in ipso contentos Canones: Nicænos, Ancyranos, Neo-Cæsarenses, Gangrenses, Antiochenos, Laodicenses, Constantinopolitanos, ac Ephesinos. Antiquum exemplar, ex bibliotheca Regis Christianissimi adductum à Petro de Marca Episcopo Tholosano, collectum & editum adfirmat à Stephano Ephesiorum Episcopo circa tempora Theodosii Augusti senioris: Forsan ab illo, qui latrocinio Ephesino & huic Synodo interfuit, ac de Episcopatu disputavit cum Bassiano. Potuit Juvenis collegisse Codicem. Prima sanè collectio finiebat in Canonibus

Constantinopolitanis, ideòque facta videtur ante Synodum Ephesinam. Postmodum accesserunt Canones Ephesini & Chalcedonenses. Porro vox, *Ecclesiæ universæ*, restringi debet ad Ecclesias Orientales. Quod namque Romana & omnis latina Ecclesia alium habuerit Codicem, liquet ex Canonibus Sardicensibus & Antiochenis: Hos illa eò usque abiecit tamquam dolosas Eusebianorum in Sanctum Athanasium insidias, istos semper admisit, ideòque uti nequirit Codice, in quo deessent. Et inter Paschasinum Lilybeti Episcopum, & Sancti Leonis Pontificis Legatum, ac inter Ætium Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archidiaconum in hac Synodo de sexti Nicæni Canonis exordio mota quaestio ostendit Ecclesiis illis fuisse Codices disparatos.

CANON II.

Si quis Episcopus per pecunias fecerit ordinationem, & sub pretio redegerit gratiam, quæ non potest vendi, ordinaveritque per pecunias Episcopum, aut Chorepiscopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, vel quemlibet ex his qui connumerantur in Clero, aut promoverit per pecunias dispensatorem, aut defensorem, vel mansionarium, vel quemquam omninò qui subjectus est regulæ, pro suo tur-

pissimo

pissimo lucri commodo: Is qui hoc attentasse probatus fuerit, proprii gradus periculo subjacebit: & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione, vel promotione per negotiationem facta proficiat, sed sit alienus à dignitate, vel sollicitudine, quam pecuniis acquisivit. Si quis verò mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit, & ipse si quidem Clericus fuerit, proprio gradu decidat: si verò laicus aut monachus, anathematizetur.

SCHOLION.

Damnat ac punit omnem Simoniam commissam non dumtaxat in donatione sacrorum Ordinum, sed & in promotione ad officia Ecclesiastica Dispensatoris seu Œonomi, Defensoris, aut Mansionarii, quem secunda horum Canonum editio vocat Paramonarium. Eiusdem meminit Glossa Epistolæ Gregorii noni ad Patriarcham Antiochenum, exponens quid sint istius Ecclesiæ Canonici, quid Assisi: *Assisio Pontifex vocat beneficiatos, qui non sunt Canonici, qui servire debent Ecclesiæ, nec vocantur ad omnes tractatus cum Canonicis, & dicuntur Assisi, quasi assidui. In multis Ecclesiis sunt plures tales, qui Mansionarii dicuntur.* Et Joannes Diaconus in vita Sancti Gregorii Magni dicit, quod Lateranensis Ecclesiæ Mansionarius Basilicam aperiat & claudat, luminaria patet, accendat, & extinguat. Et ipse Sanctus Gregorius in litteris ad Constantinam Augustam scribit Monachos & Mansionarios Ecclesiæ Sancti Laurentii extra muros in ejusdem Sancti corpore, quod circa thecam quædam meliorari oporteret, effodiendo laborasse. Eos liber Pontificalis vocat Cubicularios, dicens de Sancto Leone Magno Pontifice, quod Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli sepulchris adhibuerit custodes, eosque appellavit Cubicularios. Et Epiphanius Tyrriorum Metropolitana in litteris ad Synodum Constantinopolitanam sub Menna Patriarcha facit mentionem de Joanne Paramonario Ecclesiæ Sanctæ Dei genitricis. Et in litteris ad eandem Synodum Clerus Apameensis accusat Petrum suum Episcopum, quod mercantias faciat ordinando Presbyteros, qui statuunt *Paramonarios & Hospitalarios necessaria alimenta pauperum ubique dispilantes.* Et Justinianus Augustus in Codice sub titulo de Episcopis & Clericis Paramonarios adnumerat Œonomis, Xenodochis, Nosoco-

mis, Orphanotrophis, aliisque piarum actionum Administratoribus per Episcopos constitutis. Ubi ad vocem, *Paramonarios*, notat Dionysius Gothofredus: *Hi erant villici, sive Adiores possessionum, ex eorum genere, qui res Ecclesiasticas administrant.* Eadem est mens Jacobi Cujacii. Quocirca Œonomus & Paramonarius distinguuntur tamquam genus & species: Œonomus est totius Ecclesiasticæ substantiæ Rector universalis: Paramonarius est Rector unius villæ, seu mansionis, ideòque dictus Mansionarius. Mansio enim apud Romani Juris peritos sunt diversoria ad itinerantium nocturna hospitia, distita passum ad unam diartam. Hinc toties in litteris suis queritur Theodoretus Cyri Episcopus se ab Ephesino latrocinio damnatum fuisse absentem plusquam ad triginta quinque mansiones. Et Ibas Metropolitana Edessenus dixit ad hanc nostram Synodum: *Eutyche per quadraginta mansiones direxit me.* Et Capitulare secundum Ludovici pii Imperatoris meminit locorum, in quibus *via & Mansionatici* fuerunt ordinati à Patre suo Carolo Magno. Et hinc descendunt vocabula barbara, in antiquis Francorum & Germanorum scriptoribus frequentia, *Mansus & Mansuarium.* Quocirca Ecclesiasticum Mansionarium credo olim fuisse varium juxta variam Ecclesiæ mansionem. Alius propè Ecclesiam ad illam servandam, mundandam, ornandam, ad alendos hospites & pauperes, ad peragenda Divina officia; alius in ejus villis & possessionibus manebat. Et omnes hosce Mansionarios Canon vetat pretio promoveri. Erant enim *subjecti Regula*, seu Clerici: Antiquus enim Canon nullum laicum ad Ecclesiasticæ substantiæ gubernamen admittit. Ex quo vides non tantum in Divinis, sed & in humanis Ecclesiæ rebus committi simoniam: Et quidem à mediatoribus. Quid fuerint Ecclesiastici olim Defensores, dicam loco magis opportuno.

CANON III.

Pervenit ad sanctam Synodum, quod quidam, qui in Clero videntur alleci, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, & sæcularia negotia sub cura sua suscipiant, Dei quidem ministerium parvi-pendentes, sæcularium verò discurrantes domos, &

propter avaritiam patrimoniorum sollicitudinem fumentes. Decrevit itaque sanctum hoc magnumque Concilium, nullum deinceps, non Episcopum, non Clericum, vel Monachum, aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus se immiscere, præter pupillorum (si fortè leges imponant) inexcusabilem curam, aut civitatis Episcopus Ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere præcipiat, aut orphanorum, & viduarum, earum quæ sine ulla provisione sunt, ac personarum, quæ maximè Ecclesiastico indigent adjutorio, & propter timorem Domini causa deposcat. Si quis autem de cætero transgredi hæc statuta tentaverit, qui est hujusmodi, ecclesiasticis increpationibus subiacebit.

SCHOLION.

Epist. 66.

Canon Apostolicus est: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.* Exponit Sanctus Cyprianus in litteris ad Clerum & populum Furnitanum. *Quod cum de omnibus dictum sit, quantum magis molestis & laqueis sæcularibus obligari non debent, qui Divinis rebus & spiritualibus occupati ab Ecclesia recedere, & ad terrenos & sæculares actus vacare non possunt.* Hinc pergit. *Jam pridem in Concilio Episcoporum statutum est, ne quis de Clericis & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constituat, quando singuli Divino Sacerdotio honorati, & in Clerico ministerio constituti, non nisi Altari & sacrificiis deservire & precibus atque orationibus vacare debeant. Quod Episcopi Antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter providentes consueverunt, ne quis frater excedens ad tutelam vel curam Clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur. Neque enim apud Altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab Altari Sacerdotes & Ministros voluit avocare.* Undè Victorem, civem Furnitanum, qui Faustinum Presbyterum filii sui scripserat testamento hæredem, omnibus Ecclesiæ suffragiis privavit. An Africanus hic Canon etiam legitimis & necessariis tutelis vetuerit implicari Clericos, ignoro: Sanè permittit noster Chalcedonensis: *Si fortè leges imponant.* Justinianus Augustus in lege novella ad Petrum officiorum Magistrum directa Episcopis ac Monachis vetat quamvis, Presbyteris, Diaconis, ac Subdiaconis imponi permittit legitimam tutelam aut curam jure cognitionis aut agnationis, quam tamen debent spontaneè suscipere, adeoque possint refutare. Sic & quarta Aurelianensis Synodus Episcopos, Presbyteros, atque Diaconos ab omni actione publica aut administratione excusat, *Quia quod lex sæculi etiam Paganis Sacerdotibus & Ministris antè præstiterat, justum est, ut erga Christianos specialiter conservetur.* Eandem legem confirmat Leo Sapiens Augustus, permittens tamen ut & Clerici & Monachi possint esse tutores seu executores testamentorum. Paucis enim diebus fit illa tuitio & executio, atque ita horum silentium, ac illorum ministerium modicè inquietat. Eandem solis Episcopis interdicit quarta Synodus Cartha-

ginensis. Eodem modo sæcularium possessionum conductiones & negotiorum procuraciones plurimi Canones ac leges Episcopis, Clericis, ac Monachis interdiciunt.

Noster tamen Canon de Episcopi licentia permittit Curam rerum sæcularium spectantium ad Ecclesias, viduas, orphanos, & quasvis miserabiles personas, egentes Ecclesiastico auxilio aut defensione. Ità ad Dominicum Centumcellensem Episcopum scribit Gregorius Magnus: *Officii sacerdotalis est, ut viduis ac maritali regimine desolatis impartiri solatia debeatis, ut undè in hoc mundo humana conditione privantur, Sacerdotali tuitione possint remedia reperire.* Et in litteris ad Januarium Calaritanum Archi-Episcopum: *Pastoralis regiminis necessitate compellimur, ut orphanorum viduarumque causis solertiùs, quam curis cæteris insistamus.* Ità Caroli Magni & Ludovici pii Capitularia, & Synodus Vernensis statuunt, ut viduarum & orphanorum causas ante quasvis alias audiant Comites & Judices, idque in eleemosyna Domini Regis. Eorum contra iniquos Judices & quosvis potentes parochianum Ecclesiæ imponit secunda Synodus Maticonensis, eosdem judicialiter conveniri vetans coram solo laico Judice: Mandat Episcopum conjudicem adesse. Secunda Aquisgranensis eorum protectionem ipsi Principi imponit. Et Childericum Francorum Regem, quod exolas haberet causas pauperum, gravissimè culpatur Sanctus Gregorius Episcopus Turonensis. Ex adverso Celestinus quartus, quod Cardinalis eas Gregorio nono Pontifici referret, divinitus factus est ejus successor, ut testatur compilata Historica incerti Auctoris inter Scriptores rerum Germanicarum. Eosdem ab Episcopis protegendos, eorumque oppressores Domino Regi deferendos jubet quarta Synodus Toletana. Opprimentium obligationem recipi vetat quarta Carthaginensis. Eorum afflictione Deum impelli ad clades regnis immittendas scribit Hincmarus Remensis, mandans sic ordinari Palatium, ut semper ad sint, qui desolatorum, orbatorum, ære alieno oppressorum, injustis calumniis suffocatorum, maximèque viduarum & orphanorum preces ad pias aures Principis possint perferre. Mandat item sacrosancta Synodus Tridentina Episcopis, ut pauperum ac aliarum miserabilium personarum curam paternam gerant, utique juxta juramentum, quo in sua consecratione profitentur omnibus

Epist. 61. C. 13.

C. 13.

C. 13.

L. 6. c. 46.

A. 1244.

C. 32.

Epist. 15. c. 14. Epist. 14. c. 25.

Seff. 13. c. 1.

nibus

nibus miserabilibus personis sese præbere affabiles & benignos. Adjungit tamen quarta Carthaginensis: *Ut Episcopus gubernationem viduarum & pupillarum non per seipsum, sed per Archi-Presbyterum aut Archi-Diaconum agat.* Et etiam hodie apud plerisque Ecclesias est Defensor, Advocatus, seu Procurator pauperum, multis privilegiis ornatus.

CANON IV.

Qui verè & sincerè singularem sectantur vitam, competenter honorentur. Quoniam verò quidam utentes habitu monachali, Ecclesiastica negotia, civiliaque conturbat, circumeuntes indifferenter urbes, nec non & monasteria sibi instituire tentantes: placuit nullum quidem usquam ædificare, aut constituere monasterium, vel oratorii domum, præter conscientiam civitatis Episcopi. Monachos verò per unamquamque civitatem aut regionem subiectos esse Episcopo, & quietem diligere, & intentos esse tantummodò jejuniis & orationi, in locis, quibus renunciaverunt sæculo, permanentes, nec Ecclesiasticis verò nec sæcularibus negotiis communicent, vel in aliquo sint molesti, propria monasteria deserentes: nisi fortè his præcipiatur propter opus necessarium ab Episcopo civitatis. Nullum verò recipere in monasteriis servum, ut sit cum eis monachi obtentu, præter sui domini conscientiam. Transgredientem verò hanc definitionem nostram, excommunicatum esse decernimus, ne nomen Dei blasphemetur. Verumtamen Episcopum convenit civitatis, competentem monasteriorum providentiam gerere.

SCHOLION.

Monasticam professionem esse cœlestem Philosophiam, vitam Angelicam, arcanamque & Divinam, cælo delapsam, inter Ecclesiastica ornamenta lapidem & florem pretiosissimum, nova cum Deo post Baptismum pacta, hominis immolationem in Dei holocaustum, ideoque monasteria esse cœli scalas, Ecclesiæ portus, Dei paradisos, animarumque vivaria passim Sancti Patres testantur. Quare hujus vitæ veros & synceros sectatores Canon meritò mandat competenter honorari. Compefcit verò eos, qui nuper cum Eutyche & Barsuma conspirantes omnem Orientalem Ecclesiam horrendè perturbabant, & à quibus graviora non sine causis metuebat. Quis enim ignoret barbaricos motus à monachis Eutychanistis post hanc Synodum concitatos Alexandria, Hierosolymis, per omnem Palæstinam atque Ægyptum? Eis compefcendis Canon varia statuit.

Primò, ut nullum deinceps fiat novum monasterium sine licentia Episcopi. Est antiquus, at qui apud Orientales in dissuetudinem abierat, Canon. Etenim hac Synodo dudum prior Sanctus Augustinus nullum in Africa monasterium constituit, nisi de licentia Episcoporum. Quod ipsum rigidè confirmavit Synodus Tridentina. Causam scribit Sanctus Ivo Carnotensis Episcopus in litteris ad Goffredum Abbatem Vindob-

Epist. 41. raritate viget & floret; antiquitate & numerositate, nisi districtè ligetur & servetur, frigeat ac vilescit. Gentis multiplicatio lætitiæ magnificationem quandoque subnervat. Quocirca non nisi sub Episcopali oculo & examine congruit monasteria multiplicari.

Addit Canon: *Vel Oratorii domum.* Exponit quinta Synodus Carthaginensis. *Placuit, ut altaria, quæ passim per agros aut vias, tamquam memoriæ mortuorum, constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquie Martyrum conditæ probantur, ab Episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, evertantur. Si autem ob tumultus populares non sinitur, Plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, ut qui rectè sapiunt, nulla ibi superstitione devincti teneantur. Et omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliqua certæ reliquie sint, aut ubi origo alicujus habitationis, vel possessionis, vel passionis, fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia & per inanes quasi revelationes quorumlibet hominum ubique constituuntur Altaria, omnino reprobentur.* Hinc ad novorum erectionem meritò Canon requirit examen ac judicium Episcopale. Potius tamen nova monasteriola, quam superstitionem voluit cohibere. Quod namque ad ejusmodi per Orientem Altaria, Oratoria, seu Capellas consueverunt monachi nidificare, liquet ex quinta hujus Synodi Actione, ubi adversum quosdam monachos Eutychanistas, usur-

usurpantes Archimandritæ nomen, dixere Archimandritæ Constantinopolitani. Carrosus & Dorotheus Archimandritæ sunt. Elpidius monumentorum Procopiensium custos est. Eutycheus de Basilica Celestina est, monasterium non habet. Theodoros in monumentis habitat, habens duo vel tria nomina in Xylocirco. Calinicus habet decem nomina in memoria in Xylocirco. Paulus de Bythinia est, habitans solitariè in monumento. Gaudentius in monumentis habitat: Habet quinque nomina in Philippianis. Rogamus aliquos mitti, ut ambulent & videant monasteria eorum, & discant, si habent monasteria, an deludant, & noceant honoribus Archimandritarum, & amodo debent accipere disciplinam, ut non se dicant Archimandritas, qui in monumentis habitant, id est, in memoriis Martyrum, in Oratoriis Forensibus, aut Capellis. Ità Exuperium Episcopum, qui in aliena Diœcesi sine Episcopi istius licentia Oratorium construxerat, tamquam antiqui moris prævaricatorem graviter arguit, loquique Episcopo ipsum Oratorium donat Gregorius Magnus. Et apud Flodoardum in Ecclesiæ Remensis Historia Hincmarus ejusdem sedis Metropolitanus Adelardo Turonensi Archi-Episcopo dat licentiam extruendi in suæ Diœceseos villa Oratorii, ea conditione, ut antiqua villes ipsius Ecclesia, vel ejusdem Presbyter nullum privilegii sui detrimentum propter hoc patiat. Neque dumtaxat nova Oratoria, sed & novæ Basilicæ solent excitare contentiones. Etenim Donatistas arguit Optatus Milevitanus Episcopus, quod novas sine causa Basilicæ, unaque lites extruxissent. Nota est post Sancti Thomæ cædem nata miseranda lis inter Archi-Episcopos Cantuariensem & monachos Cathedralis ob novam Basilicam Cantuariensem, extincta tandem per Innocentium tertium. Sunt tamen causæ, ex quibus nova etiam in campis aut pagis Oratoria permittantur. Mauritium enim Sancti Lauro mari Blesensis Abbatem, qui de sua licentia in Ulcha villa Capellam extruxerat, ad quam remoti à matrice Ecclesia Parochiani suis temporibus debitas oblationes redduri possent convenire, laudat, & ab omni monasterii Vindocinensis de dictis oblationibus impetitione absolvit Sanctus Ivo Episcopus Carnotensis.

Noster hic Canon etiam Actione sexta editus fuit ad preces Martiani Augusti, eaque editio addit: *Monasterium aut Oratorii domum placuit non edificari in possessione præter voluntatem Domini possessionis.* Quod additamentum à religiosa muliere Theodosia in erigendo apud Sardos monasterio sequitur & servari mandat Sanctus Gregorius Magnus in litteris ad Januarium Episcopum Calaritimum.

Deindè mandat Canon cujusque civitatis aut territorii monachos proprio Episcopo subesse: Adversum Barsumæ assecias, qui Syriæ Episcopis obedientiam denegarant, seseque separarant ab eorum communione. Adeo pridem cœperunt monachi ad exemptionem aspirare. Nam & Theophilum Alexandrinum Patriarcham laudat Sanctus Hieronymus: *Non queris monachos tibi habere subiectos, & idèd magis subiectos habes.* Adversum Episcoporum excessus eis libertatem

dare cœpit ad Sancti Fulgentii preces Bonifacius Archi-Episcopus Carthaginensis, cujus Synodus exstat integra in Bibliotheca Vaticana. Plenæ exemptionis primum donatore alii esse volunt Deusedit Pontificem, alii Sanctum Gregorium. Nam & hic confirmavit plenam exemptionem Ecclesiæ Thebanæ à potestate Metropolitanæ Larisseni, datam à suo Antecessore Pelagio secundo. Gregorium Mutinensem Episcopum à Joannis Metropolitanæ Ravennensis potestate Simplicius Pontifex exemit. Papiensem ac Turritanam Ecclesias ab ipso Petro Apostolo donatas hac gratia quidam affirmant.

Tertiò mandat Canon monachos vivere in quiete, jejunio, oratione. Etenim, uti in libellis Ephesino latrocinio exhibitis dixit ipse Eutyches, monachorum est in silentio absque ullo negotio degere, & absque ulla conturbatione persistere. Et perfectum volens monachum ostendere dixit ad Sancti Flaviani Legatos vivere se in monasterio, quasi in sepulchro. Et ad Romanam Ecclesiam, quæ Eugenium tertium è monasterio ad Papatum exverat, exclamavit Sanctus Bernardus. *Parcat vobis Deus, quid fecistis? Sepulchrum hominem revocastis ad homines: Fugitantem curas & turbas curis denuò implicuistis, & immiscuistis turpis.* Statum namque monasticum Ecclesiæ Patres passim vocant tranquilla silentia, lamentanturque sese ex illis jaclatos in sæculi clamores & alti maris fremitus, id est, curas Episcopales. Legendæ sunt querimonie Gregorii Magni, deplorantis se per Episcopatum longè à conditoris facie expulsum. Monachus est penitentis species, cujus unicum munus est peccata sua plangere & purgare, quod fit potissimum jejunio & oratione. Ad Sanctum Paulinum monachum scribit Sanctus Hieronymus. *Obsecro te, ut multitudines hominum, & officia, & salutaciones, & convivio, veluti quædam catenas fugias voluptatum. Sit utilis & vesperinus cibus, olera & legumina, id est, omni die in ejusmodi cibo jejunia: Interdum pisciculos pro summis ducas delicias. Qui Christum desiderat, & illo pane vescitur, non querit magnoperè, de quam pretiosis cibis sterus conficiat.* Et de seipso scribit ad Afellam: *Ego faba ventrem impleo.* Vinum junioribus interdicit ut venenum. Et Ordinem Cisterciensem tamquam splendidissimam Ecclesiæ lucernam laudat Stephanus Tornacensis Episcopus, *Quod tanta sit in cibo parsimonia, ut duobus tantum pulmentis utatur, quæ aut ager ex leguminibus, aut ex olivibus hortus asserat.*

Quartò mandat Canon, ut monachi nec Ecclesiasticis, nec sæcularibus negotiis communi-cent. Exponit Sanctus Leo Pontifex in litteris ad Maximum Patriarcham Antiochenum. *Illud quoque Dilectionem tuam convenit præcavere, ut præter eos, qui sunt Domini Sacerdotes, nullus sibi jus docendi aut prædicandi audeat vindicare, sive ille sit monachus, sive laicus, qui alicujus scientiæ nomine gloriatur. Quia est optandum est, ut omnes Ecclesiæ filii, quæ recta & sana sunt, sapiant, non tamen permittendum est, ut quisquam extra Sacerdotalem Ordinem constitutus gradum sibi Prædicatoris assumat, cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conveniat, ut in uno Christi corpore &*

excellentiora membra suum officium implent, & inferiora superioribus non resulent. Et in litteris ad Julianum Coensem Episcopum, suum Constantinopoli Legatum. *Miranur fratrem Thalassium, Cæsareensem in Cappadocia Primatem Episcopum, quod Georgio nescio cui, qui præsumendo illicita & propositum monachi & nomen amisit, scribendi vel prædicandi aliquam permisit facultatem.* In litteris ad Theodoretum Cyri Episcopum adfirmat editum Canonem adversus improbitatem quorundam monachorum regionis Orientalis, per quos, Barsuma duce, turbata fuerat universa Syria. Eandem audaciam damnat Martianus Augustus in monachis Palæstinis, adherentibus impio Theodosio, invasori Episcopatus Hierosolymitani. Haufere illam ab ipso Eutyche, quem per catecheses & disputationes effutiisse ac disseminasse virus supra audivimus ab Eusebio Doryleensi. Adversus similem Priscillianistarum insolentiam, ut nullus monachus aut laicus nomen sibi Doctoris adsumat, statuerunt priores Synodi Hispanicæ.

Quintò mandat Canon, ut monachi in locis, in quibus renunciaverunt sæculo, permaneant, neque monasteria sua deserant. Statuitur adversus Barsumam, de quo in hac Synodo clamaverunt Episcopi Orientales: *Omniem Syriam Barsumas evertit, duxit super nos mille monachos, utique ad nos ejiciendos de sedibus, istosque nobis superordinandos.* Est fundamentalis & antiquus monasticæ institutionis Canon, de quo Sanctus Hieronymus in litteris ad Rusticum monachum: *Si te Clericatus titillat desiderium, ità age & vive in monasterio, ut Clericus esse merearis.* Desiderium & ambitum illum esse monachismi pestem Patres passim adfirmant. Et Aurelium Carthaginensem Episcopum, quod ambitiosos monasteriorum desertores in Clerum adsumeret, graviter Sanctus Augustinus monuit, eamque temeritatem per Canonem ab omni Africana Ecclesia eliminari curavit Sanctus Augustinus. Neque enim malus monachus possit esse bonus Clericus. Verùm quam non profecerit Canon adversum Eutychanistas, docet Timothei Æluri & Theodosii, impiissimorum cum suis assecias Monachorum, pliusquam barbarica grassatio in Alexandrinam ac Hierosolymitanam Ecclesias, earumque Patriarchales Diœceses.

Attamen non solum Clericatus ambitum aut sedium Episcopaliū invasionem, sed omnem penitus civilium atque Ecclesiasticorum negotiorum tractatum monachis Canon interdicit. Et merito. Ad Haimericum enim Romanæ Ecclesiæ Cancellarium scribit Sanctus Bernardus. *Gravor interesse causis, quarum mea non interesse cognosco. Gravor, sed trabor. Indicantur, si placet, clamorosi ac importunus vanis de cavernis non egredi, sed suis contentas esse paludibus. Non audiantur in Conciliis, in Palatiis non inveniantur. Ad causas, ad negotia nulla necessitas, nulla trahere possit auctoritas. Sic forsitan possit vester amicus declinare præsumptionis notam. Nam noxam unde contrahere potuerim, ignoro: Cum sciam consilium mihi esse & propositum, nunquam, si causa dumtaxat Ordinis nostri non fuerit, exire de monasterio, nisi Apostolicæ Sedis Legato, aut proprio vo-*

cante Episcopo, quibus contradicere nostræ humilitati fas non est, nisi ex quocumque superioris auctoritatis privilegio. Eiusmodi ambitiosos negotiorum monachos merito vocat ranas importunas & clamosas. Et Joannem, ac Benedictum, Sancti Romualdi monachos, plurimum in illius vita laudat Sanctus Petrus Damiani, quod Buclavo Sclavorum Regi, à quo Romam ob fidei negotia missi rogabantur unà Regni coronam à Sede Apostolica petere & reportare, responderint: *Nos in sacro Ordine positi sumus, trahere nobis sæcularia negotia minime licet.* Et ità relinquentes Regem ad cellam suam redierunt.

Addit Canon: *Nisi fortè præcipiatur propter opus necessarium ab Episcopo civitatis.* Exponit Sanctus Augustinus in litteris ad Eudoxium Abbatem monachorum insulæ Caprarie. *Exhortamur, ut propositum vestrum custodiatis, & usque in finem perseveretis: Ac si quam operam vestram mater Ecclesia desideravit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respiciatis, sed miti corde Deo obtemperetis. Nec vestrum otium necessitatibus Ecclesiæ præponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodò nasceremini, non inveniretis.* Et hinc ad Rusticum monachum scribit Sanctus Hieronymus: *Numquam de manu & oculis recedat liber? ama scientiam Scripturarum.* Hoc enim est sic degere in monasterio, ut Clericus esse non ambias, sed merearis. Legendæ est Sancti Athanasii Epistola, qua Dracontium monachum hortatur & quasi cogit ad suscipiendum Episcopatum, ostendens illum propositum monastico non adversari. Plures ille ad evertendam Arianam rabiem doctos monachos Episcopatu imposuit & omni Clero, ejuque exemplum alii etiam Patriarchæ, & Metropolitanæ, & Episcopi sunt felicissimè æmulati. Quia tamen quidam monasteria exhauriebant, addidere posteriores Canones monachum ab Episcopis non posse adsumi in Clerum sine licentia Abbatis.

Etiam docendi & scribendi licentiam monachis dare styler potuit Episcopus. Quod enim Symeon Symplicis etiam post hunc Canonem quotidie doceret è columna populum, scribit & laudat in historia monastica Theodoretus. Thalassium Cæsareensem arguit Sanctus Leo Magnus, non quod simpliciter monacho, sed quod monacho Eutychanistæ similem licentiam dedisset. Etiam Sanctus Antonius, Afrates, Julianus, monasterio adversum Arianos egressi, populum confortarunt & docuerunt. Numquam tamen ad solenniter in Ecclesiastico conventu prædicandum potuit admitti monachus: Quod dum quidam etiam ad monachos sacris Ordinibus insignitos extendunt, dampni meruerunt à Bonifacio quarto Pontifice, de quibus suo loco.

Sextò tandem vetat Canon servos sine Domini licentia ad monasteria recipi, ne Domini Dei nomen blasphemetur. Causam dat Sanctus Gelasius Pontifex in litteris ad Lucaniam, Brutii, & Siciliæ Episcopos. *Generalis querela vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur universi, passim servos & Originarios, dominorum jura possessionemque fugientes, sub religiosa conversationis obtentu ad monasteria se conferre: Que modis omnibus est amovenda pernicies, ne per Christi-*

L. 11. Epist. 21.

L. 3. c. 21.

Epist. 172.

L. 3. Epist. 8. 10.

Epist. 62. c. 1.

L. 2. Epist. 46.

Epist. 2.

Epist. 156.

L. 1. Epist. 4.

Epist. 1.

Epist. 61. c. 4.

C. 2. 8. 29.

Epist. 81.

Epist. 4.

C. 2.

Epist. 9.



iani nominis institutum aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti. Servus enim nequaquam sui, sed alieni dominii & juris est, adeoque sui dominium nequit per professionem in monasterium transferre. Vana, injuriosa, irrita est ejusmodi professio, ideoque professos dominis restitui mandat Pontifex, nisi scriptos absolvant, aut legitima transactione concedant, quoniam magis studiis secundum Apostolum praevidendum est, ne fides & disciplina Domini blasphemetur. Suspecta est fervorum conversio, ideoque dudum ante professionem probandos in laico habitu, statuit Romana Synodus Sancti Gregorii Magni, Et collapsam apud nos Christianitatem reparans Carolus Magnus suavitatis Episcopis non solos Ecclesiarum servos, sed potius liberos homines Clero & monasteriis imponi. Et data à domino licentia est strictissime interpretanda. Hinc Chrysostomus Spoletano Episcopo scribit laudatus Gregorius servum ea lege, ut in monasterio permaneat, manumissum non posse adsumi ad Clerum, dominoque, si assumatur, restituendum. Etiam illum, qui propter culpam in monasterio commissam poenitentiae subicitur ac monasterio expellitur, recedente in servitutem priorem scribit ad Cyprianum Diaconum, Quae omnia confirmant leges Justi-

niani. At Belgium nostrum & omnis Galliam pridem ignorat fervile Jugum, extinctum à Ludovico undecimo Francorum Rege. Quia Brabantus aer etiam extraneis servis libertatem impartit, possuntque illi pro hac ad istum provocare. Addit tandem Canon, ut Episcopus gerat competentem providentiam monasteriorum: utique more Sancti Joannis Chrysostomi Episcopi Constantinopolitani, quem laudat Hermias Zozomenus, quod sollicitè procuraret, ut monachi necessaria haberent, & à nemine laederentur. Eandem virtutem in Theophilo Alexandriae Patriarcha praedicat Sanctus Hieronymus. Paschasium & omnes generaliter Campaniae Episcopos durè arguit Sanctus Gregorius Magnus, quod neque monasteriis neque pauperibus impenderent dilectionis studium aut opem defensionis. Arguit & Joannem Scyllitanum Episcopum, quod Xenia acciperet à monasteriis, erga quae se largam potius debet Sacerdotalis munificentia demonstrare. Arguendi & illi Episcopi & Clerici, tamquam hujus Canonis praevicinatores, qui data monachis per Sedem Apostolicam privilegia quovis praetextu non verentur truncare. Et hunc omnem Canonem innovat & laudat Synodus Barchinonensis.

L.4. Epist. 44.

L.7. Epist. 70.

L.4. Epist. 27.

L.8.c.9.

Epist. 61.

L.11. Epist. 31. 35.

L.7. Epist. 33.

CANON V.

DE his, qui transmigrant de civitate in civitatem, Episcopis aut Clericis, placuit Canones, qui de hac re à sanctis Patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem,

SCHOLION.

Nullis unquam repagulis apud Graecos fisci potuit translatio praefertim Episcoporum. Quare denuò, licet non Sardicensem, tamen Nicænum Canonem & Apostolicam traditionem

haec Synodus innovat & confirmat, haud dubiè adversus Juvenalem, traslatum Epheso Hierosolymam, ac in utraque Ephesina nec non hac Synodo machinatum mira contra Patriarchatus Antiocheni privilegia & sextum Canonem Nicænum.

CANON VI.

Nullum absolutè ordinari debere Presbyterum aut Diaconum, nec quemlibet in gradu Ecclesiastico, nisi specialiter in Ecclesia civitatis, aut pagi, aut in martyrio, aut monasterio, qui ordinandus est, pronuntietur. Qui verò absolutè ordinantur, decrevit sancta Synodus irritam haberi hujuscemodi manus impositionem, & nusquam posse ministrare ad Ordinantis injuriam.

SCHO-

SCHOLION.

Ordinari absolutè est ordinari sine titulo, seu sine inscriptione & affixione ad certam Ecclesiam, certumque ejus ministerium. Titulum hunc nomine vario olim expressit antiquitas. Primò, Nicæna Synodus vocat esse in Regula seu Canone. Ità Arvernensis Synodus quoddam Presbyteros ac Diaconos dicit neque in civitatibus, neque in Parochiis esse Canonicos, sed habitare in villulis, ac Oratoriis deservire. Et tertia Aurelianensis Clericum Episcopo contumacem mandat non haberi inter Canonicos. Et secunda Turonensis statuit, ut Vicarius Presbyter semper secum habeat unum lectorem suorum Canonicorum. Exponit laudata Aurelianensis, jubens contumacem Clericum privari Canonicis stipendiis & muneribus. Est itaque in Regula seu Canone est vigore ministerii Ecclesiastici habere jus ad stipendia & munera, quae cuique ministranti Canon praescribit. Proinde hodierna vocis, Canonicus, significatio differt plurimum ab illa antiqua. Alterum tituli vocabulum fuit esse in tabula Clericorum. Ità Sanctus Augustinus in secundo sermone de communi vita Clericorum exclamat adversum Clericos proprietarios: Delebo eos de tabula Clericorum. Varias quippè sacras tabulas, ad sacrificium recitari consuetas, habuit olim Ecclesia, alias pro Episcopis loci, alias pro Metropolitans, alias pro Patriarchis, alias pro Romanis Pontificibus, alias pro amicis Episcopis extraneis, alias pro Clericis, alias pro laicis, alias pro vivis, alias pro defunctis. De inscribendis in has, aut radendis nominibus legitur contentiones plurimas: Radi enim erat aut deponi à clericatu, aut communionem etiam laica privari. Hoc in puncto olim hæsit omne schisma Acacianum. Proinde esse in vivorum Clericorum tabula erat esse in numero Clericorum, quos ad sua ministeria Ecclesia ordinat & sustentabat. Undè & tabula illa dicebatur Matricula, utpotè alimentans more matris. Tertium vocabulum fuit esse Clericum Cardinalem. Ità in Collatione Carthaginensi Pettilianus Donatistarum Episcopus Constantiensis Cardinales atque authenticos Episcopos opponit imaginibus, id est, Episcopis ad non veram civitatem, quæ est unicus consecrationis Episcopalis titulus, contra Canonem Sardicensem ordinatos. Et Sanctus Gregorius Magnus scribit Martino de Tamitana apud Corcos Ecclesia ad Alerientem Episcopo translato: In Ecclesia Alerienti Cardinalem te constituimus. Et Agnello Episcopo translato de Ecclesia Fundensi ad Terracinensem: Te auctoritate nostra Terracineni Ecclesie Cardinalem constituimus Sacerdotem. Et infra. Liberam habebis, quippè ut Sacerdos proprius, modis omnibus facultatem. Et Leontio Urbinati Episcopo, cui Castorii Arimineni Episcopi infirmi delegat visitandam Ecclesiam: Præter Ordinationes Clericorum cætera omnia tamquam Cardinalem & propriam te volumus agere Sacerdotem. Et Fortunato Episcopo Neapolitano, postulanti Gratianum Venerabilis Lupi Oper. Tom. II.

C. 15.

C. 11.

Cap. 19.

A 1094.

Epist. 33.

Epist. 131.

L. 10. c. 165.

L. 1. Ep. 77.

L. 2. Ep. 52.

Epist. 63.

nafranz Ecclesie Diaconum concedi suæ Ecclesie incardinandum: Concedimus licentiam Diaconum illum Ecclesie tuæ constitueri Cardinalem, id est, de Venafrana transferre ad Neapolitanam. Et ex ipso scribit Zacharias Pontifex in privatis Oratoriis erigi non posse baptisterium, nec institui Presbyterum Cardinalem. Et Capitula per Adrianum primum Pontificem Angilramno Metensi Episcopo tradita faciunt mentionem Presbyteri in Cardine constituti, & Diaconi Cardinalii constituti urbis Romæ. Et Adrianus secundus Arctardum Nannetensem Episcopum, à Nortmannis expulsum, ad Caroli calvi Regis preces permisit cardinali in Ecclesiam primò vacaturam, tandemque constituit Archi-Episcopum Cardinalem Turonensem. Eodem modo Joannes octavus Frocarium Burdigala Biturigas transtulit, isti Ecclesie incardinans, constituenque Episcopum Cardinalem. Et litteris ad Basilium Augustum, quibus Photii Constantinopolitani Episcopi intrusionem dispensatoriè tandem purgavit, adjungit, ut deinceps nullus laicus adsumatur in Patriarcham, sed de solis Cardinalibus Presbyteris ac Diaconibus Ecclesie Patriarchalis. Et Urbanus secundus in litteris ad Clerum & populum Atrebatensem, relatis per Ferreolum Locrium in Chronico Belgico: Volumus, & precipimus, ut Cardinalem Episcopum vobis & Ecclesie vestre incardinare studeatis. Exponit laudatus Locrius. Cameracensis post Gerardi secundi obitum de assumendo Episcopo variè disceptantibus, Urbanus secundus Pontifex eisdem insensu, quod Henrico quarto Imperatori, Ecclesie Romanae proscripto hosti, faverent, Atrebatibus peculiarem annuit Episcopum, misso isto diplomate. Electus fuit Lambertus, Ecclesie Morinensis Clericus, ad quem exstat Epistola Sancti Ivonis Episcopi Carnotensis. Et ipse Sanctus Ivo Vulgrino Parisiensium Archi-Diacono scribit Presbytero legitime incardinato alium sine adulterio non posse superponi. Et Nicolaus primus Pontifex in litteris ad Michaelem Augustum, lectis in quarta Actione Synodi octavæ, laudat Cardinem Ecclesie Constantinopolitanæ. Porrò Ecclesie Cardio aliud non est, quam Ecclesie Clerus, quod in ipso tamquam Cardine omni fidelis populus pendeat, & volvatur. Et quidem Ecclesiarum tituli aut Diaconie unicum olim habebant Presbyterum aut Diaconum, etiam Ecclesie ipsius Romanæ. Eos jam pridem Divina gratia abundantissime multiplicavit: Hinc non singuli, sed solus earum Primas vocari cœpit Cardinalis. Et hoc in sola ferè Romana Ecclesia, cui Gregorius septimum nomen Papa, populorum consensus reservavit titulum Cardinalis, quod ab ejus Primoribus Presbyteris ac Diaconis pendeat ac regatur corpus Ecclesie universæ. Dico, Ferrè: Etenim in suis canonicis titulum retinuit Ecclesia Mediolanensis. Nullum autem Episcopum aut Clericum absolutè, sed ad certum titulum aut Cardinem ordinari est omnino Canon Apostolicus. Etenim Titio Cretensium Metropolitæ mandat Apofolus, ut constituat Episcopos, Presbyteros, aliosque Ministros, non vagè & liberè, sed per civitates, aliaque loca certa & fixa. Et Afiaz Episcopos hortatur idem Apofolus, ut attendant regi seu popu-

L. 5. Ep. 11.

Ep. 9. c. 15.

C. 72.

Epist. 26. 27. 28.

A 1094.

Epist. 33.

Epist. 131.

L. 10. c. 165.

Nullum autem Episcopum aut Clericum absolutè, sed ad certum titulum aut Cardinem ordinari est omnino Canon Apostolicus. Etenim Titio Cretensium Metropolitæ mandat Apofolus, ut constituat Episcopos, Presbyteros, aliosque Ministros, non vagè & liberè, sed per civitates, aliaque loca certa & fixa. Et Afiaz Episcopos hortatur idem Apofolus, ut attendant regi seu popu-

populo, in quo illos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Ex quo vides Clericos ad certos titulos & loca affixionem esse dictatum Spiritus sancti. Quod Sanctus Marcus Evangelista omnem Ægyptum in Episcopatus ac parochias diviserit, & quovis in agro Ecclesiam ad celebranda Divina erexerit, testatur ex Philone Judæo Eusebius Episcopos Cæsarensis. Quod semper in quibatibus Episcopi, Presbyteri ac Diaconi Ecclesias in agris rexerint, liquet ex litteris Synodi Antiochenæ adversus Paulum Samosatensem. Quod universum mundum ita dividere cœperint ipsi Apostoli, tradit Sanctus Basilus ad versum Psalmi, *Convallē tabernaculorum dimetiatur*, eamque expositionem laudant Synodus Troslejana, & Hincmarus Remensis. Et hinc non solummodo Episcopatus, sed & inferior Clericatus esse dicitur spirituale cum Ecclesia conjugium, quo *Ecclesis, uti uxoris propriis sacramentaliter alligari* etiam Clericos recte scribit Stephanus Episcopus Tornacensis. Errant, qui hoc matrimonium putant esse inventum novellum. Etenim Alexandrina pro Sancto Athanasio adversus Eusebianos Synodus, in litteris ad omnes sub cœlo Episcopos orthodoxos, scribit Episcoporum translationem esse adulterium, contrarium Canonis Apostolico: *Alligatus es uxori, noli querere solutionem*. Canonem hunc ait non minus de Ecclesia & Episcopatu, uxore spirituali, quam de carnali intelligendum. Adeo antiquus est legalis argumentationis locus à matrimonio carnali ad spirituale. Et in Collatione Carthageniensi Petilianus Constantinensis Donatistarum Episcopus, Ephesine Synodi decretum de Eustatio Pamphylorum Metropoli, & hujus Synodi Canon decimus quintus mentionem faciunt de Cathedralis aut Ecclesiis viduatis: At verò viduitas, uti recte advertit Hincmarus, conjugium supponit.

Objici possunt Sanctus Paulus Apostolus, alique ejus Collegæ, quos constat ad nullam specialiter Ecclesiam ordinatos, nulli tamquam Cardinales seu proprios Episcopos alligatos. Eadem libertate se ordinatum Presbyterum à Sancto Paulino Patriarcha Antiocheno scribit & gloriatur Hieronymus. Paulini successores Flaviani eodem modo ordinavit Macedonium Anachoretam, laudatum in historia monastica à Theodoro. Quocirca prudenter accipienda sunt hæc verba Pelagii secundi Pontificis in litteris ad Eliam Metropolitam Aquilejensem: *Hieronymus Ecclesie nostræ Presbyter*. Et verba Adriani primi in litteris ad Constantinum & Irenæ Augustos, lectis in secunda Actione Synodi septimæ: *De sermone beati Hieronymi Presbyteri Hierosolymitani*. Ex Pelagii verbis ortam existimo opinionem de Romano Sancti Hieronymi Cardinalatu. Etiam se à Lampio Barchinonensi Episcopo absolute dedicatum in Sacerdotium tantum Domini, non etiam in Ecclesia locum seu titulum scribit Sanctus Paulinus Nolensis Episcopus ad Severum. Olim item Episcopus absolute ordinatus testatur Hermias

L. 6. c. 24 Zozomenus, enumerans insigniores sub Constantio Augusto monacho Provincie Osrhoenæ. *Adde his Barsen & Eulogium, qui ambo post creabantur Episcopi, non urbis alicujus, sed honoris causa,*

qui veluti vitæ pice antiæ compensatio illis in propriis monasteriis deferretur. Ad quem modum Lazarus quoque fuit Episcopus. Quin immo mediis sæculis Sanctum Bonifacium Francorum Apostolum à Gregorio secundo fuisse sine Cardinali sede ordinatum Episcopum, ac demum post viginti annos à Zacharia Pontifice sedi Moguntinæ inordinatum scribit Hincmarus in litteris adversum vices Apostolicas Ansegisi Archi-Episcopi Senonensis. Eodem modo ad Sancti Gregorii justum ab Episcopo Arelateni ordinatus fuit Sanctus Augustinus Anglorum Apostolus, uti recte notat idem Hincmarus in litteris de translatione Episcoporum adversus Arctardum Nannetensem. Item apud Hispanos Egila à Walchario Legato Adriani primi. Nec defunt alia exempla, quæ evincere videntur ordinationem absolute nequaquam adversari Canonis Apostolico.

Respondeo aliud esse ordinari Episcopum sine Cardinali sede, aliud sine Cardinali titulo: Sine illa, non sine hoc fuit Apostolus Paulus ordinatus. Ordinatus fuit ad missionem seu Apostolatū gentium. Eadem est ratio plerumque aliorum Apostolorum, Sancti Augustini, Sancti Bonifacii, ac Egilæ, quem ad missionem fuisse ordinatum diserte apud Franciscum du Chesne scribit Adrianus primus. Et Hibernorum olim Episcopi erant monachi in claustris, ad nullam civitatem ordinati, sed ad solam missionem juxta nutum Abbatis. Etiam hodie Romana Ecclesia Episcopos & Clericos ita ordinat: Spiritus sanctus impartita conversionis gratia docet, in quam civitatem postmodum oporteat illos inordinari. Porro Baris, Eulogii, Lazari, Hieronymi, Paulini, ac Macedonii ordinatio deviarunt à regula per temporis abusum, cujus effectum gratificationem cohibuit tandem Canon noster, quem Carolus magnus, lapsam apud nos Christianitatem reparans, restituit in Capitulari Aquisgranensi: *Ut nullus absolute ordinetur, & sine pronuntiatione, & stabilitate loci, ad quem ordinatur*. Et Synodus Francofordiensis: *Ut non absolute ordinetur*. Quod ipsum statuit Synodus Meldensis. Et Hincmarus Laudunensis Episcopus Hincmaro Metropolitæ Remensi, à quo de hujus nostri Canonis prævaricatione accusabatur, respondit. *Scio me non aliter unquam ordinasse. Quod si fecissem, irrita haberetur manus impositio, nec ministrare ordinatus ad meam posset injuriam*. Et sacrosancta Synodus Tridentina vestigiis sexti Canonis Concilii Chalcedonensis inherens statuit, *ut nullus in posterum ordinetur, qui illi Ecclesia aut pio loco, pro cuius necessitate aut utilitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus*. Ità Hispanis Valentina Synodus rem disciplinæ penitus necessariam statuit, ut Episcopus nullum ordinet, nisi qui se sponderit fore localem. Et sine certo titulo vagantes Clericos compepsi ab Episcopis, & ad certam Ecclesiam aut monasterium cogi mandat quarta Toletana. Primus apud nos absolute ordinatus ausus, quod prius nunquam in more habuerat vel in illa vel in alia civitate Ecclesia, fuit, teste magno Belgii Chronico, Alexander Leodiensis Episcopus, ab Innocentio secundo dejectus in Synodo Pisana. Grassari tunc pedetentim cœpit ista prævaricatio,

nec per Alexandrum tertium Pontificem in Synodo Lateranensi plenè eradicari valuit, de qua ista plura.

Porrò Canon noster enumerat quatuor titulos, ad quos Episcopi deinceps possint ordinare. Primus est Ecclesia civitatis, sive Cathedralis. Secundus est Ecclesia pagi, seu parochia forensis. Tertius est martyrium seu Capella, de Episcopi consensu legitime exstructa juxta Canonem quartum. Huic tamen videntur quædam obstat.

L. 2. Ep. 9. Etenim Castorio Arimineni Episcopo permittens Gregorius Magnus, ut sanctæ Crucis Oratorium intra civitatem ab illustri femina Timothea exstructum consecret, adjungit: *Ità ut in eodem loco nec futuris temporibus Baptisterium constituatur, nec Presbyterum constituas Cardinalem. Et si Missas forte voluerit fieri sibi, à Dilectione tua Presbyterum noviter postulandum*. Quod ipsum de aliis Oratoriis scribit ad Passivum Firmanum, & ad Benenatum Episcopum Fundaritanum, & Zacharias Pontifex confirmat.

Respondeo eundem Sanctum Gregorium aliter statuere in litteris ad dictum Passivum de Oratorio, quod in Castro suo Apertiensi Anno Comes considerat. *Presbyterum te illic constituere volumus Cardinalem, ut quoties præfatus conditor fieri sibi Missas fortasse voluerit, vel fidelium concursus exegerit, nihil sit, quod ad Missarum Sacra exhibenda solemniter valeat impedire*. Et in litteris ad Anthemium Subdiaconum, Apostolici in Campania patrimonii rectorem, laudat Amandum Oratorii Sancti Severini in Castro Lucullano Presbyterum, electum Episcopum Surrentinum. Quæ in speciem adversa conciliat Canon vigesimus quintus Epaonenis mandans villarum Oratoriis non ordinari proprios seu Cardinales Clericos, nisi eis antea competens victus & vestitus deputetur. Et Synodus Arvernenis admittit Clericos neque in civitatibus neque in parochiis canonicos, sed per villas Oratoriis deservientes. Et Meldensis admittit ordinari ad Capellam, quæ habet proprias decimas. Et Sanctus Leo magnus Anatolium Constantinopolitanum Episcopum arguens, quod Ætium Archi-Diaconum in Cæmeterii Presbyterum ordinans quasi exilio condemnasset, non arguit, quod merè ad Cæmeterium, sed quod virum adeo eminentem ad illud ordinasset, ac ordinando dejecisset. Romana enim Ecclesia ad Cæmeteria semper ordinavit. Proinde Sanctus Gregorius illis folis Oratoriis vetat dari Cardinalem Presbyterum, quibus deest illius sustentandi copia, aut aliud quodvis obvium impedimentum. Quare etiamnum hodie quævis Ecclesia ordinat ad dotatas Capellas.

Quartus titulus est monasterium. Porro modis variis potest quis ad monasterium ordinari. Primò, tamquam Clericus uni monasterio per Episcopum præficiendus. Etenim Sanctus Augustinus in Regula & quibusdam Epistolis distinguit monasterii Præpositum, & monasterii Presbyterum, dicens hunc esse majoris auctoritatis: Erat enim Clericus Ecclesie Cathedralis, monasterio per Episcopum cum varia potestate præfectus. Et Hermias Zozomenus scribit Arsenium Episcopum Meletianum, Eusebianæ Factionis hitionem, latuisse apud Prinen, monasterii cuiusdam Presbyterum. Et Sanctus Gelasius Pontifex in litteris ad Lucaniam, Brutium, ac Siciliam Episcopos ait monasteriis Episcopos, Presbyteros, ac Diaconos præesse: *Quemque juxta potestatem sui Ordinis. Etiam Zozomenus meminit de Heraclite Diacono monachorum ad Scemim. Et Liberatus Diaconus dicit Joannem Thalajam ex Ecclesie Alexandrinæ Œconomio factum fuisse Presbyterum monasterii Tabennesiotis. Et Sanctus Gregorius Magnus Ecclesiam Sancti Pancratii Clericis ablatam dedit Monachis ea lege, ut Presbyterum sæcularem intra claustrum alerent, qui diebus Dominicis ministraret populo solemniam Missarum. Ab illo monachos excommunicari potuisse scribit ad Chrystantum Episcopum Spoletanum.*

Secundò potest quis ordinari ad monasterium tamquam Clericus multis monasteriis præficiendus. Etenim Socrates ait Marothonium Episcopum Nicomedensem, dum Ecclesie Constantinopolitanæ sub Macedonio Episcopo erat Diaconus, omnia vitorum ac mulierum monasteria procurasse. Hermias Zozomenus addit procurasse ea præsertim, quæ erant in egestate. Erat itaque magnus Ecclesie Sacellarius, Crucigerorum Diaconorum unus, de quo Symeon Archi-Episcopus Thessalonicensis in libro de sacris ordinationibus. *Magnus Sacellarius sacrorum monasteriorum curam gerit, & in iis bonum ordinem procurat, & quæ ad ea spectant, pro viribus inquirunt*. Et antiqua notitia Officiorum sanctæ & magnæ Ecclesie Constantinopolitanæ. *Magno Sacellario sollicitudo monasteriorum virilium Episcopatus demandatur. Habet sibi ministrantem Charitularium, Consul & expensas monasteriorum examinat, & in vitam disciplinamque monachorum inquirunt, & de his ter unoquoque anno ad Episcopum refert*. Codinus Cypriotes adferit etiam mulierum monasteria præfuisse. Et quarta hujus Synodi Actio laudat Alexandrum Presbyterum & Circuitorem, seu visitatorem monasteriorum. Hujusmodi Præfectos Canon Arabicus vocat *Monarchus*.

Ad utrumque hunc monasterii titulum olim Ecclesia ordinavit etiam Episcopos. Etenim Marcianus Augustus in litteris adversus Pseudomonachi Theodosii turbulencias, exstantibus post Synodum Chalcedonensem, laudat Macarium Episcopum, Archimandritas, & monachos montis Sina, in quo constat nullos sæculares vixisse. Et Stylianus Neo-Cæsarensis apud Euphratem Episcopus in litteris ad Ecclesiam Constantinopolitanam, exstantibus post Synodum octavam. *Photus Santabarenum, impiissimum magum, Duchaitarum Episcopum creavit, cænobique illustria alii in Provinciis sua, aliisque Episcopis subiecta, ipsi eripuit, & Santabareno tradidit, ità ut Euchaitarum Ecclesie jungerentur, suosque Episcopos à Santabareno initiatos acciperent*. Ecce illustria monasteria non Presbyterum, sed Episcopum habebant, solum, Chorëpiscoporum more, consecrati ab Episcopo civitatis. Et Adriani primus Pontifex, monasterio Sancti Dyonisii confirmans privilegia à Stephano secundo concessa, hæc dicit. *Promulgamus, ut penitus liceat ibidem habere Episcopum, sicut à prescitis temporibus & usque hæcenus fuit*. Videndus apud

Jacobum Sirmondum contextus integer, exponens istius Episcopi potestatem, electionem, consecrationem. Datus fuit Monasterio ob Episcopi Parisiensis adversus illius exemptionem recalcitrationes.

Tertio quis tamquam secularis Clericus ordinari potest ad monasterium, atamen non ad ejus praefecturam, sed simplex ministerium, aut certe ad solam praefecturam Altarium ejus, seu Ecclesiarum Parochialium. Ita Symeon Dunelmensis ait Ecclesiae Dunelmensis praeter cathedralis monachos fuisse etiam seculares canonicos ad regenda istorum Altaria, vice sua domum redeuntes ad faciendam Divina. Et Synodus Francofordiensis statuit, ne Abbatum Clericos quis recipiat aut retineat; & sexta Parisiensis, ne Abbates recipiant Clericos Episcoporum. Et ex Episcopi Sancto-Dionysiani officii unum erat consecrare Clericos Parochiarum spectantium ad Abbatiam. Et Lombardiae ac Marchiae Trevisanae Abbatibus interdicit Honorius tertius, ne deinceps seculares Clericos admittant ad praebendas, & usque huc admitti locum & vocem non habeant in choro, Capitulo, refectorio, aut claustris. Ejusmodi Clericorum meminit & Decretum Celestini tertii. Eos, quod monachorum plures essent laici, ad sui Altaris ministerium assumebant Abbates.

Quarto potest quis tamquam monachus ordinari ad sacrum monasterii Ministerium. Ita Hermias Zozomenus laudat Dioscorum & Eulogium monasteriorum suorum Patres & Presbyteros. Laudat & Macarium Cellinorum, & Moysen monachum monasteriorum in Sceti. Et Sanctus Epiphanius in litteris ad Joannem Hierosolymam Episcopum ait Paulinianum monachum, Sancti Hieronymi fratrem, a se ordinatum Presbyterum ad Divina Cœnobii Bethleemici ministeria, quod Hieronymus & Vincentius Presbyteri propter verecundiam & humilitatem nolent debita nomini suo exercere sacrificia. Laudat item Gregorium Abbatem & monasterii Presbyterum, addens & se ante Episcopatum eodem munere perfunctum. Et Sanctus Gregorius Magnus Victori Episcopo Panormitano mandat, ut Sancti Hermæ monasterio monachum a fratribus eligendum consecret in Presbyterum ad celebranda

Missarum solennia: Eumque vetat alteri extra monasterium titulo aut ministerio admoveri. Et in litteris ad Desiderium Galliae Episcopum laudat Pancratium monachum, sui que monasterii Diaconum. Et ejusmodi Presbyteros ac Diaconos fuisse dumtaxat secundam post patrem, licet merè laicum, monasterii personam, liquet ex monastica historia Theodoret. Le. C. 4. genda est apud Gratianum Epistola Pelagii Pontificis, qua ab illatis in monasterii Presbyterum injuriis nescio quem Parochum compescit. Ex hac regula permittit Paulus quintus, ut in quavis domo fratrum Joannis Dei queat unus promoveri ad Presbyteratum, ministraturum aliis Ecclesiastica Sacramenta.

Quinto denique potest quis ordinari ad monasterium tamquam simplex monachus, quod hodie dicimus ordinari ad titulum monasticæ professionis. Ita enim à Sancto Epiphano audivimus Hieronymum & Vincentium fuisse quidem in monasterio Presbyteros, noluisse tamen debita nomini suo sacrificia exercere, id est, noluisse esse monasterii Presbyteros. Ita Barthes, Eulogius, & Lazarus fuere Episcopi sine onere. Et de Nitriæ monachis scribit ad Eustochium Sanctus Hieronymus: *Multos Sacerdotales & Leviticus sublimat gradus*. Et in Constanti-nopolitano Eutychetis monasterio unicus Presbyter, plures fuerunt Diaconi & Subdiaconi. Erant solo honore Clerici, neque spectabant ad Hierarchiam Ecclesiasticam, cui inserit sola Divinorum praefectura. Et ex his vides hujusmodi ordinationem esse admodum antiquam. Eam ob Eutychetis & Barsumæ insolentias quidam Episcopi volebant abrogatam, redactisque omnes monachos in primævum statum laicalem; at Synodus, nolens paucorum delicto gravari totum genus, eandem confirmavit. Et exinde cœperunt monasteria Clericis abundare. Addidit tandem Clemens quintus in Synodo Viennensi. *Ad ampliationem Divini cultus statuimus, quod monachi quilibet ad monitionem Abbatis se faciant ad omnes sacros Ordines, excusatione legitima cessante, promoveri*. Post ablatum per divitias opus manuum cœperunt monachi ab otio invadi, ideoque sacro saltem ministerio adversus illud muniendos Pontifex judicavit.

CANON VII.

Qui semel in Clero deputati sunt, aut monachorum vitam expectaverunt, statuimus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam: aut hoc tentantes, & non agentes poenitentiam, quominus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari.

SCHOLION.

Exponit Sanctus Leo Magnus in litteris ad Rusticum Metropolitanam Narbonensem.

Propositum monachi proprio arbitrio aut voluntate susceptum deserere non potest absque peccato: Quod enim quis vovit Deo, debet reddere. Etenim monachi Apostatae suos semper repererunt defensores, adeo ut Sanctus Augustinus de suis Clericis

ricis professæ vitæ communis desertoribus, dicat in primo sermone de communi vita Clericorum. *Ego ei non aufero Clericatum. Quantum sit periculum, ante oculos posui: faciat, quod vult. Novi enim, quod si aliquem hoc facientem degradare voluero, non ei deerunt patroni, non ei deerunt suffragatores, & his & apud Episcopos, qui dicant: Quid mali fecit? Non potest tecum tolerare istam vitam: Extra Episcopatum vult manere, & vivere de proprio, ideò non debet perdere Clericatum. Et ad Dominicum Carthaginensem Episcopum scribit Gregorius Magnus. Queritur Cumquodæ Abbas, quia si quando monachos sub regulari voluerit disciplina restringere, monasterium temerè deserant, & licet quocumque voluerint, vagantes existant. A quibusdam Episcopis illos asserit defendari. Ejusdem Pontificis tempore Venantius monachus ad Italiam Cancellariatum apostatavit. Alii item ad nuptias & militare cingulum lapsi sunt,*

eodemque de flagitio queritur sexta Synodus Toletana. Ipsum à Carolo Magno in monachis Longobardis compesci rogat apud Franciscum du Chesne Adrianus primus. Et Sanctus Petrus Damiani scripsit opusculum, cui titulus: *Rhetorica declamationis in Episcopum monachos ad seculum revocantem*. Ejusmodi itaque temerarios ausus compescit Canon, à plurimis postmodum Synodis confirmatus. Unde & Sanctus Augustinus prioris pusillanimitatis poenitens dicit ad populum in secundo sermone de communi vita Clericorum. *Delebo eum de tabula Clericorum. Interpellet contra me mille Concilia, naviget contra me, quo voluerit: Sit certe, ubi potuerit, adjuvabit me Deus, ut ubi ego Episcopus sum, illic Clericus esse non possit*. Atque ita firma persistunt vota monastica adversum Lutheranos & Calvinistas.

CANON VIII.

Clerici, qui praeficiuntur ptochodochiis, & qui ordinantur in monasteriis & Basilicis Martyrum, sub Episcoporum, qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum Patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab Episcopo suo dissiliant. Qui verò audent evertere hujuscemodi formam quocumque modo, nec proprio subjiuntur Episcopo, siquidem Clerici sunt, Canonum correptionibus subiaceant; si verò laici vel monachi fuerint, communione priventur.

SCHOLION.

Ptochodochia, seu pauperum hospitalia, aliaque id genus pia loca sunt quintus titulus, ad quem Ecclesia semper Clericos ordinavit. Etenim supra à Synodo Berytensi audivimus, quod Ibas Edessenus Metropolita Abrahamium Diaconum, quem Episcopum non potuit, Xenodochum ordinavit. Et Hermias Zozomenus scribit de Isidoro Pelusiota, Presbytero Ecclesiae Alexandrinae: *Erant peregrinorum & pauperum Praefectus*. Et Evagrius Epiphaniensis de Acacio Episcopo Constantinopolitano. *Orphanorum collegio praefuerat*. Etiam celeberrimo suo apud Caesareenses Xenodochio Presbyterum praefecit Sanctus Basilus. Monachum similibus praefici mandant Arabici Canones. Antonium Subdiaconum, Romani Xenodochii praepositum, laudat Sanctus Gregorius, scribitque ad Januarium Episcopum Calaritanum. *Significamus pervenisse ad nos, consuetudinem fuisse, ut Xenodochia, quae sunt in Calaritanis partibus constituta, apud Episcopum civitatis singulis quibusque temporibus suas subtiliter rationes exponerent, ejus videlicet tuitione & sollicitudine gubernanda.*

Quod quia fertur tua badensis Charitas neglexisse, hortamur, ut tibi singulis quibusque temporibus rationes suas Xenodochii subtiliter reddant. Atque tales in eis, qui praesent, ordinentur, qui vita, moribus, atque industria inveniantur esse dignissimi. Religiosi dumtaxat, quos vexare Judices non habeant potestatem, ne si tales personae fuerint, quas in suum possunt evocare judicium, vastandarum rerum debilitum, quae illic rejacent, praebatur occasio, de quibus rebus summam te curam gerere volumus, ut nulli sine tua licentia, notitiave dentur, ne usque ad direptionem earum ex tua Fraternalitatis perveniat incuria. Unde & sacrosancta Tridentina Synodus mandat Episcopis, ut hospitalia quaevis, etiam Regiae protectioni supposita, curent bene gubernari juxta Concilii Viennensis constitutionem omnino videndam. Passim enim eorum administratores Clerici quaesierunt aut nulli, aut certe potius laico Magistratui, quam Episcopis subesse, eamque temeritate noster Canon compescit.

Etiā monachi professionis titulo ad nudum Clericatus honorem consecrati fuere passim conati excutere jugum Episcopale. Haec enim fuit illis inter Sanctum Hieronymum & Joannem Hierosolymam Episcopum, volentem subijci illum sibi

Seff. 7.
c. 15.
Seff. 22.
c. 8.

sibi & Regulæ ut Clericum, nolebat verò iste dicens se ad nihil teneri, nisi ad honorem debitum omnibus Episcopis, quod non ad Pref-
 Epist. 61. byteralis dignitatis onus, sed liberè & absolute
 C. 16. monachalis professionis titulo esset ordinatus. Eum, ex alio tamen fundamento, defendit & Sanctus Epiphanius, ajens esse fratrem peregrinum, qui isti Provincie nihil deberet. Eadem contentio fuit inter Theodorum Arelatensem Episcopum & Faustum Abbatem Lerinensem, volentem & laicos & Clericos monachos æquo & pleno sibi jure subesse. Longam litem decidit

apud Jacobum Sirmondum tertia Synodus Arelaten-
 latensis: *Rationis & religionis plenum est, ut Clerici ad Ordinationem Episcopi debita subjectione respiciant, laica verò omnis monasterii congregatio ad solam ac liberam Abbatis proprii Ordinationem dispositionemque pertineat.* Sacra igitur Ordinatio monachum, licet in claustro perseverantem, transferebat in plenam Episcopi potestatem. Et ita sub anterioribus Arelatenfibus Episcopis fuerat semper observatum. Quod ipsum pro omni Ecclesia statuit præfens Canon.

CANON IX.

Si quis Clericus adversus Clericum habet negotium, non deferat proprium Episcopum, & ad sæcularia percurrat judicia; sed prius actio ventiletur apud Episcopum proprium, vel certè consilio ejusdem Episcopi, apud quos utræque partes voluerint, judicium obtinebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, Canonicis correptionibus subjacebit. Quod si Clericus habet causam adversus Episcopum proprium, vel adversus alterum, apud Synodum Provincie judicetur. Quod si adversus ejusdem Provincie Metropolitanum Episcopus vel Clericus habet querelam, petat aut Primatem Dioceseos, aut sedem Regiæ urbis Constantinopolitanæ & apud ipsam judicetur.

SCHOLION.

Litigantium Clericorum ad laica judicia recursum pessimè semper odit Ecclesia, ideoque lapsam apud nos Christianitatem restaurans Carolus Magnus hunc Canonem inseruit Capitulari suo Aquigranensi. Vult itaque Canon Clericum in prima instantia conveniendum coram Episcopo, Episcopum coram Metropolita in Provincie Synodo, Metropolitanam coram Dioceseos Primæ, aut Episcopo Constantinopolitano, eisdemque gradibus fieri appellationes, nempe ab Episcopo ad Metropolitæ Synodum, ab illa ad Primatem aut Episcopum Constantinopolitanum, cum Comprovincialibus aut advenis Episcopis judicaturum. Episcoporum enim causas non nisi synodaliter tractari ac finiri Canones antiqui permiserunt.

Quæstio est, quis intelligatur per *Primates Dioceseos*? Nicolaus primus Pontifex in litteris ad Michaelum Augustum ait intelligi Pontificem Romanum. *Quem, inquit, Primatem Dioceseos dixerit sancta Synodus, præter Apostoli primi Vicarium nullus intelligitur: Ipse est enim Primas, qui & primus habetur & summus.* Hinc addit. *In Canone hic tenor observandus est, ut si videlicet Clericus aut Episcopus adversus Metropolitanum habet querelam, & tanta urgetur necessitate, vel si hoc grave non ferat, ubicumque sit positus, Pri-*

matem Dioceseos petat; quod si juxta Constantinopolitanam urbem quisquam eorum constitutus sit, & solius Præsulis ejus judicio velit esse contentus, petat eandem Regiam urbem. Cum enim dixisset, **PETAT PRIMATEM DIÖCESEOS, præceptum ponit eadem sancta Synodus, regulamque constituit; cum verò disjunctiva oratione addidisset, AUT SEDEM REGIÆ URBS CONSTANTINOPOLITANÆ, liquet profectò, quia hoc secundum permissionem indulgit, Quod ipsum, cum quadam tamen diversitate, scribit in litteris ad Carolum Calvum Francorum Regem, agens de appellatione Romana Rothaldi Episcopi Suefionensis.**

Respondeo hanc esse unam è quæstionibus Hincmari Metropolitæ Remensis, adersus Hincmarum nepotem, Episcopum Laudunensem. Laudunensis jam dictum Canonis commentum invenit, & multis quod pro Sedis Apostolicæ privilegiis certaret, persuasit. At penitus verisimè Remensis adfirmat hunc Canonem ad Anatolii Constantinopolitani Episcopi ambitum pertinere, fuisseque proscriptum à Sancto Leone Magno. Constantinopolitanum Episcopatum nemo plus quàm Anatolius, licet ad illum humiliandum à Dioscoro in Ephesino latrocinio promotus, exaltavit. Tres famosas autocephalas Dioceses, Thracicam, Asianam, & Ponticam, illius Antecessores strenuè invaserant, ac sibi quasi subjugarant; at violentia & injuria:

injuria: Hanc ille in hac Synodo convertere studuit in legitimam possessionem. Quocirca Canon per Diocesim omnino intelligit jam distas tres, per Primatem intelligit Heracleensem, Ephesinum, & Cæsareensem, statuitque, ut earum Metropolitanæ deinceps judicentur aut apud istos, aut apud Episcopum Constantinopolitanum, eodemque modo adversum eos aut ad illos aut ad hunc appelletur. Statuit alternativè, quod Primates illos nollet penitus exautorare ac redigere in ordinem simplicium Metropolitanorum. Huic tamen malo aperuit viam: Per Episcoporum enim Constantinopolitanorum & Principum continuatam violentiam fuere tandem ad nudum Primatis nomen redacti. Canon verò ipsos Episcopi Constantinopolitani judicio non subjicit: Haud dubiè ob metum sedis Romanæ, ad cujus tribunal ex Apostolica traditione & sexto Canone Nicæno privativè spectabant.

Quidam per Dioceseos Primatem intelligi volunt etiam Alexandrinum, Antiochenum, ac Hierosolymitanum Patriarchas, darique Constantinopolitano privilegium, quo etiam adversus ipsorum Metropolitanas apud ipsum agatur & appelletur. Ex hoc enim privilegio Joannes junior Patriarcha judicavit Anastasium monachum & Presbyterum Isauriæ spectantis ad Patriarchatum Antiochenum. Et ante hanc nostram Synodum Sanctus Flavianus Ibæ Edeffeni in eodem Patriarchatu Episcopi causam, ad se ab accusatoribus devolutam, delegavit Photio Tyri, Eustatio Beryti, & Uranio Episcopo Himerorum. Et Anatolius inter distos Canonum & Eustatium judicavit, idque Maximo Patriarcha existente in Regia urbe, causam novæ Berytensis Metropolitanæ, retractatam in quarta Actione hujus Synodi.

Respondeo tamen Canonem nequaquam ita intelligendum. Nullus enim ex illo Constantinopolitanus Episcopus ejusmodi sibi privilegium unquam adsumpsit. Quin immò horum Canonum & Patriarchatus Constantinopolitani magnus vindex Justinianus Augustus in legibus novellis ad Petrum officiorum Magistrum directis

disertè statuit adversum Metropolitanas privativè agendum coram proprio Patriarcha. Easque leges, utpotè viridi observantia floridas, suo Nomo-Canonem inferuit Photius, consentientique Theodorus Balsamon, Joannes Zonaras, Mattheus Blastares, aliique Græcorum canonistæ, constanter asseverantes ex uno Patriarchatu non posse apud alium agi aut appellari. Porrò Sanctus Flavianus Ibæ causam videtur non delegasse, sed factam à Principe delegationem dumtaxat sustinuisse, & fuisse executus. Quidquid sit, fuit contra Canones, & de throni sui Apostolici contemptu questus est Domnus Patriarcha Antiochenus. Etiam Anatolius potestatis diffidens sententiam suam à Maximo Antiocheno confirmari petiit, ejuque causa contradictiones passus est in Synodo Chalcedonensi. Adeò illa usurpationem non probavit. Judicandi & ordinandi potestas sunt inseparabiles, ideoque Anatolius potestatem obtinuit eos solos Metropolitanas judicandi, quorum ordinandorum potestatem obtinuit à Canone vigesimo octavo: Ea verò est potestas ordinandi solos Metropolitanas trium Dioceseon. Anastasium verò illum fuisse non Isauriæ, sed Lycaoniæ, ad Asiaticam spectantis Diocesim, Presbyterum & monachum, palàm scribit Sanctus Gregorius in litteris ad eundem Anastasium, & in litteris ad Cyriacum Episcopum Constantinopolitanum.

Ex hoc Canone desumptum est decretum Aniceto Pontifici adscriptum: *Si quis Episcoporum proprium Metropolitanam suspectum habeat, apud Primatem Dioceseos, aut apud hanc Sedem Apostolicam audiatur.* Et decretum Victori Pontifici adscriptum. *Si quis putaverit se à proprio Metropolitanano gravari, apud Patriarcham vel Primatem Dioceseos, vel apud universalis Apostolicæ Ecclesiæ sedem judicetur.* Prima Julio Pontifici adscripta Epistola ait esse Canonem Nicænum. Nempe veritatem continent istæ antiquorum Pontificum decretales Epistolæ, suppositiciæ tamen sunt, & Canonem nostrum pro Episcopo Constantinopolitano malè editum verè & rectè accommodant Pontifici Romano.

CANON X.

Non liceat Clericum conscribi in duabus simul Ecclesiis, & in qua ab initio ordinatus est, & ad quam confugit, quasi ad potiorem, ob inanis gloriæ cupiditatem. Hoc autem facientes revocari debere ad suam Ecclesiam, in qua primitus ordinati sunt, & ibi tantummodò ministrare. Si verò jam quis translatus est ex alia in aliam Ecclesiam, prioris Ecclesiæ, vel Martyriorum quæ sub ea sunt, aut Ptochodochiorum, aut Xenodochiorum rebus in nullo communicet. Eos verò, qui ausi fuerint post definitionem magnæ & universalis hujus Synodi, quidquam ex his, quæ nunc sunt prohibita, perpetrare; decrevit sancta Synodus à proprio gradu excidere.

SCHOLION.

C. 15.

Hic est palmaris Canon adversus pluralitatem beneficiorum, à plurimis postmodum Synodis & Romanis Pontificibus innovatus. Septima Synodus generalis ait esse negotiationem & turpe lucrum, ab Ecclesiastica consuetudine penitus alienum, Apostolico & Evangelico Canoni adversum. Apostolico, juxta quem, *unusquisque in quo est vocatus, in hoc debet manere, & in una locari Ecclesia*; Evangelico, juxta quem *nemo potest duobus dominis inservire*. Quo argumento apud Hemboldum in Slavorum chronico usus fuit etiam Conradus Episcopus Lubecensis. Sexta Synodus Parisiensis addit. *In quo facta & Religio Christiana fuscatur, & Sacerdotalis Ordo confunditur, & avaritia Sacerdotum à subditis denotatur, loca Deo dicata cultu sibi debito privantur, & animarum pericula generantur*. Herardi Turonensis ac Isaaci Lingonensis Episcopi Capitula, nec non Synodus Nannerensis, ac Metensis sub Stephano quinto ajunt esse polygamiam, unque Clerico non magis posse esse plures Ecclesias, quam uni viro plures uxores. Innocentius tertius in litteris ad Episcopum Herefordensem adducit & hunc Apostolicum Canonem: *Alius quidem esurit, alius autem ebrius est*. Et ad Comitem Theobaldum, filio suo plures Ecclesiasticas dignitates postulantem scribit Sanctus Bernardus: *Plures in pluribus Ecclesiis habere non licet, nisi dispensatorie ob magnam Ecclesie necessitatem aut personarum utilitatem*. In litteris ad Sugerium Sancti Dionysii Abbatem fieri id dicit *Canonibus invidis*. Et Claromontana Urbani secundi Synodus apud Guilielmum Malmesberiensem statuit: *Quod Clerici in duabus Ecclesiis vel civitatibus prebendas non habeant*. Hunc Canonem respicit Sanctus Ivo Carnotensis Episcopus in litteris ad Paschalem secundum. *Obsecro per viscera paternae misericordiae, ut si aliquis Clericorum Carnotensium aliqua subreptione à vobis impetrare voluerit, ut*

L. 4. c. 6.

L. 1. c. 49.

C. 49.

C. 23. 24.

C. 8.

L. 4. Epist.

14.

Epist. 271.

Epist. 78.

L. 4.

F. 130.

Epist. 274.

ei geminetur honor Ecclesiasticus, non acquiescat, ne praevaricationi imputetur, & perniciose consuetudo, quae abolita fuerat, reintegretur. Et in alia ad eundem Epistola. *Quod Clericus in duarum civitatum titulari non possit Ecclesis, tam ex vestris, quam ex vestrorum Antecessorum comprobamus sententiis*. Et Stephanus Episcopus Tornacensis. *Omnia diebus nostris infirmia sunt tempora, & homines seipso amantes, & quærentes quæ sua sunt, in plurimis Ecclesiis commoverant & intitulari volunt, & in singulis percipere stipendia, quamvis vel tenuiter non deserant in una*. Hinc eos, qui assidue in Ecclesiis Mansionarii non essent, multavit parte stipendiorum. Grassanti tunc malo medicinam denuò adhibuit Alexandri tertii in Synodo Lateranensi decretum, innovatum à Gregorio decimo in Synodo Lugdunensi, novissimeque statuit sacrosancta Synodus Tridentina. *Cum Ecclesiasticus Ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum, sanctè sacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Ecclesiis conscribi*. Sanctissimum decretum integrè videatur & observetur. Audiatur & magnum Belgii Chronicon. *Contra pluralitatem beneficiorum facta est Parisiis solennis illa disputatio, in qua determinatum est per sanctos Doctores, ut nemo sine periculo peccati mortalis tenere possit duo beneficia, quorum alterum suffecerit ad ejus sustentationem. Sed quidam aliter opinati fecerunt contrarium, quos Divina Justitia horribiliter damnavit*. Etiam Robertum Flandriæ Cellararium, quod plures haberet Præposituras, malè periisse scribit Radulfus de Diceto. Et Ludovicum Sanctum Francorum Regem meritò laudat Guilielmus Nangiæ, quod nulli beneficium habenti unquam dederit aliud, nisi post illud liberè posuim ad suas manus. Clemens quartus Pontifex laudatissimus etiam proprium filium, habentem tres præbendas, ad duas resignandas coegit. Hæc nostri Canonis verba, *Si quis translatus, &c.* ostendunt prioris relictæ aut resignati beneficii pensiones tunc necdum fuisse.

Epist. 95.

Epist. 8.

Sess. 14.

c. 17.

A. 123.

Epist. 70.

Orat. 1.

L. 5. c. 15.

L. 7. c. 17.

Dist. 73.

pem, cujus sit ejusmodi litteras non accipere, sed dare. Et hinc Photium Ecclesiæ Constantinopolitanæ intrusum arguit Nicolaus primus Pontifex, quod à Legatis suis commendatitias Epistolas contra omnem consuetudinem exegisset. Eas Tertullianus in libro Præscriptionum vocat *Hospitalitatis confectionem*, quod earum virtute Christianus Christianum hospitio exciperet, quomodo hodie ad Obedientiales Prælatorum litteras fit inter Religiosos ejusdem præsertim Ordinis. Utitur antiqua gentium Romanorum phrasi, apud quos non tantum privati, sed integræ civitates ac populi inibat mutui hospitii fœdus & amicitiam, exercendam mediante hospitali tessera, undè & dicti fœderis prævaricatores dicebantur *tesseram confregisse*. Nostram tesseram respicit impius Lucianus, inimica mente scribens de Christiano. *Secunda peregrinatione suscepta egreditur vagaturus, satis sibi viatici in Christianis repositum esse existimans, à quibus quaquaversum incedebat stipatus, in omni agebat rerum abundantia, atque ad hunc modum aliquatenus alebatur*: Et de Juliano Apostata, gentilissimum nostris moribus & ritibus fucare conato, scribit Sanctus Gregorius Nazianzenus. *Constituere etiam diversoria edificare, ac domos excipiendis hospitibus dicatas, simulque humanitatem erga pauperes adungere, cum aliam, tum eam, quæ in notis sive tesseris Epistolis conscribitur, quibus eos, qui inopia premuntur, ex gente in gentem transmittimus*. Et Hermias Zozomenus. *Dicitur præterea Julianus imitatus esse in primis formulas litterarum Episcopatum, quibus solebant se inter ipsos certiores facere de peregrinis, quo proficiscerentur, & undè venissent, ut tanquam noti, atque adeò amici propter signi testimonium hospitio exciperentur, diligenterque curarentur*. Addit de Eunomianis. *Inter ipsos fas non est in orationis communionem venire cum his, qui aliunde adveniunt, nisi litteras apporrent, quæ ipsos in opinione convenire cum hisce declarent per notas quasdam Epistolis inscriptas, quas alii non intelligunt*.

Quomodo Baptisum, ità & harum litterarum formam Eunomius mutarat: Interim & Ecclesia orthodoxa semper fuit usata notis, quas extranei non caperent. Etenim Gratianus adducit secretissimam harum litterarum formulam, quasi universæ Ecclesiæ Synodo Nicæna impositam, ne aliqua fraus temerè præsumeretur. Eas omnis antiquitas vocavit litteras formatas, quod arcana notarum specie formarentur. Prima Synodus Bracarenensis esse mandat *signata scripta*. Cabilonensis secunda esse litteras, in quibus sint *Episcopi & civitatis nomina plumbo impressa*. Et apud Jacobum Sirmondum tertia Lugdunensis Captivorum litteris mandat inferi diem datarum, pretium redemptionis, & propriam Episcopi subscriptionem, quatenus de veritate nullus possit scrupulus oboriri. Dabantur enim captivis ad emendandum pretium redemptionis.

Quocirca hujusmodi litteræ fuerunt variae: Aliæ Episcopis & Clericis, aliæ Laicis, aliæ pauperibus, aliæ honoratis dari solebant. Erant, qui solis pauperibus existimant datas: Nam sine illis nec ipsos Romanarum Provinciae Rectores ad Præsidatum suum proficisci, *Christ. Lupi Oper. Tom. II.*

aut illic in communionem recipi permittit prima Synodus Arelatenfis. Aliæ ad solam orthodoxæ fidei & communionis testimonium, aliæ etiam ad captivitatibus, æris alieni, aut cuiusvis necessitatis querenda subsidia & solatia dabantur. Habuere & varia nomina. Communissimum fuit *Epistola formata*, de quo Optatus Episcopus Milevitanus: *Nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis societate communicat*. Sanctus Augustinus vocat *Communicatorias seu formatas*, quærens à Donatistis, utrum *Epistolæ communicatorias, quas formatas dicimus, possent, quò vellet, dare*. Erant enim signaculum ac medium Catholicæ per omnem Ecclesiam communionis. Antiochena Synodus vocat commendatitias, pacificas, canonicas, quod sui portatorem commendarent tamquam hominem secundum Christianos Canones integrum, sultumque Ecclesiastica pace. Sanctus Hieronymus in catalogo vocat *testimonium Epistolæ Ecclesiasticæ*.

Nostræ Canon agit de solis Laicorum litteris; distinguit inter pacificas & commendatitias, & hæc solis honoratis, nequaquam pauperibus mandat dari: ne importuna commendationis prece postulata auxilia videretur ab extraneis extorquere. Alii Ecclesiæ Canones & Patres passim confundunt utraq; litteras; quale fuerit ab hac Synodo justum discrimen, fateor me nescire. Porrò ad hæreticos aut schismaticos scribere hujusmodi litteras fuit semper summum crimen, utpotè contagium scabiosæ communionis; æquale crimen fuit orthodoxi Episcopi litteras resutare. Etenim inter crimina Sancto Joanni Chrysostomo imposita in Synodo ad Quercum fuit, *Quod communicantes cum Ecclesia monachos, essi commendatitias litteras adferent, in carcerem conjecisset*.

Dare autem hujusmodi litteras fuit solorum Canon 8. Episcoporum. *Presbyteri, qui sunt in agris, inquit Antiochena Synodus, Canonicas Epistolæ dare non possunt; ad solos tantum vicinos Episcopos litteras destinabunt, quas Dionysii Exigui versio vocat Epistolæ simplices, quibus nempe rusticani Presbyteri subditis suis ab Episcopo rogabant Epistolæ formatas*. Et apud Sanctum Leonem Magnum antiqua Epistola ad Germaniæ & Galliæ Episcopos ait generaliter de omnibus Presbyteris, adeoque & de Chorepiscopis: *Formatas cutlibet Epistolæ mittere non possunt*. Quod tamen hæc, dummodò probati sint, permittit laudatus Canon Antiochenus. Et secunda Synodus Aurelianensis statuit: *Abbatibus, Martyratis, Reclusi, vel Presbyteri Epistola dare non præsumant*. Et secunda Turonensis: *Nullus Clericorum vel Laicorum præter Episcopos Epistola facere præsumat*. Prima Arelatenfis etiam Confessoribus interdicit ejusmodi litteras, omnesque huc usque ab illis datas circumscribit & cassat. Eliberina Synodus dat causam. *Ed quod sub hac nominis gloria passim concitantur simplices*. Nam & de alia Confessorum quorundam insolentia graviter etiam queritur Sanctus Cyprianus. Addit Canon Eliberinus, ut apportatæ per advenas litteræ communicatorie non per quemvis, sed per solum primæ Cathedræ Episcopum, id est, Metropolitanam, discutiantur, probentur, placetentur. Clarius loquitur Canon Apostolicus, agens de

L. 1. Epist. 163.

iqz

In Origin.

97

I

Canon 8.

1. 5

4. 1

24. 3

1. 1

Epist 83.

C. 15. 48.

CANON XI.

Omnes pauperes & indigentes auxilio, cum proficiscuntur, sub probatione epistoliis vel Ecclesiasticis pacificis tantummodo commendari decrevimus, & non commendatitiis litteris, propterea quod commendatitias litteras honoratioribus tantummodo personis præstari conveniat.

SCHOLION.

Testimoniales, pacificæ, seu commendatitiæ fidelium peregrinantium litteræ sunt

longè antiquissimæ apud Ecclesias. Eas respicere creditur Apostolus in secunda ad Corinthios Epistola: *Num egemus, ut nonnulli, commendatitiis Epistolis apud vos, an à vobis commendari? Ostendit se esse Ecclesiæ caput & Principem,*

formatis peregrinorum Episcoporum & Clericorum. *Cum scripta detulerint, discutiantur ardentius, & ita recipiantur, si prædicatores pietatis existerint; sin minus, nec quæ sunt necessaria, subministrantur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per subreptionem multa subveniunt.* Hinc olim Romæ nullus advena admittebatur ad Sancti Petri Basilicam, nisi prius litteris suis per fidei professionem confirmatis, quod etiam in Pyrrho Constantino Episcopo fuisse servatum Sanctus Maximus Abbas in solenni sua disputatione affirmat. Hinc item Stephanus primus Pontifex Sancti Cypriani Legatos, quod ejus de hæreticorum Baptismo decretis nolent acquiescere, *nec ad colloqui saltem communis sermonem admisit, præcipiens Fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet, ut venientibus non solum pax & communio, sed & tectum & hospitium negaretur.* Addit Eliberina Synodus, *ne femina litteras pacificas ad suum solum nomen scriptas recipiant.* Addi debet nomen mariti. Etenim ipsæ aliter nec ad Laicos possint scribere.

Epist. 75.

C. 81.

Ep. 1. c. 4.

L. 1. Præf.

C. 1.

L. Præf. c. 20.

L. 2. c. 4.

C. 25.

L. 14. c. 16.

18. 19.

c. 21. 22.

L. 1. c. 82.

Episcopum tamen esse singulariter hospitalem mandat Apostolus. *Episcopi domus, inquit Sanctus Hieronymus in Commentariis super Epistolam ad Titum, omnium commune debet esse hospitium. Laicus enim unum, aut duos, aut paucos recipiens implebit hospitalitatis officium; Episcopus, nisi omnes receperit, est inhumanus.* Quod ipsum in litteris ad Marianum Ravennæ Episcopum, & in litteris ad Anthemium Subdiaconum, Apostolici in Campania Patrimonii Rectorem, scribit Gregorius Magnus. De Sancto Gregorio Nazianzeno refert in ejus vita Gregorius Presbyter, quod ob nimiam paupertatem ac hospitalitatis impotentiam recipere recusavit Episcopatum Zazimorum. Et Ecclesias Palæstinas laudat Heremias Zozomenus tamquam hac virtute exornatas à primis suis fundatoribus. Et de Wazone Episcopo Leodiensi ait Anselmus ejusdem Ecclesiæ canonicus: *Statuit, ut omnes peregrini sine equis pervenientes sine repulsa reciperentur; qui autem in equis venissent, Episcopali relinquereentur Excellentie.* Et inter articulos, à quibus in Synodo ad Quercum fuit degradari postulatus Sanctus Joannes Chrysostomus, erat, *Quod hospitalitatem, solus quotidie commendans, desereret.* Quam hæc virtus semper vigerit in Romana Ecclesia, ostendit Martinus primus Pontifex, Constantis Augusti proceribus rogantibus, qualiter Pyrrhus Patriarcha Constantinopolitanus fuisset Romæ receptus, respondens. *Vos Domini mei nescitis Romanam Ecclesiam: Dico enim vobis, quia quisquis venit illuc miserabilis homo hospitari, omnia ad usum præbentur ei, & nullum immunem suis donis Sanctus Petrus repellit venientium illuc, sed panis mundissimus & vina diversa dantur non solum ei, sed hominibus ei pertinentibus. Si ergo in miserabilibus hominibus hæc sunt, qui venit honorabilis, sicut Episcopus, quales sumptus debet suscipere?*

L. 9. Epist. 28. 26.

L. 5. c. 1.

Cap. 98.

Epist. 16.

Etiã in monasteriis vigere debet eadem virtus. Etenim in præfatione ad librum septimum commentariorum super Ezechielem Prophetam scribit Sanctus Hieronymus. *Nulla hora, nullumque momentum est, in quo non fratrum occurramus turbis, & monasterii solitudinem hospitum frequentia commutemus.* Ait se studiis vacare non posse, nisi lucrativis, immò furtivis nocturnis horis. Ejusmodi laudibus monasteriorum scateni antiqua monumenta. Hinc Magnum Belgii Chronicon dicit monasterium Stabulense meritò sic vocari, utpotè quod sit stabulum quorumvis peregrinorum. Eundem in finem ait Belgica monasteria passim constructa in locis avisi & periculosis. Quod Cluniacenses plura in hospites, quàm in semetipso foleant expendere, testatur Guilielmus Malmesberiensis. Eandem virtutem in Cisterciensibus eminere scribit Stephanus Episcopus Tornacensis.

F. 25.

F. 153.

L. 5.

Epist. 16.

C A N O N X I I .

Pervenit ad nos, quod quidam præter Ecclesiastica statuta facientes convolarunt ad potestates, & per pragmaticam Sacram in duo Provinciam unam dividerunt, ita ut ex hoc facto duo Metropolitanæ esse videantur in una Provincia. Statuit ergò sancta Synodus de reliquo nihil ab Episcopis tale tentari: Alioquin qui hoc admisit fuerit, amissioni gradus proprii subiacebit. Quæcumque verò civitates jam litteris imperialibus Metropolitanæ nominis honore subnixæ sunt, honore tantummodò perfruantur: & qui Ecclesiam ejus gubernat Episcopus, salvis scilicet veræ Metropoli privilegiis suis.

SCHOLION.

Ecclesiasticam Hierarchiam ad Romanæ Reipublicæ formam ordinarunt Apostoli, civilem Diœcesin, Provinciam, Metropolim, civitatem, castrum, villam, volentes etiam esse ejusmodi apud Ecclesiam. Hinc divisa per Principem Provinciam, quomodò duos Præfides seu civiles Rectores, ita duos accipiebat Episcopos Metropolitanas. Hac via unius Lugdunenſis Galliæ in quatuor Provincias scilicet Rothomagensis, Turonensis, & Senonensis, Episcopos fecit Archi-Episcopos, & Sanctus Leo Magnus tam Arelatenſem, quàm Viennensem civitatem voluit esse Metropolim, quod illæ, licet intra eandem Provinciam, jure eodem apud Rempublicam ex Constantini Augusti dono fuisset gavissæ. Ità definiti sententiam interlocutoriam Synodi Taurinensis: *Qui Episcopus comprobaverit suam civitatem esse Metropolim, is totius Provinciæ honorem Primatus obtineat.* Eadem scilicet via Remensis Ecclesia profecit in secundæ Belgicæ Metropoli, sedis Treverensis ex filia sororem. Laudatus Constantinus Byzacium, cujus apud Sanctum Cyprianum nulla memoria, à Numidia separans statim illic apparere fecit novum Primatem. Divisa per Theodosium Augustum Paphlagonia Episcopum Claudiopollitanum exaltavit in Metropolim Honoriadis, id est, novæ Provinciæ ita in Honorii filii memoriam perpetuam nuncupatæ. Ast temporis lapsu regula in abusum abijt. Etenim Valens Augustus Arianum, Sanctum Basilium humiliare & torquere volens, Cappadociam in duas secuit, Anthimumque Thyanensem Episcopum sub novæ Metropoleos fuco in rebellionem movit, aliiſque similis vanitatis Episcopis aperuit viam turbandæ per laicam potestatem antiquæ Hierarchiæ. Primus post laudatum Basilium opposuit se Alexander Patriarcha Antiochenus, ad cujus preces rescriptit Innocentius Papa primus. *Quod sciscitatis, utrum divisi Imperiali judicio Provinciis, ut due metropoles fiant, sic duo Metropolitanæ Episcopi debeant nominari? Non visum est, ad mobilitatem necessitatum mundanasus*

Ep. 18. c. 2.

Christi Lupi Oper. Tom. II.

Dei Ecclesiam commutari, honoresque aut divisiones perpetui, quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator. Et hoc decretum ob necdum eradicationem abusum noster Canon confirmat.

Eum respicit Justinianus Augustus, Helenopontum & Pontum Polemoniacum in unam redigens Provinciam, & addens: *Nihil circa sacerdotium earum innovamus.* Id est, Amasenum & Neo-Cæsareensem Episcopos volumus juxta antiquam formam manere Metropolitanas. Eodem modo tractavit Gangrensem & Claudiopollitanum, Paphlagoniam & Honoriadem reducens in avitam unitatem. Et duas Armenias dividens in quatuor adjungit. *Quæ ad Sacerdotia spectant, ea volumus in pristina manere forma, negotio ipso neque circa jus metropolitanicum, neque circa Ordinationes vel mutationem vel novationem suscipiente, sed prius ordinatis nunc quoque ex ordinatione auctoritatem obtinentibus, & prioribus item Metropolitanis in suo permanentibus ordine, ut quantum ad ipsa nihil penitus innovetur.* At verò de innovata & in tres divisa per eundem Justinianum Cappadocia dixit ad quintam Synodum Euphranta Episcopus Thyanensis, secundæ istius Provinciæ Metropoli. *Illo tempore sub Thyanensi civitate erat Dohara, & Nazianzus, usque ad tempora hujus pii Principis. Piissimus autem Imperator, cum Metropolitanæ jura dedisset civitati, quæ quondam Mucissos, nunc autem Justinianopolis nuncupatur, cum aliis civitatibus & Dohara & Nazianzum subiecit ei.* Atque ita & suas leges & hunc Canonem est prævaricatus, hodiernique Græci Schismatici, eam potestatem suis olim Augustis adscribentes, sunt eorundem prævaricatores. Mucissi exaltationem largè describit Procopius in opere de ædificiis Justiniani.

Novel. 28. c. 2.



Novel. 31. c. 2.

Collat. 5.

L. 5.

Altera Canonis pars impetit aliam vanitatem, qua passim Græcorum Episcopi civitatem suam etiam citra Provinciæ divisionem impetrabant à Principe erigi in Metropolim, suamque cathedram in sedem Metropolitanam. Ità Valentinianus tertius Augustus Ravennatem, Berytensem verò Ecclesiam Theodosii junior fecit Metropolitanam, ei subjiciens Biblon, Botryon, Tripolim, Orthosiadem, Arcas, & Antaradon,

L 2



Porro Canon noster Clerico sine commendatiis venienti non sacrum dumtaxat ministerium interdicit, sed & admittit illum hospitis honorem, de quo scribit Sanctus Leo Magnus ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum. *Possidonius, Ecclesie vestre Presbyter, & vester ad nos Legatus, nostris processibus atque Ordinationibus frequenter interfuit. Et Joannes Ravennae Metropolitana in litteris ad Sanctum Gregorium Magnum. Quoties ad Episcopatus ordinationem aut responsa Sacerdotes vel Levitae Ravennatis Ecclesiae Romam venerunt, omnes in oculis sanctissimorum vestrorum Decessorum cum mappulis sine aliqua reprehensione procedebant. Quare etiam eo tempore, quo isti ad Praedecessorem vestro peccator ordinatus sum, cuncti Presbyteri & Diaconi mei in obsequium Domini Papae mecum procedentes usi sunt.* Et ipse Gregorius in litteris responsoris ad Joannem. *Ne credas, quia ego Ecclesiam tuam in aliquo gravi aut minus volo: Recordare in Missarum Romanarum solennibus ubi Ravennas Diaconus stabat, & require ubi hodie stat, & cognosces, quia Ecclesiam Ravennatam honorare desidero.* Et in litteris ad Eulogium Alexandrinum ac Anastasium Patriarcham Antiochenum. *Decessor meus Pelagius Diaconum, suum apud Principes in Regia urbe Apocrifarium, cum Joanne Jejunatore Episcopo Constantinopolitano, nomen Patriarchae universalis adsumente, Missarum solennia celebrare prohibuit.* Et in litteris ad Sabinianum, suum ibidem Apocrifarium & Diaconum: *Cum Joanne Episcopo procedere ne praesumas. Quomodo Episcopus ad publicum sacrificium & verbum, ita Clericos hospites loci olim Episcopus honoris causa in plenae communionis testimonium admitteret ac invitabat ad processionem, id est, ad secum in solenni sacrificio procedendum, si bique ministrandum. Erat omnino plenae communionis testimonium. Hinc enim ad octavam Synodum dixerunt Theophilus Iconiensis, & Zacharias Tauromeniae Episcopi schismatici, & à Photio intruso Constantinopolitano ad Nicolaum primum Pontificem Legati. Diximus, & iterum dicimus, quia ut summi Sacerdotes suscepti sumus à Papa Nicolao, & ministravimus ei, & recepti sumus ab illo. Quod Banes Patricius rectè dixit esse idem, quod cum Papa sacris operari. Et de Joanne Lappensi apud Cretenses Episcopo, ab iniquis Pauli Metropolitae sententiis absoluto, plenè in gradum reposito, scribit Pontifex Vitalianus: *Fecimus nobiscum ad Missarum solennia procedere.* Et de Rothaldo Suefionensi Episcopo similiter ab Hincmaro Metropolitae sententiis per Nicolaum primum Pontificem absoluto dicit Anastasius Bibliothecarius: *Missarum solennia utique cum Domino Papa solenniter celebravit.* Et hinc cum excommunicato aut quovis vitioso homine procedere fuit semper in Ecclesia grandissimum crimen. Etenim unum è Zachariae Anagniensis & Rodoaldi Portuensis Episcopi, Sedis Apostolicae Legatorum, criminibus, ob quae à Nicolao primo Pontifice fuerunt degradati, fuit quod cum Photio invasore sacrosancta mysteria celebrassent. Idem eodem modo crimen in Vitale & Miseno Episcopis, suis in causa Acaciana Legatis, punivit,*

teste Liberato Diacono, Felix tertius. Et Sebastianum Diaconum Cardinale deiecit Vigilius Pontifex, quod cum Clericis ab Honorio Salonitano Archi-Episcopo simoniace ordinatis *acquiesceret procedere.*

Quocirca noster Canon Clericum sine litteris commendatiis venientem privari mandat hoc honore processionis. Nec erat poena modica. Etenim Sanctus Ambrosius nescio quem male ^{L. 1. offic. c. 18.} moratum Clericum *post offensam muneri reddens*, notatum tamen volens, vetuit, ne unquam secum procederet. Et Petrus Ecclesiae Neapolitanæ Presbyterum, nefandi criminis accusatum, ^{I. 8.} secum procedere vetuit Fortunatus Episcopus, ^{Ep. 15.} Sanctusque Gregorius mandavit definiti causam, ^{26.} quod innocenti nequiret ea poena infligi. Et de Nicolao primo Pontifice, Arsenium Hortensem Episcopum ob inductum in Italiam nescio quem novum Episcopalis vestis ornamentum punire volente, scribit in vita Gregorii Magni Joannes Diaconus: *Adeo Arsenium aversatus est, ut ei Palatinum processionem vellet adimere, adeoque longè plus processionem ad sacrosanctum Altare. Nec tantum Clerico, sed & Episcopo ac Patriarchae sæda poena erat ista ademptio. Eam enim Joanni Jejunatori Episcopo Constantinopolitano infligere Pelagius secundus & Gregorius Magnus, & à Legatis Joannis octavi indignissime accepit Photius, quod cum ipso nollet consecrare. Erat quædam truncata communicatio, & minor excommunicatio.*

De eadem scribit Hermias Zozomenus, agens de quatuor monachis Aegyptiis, cognomento Longis, Constantinopolim venientibus sine litteris commendatiis Theophyli Alexandrini Episcopi, sui Patriarchae. *Joannes Chrysostramus, Constantinopolitanus Episcopus, viros istos comiter excepit, & in honore habuit, & in Ecclesia preces fundere non prohibuit; ad mysteriorum vero communionem admittendos non censuit, quod id ante causam cognitam fas non esset.* Et Socrates. ^{L. 6. c. 9.} *Joannes viros honorifice excepit, precumque participes esse permisit, sed communionem mysteriorum illis se prius minime concessurum dixit, quam eorum causa cognita & accuratè disceptata esset.* Tractavit eos quomodo Consistentes, seu sine oblatione communicantes, non quomodo perfectos. Eis perfectionem seu sacrosanctam Eucharistiam dari vetabat causa eorum ignorata, nataque ex Episcopalis commendationis defectu suspicio; hospitalitatis tamen lex honorari mandabat, ideoque usque ad receptam ab eorum Episcopo instructionem admitti saltem inter Consistentes. Ita juberi ab antiquo Ecclesiae Canone dicit merito Zozomenus. Eos ad Perfectionem admittere fuit gravissima semper in ipsorum Episcopum injuria, cujus vindicandam ergo in Sanctum Joannem Chrysostrum machinari cepit Theophilus Alexandrinus: *Falsus rumor, inquit Socrates, ad aures Theophyli perlatus est, Joannem viros illos ad mysteria admisisse.* Eadem fuit querimonia Sancti Alexandri Alexandrini Episcopi adversus Eusebium Nicomediensem de recepto ad mysteriorum perfectionem sine suis litteris Ario: Et in istam Eusebii temeritatem emanasse quintum Nicæno

Canonem, suo loco ostendi. Porro longi isti monachi erant laici, ideoque harum litterarum defectus etiam laicum advenam suspendebat ab Eucharistia.

Hinc intellige, quid sit communicatio peregrina, de qua Synodus Regensis, agens de Armentario Ex-Episcopo Ebredunensi. *Cuicumque Episcopo liceat ei unam suarum Parochiarum Ecclesiam cedere, in qua aut Chorepiscopi nomine, aut communione foveatur peregrina.* Et Synodus Agathensis. *Contumaces Clerici ab Episcopo corrigantur. Si officium suum implere neglexerint, peregrina eis communicatio tribuatur, ita ut, cum eos poenitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.* Et iterum. *Si quis Clericus furtum Ecclesiae fecerit, peregrina ei communicatio tribuatur.* Et Synodus Ilerdensis agens de Clerico criminoso: *Vix peregrina ei communicatio concedatur.* Hoc est, tractetur ut Clericus peregrinus Episcopi suis litteris non commendatus, ejusque in Ecclesiastica communione habeat gradum & sortem. Est regula traducta ex Romana Republica. Nam Svetonius Tranquillus in Claudio Augusto meminit de *Reo Peregrinitatis, & de Redactione poenalis in peregrinitatem.* Romano habitu ea poena privabat. Licet

verò adducti Canones loquantur omnes de solis Clericis, fuisse tamen & peregrinam laicorum communionem patet abundè ex dictis.

Notanda sunt verba Synodi Regensis: *Peregrina communicatio foveatur: Solatium, non poenam important.* Distinguenda enim est duplex peregrina communicatio: Alia in poenam infligi, alia in poenae solatium indulgeri consueta. De prima agunt Synodus Agathensis ac Ilerdensis. Regensis de posteriori, mandans ut Armentarius ob alienam potiùs, quam propriam culpam dejectus frui possit gratia per octavum Nicænum Canonem Novatianensium Episcopis concessa, id est, fieri Chorepiscopus, aut gratia decemseptimi Canonis Sardicenis, id est, tractari tamquam Episcopus de sede & civitate sua iniquè expulsi. Hanc peregrinam communionem esse honoris & solatii plenam, ostendi ad laudatum Sardicensem Canonem, videndæque sunt variae Theodoretii Epistolae scriptæ in commendationem Cypriani, Africani Episcopi, à Wandalis ejecti. Ejusmodi peregrinos Episcopos esse ad Synodi generalis suffragium invitandos scribit Gelasius Pontifex ad Episcopos Dardanæ. Aliam adhuc facultatem eis facit Synodus Trullana.

CANON XIV.

Quoniam in quibusdam Provinciis concessum est Lectoribus & Psal- mistis uxores ducere, statuit sancta Synodus non licere cuicumque ex his accipere sectæ alterius uxorem. Qui verò ex hujusmodi conjugio jam filios susceperunt, si quidem præventi sunt, ut ex se geniti apud hæreticos baptizarentur, offerre eos Ecclesiae Catholicae communioni conveniet; non baptizatos autem non posse eos ulterius apud hæreticos baptizare. Sed neque copulari debet nuptura hæretico, aut Judæo, vel Pagano, nisi fortè persona orthodoxæ copulanda promittat se ad orthodoxam fidem transferre. Si quis hanc definitionem sanctæ Synodi transgressus fuerit, correptioni canonicæ subiacebit.

SCHOLION.

Fidelis cum gentili conjugium semper damnavit Ecclesia. Statuit enim Synodus Eliberitana. *Propter copiam puellarum gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ, ne etas in flore tumens in adultério resolvatur anima.* Et iterum. *Si qui fortè Sacerdotibus Idolorum filias suas junxerunt, placuit nec in fine ejus dandam communionem.* Et prima Synodus Arelatenis: *De puellis fidelibus, quæ gentilibus junguntur, placuit, ut aliquanto tempore à communione separantur.* Et tertia Carthagenensis. *Filii vel filiae Episcoporum vel quorumlibet Clericorum gentibus matrimonio non jungantur.* Arabici Canones generaliter id vetant omnium fidelium filiabus, tamquam sexui fragi-

liori. Et in libro de monogamia Tertullianus ait omnem fidelem scemina ex Apostoli mandato debere nubere *in Domino*, id est, *non Ethnico*, ^{C. 53. 67.} *sed fratri*, quoniam etiam *lex vetus admittit conjugia Allophytorum.* Et in libro de corona militis. ^{C. 11.} *Idè non nubimus Ethnicis, ne nos ad idololatriam usque perducant.* Et in libris ad uxorem notat ^{C. 6.} *Apostolum dicere, non simpliciter Nubat in Domino, sed cum addita exclusiva particula, Tantum in Domino, id est, in nomine Domini, quod* ^{L. 2. c. 2.} *est indubitata, Christiano.* Quosdam sui temporis Doctores, nobilibus sceminis adulando docentes extraneo nubere esse aut nullum aut minimum delictum, vocat *Consiliarios contra omnem scripturam prævaricatores.* Omnis ille liber istius conjugii maculas & pericula elegantissimè edisserit, omnino legendus. Et inter varia fidelium crimi-

na, quibus horrendam Decii Augusti persecutio-
nem immisit Deus, adducit in sermone de lapsis
Sanctus Cyprianus: *Jungere cum infidelibus vincu-
lum matrimonii, prostituere gentilibus membra Chri-
sti.* Quod in tertio testimoniorum libro confir-
mat multis utriusque testamenti auctoritatibus.
Epist. 24. Id ipsum facit Sanctus Ambrosius in litteris ad
Epist. 11. Apostoli, *Nubat tantum in Domino*, scribit ad
Ageruchiam Sanctus Hieronymus: *Amputat
Ethnicorum conjugia.* Ea improbari ostendit & ab
aliis Apostoli locis, nec non à lege vetante arari
in bove & asino, ac indui vestem textam ex duo-
bus. Quæ omnia repetit in libris adversus Jovi-
nianum. Hispanos item, quod filias suas Sara-
cenis jungerent, graviter culpatur Adrianus Papa
primus.

Obiici possit Sanctus Augustinus, in libris de
Adulterinis conjugii laudata Apostoli verba,
I. 1. c. 25. *Tantum in Domino*, ita exponens. *Quod duobus
modis accipi potest: Aut Christiana permanens, aut
Christiano nubens. Non enim tempore revelati testa-
menti novi in Evangelio vel ullis Apostolicis litteris se-
ne ambiguitate declaratum esse recolo, utrum Domi-
nus prohiberit fideles infidelibus jungi.* Et Tertul-
C. 11. lianus de eodem loco agens in libro de monoga-
mia. *Licet nec hoc, utique nubere in Domino,
Psychici, id est, Orthodoxi, curent.* Quod nempe
credenter Evangelica lege non interdicitur. Undè
& Canon noster non quibusvis fidelibus, sed
solis feminis, solisque inter viros Ecclesiæ
Lectoribus & Psalmistis ipsum interdicit. Ter-
tia Synodus Carthaginensis solis filiis & filiabus
Episcoporum & Clericorum: solis feminis
etiam Eliberina, Arelatenfis, Canones Arabici,
ac ipse Tertullianus.

Respondeo legendum integrum Sancti Augu-
ni contextum. *Quamvis beatissimus Cyprianus in-
de non dubitet, nec in levibus peccatis constituat jun-
gere cum infidelibus vinculum matrimonii, atque id
esse dicat prostituere gentilibus membra Christi.* Et
Cap. 19. in libro de fide, & operibus. *Beatus Cyprianus
etiam illud non tacet, & ad malos mores pertinere
confirmat jungere cum infidelibus vincula matrimonii,
nihil aliud esse asserens, quam prostituere gentilibus
membra Christi, quæ nostris temporibus jam non pu-
tantur esse peccata, quoniam reverà in novo testa-
mento nihil inde præceptum est, & idèd aut licere
creditum est, aut veluti dubium derelictum.* Ea ma-
trimonia omnino existimat esse illicita, aliud
malè opinantibus dumtaxat fatetur nullum de il-
lis esse apertum ac irrefragabile novi testamenti
positivum præceptum. Adversam opinionem im-
probat, solummodò non audet damnare. Hinc
item noster & alii adducti Canones solis feminis,
tamquam seduci facilioribus, interdiciunt, re-
spicientes potius ad naturæ, quam ad Evangelii
legem. Et vir fidelis mulierem infidelem sub
potestate habet, idèdque ejus solis blandimentis,
non imperio potest in periculum impelli. Et an-
tiquus Synodorum & Patrum mos est solos
damnare manifestos errores, Doctorum opinio-
nes, licet suspectas, verè tamen probabiles,
suis terminis relinquere, donec dies veritatis il-
lucescat. Undè hodie parem esse utriusque sexus
conditionem & legem, eadem incommoda,

idem periculum, fatetur omnis Ecclesia. Et cer-
tè antiqua, quæ ipsissima naturæ, lex utriusque
sexui pariformiter interdixit. Sanctus Petrus Da-
miani in litteris ad Damianum Nepotem refert
insigne exemplum duarum in Hispania meretricum,
quæ mori, quàm Saracenis misceri eli-
gentes, ex meretricibus in martyres feliciter pro-
fecerunt.

Eadem est ratio conjugii fidelis cum Judæo, de
quo Synodus Eliberina: *Catholicas puellas nec Ju-
dæis dandas placuit.* Et secunda Synodus Aure-
lianensis: *Nullus Christianus Judæam, neque Ju-
dæus Christianam in matrimonio ducat uxorem, quia
inter hujusmodi personas illicitas nuptias esse cense-
mus.* Quod ipsum sub prænis gravioribus statuunt
Synodus Arvernensis, & tertia Aurelianensis,
additque quarta etiam fidelem ancillam tali con-
jugio non posse fædari. Adstipulantur etiam Ca-
nones Arabici, tertiaque & quarta Synodus To-
letana, mandantes ejusmodi conjugiorum proles
omnino baptizari.

Eliberina Synodus addit de conjugio Catholici
cum hæretica. *Hæretici, si se transferre noluerint
ad Ecclesiam Catholicam, nec ipsi Catholicas dan-
das esse puellas.* Et Synodus Laodicensis: *Quod
non oporteat indifferenter Ecclesiasticos fædere nuptia-
rum hæreticis suas filios, filiasque conjungere.* Con-
firmat Canon trigessimus primus, & addit: *Non
oportet eos filios dare vel filias, sed magis accipere,
qui se Christianos futuros polliceantur.* Et tertia Sy-
nodus Carthaginensis. *Filii, vel filie Episcoporum
vel quorumlibet Clericorum hæreticis vel schisma-
ticis matrimonio non jungantur.* Statuit de solis
Episcoporum & Clericorum filiis & filiabus ob-
nimiam tunc Donatistarum in Africa multitudi-
nem & potentiam: Generaliter autem & assidue
clamat Sanctus Augustinus indignissimè eos, qui
domo, mensa, lecto sociantur, dissociari fide,
Ecclesia, & Altari. Trigessimum primum Ca-
nonem Laodicensem Synodus Agathensis facit
suum, ejusque causam dat Synodus Trullana: *Non
enim ea, quæ non sunt miscenda, misceri, nec
ovem cum lupo, nec peccatorum sortem cum Christi
parte conjungi oportet.* Hæreticam conjunctionem
æqualiter vetat utrique sexui: Et jure merito.
Etenim Valentem Augustum fuisse ab Ariana
uxore seductum testatur in Ecclesiastica Historia
Theodoretus.

Rectè cum Eliberina, Laodicensi, & Aga-
thensi Synodo addit noster Canon: *Nisi forte per-
sona orthodoxæ copulanda promittat se ad ortho-
doxam fidem transferre.* Ex hujus enim vetustæ Re-
gulæ præscripto Theodosius Augustus Athenien-
dem Leontii Sophistæ Atheniensis Paganam fi-
liam ducturus ab Attico Constantinopolitano
Episcopo prius fecit baptizari, appellarique Eu-
doxiam. Et Crocildis Chilperici Burgundionum
Regis filia Christiana, Clodoveo Francorum Re-
gi Pagano nubere coacta, profectata fuit: *Ne-
quit Christiana Pagano nubere; fiat tamen Domini
voluntas.* Et Carolus Crassus Augustus, teste
Sigeberto Gemblacensi, Wilam Lotharii Regis
ex Waldrada filiam Godofredo Nortmannorum
Pagano Regi dare noluit, nisi prius initiato Chri-
stianis Sacramentis. Et de Soldano Iconiensi
scribunt Otto de Sancto Blasio & Godofredus
Mo-

C. 25. Monachus, quod Frederici primi Augusti filiam
A. 1173. postulans sponderit cum omni gente sua fieri
Christianus. Et apud Gregorium Turonensem
Sigebertus Francorum Rex orthodoxus Brun-
childim Gotham Arianam, priusquam duceret,
L. 4. C. 27. chrismari fecit, plenèque Ecclesiæ reconciliari.
28. Plurima sunt ejusmodi exempla: Quædam felici-
cissima. Nam & Sanctus Thomas Archi-Episcopus
& Martyr Cantuariensis natus & insignem
pietatem doctus fuit à matre olim Saracena.

Quæstio est, an ejusmodi matrimonia per ad-
ductos Canones fuerint non tantummodò vetita,
sed etiam irritata ac annullata? Respondeo pri-
mò, Christiani cum Judæa conjugium fuisse
apud Hispanos semper irritum. Ità statuere vide-
C. 16. tur antiqua Eliberina Synodus hisce verbis:
C. 63. *Nulla potest esse societas fidelis cum infideli.* Quid-
quid sit, quarta Toletana Synodus ejusmodi
conjugium separari mandat, idèdque irritum
supponit. Hispania semper à Judæis fuit singula-
riter infestata, idèdque tali lege fuit illi semper
opus. Etiam apud Gallicanam ac omnem Lati-
nam Ecclesiam fuisse suo tempore irritum ejus-
modi conjugium supponit Sanctus Ivo Carnuten-
sis Episcopus in litteris ad Wulgrinum Archi-
diaconum Parisiensem.

Respondeo secundò, quod etiam hæretici
cum orthodoxa matrimonium videatur irritari ab
Eliberina Synodo. Nam & de illo dicit: *Nulla
potest esse societas fidelis cum infideli.* Ut ut sit,
apud alias gentes, licet illicita, valida tamen
fuerunt ejusmodi conjugia usque ad hunc Ca-
nonem Synodi Trullanæ: *Si quid ejusmodi ab ullo ex
omnibus factum apparuerit, irritas nuptias existi-
mare, & nefarium conjugium oportet dissolvere.* At
illum nunquam recepit Romana Ecclesia, idèd-
que ejusmodi matrimonia etiamnum apud nos la-
tinos sunt firma.

Respondeo tertio Christiani cum Pagana con-
jugium esse jam pridem apud omnes latinas Ec-
clesias irritum, atamen ex pia consuetudine,
non ex Canone. Nullus quippè Canon ipsum
cassat, nisi sexagesimus septimus Arabicus, quem
constat non esse Nicænum, nec nostris moribus
unquam receptum. In hoc conjugium, quam
in duo priora semper ob minùs periculum fuit
Ecclesia clementior, docetque in supplemento
Sanctus Thomas etiam ab antiqua lege fuisse ve-
titum Judæis conjugium cum solis illis gentilibus,
à quibus erat singulare & proximum periculum
seductionis in Idololatriam. Et semper gentili-
bus, quàm Judæis, aut hæreticis Principibus ma-
luit Ecclesia parere. Quo præcisè tempore hic
dispar cultus cœperit apud nos esse impedimen-
tum dirimens ignoratur.

Notandum est Canonis exordium. *In quibus-
dam Provinciis concessum est Lectoribus & Psalmis-
tis uxores ducere.* Omnino loquitur de Ecclesia
Orientali, idèdque variis in locis erat illa san-
ctior nobis latinis, solos Episcopos, Presbyte-

ros, & Diaconos ad plenam continentiam tunc
passim adstringentibus. Exstat tamen apud nos
& Canon tertiæ Synodi Carthaginensis: *Lecto-
res, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur
aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.* Et
hinc vides Canonem illum, qui ab omnibus ubi-
que Lectoribus & Psalmistis permittit post ac-
ceptum Ordinem iniri conjugium, nequaquam
esse Apostolicum, sed hoc nostro posteriore,
utpotè gradum ad Canonem Trullanum.

Meritò Canon Lectoribus & Psalmistis, qui
ex hujusmodi matrimonio jam filios susceperunt,
mandat, ut eos jam in hæresi baptizatos curent
reconciliari Ecclesiæ, neminemque deinceps
permittant istic baptizari. Ità statuit & Synodus
Herdensis: *Catholicus, qui filios suos in hæresi bap-
tizandos obtulerit, oblatio illius in Ecclesia nulla-
tenus recipiatur.* Et tertia Carthaginensis: *Epi-
scopi, Presbyteri, vel Diaconi non ordinentur,
priusquam omnes, qui sunt in domo eorum, Chri-
stianos Catholicos fecerint.* Et Sanctus Gregorius
Magnus in litteris ad Columbum Numidiæ Epi-
scopum. *Res ad nos omnino dura, & rectæ fidei
inimica pervenit, quia, quod dici nefas est, Ca-
tholici homines, & religiosi, quod est deterius, fi-
lios, mancipiaque sua, vel alios, quos in potestate
habent, in Donatistarum hæresi baptizari consen-
tiunt.* Fieri id deinceps vetat rigidissimè, addens
de Clericis: *Si quis de cætero hoc fieri de suis qua-
libet excusatione pertulerit, à Clero sine modis omnibus
alienus.* Theodosius senior Augustus, Thessa-
lonicæ ex gravi morbo decumbens, ab Acholio
Episcopo baptizari noluit, nisi de recta ejus fide
& communionem certificatus. Et de Sancto Am-
brobio ad Episcopatum suscipiendum compulso
scribit Paulinus Presbyter: *Postulavit se non nisi
à Catholico Episcopo baptizari.* Et Sanctus Her-
menigildus paterno gladio trucidari maluit,
quàm pollui Ariana Eucharistia. Et Lucio Aria-
no Alexandriæ Patriarchæ in Episcopatum consec-
rare paranti dixit Moyfes Saracenorum Electus.
Theodor. *Abstine, ut tua manus me consecret: Nam tua invo-
catione Spiritus sancti gratia tu neminem descendit.*
I. 4. c. 21. Et Antiochus Samosatensium Electus Joviani
Pergensis Episcopi manum repulit, dixitque se nul-
lo modo posse ferre dexteram sibi imponi, quæ sacra
mysteria per blasphemiam consecrata receperat.
C. 14. Orthodoxus enim erat Jovianus, solaque Ariana
communione maculosus: Et Rogerus Hove-
L. 2. f. 568. densis scribit de Conrado Electo Moguntino:
*Noluit ab Octaviano Antipapa consecrari, malens
inter Catholicos pauper vivere, quàm inter schisma-
ticos divitiis abundare.* Hæretici namque Mini-
stri manum esse non vivificatricem, sed suffo-
catricem, rectè dicunt orthodoxi monachi in li-
bellis exhibitis Synodo Constantinopolitanæ sub
Menna Patriarcha. Etiam in Christi Baptismo
hominem suffocat. Quare ipsum nonnisi in
extremo necessitatis articulo ab illa posse recipi
semper Ecclesia docuit.



CANON XV.

Diaconissam non ordinandam esse ante annum quadragesimum, & hanc cum summo libramine. Si verò suscipiens manus impositionem, & aliquantum temporis in ministerio permanens, semetipsam tradat nuptiis, gratiæ Dei contumeliam faciens, anathematizetur hujusmodi cum eo, qui eidem copulatur.

SCHOLION.

- Epist. 63. **D**iaconissarum meminit Apostolus in Epistola ad Timotheum, post enumeratas Episcopo & Diacono necessarias virtutes statim subdens: *Mulieres similiter oportet esse pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.* Quod eas ob similem Ordinationem & ministerium Diaconus proximè subnectat, Patres passim advertunt, Exindè seducti Montanistæ utramque Ordinationem existimarunt esse pariformiter Ecclesiæ Sacramentum. Pergit in eadem Epistola Apostolus: *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si Sanctorum pedes lavit, si omne opus bonum subservata est.* Errant, qui agi existimant de viduis ad meram castitatis professionem eligendis: Eligunt enim illæ, non eliguntur. Et tantæ paraturæ non est ea professio: & univiratus requisitus est lucidum indicium majoris Sacramenti. Tertullianus in libro de velandis virginibus ait viduitatem hanc non esse rem medicam, sed Ecclesiasticam Sedem, ad quam eligendas oporteat esse non dumtaxat sexaginta annorum & univiras, sed & matres, & quidem educatrices filiorum: *Scilicet ut experimentis omnium affectuum structa facillè norint cæteras & consilio & solatio juvare. Adde nihil virginis ad honorem de loco permixtum est.* Hæc namque viduæ in publico Ecclesiæ conventu habent locum longè honoratiorem. Et in libro de monogamia dicit matrimonium per fideles ab Ecclesia peti, id est, ab Episcopo, Presbyteris, Diaconis, & Viduis. Et in libro de pudicitia ait penitentes in Ecclesia proferri ante viduas & Presbyteros. Et in libro Præscriptionum præcipuos Ecclesiæ gradus enumerat hoc ordine: Episcopus, Diaconus, vidua, Virgo, Doctor, Martyr. Vides viduas assidue Diaconis subnecti, Doctoribus & Martyribus præpositas, ideòque spectare ad Clerum. Quocirca rectè Synodus Trullana feminas illas, quæ ab Apostolo vocantur viduæ, ait à sacris Canonibus vocari Diaconissas. Loquitur ex Sancto Basilio in litteris Canonice ad Sanctum Amphilochium Episcopum Iconiensem: *Viduas, quæ in viduarum numerum relata est, hoc est, quæ ab Ecclesia in Diaconatum suscepta est, censuit Apostolus nubentem esse despicendam.* Quarta Synodus Carthagenensis vocat viduas seu sanctimonialia ad baptizandarum mulierum ministerium electas.
- Cap. 9. *Cap. 13.* *Cap. 3.* *Cap. 40.* *Cap. 12.*

Etiam vox, *Diaconissa*, est longè antiquissima. Etenim Apostolicæ ad Romanos Epistolæ subnotatio, quam nonnulli existimant esse ab ipso Apostolo, sic habet: *Scripta fuit ad Romanos è Corintho per Phæben Diaconam Ecclesiæ Cenchrensis.* Undè in orationibus supra Diaconissam, dum ordinantur, fundi consuetis ab Episcopo rogatur Deus, ut eis illam, quam Phæbæ dignatus est, Spiritus sancti & sacri ministerii gratiam largiatur. Eiusdem nominis meminit Sanctus Ignatius Martyr in Epistola ad Antiochenos: *Saluto sanctarum portarum custodes Diaconissas.* Cujuscumque sit, antiqua est illa Epistola. Meminerunt item decimus nonus Canon Nicænus, Canones Arabici, Apostolicæ Constitutiones editæ sub nomine Clementis Romani, Sanctus Epiphanius, Basilius Magnus, Gregorius Nyssenus, prima Synodus Araucanica, Epæonensis, secunda Aurelianensis, Codex Theodosianus, Leges Justiniani Augusti. Apud laudatum Clementem Sanctus Bartholomæus Apostolus Diaconissarum originem dicit esse hebraicam, successiorem earum mulierum, quas olim Deus sanctis tabernaculi & templi januis custodes præfecit.

Variæ sunt de illis quæstiones. Prima est, An fuerint reverè sacro Ecclesiæ ritu per manus impositionem consecratæ? Pro parte negativa facit Synodus Laodicensis: *Non oportet eas, quæ dicuntur Presbyteræ vel Præsidentes, Ecclesiis ordinari.* Et Synodus Nicæna: *Diaconissæ non habent manus impositionem, & ideò modis omnibus inter laicos deputantur.* Præterea Diaconissæ ex Apostolico mandato debebant esse viduæ: At verò consecrationis ritum sacri Canonis sancitum solis virginibus esse proprium, nulloque modo viduis impendi. Quin immò Ambrosiaster in Commentariis super Epistolam Apostoli ad Timotheum abjicit hanc Ordinationem ad errores Montani. *Cataphrygæ*, inquit, *erroris occasum captantes, propter quod post Diaconos mulieres alioquitur Apostolus, etiam ipsas Diaconas ordinari debere vanam præsumptionem defendunt: Cum Apostolus mulierem in Ecclesia in silentio esse debere præcipiat, illi è contrà etiam auctoritatem in Ecclesia vindicant ministerii.*

Respondeo tamen fuisse omnino ordinatas, & apud Latinos, & apud Græcos. De Latinis testatur Tertullianus in libris ad uxorem. *Disciplina Ecclesiæ & Apostoli præscriptio digamos non sinit præsidere, & viduam adlegi in Ordinationem, nisi univiram non concedit.* Et in fine libri Ex-

- Cap. 13. hortarii ad castitatem. *Quanti & quantæ in Ecclesiasticis Ordinibus de continentia consentur, qui Deo nubere maluerunt?* Respicit ad Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & Diaconissas, adeoque omnes affirmat Ecclesiasticis Ordinibus insignitos. Antiquus Ordo Romanus habet Missam peculiarem, variumque ritum ordinandæ Diaconissæ. Quomodo Diaconum, ita & hanc ordinandam mandat inter Missarum solennia, inter Epistolam & Evangelium, ante altare, ei que donari annulum, torquem, stolam Diaconalem. Et prima Synodus Araucanica statuit. *Diaconissæ omnino non ordinandæ. Si quæ jam sunt, benedictioni, quæ populo impenditur, capita submittant.* Et Synodus Epæonensis. *Viduarum consecrationem, quas Diaconas vocant, ab omni regione nostra penitus abrogamus: Solam eis penitentia benedictionem, si converti ambiunt, imponendo.* Et secunda Aurelianensis. *Fæminæ, quæ benedictionem Diaconatus habentis contra interdicia Canonum acceperunt, si ad conjugium probantur iterum devolutæ, à communione pellantur.* Et iterum. *Placuit etiam, ut nulli postmodum fæminæ Diaconalis benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur.* Ex his clarum est, hanc benedictionem usque ad hosce Canones viguisse in Gallicana Ecclesia, atque ad illam extirpandam fuisse opus tot repetitis Canonibus.
- Eam apud Græcos viguisse testantur noster Canon, Constitutiones Apostolicæ, & Synodus Trullana, vocantes eam *Χειροτονία* five *Χειροβέσις*, id est, manus impositionem Ecclesiasticæ Ordinationis impressivam. Et Theosebiam, Sancti Gregorii Nysseni Episcopi uxorem, unà cum viro Episcopo factam Diaconissam, Sanctus Gregorius Nazianzenus vocat *verè sanctam Presbyteri conjugem, honore parem, magnis* Diaconalis Ordinationis *mysteriis dignam.* Et in Ecclesiastica Historia Theodoretus laudat quandam feminam Antiochenam, pietate illustrem, *Diaconatus munere donatam.* Et Hermias Zozomenus laudat Nicæretam nobilissimam virginem, quod nunquam ascendere voluerit ad Diaconissæ dignitatem. Laudat & Olympiadem illustrissimam viduam, quam Nectarius Constantinopolitanus Episcopus *Diaconam ordinavit.* Eas ordinatas dicit ad *Divinum ministerium.* Et Sanctus Epiphanius scribit ad Joannem Hierosolymæ Episcopum: *Nunquam ego ordinavi Diaconissas, & ad alias nisi Provincias.* Et adversus hæresin Collyridianam. *Observandum est, quod Diaconissæ solummodo indiguit Ecclesiasticus Ordo.* Eiusdem Ordinationis meminit Codex Theodosianus, & frequenter Justinianus Augustus.
- Hinc intelliges Canonem Sancti Basilii in litteris ad Sanctum Amphilochium. *Diaconissa, quæ cum Græco, id est gentili, fornicata est, ad communionem precum, five Constituentiam recipienda est, ad oblationem autem septimo anno admittetur, scilicet si in castitate vitam agat.* Sacra virgo, aut vidua à simplici continentia voto in mœchiam lapsa ab antiquo Ecclesiæ Canone proscripta in Fletum, cur igitur Diaconissa privatur sola oblatione ac Perfectione? Rationem dat idem Basilius in eisdem litteris. *Qui peccatum ad mortem peccant Clerici, de gradu quidam dejiciuntur, à Laicorum autem communi Christi Lupi Oper. Tom. II.*
- Cap. 13. C. 26. Cap. 21. Cap. 17. Cap. 18. Epist. 95. L. 3. c. 13. L. 3. c. 23. Cap. 9. L. 7. c. 16. Apud Hieron. Epist. 60. Hæres. 79. Cap. 44. Cap. 32.

munione non arcentur: Non enim vindicabis idem bis in idipsum. Id est, pro mortali crimine Laicum communionem, Clericum sola degradatione punimus, neque patitur justitia hujus degradationi addi & excommunicationem. Quod ipsum statuit Canon vigesimus quintus inter vulgares Apostolicos. At verò Diaconissa est in Clero, atque ita ejus lapsus carnalem Sanctus Basilius sola degradatione censuit esse castigandum.

Nec obstant Canones in contrarium adducti. Laodicensis nequaquam de Diaconissarum Ordinatione agit, sed de nescio quarum seniorum mulierum ad nescio quam in Ecclesia Præfecturam electionem, & citra manus impositionem promotionem, quam usque huc usitatum vult eliminari. Etenim vox Græca, *Ἐπιτροπὴ*, nequaquam manus impositionem aut consecrationem, sed simplicem constitutionem importat. Eas mulieres versio nostra latina perperam vocat Presbyteras. Rectè enim adversum Collyridianos Sanctus Epiphanius: *Nusquam Presbyteridas constituit Ecclesia.* Et Canonis Laodiceni græcus textus non habet, *προσχειροβέσις*, sed *προσχειροβέσις*, id est, senes, quas aliqui fuisse putant Diaconissarum Præfectas & quasi Archi-Diaconas, easque ab ista Synodo eliminari. Videantur illic Theodorus Balsamon & Joannes Zonaras. Nicænum Canonem suo loco expofui, nostramque expositionem Petrus Arcudius eruditè confirmat. Diaconissarum porro consecratio à virginum consecratione differre plurimum, ideòque viduis poterat omnino impendi. Varios Græcorum Rituales libros, eam distinctissimè exprimentes, nuper publicavit Joannes Morinus.

Alteræ quæstio est, An hæc Ordinatio fuerit verum Ecclesiæ Sacramentum? Partem affirmativam suadere videtur noster præsens Canon, dicens eam conferri per manus impositionem. Et apud Petrum Arcudium Mattheus Blastares dicit conferri per hæc Ordinantis Episcopi verba: *Gratia Divina, quæ infirma sanat & imperfecta perficit, hanc reverendam N. promovet in Diaconam.* At verò eodem ritu promoventur viri, eaque sunt essentialia elementum & verbum Sacramenti Diaconalis. Eidem quoque erant ritus accidentales utriusque Ordinationis, eademque fermè precatones, atque ideò addit noster Canon, quod Diaconissa lapsa irroget contumeliam Divinæ gratiæ, utique ex Ordinationis opere operato susceptæ. Neque refert Petri Arcudii responsio: *Ex quibusdam antiquis, seu potius apocryphis Euthologiis loquitur Blastarius, & quod de forma, DIVINA GRATIA, ETC. dicit, erroneum esse judico, hereticum, improbandum, omnino rejiciendum.* Etenim Blastarius jam laudata Ritualia attestantur, ostenduntque Arcudium pessimè censere.

Respondeo tamen eam Ordinationem nullatenus esse Sacramentum, sed ritum merè ceremoniale ab Ecclesia institutum. Rectè enim Tertullianus in libro de velandis virginibus. *Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec ullius virilis muneris, nedum Sacerdotalis officii sortem vindicare.* Quod ipsum repetit in libro de Baptismo, addens scripta illa, quæ Sanctus Hieronymus

in catalogo rectè vocat Pauli & Theclæ Periodos ac baptizati Leonis fabulam, esse sub laudati Apostoli nomine conficta à nescio quo Presbytero in Asia, ipsumque damnatum ob istud facinus, atque ita ex ejusmodi chartis mulierum petulantiam vanè defendi. Eis sacræ pallæ contactum ac thuris in Ecclesia incensionem interdicta fuisse à Sotere & Bonifacio primo Pontificibus, testatur liber Pontificalis. Adjungit Canon Laodicenesis: *Non oportet mulieres ad altare ingredi*. Ad nullum ejus ministerium, ut in litteris ad Lucaniam & Siciliam Episcopos exponit Gelasius primus. Eas vel ad Missam privatam Presbytero ministrare verant Synodus Nannensis, sexta Parisiensis, Caroli Magni, Theodulfi Aurelianensis, Herardi Turonensis, ac Isaac Lingonensis Episcopi Capitularia. Abusum, ut intolerabilem, etiam apud Græcos aboleri jussit Innocentius quartus. Et tertia Synodus Carthagenensis statuit. *Mulier baptizare non presumat*. Et adversum Collyridianos Sanctus Epiphanius. *Diaconissarum Ordo est quidem in Ecclesia, ceterum non ad sacrificandum, neque ut quidquam aggredi permittantur*. Multis refutat Erronum istorum necnon Montanistarum temeritatem, de qua & Sanctus Augustinus in libro de hæresibus. *Tantum dant mulieribus principatum, ut Sacerdotio quoque apud eos honorentur: Dicunt enim Quintillæ & Priscillæ Christum specie femina revelatum*. Et hujusmodi dumtaxat Ordinationem feminarum damnat Ambrosiaster supra adductus. Et Tertullianus in libro Præscriptionum. *Ipsæ mulieres hæreticæ quam procaces!*

Cap. 41. *Quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes reponnere, forsitan & tingere; immò sine, forsitan: Et enim Sanctus Firmilianus Cæsarensium in Cappadocia Archi-Episcopus in litteris ad Sanctum Cyprianum memorat nescio quam de Montani sæce feminam, ausam non tantum tingere, sed & Eucharistiam sanctificare. Itæ mediis sæculis sexta Synodus Parisiensis queritur feminas ausas *Corpus & Sanguinem Domini populi porrigere*, & alia ipso dicto turpia exercere. Et quaedam Hispaniæ Abbatissas Monialibus suis benedictentes ac publicè prædicantes, earumque confessionem audientes durè arguit Innocentius tertius, addens Ecclesiasticæ potestatis claves nec Virgini Mariæ à Domino fuisse concessas. Addit de Montanistis Sanctus Hieronymus in litteris ad Marcellam. *Apud nos Apostolorum locum tenent Episcopi; apud eos Episcopus tertius est. Habent enim primos de Pepusa Phrygiæ civitate Patriarchas; secundos, quos appellant, Cenones: Atque ita in tertium, id est, penè ultimam locum Episcopi devolvuntur, quasi exinde ambitiosior religio fiat, si, quod apud nos primum est, apud illos novissimum sit*. Porro Cenones est Phrygium vocabulum, cujus propriam significationem hodie ignoramus. Soli interim Montanistæ & Collyridiani Diaconissarum Ordinationem asserunt esse Sacramentum. Eos verò damnat vel sola differentia rituum, quibus & illæ & Diaconi ordinantur. Videantur apud Matthæum Blastarem, ac in libris Ritualibus jam supra laudatis.*

Nec obeat oppositum argumentum. Etenim

manus impositio fuit olim admodum varia, aliæque sacramentalis, alia dumtaxat caremonialis. Et hæc verba, *Divina gratia*, &c. nequaquam sunt Ecclesiasticæ Ordinationis essentiale verbum: Sunt decretum factæ electionis, postulationisque faciendæ consecrationis, æquivalens hæc nostris verbis Archi-Diaconi ad Episcopum ordinantem: *Postulat sancta mater Ecclesia, ut hunc electum in Diaconum consecretis*. Longa est hæc quaestio, alibi diffusienda. Petrus Arcudius putat esse verbum essentiale. Hinc Matthæum Blastarem perperam accusat.

Tertia quaestio est, quæ fuerint Diaconissarum munia & privilegia? Respondeo fuisse varia. Primum & principale edicuit Clemens Romanus in Apostolicis Constitutionibus. *Eliget Diaconissam ad ministrandum mulieribus. Ad multa enim indigenus Diaconissa. Ac primum quidem cum mulieres baptizantur, unget quidem eis Diaconus frontem tantum Oleo sancto; post cum verò illinet eas Diaconissa. Non enim opus est, ut viri inspiciant feminas*. Et infra. *Virum de sacro fonte egredientem suscipit Diaconus; mulierem Diaconissa*. Et in alio libro. *Diaconissa Presbyteris ministrat, cum mulieres baptizantur, idque propter decorem & honestatem*. Et Sanctus Epiphanius in libro adversum hæreticos, *Diaconissarum Ordo est in Ecclesia, reverentiæ gratia mulieris generis, aut propter bonam balnei, aut visitationis, aut laboris*. Et quando nudatum fuerit mulieris corpus, ne à viris sacrificantibus conspiciatur, sed à ministrante muliere. Et quarta Synodus Carthagenensis: *Ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur*. Et Novella Justiniani Augusti directæ ad Epiphanium Patriarcham Constantinopolitanum: *Diaconissæ adorandis ministrant baptismatibus, & aliis ad sunt secretis, quæ in venerabilibus ministris per eas ritè aguntur*. Olim enim & feminae & viri sacrum regenerationis fontem intrabant naturaliter nudi, & toto corpore apud Græcos ungebantur, ideòque naturalis honestas pro feminis requirebat Diaconissas. Addit quarta Carthagenensis Synodus: *Tam instructæ sint Diaconissæ ad officium, ut possint apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres, tempore, quo baptizandæ sunt, qualiter Baptizatori interrogatæ respondeant, & qualiter accepto baptismate vivant*. Hoc ipsum forsàn vult S. Ambrosius dicens viduas esse *fidei magistras*. Rectè verò tertia Synodus Carthagenensis mandat, ne mulieres, utique Diaconissæ, viros doceant in publico Ecclesiæ conventu.

Alterum munus adducit Martyr Ignatius in Epistola ad Antiochenos, eas vocans sacrarum, per quas mulieres intrabant, portarum custodes. Nam & mulierum in Ecclesia confessum à viris separatum Diaconissa dirigebat. Ejusdem muneris meminert Constitutiones Apostolicæ: *Diaconissa non benedicat, neque facit aliquid eorum, quæ Presbyteri aut Diaconi faciunt, nisi quod januas custodit*. Tertium munus adducit Tertullianus in libro de monogamia: *Ab Episcopo, Presbyteris, Diaconis, & viduis matrimonium postulas*. Nempe mariti ab Episcopo, Presbyteris ac Diaconis; uxores ab Episcopo & Diaconissis postulabantur, seu de eorum examine & consilio accipiebantur, ideòque & hæc & illi in libris ad uxorem dicuntur.

L. 2. c. 2. tur *Nuptiarum consilium*. Et in libro de velandis virginibus spectat ad viduarum officium, ut alios *consilio & solatio juvent*. Et huc respicit Sanctus Ambrosius in libro de viduis. *Vidua emeritis veterana stipendii castitatis, es conjugii arma depolat, domus tamen totius pacem gubernat: Esti vebendis oneribus otiosa, maritandis tamen junioribus provida, ubi cultus utilior, ubi fructus uberior sit, quarum copulam aptiore senili gravitate disponit*. Quartum munus adducit idem Tertullianus in libro de pudicitia: *Pœnitentem prosternis in medium ante viduas & Presbyteros*. Crediderim ad illis mulierum Fletum, Audientiam, & Substrationem fuisse directæ. De Diaconissis etiam loqui puto Sanctum Hieronymum in litteris ad Nepotianum: *Multas anus nutrit Ecclesia, quæ & officium præbeant, & beneficium accipiant infirmis ministrando*. Easdem à viduis viris in Agapetas familiaræ retriçes adsumi suadet in libro ad castitatem exhortatorio, & in libro de monogamia Tertullianus. Aliud adhuc officium adducunt Apostolicæ Constitutiones: *Evenire solet aliquando in quibusdam domibus, ut non possis propter infideles mittere Diaconum ad mulieres, mittere verò possis Diaconissam propter cogitationes improborum*. Et in alio libro; *Ad Diaconum aut Episcopum nulla mulier sine Diaconissa accedit*. Horum munus gratia Diaconissæ spectabant ad Clerum, habebant Sedem suam in Ecclesiæ conventu, & benedictioni sacerdotali, quæ dabatur populo, caput non submittebant, uti supra audivimus à prima Synodo Arausicensi. Eademque Ecclesia habebat plures Diaconissas: Etenim Justinianus Augustus in magna Ecclesia Constantinopolitana permittit esse quadraginta.

Quarta quaestio est, An Diaconissæ debuerint esse viduæ? Pro parte affirmativa facit Apostolus eas semper aut mulieres aut viduas appellans, solaque discretè viduas ad hunc Ecclesiæ honorem admittens. Et in libro de velandis virginibus Tertullianus dicit debere esse non tantum viduas, sed & matres, & quidem filiorum educatrices, ut scilicet struata sint omnium affectuum experimentis. Nescio quem Africanum Episcopum, qui virginem ad viduarum sedem exaltarat, carpit gravissimè & concludit: *Adeò nihil virgini ad honorem de loco permittendum est*.

Respondeo tempora distinguenda. Duo priora Ecclesiæ sæcula videntur ad Diaconatum admisisse solas viduas ob adductas à Tertulliano rationes. At verò tertium sæculum admisit & virgines. Etenim quarti sæculi Doctor Sanctus Epiphanius in fidei expositione post enumeratas omnes hæreses addit: *Diaconissæ univiræ & continentes esse debent vel post unam nuptias viduæ, vel perpetuæ virgines*. Et edixit eodem sæculo Constitutiones Apostolicæ: *Diaconissa eligatur virgo pudica; si autem non fuerit virgo, sit saltem vidua, quæ uni nupsit, & fidelis atque honorata sit*. Et quarta Synodus Carthagenensis Diaconissam esse mandat viduam aut sanctimoniam, id est, sacram virginem. Et in lege novella ad Epiphanium Patriarcham Constantinopolitanum scribit Justinianus Augustus: *Volumus Diaconissas esse sive ex viduitate, sive ex virginitate*. Dum nempe virgo reperi nequit, adsumi vult saltem viduam un-

viram, quomodo Apostolus Episcopum ac Diaconum jubet virum unius uxoris. Et disciplina, quam Tertullianus urget, forsàn fuit solius Ecclesiæ Africanæ. Ut ut sit, sæculo tercio ceperunt probatiores è sacris virginibus aut profectis viduis ad Diaconatum quasi ad grandem dignitatem eligi, & vix amplius appellari viduæ, sed Diaconissæ. Certè ante Nicænum Canonem vix reperis hocce nomen, nisi superiùs laudata subnotatio ad Epistolam Apostoli ad Romanos sit illo vetustior. Etenim Sancti Ignatii Martyris ad Antiochenenses Epistola laborat non penam sana suspicione spurie suppositionis, quod eam Sanctus Hieronymus in catalogo, in Historia Ecclesiastica Rufinus, ac omnis antiquitas ignorent. Magna, inquam, tunc esse cepit dignitas Diaconissæ. Etenim Olympiadem viduam nobilissimam honorare volens Nectarius Constantinopolitanus Episcopus ordinavit Diaconam, & Nicatæ virginis illustrissimæ modestiam commendans Hermias Zozomenus dicit, quod nunquam ambierit Diaconissæ dignitatem. Et ab electo Episcopo relinquendam uxorem, quam in monasterio profiteri jubet, ornare studens Synodus Trullana addit. *Si digna visa fuerit, ad Diaconatus dignitatem provehatur*. Ità provectam Theodosiam Sancti Gregorii Episcopi Nysseni uxorem jam supra dixi.

Quinta quaestio, quæ ætas fuerit requisita in Diaconissis? Respondeo ab Apostolo requiri annos sexaginta. Solas enim viduas huic muneris admodas voluit, jubens juniores nubere & matres familias fieri ob lubrica ætatis merum, in vidua, quam in virgine majorem. Et hinc Africanum illum Episcopum graviter Tertullianus arguit, quod necdum viginti annorum virginem ad sedem solis sexaginta annorum meritis debitam contra Apostoli Canonem exaltasset. Lex tamen pedetentim in disuetudinem abiit, uti liquet ex litteris Canonis Sancti Basilii ad Sanctum Amphilochium. Et laudatam Olympiadem, à Nectario consecratam, Hermias Zozomenus testatur fuisse adhuc admodum juvenem. Etiam quarta Carthagenensis agit & statuit de viduis adolescentioribus. Verùm non probavit id Basilius, ideòque statuit in laudatis litteris: *Vidua sexaginta annos nata, si rursum cum viro habitare voluerit, boni communionis non dignabitur, donec ab impuritatibus perturbatione cessaverit; sed si ante sexaginta annos eam in numerum retulerimus, nostra est, non mulieris culpa*. Sub laudati Nectarii Episcopatu evenit sædum illud Diaconissæ cum Diacono scandalum, pergitque Zozomenus. *Hac de causa Theodosium Imperatorem, providentem Ecclesiæ honori & dignitati, consilio Edicto cavisse, ne mulieres, nisi liberos haberent, & annum sexagesimum exegissent, Divinum ministerium suscipere secundum Apostoli expressum mandatum*. Lex exstat in Codice Theodosiano, quæ tamen non solas viduas ad dignitatem hanc admittit, sed dumtaxat nullam viduam, nisi quæ proles habeat & sit sexaginta annorum. Ex quo conjecturare licet lapsam Diaconissam fuisse viduam juniorem. Et hanc legem omninò respicit & corrigit noster Canon, in ordinanda Diaconissa requirens solos quadraginta annos. Rationem dat Synodus Trul-

Trullana: In Divino Apostolo scriptum est, sexaginta annorum viduam in Ecclesia eligendam; sacri autem Canones quadraginta annorum Diaconissam ordinandam esse statuerunt, cum Dei Ecclesiam Dei gratia potentior evasisse, & ulterius procedere viderent, fideliumque ad Divinorum mandatorum firmitatem ac stabilitatem. Quadraginta anni debebant esse completi, ideoque in lege ad Epiphanium Patriarcham Constantinopolitanum directa Justinianus Augustus scribit debere esse annorum circiter quinquaginta. Addit ex necessitate posse dispensationem ordinari Juniores, verum tales viris permixtas non posse habitare, ideoque collocandas in aliquo Asceterio, usque ad canonicum ætatis complementum. Omnibus generaliter Diaconissis interdictum Agapetus, statuitque varia de eorum moribus. Desumpsit ex quarta Synodo Carthaginensi.

Sexta quaestio est, quando Diaconissæ cœperint in Ecclesia extinguere? Respondeo jam pridem extinctas & in Latina & in Græca Ecclesia. Apud nos Latinos extinguere cœpit Ecclesia Gallicana in prima Synodo Arausicensi, habita Cyro Confule, anno secundo Sancti Leonis Magni Pontificis, Christi Domini quadringentesimo quadragesimo primo, decem annis ante nostram Synodum Chalcedonensem. Extinguere cœpit, non plene exstinxit. Eas namque contra Arausicense decretum perrexisse ordinari & profiteri testatur secunda Synodus Aurelianensis, ejusmodique ordinationem aut professionem exsufflare non audeat: Denuo dumtaxat interdicat, earumque licet contra Canonem factam prævaricatricem privat communionem. Epaonenis Synodus, suaviter & fortiter agere volens, Diaconalem consecrationem mutat in benedictionem poenitentialem, atque ita femineo sexui dignitatis avido conatur satisfacere. Poenitentialis enim benedictio non tantum prævaricatoribus ignominiosè imponebatur, sed & ab innoxiiis & integris spontaneè & gloriosè suscipi olim consuevit. Exstinctionis causam secunda Synodus Aurelianensis fuisse dicit femineæ conditionis fragilitatem. Diaconissa enim ducebat vitam activam, cujus constat feminas non esse capaces. Exstinctio longo tempore fuit intra solam Galliam circum-

scripta. Etenim dudum post in sua Romana per Zachariam Successorem confirmata Synodo statuit Gregorius secundus: Si quis Diaconam in conjugem duxerit, anathema sit. Istud ob crimen Canon quartus decimus anathematizat Adrianum filium Exhilarati. Et Synodus Wormatiensis innovat hunc nostrum Chalcedonensem Canonem, Ordoque Romanus Carolo Magno ab Adriano primo missus insigni variorum rituum veste ornat Diaconissæ Ordinationem. Etiam sub Leone tertio viguisse Romæ testatur in ejus vita Anastasius Bibliothecarius. Præcisum istic exstinctionis tempus & causam ignoro. Dicit verò Petrus Pichaviensis, primus Petri Lombardi Commentator: Diaconissarum ordinatio abiit in dissuetudinem: Ubique apud omnem Ecclesiam Latinam, virginum quarundam & Abbatissarum benedictione jam pridem contentam.

Exstinctam item eandem Ordinationem jam pridem apud Græcos testatur Theodorus Balsamon in commentario hujus Canonis addens quædam quidem Constantinopolitanas Moniales etiam suo tempore vocatas fuisse Diaconissas, at inani nomine, utpotè nulla manus impositione sacratas. In responsis ad quaestiones Marci Patriarchæ Alexandrini variat: Eas in Ecclesia Constantinopolitana superesse dicit, verum ob menstruas iniquationes repelli ab omni sacro ministerio, mulierum in Ecclesia conventui dirigendo dumtaxat Præfectas. De earum consecratione jam ab aliquot sæculis nullam mentionem faciunt Græcorum Ritualia, nec in accuratissimo de sacris Ordinationibus opere Symeon Archi-Episcopus Theffalonicensis, qui floruit in exordio sæculi decimi tertii.

Concludit Canon noster Diaconissas carne lapsas cum sui violatoribus anathematizandas. Plenam enim continentiam profitebantur, & quidem consecratione sanctissima sigillatam. Ejus causa Justinianus Augustus & violatam & violatorem mandat gladio vindicari. Anathema istud per diversas postmodum Synodos confirmatum fuit, atque ita evanuit Sancti Basilii Canon, lapsas Diaconissas privans sola oblatione, seu perfecti boni communionem.

CANON XVI.

Virginem, quæ se Domino Deo consecravit, similiter & monachum non licere nuptialia jura contrahere. Quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Consentibus autem decrevimus, ut habeat auctoritatem ejusdem loci Episcopus misericordiam eis humanitatemque largiri.

SCHOLION.

IN litteris ad Leonem Catanensem Episcopum, & Adrianum Notarium queritur de Sicilia

monachis Sanctus Gregorius Magnus, quod mulieribus sine metu se jungerent. Quam sacrilegam iniquitatem novimus & in aliis olim regionibus grassatam. Ejus prima radix fuit Julianus Augustus, de quo Hermias Zozomenus. Regnante Ju-

L. 6. c. 3. Julianus, quidam improbi viri sacratas virgines vel vel persuasione ad hanc corruptelam inductas sibi nubio junxerunt, quemadmodum fieri solet, cum religione statu perturbato, turpis libido id genus sceleris consciscendi impunitatem proponit. Christianam Religionem data omnium prævaricationum licentia sperarat Julianus usque ad everisionem confundere. Eum imitatus est Valens Augustus monachos ad armatas miliciam, & Constantinus Copronymus eosdem cogens ad sacrilega conjugia. Ab hisce magistris Lutherani & Calvinistæ didicerunt monasticæ castitatis vota exsufflare. Licentiam compefcuit Juliani successor Jovianus, de quo laudatus Zozomenus. Missi Edictum, quod jubebat, ut qui sacratam virginem vel ad nuptias contrahendas pellicere conaretur, vel lascivo solium obtutu aspiceret, maxime omnium, si per vim rapere teneret, capitis supplicio muldaretur. At plene prevalere Edictum non potuit, ideoque addita excommunicatione noster, à plurimis Synodis & Romanorum Pontificum decretis innovatus, ac à Stephano secundo in Responsis ad Francorum consulta in villa Carifiaco datis disertè laudatus, Canon adjuvit. Adjuvit postmodum & Justinianus in quinta lege novella, pluraque Regum Orthodoxorum Edicta. Porrò misericordiam & humanitatem, quam poenitentibus possit exhibere Episcopus, exponit, aut verius moderatur Gelasius Pontifex in litteris ad Lucanæ & Sicilia Episcopos. Nisi per publicam probatamque poenitentiam non recipiantur: Sed tamen his viati-

cum de sæculo transeuntibus, si tamen poeniterint, non negetur.

Obiici possit Sanctus Cyprianus, de quibusdam sacratis virginibus scandalosè viventibus cum Agapetis Clericis scribens ad Pomponium Episcopum. Quod si ex fide se Christo dicaverunt, pudicè & castè sine ulla fabula perseverent; si autem perseverare nolunt aut non possunt, melius est nubant, quàm in ignem ætelicis suis cadant. Alludit ad locum Apostoli: Melius est nubere, quàm uri. Respondeo intentam ab argumento Apostoli expositionem esse errorem Joviniani, à Luthero & Calvino hodie resumptum, in quem scribit Sanctus Hieronymus. Etsi nupsit virgo, non peccavit: Non illa virgo, quæ semel Dei cultu semet dedicavit. Harum si qua nupsit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Abst, ut Sanctum Cyprianum faciamus Jovinianistam, Lutheranam, aut Calvinistam. Eum exponit laudatus Hieronymus in litteris ad Demetriadem virginem. Sanctum virginum propositum quarundam se non bene agentium nomen infamat: Quibus aperte dicendum est, ut aut nubant, si se non possunt continere, aut contineant, si nolunt nubere. Palàm est loqui verbis mutuatis à Sancto Cypriano. Suadet Libertinis virginibus, ut nubant, non utique post, sed ante emissum votum: ut antè deliberent maturissimè de sua voluntate ac potestate perseverandi. Quo sensu etiam Apostolus est omninò locutus.

CANON XVII.

Singularum Ecclesiarum rusticas Parochias, vel in possessionibus, manere inconcussas illis Episcopis, qui eas retinere noscuntur, & maxime si per tricennium eas absque vi obtinentes sub dispensatione rexerunt. Quod si intra tricennium facta est de his, vel fiat altercatio, licere eis, qui se læsos asserunt, apud sanctam Synodum Provinciæ de his movere certamen. Quod si quisquam à suo Metropolitanò læditur, apud Primatem Dioeceseos, aut apud sanctam Constantinopolitanam sedem judicetur, sicut superius dictum est. Si qua verò civitas potestate imperiali novata est, aut si protinùs innovetur, civiles dispositiones & publicas Ecclesiasticarum quoque Parochiarum ordines subsequantur.

SCHOLION.

Mutuas Parochias invadere est antiquum & grave crimen quorundam Episcoporum, radixque plurimarum contentionum, quibus extinguendis legem tricennalis possessionis nostra Synodus providentissimè in Canonem accepit. Hunc enim laudant & probant Synodus Trullana, Sanctus Gregorius Magnus, variaque Synodi latinorum.

Altera Canonis pars confirmat antiquam Principis potestatem, qua castrum aut villa ab ipso in civitatem erecta statim consequebatur non tantum civilia privilegia, sed & Ecclesiastica, quorum principale est Cathedra & Clerus Episcopalis. Ità Majuma ex Gazensis civitatis Navali à Constantino Magno ob susceptam unanimiter fidem Christianam facta civitas, ac ex filii ejus nomine vocata Constantia, mox excludit Gazensem Episcopum, cœpitque habere proprium Constantiensem. Et de Basilinopoli dixit

xit ad præsentem Synodum Anastasius Episcopus Nicænus. Imperator Julianus, aut nescio quis ante illum, fecit Basiliopolim civitatem. Quæ enim prius fuisset regio, postea civitas effecta est. Ex illo perspicuum est ab Episcopo Nicæno ibidem Episcopum ordinatum. Nicæne civitatis regio seu oppidum fuerat, ideoque pro amissa Episcopali Metropolitanâ potestatem habere in ipsam volebat Nicænus Episcopus, ejuſquem Electum tamquam Metropolita confirmare & consecrare. At in illum pro Metropolita Nicomedienſi definit noster Canon, rectè expositus ab Alexio Aristino. Si Imperator de novo urbem extruxit, vel in posterum extruet, non contendet pro illa vicinus Episcopus, & sub Parochiam suam trahere illam studebit, sed civiles & publicos typos sequetur: Illius scilicet Provinciæ vel Parochiæ Episcopus illam sub se habebit, sub qua illa disposita est & facta obnoxia. Quod ipsum repetit in commentario trigefimi octavi Canonis Trullani. Civiles & publici typhi seu ordinationes sunt tabulæ Romanum imperium in suas Provincias, civitates, castra, territoria dividentes, vulgò dictæ Notitia imperii, atque ita facta per Principem nova civitas habet Episcopum, isque non viciniorem, à cuius throno divulsus est, Episcopum habebit in Metropolitanam, sed illum, qui secundum laudatos est verus & antiquus Metropolita istius Provinciæ. Prior Episcopus nihil retinet in illam juris. Quare hallucinatus est Hincmarus, dum Episcopo Hipponensi in Fussalensem, aut Remensi in Laudunensem ex similis divulsionis radice voluit manere nescio quid specialis potestatis.

Porro Princeps poterat quidem castro aut oppido, ipsum in civitatem exaltando, Episcopum donare; non tamen, jus civitatis eripiendo, auferre. Etenim de Juliano Augusto Majumates dicto jure privatos in antiquam Gazensium potestatem reducente scribit Hermias Zozomenus. Ex eo tempore Gazæ & Majumæ magistratus civiles, belli Duces, Respublica communis est; solo Ecclesiæ statu & gubernatione duæ videntur hoc tempore civitates distinctæ. Nam utraque seorsim suum habet Episcopum, suum Clerum, distinctos agrorum fines, quibus Altaria ad utrumque Episcopatum spectantia distinguuntur. Quidam nostro tempore Gazæ Episcopus, Episcopo Majumæ defuncto, laboravit, ut uterque Clerus sibi subjiceretur. Non enim fas est, inquit, ut uni urbi duo præficiantur Episcopi. At nihil obtinuit. Etiam Sancto Basilio offensus idem impius Imperator Cæsarem Capadociæ Metropolim ex numero civitatum delevit, & Cæsaris nomine privavit. Mansit tamen illic non tantum Episcopatus, sed & Primatus totius Ponticæ Dioceseos. Et de seniori Theodosio Augusto Antiochenſibus offenso scribit in Historia Ecclesiastica Theodoretus: Imperator graviter commotus omnia privilegia urbi illi ademit, & Principatum Laodiceæ vicinæ civitati tribuit. Nihilominus Laodicensis Episcopus Antiocheno rebellare non præsumpsit, nec adsumere Patriarchatum. Quare perperam Zozomenus hæc populari in Julianum odio adscribit: Adscribi debet defectui Augustæ potestatis, cui Ecclesiasticam Hierarchiam ex arbitrio confundere nunquam Ecclesiæ permisit.

CANON XVIII.

Conjuracionis vel conspiracionis crimen & à veteribus legibus est omninò prohibitum: Multò magis hoc in Dei Ecclesiâ ne fiat, admonere convenit. Si qui ergò Clerici vel monachi reperti fuerint conjurantes aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis aut Clericis, gradu proprio penitus abscondantur.

SCHOLION.

Rusticum ac Sebastianum Cardinales Diaconos dejecit Vigilius Pontifex, quod sese ignorante contra statuta Canonum conjurationes fecissent. Ob idem crimen fuisse à Synodo Seleuciensi exautoratum Basilium Ancyræ Episcopum scribit Hermias Zozomenus. Stephanum Ephesinum Primatem abiecit hæc nostra Synodus, quod per conjurationes Episcopatum acquisisset. Et Eusebianos Episcopos Synodus Sardicensis, quod in itinere conciliabula in morem Synodi habuissent, & fœdera cum interminationibus consenserunt. Hinc Synodus Narbonensis existimat conjura-

tiones vetitas Canone Nicæno. At rectè Auxilius Presbyter in opere de Ordinationibus per Formosum Pontificem factis, Synodus Trullana, & Carolus Magnus in Capitulari Aquigranensi affirmant primum in ipsas editum Canonem esse hunc nostrum. Eum innovant Synodus Francofordiensis, ac Remensis sub Sonnatio Archi-Episcopo, uti in ejusdem Ecclesiæ Historia scribit Flodoardus, & Baldricus in Chronico Cameracensi. Ejus edendi causam dererunt Edeſſeni Clerici, nequam Barsumas: aliique Monachi, in Ibam Edeſſenum ac alios Syriæ Episcopos factiosissimis pro Eutychete & Dioscoro conjurationibus colligati.

CA.

CANON XIX.

Pervenit ad aures nostras, quod in Provinciis statuta Episcoporum Concilia minimè celebrentur, & ex hoc plurima negligantur Ecclesiasticarum causarum, quæ correctionibus indigeant. Decrevit itaque sancta Synodus, secundum Canones Patrum bis in anno Episcopos in idipsum in unamquamque Provinciam convenire, quo Metropolitanus Episcopus probaverit, & corrigere singula, si qua fortassis emerferint. Quicumque verò non advenerint Episcopi, resident autem in suis civitatibus, & hoc si in sua incolumitate consistunt, omnique inexcusabili & necessaria occupatione probantur liberi, fraterno corripiantur affectu.

CANON XX.

Clericos iu Ecclesiâ ministrantes, sicut jam constituimus, in alterius civitatis Ecclesiâ statutos fieri non oportet; sed contentos esse, in quibus ab initio ministrare meruerunt: Exceptis illis, qui proprias amittentes Provincias ex necessitate ad aliam Ecclesiâ transierunt. Si quis autem Episcopus post hanc definitionem susceperit Clericum ad alium Episcopum pertinentem, placuit & susceptum & suscipientem communione privari, donec is, qui migraverat, Clericus ad propriam fuerit regressus Ecclesiâ.

SCHOLION.

Canon decimus nonus est innovatio quinti Nicæni, vigesimus moderatur aut potius exponit decimum quintum & decimum sextum Nicænum, nec non primum ac secundum Sardicensem, quintumque hujus Synodi præsentis, dicens calamitatem hostilem esse causam, ex qua liceat translatio Clericorum, adeoque & Episcoporum. Hinc & Pelagius secundus Pontifex Benigno Archi-Episcopo scribit laudatos Canones Sardicenses non de his dicere, qui pulsati aut non recepti à civibus vel à quibuscumque, aut necessitate cogente vel auctoritate majorum transeunt; sed de his, qui spontè prostriunt, aut temeritatis aut ambitionis causa hoc faciunt. Largè & eleganter confirmat in litteris adversus Sancti Arctardi è Nantensis Ecclesiâ translationem ad Turonensem Hincmarus Remensium Episcopus ex verbo Apostoli de muliere, Mortuo viro, cui vult, nubat, ex auctoritate Sancti Augustini, atque exemplo Gregorii Magni, à quo multos Episcopos ob bellicas civitatum ruinas constat fuisse translatos. Addit civitatem debere esse penitus sine resurgente. *Christ. Lupi Oper. Tom. II.*

di spe destructam, dispersumque populum, neque sufficere quamvis ejus afflictionem, inopiam, aut captivitatem intra manus hostiles, ideoque Arctardum esse Ecclesiæ Turonensis non Episcopum ac maritum, sed fornicarium, & adulterum, quod Nanneti adhuc Comes sub vestigialis pensionis onere permittatur residere à Nortmannis, atque ita eadem lege possit & Episcopo manere. Nam & secundas carnales nuptias nequaquam ad uxoris, licet gravissimam, infirmitatem, sed ad solam mortem lex Evangelica permittit. Et Adrianus secundus Pontifex, Arctardi transferendi licentiam concedens Carolo Calvo Francorum Regi, addidit: Si tamen ejus Ecclesiâ penitus diruta & in solitudinem redacta esse dignoscitur. Et de Frotario ob similem necessitatem è Burdigalensi ad Bituricensem Ecclesiâ per Joannem octavum ad ejusdem Regis preces contra Synodi Pontigonensis judicium translato scribit in Ecclesiæ Remensis Historia Flodoardus. Frotario Bituricensis Ecclesiâ fuerat ad tempus à Joanne Papa propter infestationem barbaricam tali tenore concessa, ut hac remota necessitate id etiam removeretur, quod necessitas impetrarat. Unde præcepit Papa Stephanus sextus Fulconi Remensi ac Aureliano

N

Lug.

Lugdunensi Archi-Episcopo, ut eum ad propriam sedem remeare compellant. Eadem lege Gregorius Magnus Joannem à Lusitana Ecclesia transfudit ad Squillitanam: Et ex Italia in Siciliam translatos Clericos cessante calamitate ad proprium titulum redire coegit. De quibuscumque ea ex causa translatis Clericis idem statuit Synodus Trullana. Et omnem hunc nostrum Canonem confirmat ac innovat Synodus Vernensis.

cap. 12.

L. 7. c. 35.

Rectè addit Pelagius secundus Pontifex Sardicensem Canonem etiam non habere locum in Episcopis non receptis à civibus suis. Etenim Socrates adversum illos, qui Proclum à Cyzicenis non receptum Episcopum volebant incardinari non posse Ecclesiæ Constantinopolitanæ, adducit hunc Canonem antiquum. Si quis Episcopus ad aliquam Ecclesiam regendam designatus ad eam non ierit, cum illud non ob suam ipsius culpam, sed quod populos illum rejecerit, vel aliam ob causam, quæ sit necessaria, factum sit, eum licebit honoris & ministerii Ecclesiastici compatem esse, modo nihil facessat molestiarum Ecclesiæ, in qua ipse conventus agit, sed libens approbet, quod Provincie Concilium de re in controversam adducta statuerit. Est Canon decimus octavus Ancyranus, Episcopis à sua Plebe non receptis servari mandans in Ecclesia, cui antea Clerici militarant, hospitis Episcopi honorem, dummodò seditiones non moveant, nec alienas cathedras moliantur invadere: Eumque decimus sextus, decimus septimus, & decimus octavus Antiocheni confirmant. Trigessimus septimus inter vulgares Apostolicos addit rebellis populi adversus ejusmodi Episcopum inceptores Clericos communione privandos. Eum ignoravit Socrates, ideoque existimo non esse Apostolicum, sed aliquot sæculis posteriorem. Est enim quadam mixtura ex tribus laudatis Canonibus Antiochenis. Et hinc nostra præfens Synodus similem Bassiani ex Evazorum civitate ad Ephesinum thronum traslationem discutens & judicans solos dictos tres Canones adduxit, nullum Apostolicorum. Cujuscumque sit Synodi, est antiqua Regula. Nam ex eadem Sanctus Gregorius Nazianzenus suam è Zazymis, ubi nunquam refederat, ad Constantinopolitanos translationem conatus est purgare. Et de Joanne Thalaja ab Alexandrinis non recepto scribit Liberatus Carthaginensis. Joannes habens Episcopi dignitatem remansit Romæ, cui Papa Felix tertius Nolanam dedit Ecclesiam, in qua plurimos residens annos in pace defunctus est. Et Cuvuludum monasterio Aquefensi ordinatum sine sua culpa, & non receptum Episcopum duodecima Toletana Synodus permittit in aliam

Act. 11.

C. 10.

C. 12.

sedem incardinari. Errant, qui ejusmodi Episcopis à Canone Ancyrano concedi putant solum Presbyteri honorem. Etenim Joannes Thalaja Romam mansit habens Episcopi dignitatem. Et de seipso ac Basilio, suo in Ephesina cathedra Antecessore, dixit ad hanc nostram Synodum memoratus Bassianus: Basilius alium in Evazorum civitate ordinavit Episcopum, mihi verò reddidit communionem, & locum Episcopatus. Etiam Proclus à Cyzicenis repulsus, & Gregorius Zazyma refusans manserunt in eadem dignitate.

Rectè item ait Pelagius Pontifex à Sardiceni Canone non tangi illos, qui transeunt ob Ecclesiæ necessitatem ex auctoritate majorum. Etenim supra dixi Sanctum Eustatium Patriarcham Antiochenum ab ipsa Nicæna Synodo ex Ecclesia Berthænsi translatum Antiochiam. Et quarta Synodus Carthaginensis statuit. Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat; nec quisquam inferioris Ordinis Clericus. Sanè si illud Ecclesiæ utilitas sciendum poposcerit, decreto pro eo Clericorum & laicorum Episcopis porrecto, in præsentia Synodi transferatur: Nihilominus alio in loco ejus Episcopo ordinato. Inferioris verò gradus Sacerdotes vel alii Clerici concessione suorum Episcoporum possint ad alias Ecclesias transmigrare.

C. 27.

cap. 13.

cap. 16.

cap. 2.

Extra hosce casus Episcoporum præsertim traslatio habita semper fuit à Romana Ecclesia tamquam intrusio, adulterium, ac stuprum, adeò ut nec à ipsum Apostolicum Sancti Petri thronum fuerit permittitur. Hinc de Basilio Augusto scribunt in litteris post octavam Synodum exstantibus Stephanus sextus Pontifex & Stylianus Neo-Cæsareæ ad Eufratem Metropolita, quod Marinum Papam, qui Diaconus in laudata Synodo Adriani secundi Legatus fuerat, & iustus in Photii crimina vindex, traslationis falsò accusari, damnandumque ac è Pontificum tabulis eradendum curarit, ita sperans ejus in dictum Constantinopolitanæ Ecclesiæ intrusum sententias exsufflare. Et Formosum Portuensem Episcopum non tantum ob prava apud Bulgaros acta, sed & ob tentatum transitum ad sedem Romanam damnavit Joannes octavus. Postmodum Romanam, & quidem primum translatus est Formosus, ideoque jam defunctum fuisse à Sergio tertio damnatum ac degradatum scribit Luitprandus Diaconus Ticinensis, arguens & Joannem decimum, Bononia Ravennam, Ravenna Romanam translatum. Quod in Cadaloo, Parmensium Episcopo, ac Sedis Apostolicæ invasore, damnat & Sanctus Petrus Damiani. Aliter jam sentit Romana Ecclesia: Ex firmis rationibus, suo tempore adducendis.

L. 1. c. 8.

L. 2. c. 3.

L. 1. Ep. 10.

C. 9.

cap. 35.

CANON XXII.

Non licere Clericis post obitum sui Episcopi res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoque est Canonibus constitutum. Quod si hoc facere tentaverint, graduum suorum periculo subjacebunt.

SCHOLION.

Canon vigesimus primus est sexti Constantinopolitani innovatio, facta item per plures Synodos Carthagenenses; vigesimus secundus innovat alium antiquum mihi ignotum, vetustamque Ecclesiæ consuetudinem, mandantem defuncti Episcopi ac viduatæ Ecclesiæ res omnes esse sacrosanctas, à nullo Clericorum invadi aut lædi, sed successori intactas reservari. Eandem innovat prima Synodus Terraconensis, jubens Episcopi sine testamento defuncti res in scriptum Breve seu inventarium redigi per Clericos à minima usque ad maximam, earumque nihil præsumi sub reatu furti. Ilerdensis Synodus queritur sanctionem hanc violari passim à Clericis, ac defuncti Episcopi substantiam immanitèr dilacerari, ideoque definit certos illi è Clero deputari custodes. Synodus Hispaniæ Valentina hosce Canones extendit ad Episcopos defuncti supellectilem, libros, species, utensilia, vascula, fruges, greges, animalia, eorumque raptores Clericos vult per Metropolitanam aut Provinciam Synodum puniri & cogi ad plenam restitutionem. Addit inventarium intra defuncti octavas ab ipso Visitatore Episcopo deinceps faciendum, transmittendumque Metropolitanæ, qui jam ipse, & non amplius Ecclesiæ Clerus dabit domui viduatæ œconomos & custodes, cogendos ipsi ad rationes suo tempore: Extenditque hanc omnem regulam ad defuncti parentes & consanguineos, sub suæ hæreditatis separandæ fisco consuetos & Ecclesiæ res occupare, statuitque separationem illam à successore Episcopo fieri, aut certè, dum ejus promotionem contigerit differri diutius, à Metropolitana. Hæc omnia confirmat nona Synodus Toletana, addens de Episcopo Visitatore. Si locuplex decedentis Ecclesia fuerit, non amplius quam libram auri cum gratia offerentium auferre pervertet; si verò minor rebus exstiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet. Quod ita antiquitas servavit. Et de Metropolita. Ex eadem morientis Ecclesia nihil prorsus auferre præsumat, sed solam, quæ ad eum pertinet, salvationis curam impendat. Et Visitator ergo & Metropolitanus Episcopus ex tunc coeperunt sibi spoliolum jus prætere, adversus quod statuit etiam Synodus Trullana. Nulli omnium Metropolitanarum liceat mortuo Episcopo, qui ejus throno subest, res ipsius vel Ecclesiæ ejus auferre vel sibi vindicare, sed sint sub custodia

Cleri Ecclesiæ, cui defunctus præfuit, usque ad alterius Episcopi promotionem: Præterquam si in eadem Ecclesia non sint relicti Clerici. Tunc enim Metropolitanus ea non diminuta servabit, ordinando Episcopo omnia reddens. Loquitur adversus solum Metropolitanam, non adversus Visitatorem, quod illi permittitur media aut integra auri libra sit non tam spoliolum, quam laboris honorarium Xenium, probatum etiam à Sancto Gregorio Magno in litteris ad Petrum Episcopum Tricalitanum, & in litteris ad Leontium Visitatorem Episcopum Ecclesiæ Ariminensis. Porro Xenium illud apud varios fuit varium.

L. 4. Ep. 14. Epist. 42.

Eadem fuit antiqua lex Ecclesiæ Gallicanæ. Etenim quinta Synodus Parisiensis statuit, ut defuncti Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut cujusvis inferioris Ordinis Clerici res à nullo ante apertum testamentum quavis auctoritate contingantur, sed ab Archi-Diacono aut Clerico deserviant & conferentur. Addit adversum spoliolum jus ab Episcopo aut Archi-Diacono usurpari ceptum. Comperimus, cupiditatis instinctu, deficiente Abbate, Presbytero, vel his, qui per titulos deserviant, præsumtum quodcumque in mortis tempore dereliquerint, ab Episcopo vel Archi-Diacono diripi, & quasi sub augmentum Ecclesiæ revocari, & Ecclesiam Dei per pravas cupiditates exspoliatam relinqui. Statuimus observandum, ut neque Episcopus, neque Archi-Diaconus exinde aliquid auferre præsumat, sed in loca, ubi moriens hoc dereliquerit, perpetualiter debeat permanere. Quod ipsum statuunt prima Synodus Cabilonensis, Remensis sub Sonnatio Archi-Episcopo, Pontigonensis, nec non sacrosancta Tridentina, Atamen Patriarchis, Metropolitanis, Episcopis, Archi-Presbyteris, & Archi-Diaconis nunquam plenè potuit efestucari spoliolum jus, alibi exponendum.

cap. 7.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

lib. 1.

CANON XXI.

Clericos aut laicos accusantes Episcopos aut Clericos, passim & sine probatione ad accusationem recipi non debere, nisi prius eorum discutatur existimationis opinio.

CANON XXIII.

Pervenit ad aures sancti Concilii, quod quidam Clerici & monachi, quibus nihil ab Episcopo suo commissum est, aliquando verò & communione ab eo privati, pervenientes ad urbem Regiam Constantinopolitanam, in ea diutius immorantur, excitantes turbas, & statum Ecclesiasticum commoventes, subvertentes etiam quorundam domos. Decrevit itaque sancta Synodus, hujusmodi primò quidem per Defensorem Constantinopolitanæ sanctissimæ Ecclesiæ commoneri, ut egrediantur ab urbe Regia. Quod si iidem negotiis impudenter insistant, etiam nolentes idem Defensor expellat, ut ad propria loca perveniant.

SCHOLION.

Smiles Palatii ac Regiæ civitatis forices, & vanitatis mundanæ aucupes Clericos & monachos eodem modo tractant Synodi variæ. At verò de Defensoribus Ecclesiasticis ad Laurentium Senientem Episcopum scribit etiam Innocentius primus Pontifex: Adum est apud Principem adversus Bonifacios hæreticos à Defensoribus Ecclesiæ nostræ, quod eos possint expellere. Et Sergium Defensorem graviter negligentis arguit Gregorius Magnus, quod Monialem Apostatam non comprehenderit, retruseritque in monasterium. Et in litteris ad Chrysantum Spoleti Episcopum scribit, quod Clericos cum extraneis mulieribus habitans Defensor debeat corripere, Episcopo deferre, & à pravo illo contubernio separare. Et apud Gratianum Pelagius Pontifex Probinum, Milianum, & Probinianum Pseudo-Monachos per Joannem Defensorem mandat detineri, sibi exhiberi, & in insulam deportari.

Defensio à Romana Republica venit ad Ecclesiam, eratque in Republica nobile officium, civile aliud, aliud militare, spectans ad Legionum Auxilia, de quo ad nostrum propositum non spectante videatur Guido Pancirolus in notitia imperii Orientalis. Civiles Defensores antiquitas passim vocabat Defensores civitatum: Gratianus Augustus Defensionis beneficium ac peculiare quietæ Rusticitatis patrocinium, Theodosius ac Valentinianus tertius publicam sollicitudinem, Leo & Anthemius vocant Defensores Plebis. Justinianus Augustus in lege novella ad Joannem Prætoriorum Præfectum queritur Defensorum nomen suo tempore languere conculcatum sub varia injuria, ad quam ab aliis propulsandam fuit à Majoribus institutum: Si quidem Defensores fiebant viri obscuro, inopes, iudicibus ferviliter obnoxii, eorum iniquitati non ausi obistere. Erat munus adeò nobile, ut eos non ex Decurionum aut Cohortantium plebeo corpore, sed ex solis idoneis, id est, honoratis ac opulentis per-

sonis eligendos statuerint Valentinianus & Valens Augusti. Addidit Justinianus etiam Illustres & Milites ab illo non esse exemptos. Confirmavit item Honorii & Theodosii legem de eligendo Defensore per civitatis Episcopum, Clerum, Honoratos, Possessores, & Curiales, confirmandoque per Prætorii Præfectum. Nam quomodo Romana urbs Senatam, Consules, & Tribunos Plebis; ita alia civitates habebant Curiam, Duum-viros, ac Defensores. Alexandria ob sui eminentiam non simplicem Defensorem, sed iudicium habuit amplioris dignitatis ac potestatis.

Defensoris potestas erat varia. Primo ex Valentiniani ac Valentis ad Senecam Defensorem rescripto judicare poterat omnes civiles causas minores non excedentes summam quinquaginta solidorum: Et ex Gratiani rescripto omnes causas pecuniarias quietæ Rusticitatis. Secundò, rusticam urbanamque Plebem ab omni improborum, etiam iudicium & aliorum Reipublicæ Officialium, insolentia ac temeritate debebat defendere, ideòque ad iudices habere liberrimum accessum. Tertio, efficere debuit, ut scelera non essent impunita, & sceleratis adversus publicam vindictam non præberentur patrocina, ideòque in regionibus latrociniali grassationi subjectis oportebat esse probatissimos ac strictissimos disciplinæ zelatores. Quarto, graviora crimina deferabant ad publicum iudicem: Ipsi enim nullas multas imponebant, nec severiores exercebant quaestiones; iudicabant tamen delicta leviora. Durabat munus ad quinquennium, nec sine Principis licentia deponi poterat: Justinianus Augustus ad biennium contraxit, ampliavitque potestatem. Ex hac radice quædam Belgicæ civitates, quas inter est mea Irenensis, etiamnum habent; non Consulem seu Burgimagistrum, sed Advocatum seu Defensorem.

Ecclesiasticorum verò Defensorum munus exponit in prima Synodo Carthagenensi Gratus ejusdem Ecclesiæ Archi-Episcopus, agens adversum leges Imperiales, quibus Clerici è Curia adsumpti ad eandem cum insigni Ecclesiæ nota & dam-

Cap. 9. damno revocabantur: Quod si injuria Constitutionis Imperialis Clericos inquietandos putaverint Ministri Reipublicæ, si Defensio Ecclesiastica nos non deridet, pudor publicus vindicabitur. Et quinta Synodus Carthagenensis. Ab imperatoribus visum est universis postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut Defensores eis adversus potentias divitum cum Episcoporum provisione delegentur. Et Synodus Milevitana. Placuit, ut petatur à Gloriosissimis Imperatoribus, ut jubeant iudicibus dare peritos sibi Defensores Scholasticos, qui in actu sint vel in officio Defensionis causarum Ecclesiasticarum, more Sacerdotum Provincie, ut iidem ipsi, qui Ecclesiarum Defensionem susceperint, habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quoties necessitas flagitarit, vel ad obstandum callidè decipientibus vel obrepentibus, vel ad necessariam suggerenda, ingredi iudicium secretaria. Et Sanctus Gregorius Magnus Ecclesiasticæ utilitatis intuitu creat Vincomalum Defensorem hac lege: Ut quidquid pro pauperum commodis tibi à nobis injunctum fuerit, incorruptè & vacaciter exequaris. Et in litteris ad Bonifacium primum Defensorem scribit, Defensorum officium in causis Ecclesiæ & Pontificum obsequiis laborare. Et Vitali Sardiniz Defensori mandat, ut monasteriis contra quorumvis injurias, & Clericis contra iniqua Episcoporum gravamina officium Defensionis impendat, addens de gravaminibus seu punitionibus iustis: Episcopum reverenter accede, & apud eum non Defensor culpa, sed potius intercessor exisistat. Ecclesiastica namque Defensione firmari, non solvi, aut lædi debet Ecclesiæ disciplina. A Nereida clarissima apud Sardos vidua rogatus idem Pontifex eò legat Redemptum Romanæ Ecclesiæ Defensorem, qui ejus adversarios ad Januarii Metropolitanæ iudicio standum & parendum cogeret. Eodem sermè tenore pro Januarii quadam scribit ad Fantinum Panormi Defensorem, passimque ad stipulantur Græcorum Patres & Canonistæ. Quocirca præcipuus hujus Defensionis iustituendæ scopus fuit Ecclesiam, pauperes, viduas, orphanos, quasvis miserabiles personas ab iniquis potentum servitutibus & vexationibus tueri & liberare. Addita illi est, ad civilis Defensionis normam, & duplex potestas. Prima fuit coactiva, per hunc nostrum Canonem laudata & jam satis exposita, qua quovis criminosis Defensor poterat atque debebat corripere, compescere, comprehendere, Episcopo deferre ac tradere. Altera fuit iudicativa, de qua Symeon Archi-Episcopus Theffalonicensis in opere de sacris Ordinationibus. Proto-Deffens, seu primus Defensor delegatur, ut revertentes ab Apostasia recipiendi curam habeat, atque ut prævaricationes legis vindicet, eosque qui homicidii aut alterius criminis sunt rei, examinet & in eos inquirat, quò si quid auxilii ad eorum salutem procurandam ab Ecclesia postulent, ipsi præstetur. Et antiqua explicatio officiorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Primus Defensor judex est, vices gerens Episcopi. Judicat autem cum duobus iudicibus minutas causas ad Episcopum delatas. Et alia antiqua notitia. Primus Defensor suscipit transfugas, & quaestiones Ecclesiasticas iudicat, utique minores, easque, teste alia no-

titia, ad Episcopum refert. Officium hoc sub duodecimi sæculi finem insigniter exaltavit Patriarcha Georgius Xiphilinus, de quo Joannes Citri Episcopus in quinto libro juris Orientalis. Primi Defensoris officium, cum antea esset inter inferiora, post in eminentiorem ordinem statutum est à beatæ memoriæ Patriarcha Constantinopolitano Georgio Xiphilino. Primus Defensor tunc inter quinque Ecclesiæ Constantinopolitanæ Crucigeros relatus est, supremum istic Cleri ordinem, qualis in Romana Ecclesia est dignitas Dominorum Cardinalium. In sexta Synodo generali memoratur Anastasius Diaconus, & Notarius, & Defensor navium: Varios namque variarum rerum & personarum Defensores habuit Constantinopolitana Ecclesia, eorumque Princeps & caput erat primus Defensor. Etiam plurimos habuit Romana Ecclesia, ad generales & privatæ causas audiendas, Apostolicique patrimonii regimen in omnem regionem mitti consuetos, ideòque Gregorius Magnus eorum corpus honorare volens, instituit & variis privilegiis donavit septem Defensores Regionarios, quorum tamen primus ad Cardinalitiam dignitatem non pervenit.

Quæstio est, An Ecclesiasticus Defensor debuerit esse Clericus, & in quo gradu? Pro parte negativa facit Zozimus Pontifex, agens de servandis Ecclesiasticorum Ordinum interstitiis. Etiam Defensores Ecclesiæ, qui ex Laicis sunt, supradicta observatione tenentur. Quæ verba repetit Sacramentarium Gelasianum post Missam ante Dominicam secundam Quadragesimæ. Et quinta Carthagenensis ac Milevitana Synodus dicunt hosce Defensores debere esse Scholasticos, id est, Forenses causarum patronos, ideòque à Principe ad istud Ecclesiæ ministerium postulandos & delegandos: At verò Clericus nunquam esse potuit rabula forensis. Et ad Antoninam Patriciam, quæ nescio quem monachum rogat promoveri in Defensorem, scribit Pelagius secundus Pontifex. De presentium portitore, quod Defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit: Quia verò satis amarissimum habeo de isto proposito, ad istud officium homines duci, in quo nullo modo quæ à monachis Deo promissa sunt, valeant impleri. Omnimoda enim illi estibus habitus & istius officii diversitas. Illic enim quiete, oratio, labor manuum; at hic causarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, & quæcumque vel Ecclesiastica instituta vel supplicantium necessitas possit. Ait monachos ad Sacerdotium, non ad litigiorum officia ordinari, adeoque hæc officia etiam Sacerdotio supponit repugnare. Et Sanctus Gregorius Magnus scribit litteras ad Paschalem, Demetrianum & Castorium, legitimos filios Urbici Defensoris. Et non habens Diaconum, aptum legari ad Phocæ novo Augusto de adepto imperio gratulandum, in gradum illum ordinavit Bonifacium primum Defensorem. Et cunctis Defensoribus Regionariis pro magno privilegio dat facultatem sedendi, absente tamen Episcopo, inter Clericos; ideòque clarum videtur Laicos fuisse.

Pro parte autem affirmativa facit hic noster Canon libertinos Clericos & monachos mandans à Defensore non tantum expelli de urbe Regia, sed

Epist. 20.

L. 7. Epist. 9. 10.

L. 11. Ep. 42. 43.

16. qu. 1. c. 18.

E. 70.

L. 1. Cod. tit. 55. c. 10. L. 57. c. 1. Leg. 15.

Cap. 16.

L. 4. c. 25.

L. 7. Ep. 17.

Epist. 99.

Epist. 29.

Ep. st. 117.

Cap. 13.

Cap. 9.

Act. 8.

L. 7. Epist.

17.

Ep. 1. c. 3.

Epist. 11.

L. 1. Epist. 60.

L. 11. Epist. 45.

L. 7. Epist. 17.

sed & prius admoneri, quod certum est fieri non potuisse per laicum. Et secundus Canon palam dicit Ecclesiam Defensorem esse Regulam subiectam, id est, Clericum, ideoque eius promotionem pretio factam damnat de simonia. Et Gelasius primus Pontifex, exponens modum monachi ad Clerum promovendi, scribit ad Lucaniam & Siciliam Episcopos: *efficiatur ante omnia Lector, Notarius, aut certe Defensor*. Ex quo videt neminem, nisi ad minus Lector esset, potuisse in Defensorem promoveri. Et inter Clericos, ad citandum Eutychemet ad Sancto Flaviano Episcopo Constantinopolitano missos, fuit Joannes ejusdem Ecclesiae Presbyter ac Defensor. Et in octava Synodo plures ex ejusdem Ecclesiae Presbyteris à Photii schismate ad matris Catholicæ unitatem redeuntibus dicuntur fuisse Defensores. Et Sanctus Gregorius in litteris ad Petrum Subdiaconum, Siculi Patrimonii Rectorem, laudat Cyriacum Presbyterum ac Defensorem. Exemplis pluribus ostendi possit eos passim Presbyteros aut Diaconos fuisse.

Respondeo tempora distinguenda, Prioribus namque sæculis videntur Ecclesiarum Defensores fuisse laici, per Principem dati & delegati ad preces Episcoporum. Ità evincere videntur Zozimi Pontificis & Africanarum Synodorum decreta. Noluit tunc Ecclesia Clericos, quomodo dudum adhuc postea Pelagius secundus monachos, in forensium negotiorum turbidos & profanos clamores immittere. Et hinc dixit Gratus Episcopus Carthaginensis: *Si Ecclesiastica Defensio nos non deridet*. Fiebat enim per personas

laicas, ideoque ob plenam in illas potestatis defectum poterat omnino Ecclesia ab ipsis derideri. Et postmodum omnino derideri coepit, ideoque in Clericos coacta est munus transferre. Nam, ut supra à tertio hujus Synodi Canone audivimus, ob Ecclesiam, viduarum, pupillarum, & quorumvis pauperum necessitates potest omnino & debet quandoque Clericus forensibus ac sæcularibus negotiis commiseri. Et hinc apparet hoc Defensores sub Christianis Imperatoribus primum coepisse. Quomodo enim à gentilibus Ecclesiam hostibus fuisse postulat aut dati? De illis dici possent longè plura: Ad sufficiunt hæc ad nostri Canonis intellectum. Dumtaxat addo, quod apud Gratianum Urbanus secundus, grassantem tunc Laicorum Patronorum simoniam ab Ecclesia ac nominatim nostra hac Synodo damnari ostensus, rectè dicat ab hoc nostro ac item tertio supra exposito Canone per Defensores intelligi Ecclesiarum Advocatos, Judices, seu Castaldos. Antiqui enim Defensores Clerici ob suam ex barbarica temporum iniquitate infirmitatem erant in ejusmodi petentes ac Principes Laicos demutati, adversus quorum tandem etiam depravatorum simoniam ac rapinas dudum pugnavit Ecclesia, tandemque obtinuit victoriam, de qua Psalmus: *Ut destruas inimicum & Defensorem*. Eorum originem, merita, pravitates, interitum alibi exponam. Ex eisdem antiquis Ecclesiae Defensoribus prodierunt Advocati & Procuratores pauperum, nec non privilegiorum Conservatores.

CANON XXIV.

Quæ semel ex voluntate Episcopi dedicata sunt monasteria, perpetuò manere monasteria, & res, quæ ad ea pertinent, monasterio reservari: nec posse ea ultra fieri sæcularia habitacula. Qui verò hoc fieri permiserint, Canonum correptionibus subjacebunt.

SCHOLION.

Hæreticæ pravitatis veneno leprosa monasteria vacuare atque extirpare est perpetua Ecclesiae praxis. Etenim de Eustochio Hierosolymæ Episcopo & novæ Lauræ monasterio Origenis erroribus tabido scribit Evagrius Epiphaniensis: *Ad novam Lauram profectus Eustochius omnes inde ejecit monachos, & tamquam communem perniciem longè fugavit*. Exempla alia adduxi supra ad Ephesinæ Synodi decretum de Mesalianis. Antiocheni Patriarchatus Episcopi à Barsuma nequissimo Archimandrita ac ejus monachis Eutychnianistis gravissimas calamitates passi parabant eodem jure tractare eorum monasteria, nosterque Canon annuit; addit tamen monasteria, utpotè Divino dominio per consecra-

tionem singulariter acquisita, non demutari in laicorum habitacula, sed tradi aliis monachis orthodoxis. Et hinc Marcellianus Augustus, in lege ad Palladium Prætorii Præfectum exequens hunc Canonem, ejusmodi Eutychnianistis Clericis & monachis omnem Ecclesiastici conventus licentiam interdicit, ac addit: *Domus vel possessio, in quam convenerint, Fisco sine dilatione societur; monasterium verò ejus civitatis orthodoxæ Ecclesie, in cujus territorio est, jubemus addici*. Nempe in laicam habitationem demutari non potest monasterium, ideoque nec labi ad Fiscum. Et scabiosissimum ipsius Eutychemet monasterium non extingui jussit Sanctus Leo Pontifex, sed dumtaxat catholico Abbate donari, qui illam servorum Dei congregationem à pravo dogmate liberare & veritatis institutis posse instruere. Verùm Eutychnianistæ, quos de monasteriis

oportebat exclusos, excludere monachos, ipsosque Episcopos orthodoxos, uti docent eorum famosissima ac horrendissima facinora in Ecclesia Alexandrinam ac Hierosolymitanam. Quod ipsum diu postea in libellis ad Hormisdam Pontificem missis Archimandritæ secundæ Syriæ, & nominatim de Severo Pseudo Patriarcha Antiocheno in libellis exhibitis Synodo Constantinopolitanæ sub Menna Patriarcha queruntur monachi Apameenses: *Queruntur monasteria sua invasa, spoliata, destructa, demutata in lupanaria & fornices*. Adversus horum sacrilegiorum reliquias necdum penitus extinctas existimo Canonem nostrum innovari à Synodo Trullana, mandarique, ut omnia in laicos usus huc usque devoluta monasteria restaurarentur, ac Ordini monastico restituantur.

Eutychnianistis post laudatam Synodum mox successerunt monasticorum vororum exufflatores, verique nostrorum Lutheranorum & Calvinistarum præcursores ac magistri, Iconoclastæ, de quibus ad septimam Synodum legit Epiphanius Diaconus Ecclesie Constantinopolitanæ. Undè incipiam singularum rerum turbationes, sanctorum templorum profanationes, venerabilium monasteriorum pollutas translationes in sæcularia receptacula, ità ut inhabitantes in eis reverendi viri post rapinam bonorum suorum ad Barbaricas regiones pergerent, eligentes potius inter gentes degere, quàm cum contrivulibus obscenam vitam ducere, Divino obedientes Apostolo: **CUM HIS NEC CIBUM SUMERE**. Et quod est omnium horum atrocissimum, quia etiam usque in præsens hæc impietas profanationis venerabilium monasteriorum apud quosdam prævaricatoriè permanet, & pro sacris hymnis & voce exultationis, que in tabernaculis justorum sunt, cantica meretricia & satbanica modulationes, & pro creberrimis genuflexionibus saltatoriè inflexiones. Hunc Canonem nostrum denuò innovat septima Synodus, istosque evertores, nisi omnia restituerint & restaurarint in formam antiquam, anathematizat tamquam à Deo in ignem sempiternum deputatos, adversatosque Divinæ legi: *Non facietis domum Patris mei domum negotiationis*. Quod idem inseruit in ipsam fidei definitionem. Et octava Synodus Generalis, Apostolicos & Paternos Canones innovans, statuit. *Si Episcopus convulsus fuerit construxisse monasterium de redditibus Ecclesiasticis, tradat ipsum eidem Ecclesie; si verò de propriis rebus, aut de aliis quibusdam conventionibus, habeat id secundum propriam potestatem & voluntatem omni vita sua, & post finem vite dimittat & conferat hoc quibuscumque voluerit, non tamen sæculare diversorium fiat*. Præcipua sempiternæ damnationis causa Carolo Martello fuit, quod monasteria ac monachorum alimenta in militum diversoria & stipendia demutarit. Hinc ejus filius Carolomannus, paternæ calamitatis horrore concussus, sese in monasterio tamquam vile mancipium ab-

didit, & nepos Carolus Magnus, collapsam apud nos Christianitatem reparans, hunc nostrum Canonem inseruit suo Capitulari Aquigranensi. Et adversus Episcopos, de nimia novorum in Hispania Bætica monasteriorum multitudine murmurantes, statuit secunda Synodus Hispalensis, *ut illa, sicut antiqua, immobili & inconcussa stabilitate permanent solidata*; Episcopum spoliare, convellere, dissolvere autem damnat anathemate, tamquam sacri cæus everforem, attentantem destruere tramitem tantæ & tam salutaris vitæ. Convulsam monasterium mandat per Provinciam Synodum restaurari, *ut quod unus impiè subvertit, omnes reforment*. Videndus & tertius Canon tertie Synodi Cæsar-Augustanæ.

Quin immò monasteria, licet ex causis gravissimis, ad sæculares Clericos transferre fuit semper res difficillima. Etenim Archi-Episcopo Salisburgensi, volenti in insula Chienfi Episcopatum erigere, ac ex quarundam Monialium, quæ monasterium suum in lupanar verterant, eiciendarum bonis dotare, noluit acquiescere Innocentius tertius, nisi certus de plenè desperata omnium penitus Monialium incorrigibilitate. Et capte à Flandris nostris Constantinopoleos Patriarchæ latino, paranti Græcorum monachorum cænobia in latinorum Clericorum sæcularia Capitula convertere, atque ità latinæ Ecclesie ritum illic stabilire, respondit idem Pontifex in hæc verba. *De monasteriis Græcorum in sæculares Canonicos convertendis Fraternitati Tue breviter respondemus, quod quamdiu per regularis Ordinis viros, sive Græcos sive Latinos, remanere poterunt ordinata, non sunt ad sæculares Clericos transferenda, sed si Regulares defuerint, propter eorum defectum sæculares Clerici poterunt ordinari*. Exstat Epistola in vita ejus scripta per auctorem, licet incognitum, antiquum ac irrefragabilem, publicata verò per Franciscum Bosquetum Episcopum Montis Pessulani. Et Ottonem tertium Augustum, ex Romana Sancti Pauli Basilica deformatos monachos eicere, & sæculares Clericos inducere cogitantem, fuisse prohibutum ab apparente ipso Paulo Apostolo, testatur Glaber Rudolfus. Plurima sunt ejusmodi exempla. Nam in sola Anglia plusquam è quadraginta invasis monasteriis Clericos sæculares ejecit, monachosque reduxit Sanctus Dunstanus Archi-Episcopus Cantuariensis. Quomodo Ecclesie Conventrens Cathedralis monachos, ab Hugone Episcopo ejectos, quasi Divino lumine motus restituerit, Clericoque ejecerit laudatus Innocentius, refert Matthæus Paris.

Restringit se Canon noster ad Monasteria dedicata ex voluntate Episcopi. Conformiter ad quartum Canonem vetantem sine Episcopi voluntate erigi monasterium. Aliter erecta non habet pro veris monasteriis, ideoque eorundem privilegii prohibet gaudere.



C A N O N X X V.

Quoniam quidam Metropolitanorum (quantum comperimus) commissos sibi greges negligunt, & Ordinationes Episcoporum facere differunt, placuit sanctæ Synodo intra tres menses Ordinationes Episcoporum celebrari, nisi fortè necessitas inexcusabilis coegerit tempus dilationis extendi. Quod si hoc minimè fecerit, correptioni Ecclesiasticæ subjacebit: Verumtamen redditus Ecclesiæ viduatae penes Oeconomum ejusdem Ecclesiæ integri reserventur.

SCHOLION.

Anteà vagum erat sedium vacantium tempus, ideoque earum visitatoribus seu interventoribus mandat quinta Synodus Carthaginensis dare operam, ut intra annum ejusdem Episcopum provideant: Quod si neglexerint, anno exempto aliis interventoribus tribuatur. Canon noster reducit ad tres menses, de quibus queritur, An à factæ electionis, an à cæptæ vacationis die sint computandi? Respondeo computandos à cæpta vacatione. Etenim ad Constantium Mediolanensem Archi-Episcopum scribit Sanctus Gregorius Magnus: *Sacri Canones*, utique hic noster, *ultra tres menses Ecclesiam præcipiunt non vacare*. Et ad Marinianum Archi-Episcopum Ravennæ: *Ultra tres menses Ecclesiam vacare Pontifice statuta sacrorum Canonum non permittunt*. Idem asserunt duodecima & decima tertia Synodi Toletanæ; ideoque universæ Hispaniæ Episcopos permittunt confirmari & consecrari ab Archi-Episcopos Toletano: Nam intra tres menses non poterat à Rege peti eligendi facultas, Electus Regem accedere, ejus beneplacitum impetrare, redire ad manus sui Metropolitanæ. Et Synodus Vernensis habita sub Rege Pippino. *Post mortem Episcopi non liceat Episcopatum esse sine Pastore supra tres menses, nisi talis necessitas grandis evenierit, ut nullo modo aliter fieri possit*. Statuit adversum Caroli Martelli in vacantes Ecclesias tyrannidem, additque suo Canoni hanc epigraphen: *Ex Synodo Chalcedonensi*. Et Hincmarus in litteris ad Ludovicum tertium Francorum Regem: *Sexcenti triginta, & eò amplius Episcopi in Chalcedona civitate congregati constituerunt, ut ultra tres menses Ordinationes Episcoporum non differantur*. Et Innocentii secundi Synodus Lateranensis: *Ultra tres menses vacare Ecclesias prohibent Patrum sanctiones*. Et hinc apud Gratianum Pelagius secundus Pontifex cunctis Metropolitanis seriò mandat, ut intra tres à sua consecratione menses Pallium, sine quo Episcopos consecrare non possunt, à sede Apostolica postulent, aut commissa sibi careant dignitate; sitque Metropolitanis aliis licentia post secundam & tertiam communionem viduatis Ecclesiis cum consilio Romani Pontificis Episcopos ordinandi. Electum verò ultra tres, communionem; ultra quinque menses petendæ

consecrationis negligentem privat adepto Episcopatu. Innocentius tamen tertius apud Gregorium nonum in litteris ad Decanum & Capitulum Ecclesiæ Andegavensis legit: *Ad sex menses*. Eosque computandos à prima Ecclesiæ vacatione. Antiquum rigorem stabilire conatur idem Pontifex in sua Synodo Lateranensi. *Statuimus, ut ultra tres menses Cathedralis vel Regularis Ecclesia non vacet, infra quos, jussu impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximè præesse noscitur, devolvatur*. Statuere videtur adversum negligentiam, reverà autem statuit adversum violentiam Regiæ licentiæ ad eligendum tunc necessariæ servitutum, qua passim Electiones differantur etiam ad annos. Eam superari non posse videns Bonifacius octavus statuit quodcumque factam electionem statim insinuari Electo, infra mensem ab illo, nisi Regularis sit diffusus à suo Superiore, admitti aut refutari, actum intra tres menses impetrari consecrationem, alioquin *Electio eo ipso viribus vacuetur*. Quod tempus denuò extenderunt Gregorius decimus & Calixtus tertius, tandemque statuit sacrosancta Synodus Tridentina: *Ad majores Ecclesias promoti munus consecrationis infra tempus à jure statutum suscipiant*. Et infra. *Qui munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur; si intra totidem menses postea id facere neglexerint, Ecclesiis ipso jure sint privati*. Etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Scholias marginalis citat hunc nostrum Canonem: At ille à cæpta Ecclesiæ vacatione, Tridentinus à data per Dominum Papam confirmatione vult tres menses computari. Addit: *Prorogationes ultra sex menses concessæ nulli suffragentur*. Eodem modo in Synodo Constantiensi Martinus quintus cassavit omnes ejusmodi dispensationes, mandans cunctos huc usque dispensatos consecrari intra sex menses, deinceps eligendos infra terminum juris. Statuit præsertim adversum antiquum ac pessimum Germanorum Episcoporum abusum, quem, teste Godofredo monacho, etiam Fredericus primus Augustus, tamquam Canonum executor, conatus est extirpare. Et rectè. Etenim verè dicit duodecima Synodus Toletana: *Dum differatur Ordinatio Episcopi, non minima creatur Divinorum*

orum officiorum offensus, & Ecclesiasticarum rerum perditio.

Addit Canon noster: *Redditus Ecclesiæ viduatae penes Oeconomum ejusdem Ecclesiæ integri reserventur*. Est antiqua Ecclesiæ lex, ex qua Nestorii dejectionem Ephesina Synodus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Oconomis singulariter denunciavit, & adjunxit: *Sedulò proinde omnia, quæ ad Ecclesiam pertinent, custodite, ut rationem illi red-*

dituri, qui ordinandus est Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopus. Eodem tenore scripsit de exauctorato Dioscoro hæc nostra Synodus ad Oconomos Ecclesiæ Alexandrinæ. Statuit porro Canon adversus quorundam Metropolitanarum rapacitatem, quam quidam postea Reges pessimè æmulati sunt, vacantium Ecclesiarum proventus inter jura Regularia computantes, de quo dicendum est alibi.

Act. 7.
F. 374.

C A N O N X X V I.

Quoniam in quibusdam Ecclesiis (ut rumore comperimus) præter Oeconomum Episcopi facultates Ecclesiasticas tractant: Placuit omnem Ecclesiam habentem Episcopum habere Oeconomum de Clero proprio, qui dispense res Ecclesiasticas secundum sententiam Episcopi proprii, ità ut Ecclesiæ dispensatio præter testimonium non sit, & ex hoc dispergantur Ecclesiasticæ facultates, & Sacerdotio maledictionis contumelia procuretur. Quod si hoc minimè fecerit, Divinis constitutionibus subjacebit.

SCHOLION.

Edendi Canonis causam habes ex pace inter Ibas Edessenum Episcopum & ejus accusatores Clericos facta in Synodo Berytensi per Photium Tyrorum ac Eustatium Episcopum Berytensem, hæc interlocutos. *De Ecclesiastico redditu, & ex quacumque causa acquisitis sanctissimæ Ecclesiæ, placuit Religiosissimo Episcopo Iba ex propria voluntate promittere, quod de cetero secundum formam Antiochenæ maxime civitatis gubernarentur res per Oconomos ex Clero ordinatos ab ejus Religiositate*. Ibas enim, nec non ejus nepos Daniel Carrhorum Episcopus accusabantur Ecclesiasticam substantiam per semetipsum sine Oconomis ac testibus, atque adeò infideliter administrasse. Etiam in Synodo ad Quercum accusatus fuit Sanctus Joannes Chrysostrum, quod varia ad Ecclesiam spectantia vendidisset, & quod Ecclesiæ redditus nemo noverit quò abeant, utique ob ipsos sine Oconomis administratos. Hujusmodi igitur pericula, & seu veræ seu falsæ criminacionis contumeliam à re Ecclesiastica & Episcoporum personis amora volens nostra Synodus hunc Canonem promulgavit. Eisdem enim de causis consentit spontaneè Ibas in Oconomos, haud dubièque etiam Sanctus Joannes Chrysostrum, aut ejus successor Atticus, uti colligi datur ex supra adductis litteris Synodi Ephesinæ ad Oconomos Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Et ad Anthemium Subdiaconum, Campani patrimonii Rectorem, scribit Gregorius Magnus, ut Paschasium Episcopum ad statuendum sibi Vice-Dominum cogat, aut certè eligi faciat à Clero. Hunc nostrum Canonem, quòd præsertim à Metropolitanis negligenter, innovat septima Synodus.

extendit etiam ad monasteria, & addit. *Si unusquisque Metropolitanus in sua Ecclesia constituerit Oeconomum, bene utique; sin autem, ex auctoritate propria Constantinopoleos Episcopo licentia est præponendi Oeconomum in ejus Ecclesia. Similiter & Metropolitanis, si Episcopi, qui sub ipsis sunt, non sategerint*. Et secunda Synodus Hispanensis. *Si quis Episcopus posthac sine testimonio Oeconomi rem Ecclesiasticam crediderit gubernandam, ut contemptor Canonum, utique Chalcedonensium, & fraudator Ecclesiasticarum rerum à Christo judicabitur reus, & Concilio manebit obnoxius*. Et quarta Toletana. *Eos, quos Oconomos Græci appellant, hoc est, qui vice Episcoporum res Ecclesiasticas tractant, sicut sancta Synodus Chalcedonensis instituit, omnes Episcopos de proprio Clero ad regendas Ecclesias habere oportet: Qui deinceps contempserit, obnoxius ejusdem magni Concilii erit*.

Occurrunt quæstiones. Prima est, An Apostolicus an alius quis antiquus Canon cogat Episcopos, ad Ecclesiasticam substantiam per Oconomos administrandam, adeoque noster Canon sit non primus institutor hujus officii, sed confirmator, dumtaxat Regulari antiquæ? Pro parte affirmativa facit Canon inter vulgares Apostolicos quadragesimus primus. *Præcipimus, ut Episcopus in potestate sua Ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretiosæ illi sunt creditæ, multò magis eum oportet curam pecuniarum gerere, ità ut ejus potestate indigentibus omnia dispensentur per Presbyteros & Diaconos*. Licet forsàn non Apostolicus, antiquus tamen est ille Canon. Quidquid sit, Canon vacatier Apostolicus de ipsis statuit Apostolis, eorumque successoribus Episcopis. *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis: Consideremus er-*

L.9.Ep.66

Cap. 11.

Cbrist. Lupi Oper. Tom. II.

Act. 3.

Cap. 9.

Cap. 48.

Act. 7.

L. 1. Ep. 11 *sibus ex æquo distribuit.* Ità de Anatolio Diacono ad Clementinam Patriciam scribit Sanctus Gregorius Magnus. *Vice-Dominum eum constituimus, cujus arbitrio Episcopium commissimus disponendum.* Et de Joanne Thalaja Economo Alexandrino scribit Liberatus Diaconus: *Habuit causas omnium Ecclesiarum.* Jus ab Economo dicendum exponit Nicephorus Calixtus, dicens de Marciano Genadii Episcopi Constantinopolitani Economo, quod ortas inter magnam ac alias Ecclesias de fidelium oblationibus quæstiones dirimeret. Et hæc omnis magni Economi potestas apud Græcos perseverat etiam sub Imperio Turcico; apud nos Latinos superest nomen, at fermè vacuum, excepto tempore sedis vacantis.

Septima quæstio est, An Economus suo arbitrio, an Episcopi nutu Ecclesiasticam substantiam dispensaret? Respondeo, quod nutu Episcopi. Assidue id clamant Canones. Attamen iniquis Episcopi iussionibus potuisse illum obviam demonstrant ortæ inter Theophilum Alexandriæ Episcopum ac Isidorum Pelusiorem, ejus Presbyterum ac pauperum Economum, inimicitæ, de quibus Hermias Zozomenus. *Isidorus Theophilo tamquam in Ecclesiarum structuram capere volenti insumendas non concessit pecunias eas, quæ sibi ut pauperum Dispensatori multæ adferebantur, sed præstabilius esse dixit egrorum corpora, quæ verius templa Dei cogitare possimus, & ob quæ pecunie ipsæ quaruntur, restituenda curare, quam parietes ædificare.* Ob similes rationes Gaudentio Ausiniensi Episcopo Simpli-

cus Pontifex reliquit potestatem solius quartæ Episcopalis, reliquas tres partes Onagro Presbytero committens tamquam Economo independenti. Porro Ruffini Apameensis in secunda Syria Economi hæredes ad iniquæ administrationis restitutionem coegit Petrus Episcopus, queriturque in Synodo Constantinopolitana Act. 5. sub Menna Patriarcha Antoninus Presbyter coactos non fuisse ad plenam omnino restitutionem. Et Joannem Thalajam Alexandrinæ Ecclesiæ Economum arguit Liberatus Diaconus, quod Ellum magistrum, Episcopatum ab illo venatus, multis Xenii donasset.

Ostava quæstio est, Qua occasione Economi officium sit tandem ad Presbyteros delapsum? Respondeo id factum statim post datam Ecclesiis à Constantino Augusto pacem. Etenim Sanctus Joannes Chrysostomus, à Synodo Trullana laudatus, ait suo tempore nequaquam penes Diaconos, sed penes solos Presbyteros fuisse rei Ecclesiasticæ dispensationem. Loquitur de sola Ecclesia Græca. Etenim dudum postea Anatolium Diaconum Romanæ Ecclesiæ Vice-Dominum constituit Gregorius Magnus. Et in ipsa Ecclesia Constantinopolitana magnum Economum quis nesciat fuisse Crucigerum, adeoque Diaconum? Etiam Sancti Leonis Magni temporibus Ætius ibidem Archi-Diaconus videtur Economus fuisse. Intolerabilis quorundam Archi-Diaconorum superbia persuasit Episcopis munus istud etiam Presbyteris communicare.

CANON XXVII.

EOS, qui rapiunt mulieres etiam sub nomine simul habitandi, aut cooperantes, aut conniventes raptoribus, decrevit sancta Synodus, ut si quidem Clerici sunt, decidant gradu proprio; si verò laici, anathematizentur.

SCHOLION.

Mulierum raptus fuit olim frequentissimus, non solummodò apud Græcos, sed & apud nos Latinos. Francorum Reges passim dabant sacra iussione licentiam rapiendi etiam sacratas Virgines. Istud ob crimen Chramnum Regem malè perijisse scribit Sanctus Gregorius Turonensis. Undè ad quintæ Synodi Parisiensis preces Clotarius secundus edidit hanc legem. *Puellas & viduas religiosas aut Sanctimoniales, quæ se Deo voverunt, tam quæ in propriis domibus*

resident, quam quæ in monasteriis postæ sunt, nullus nec per præceptum nostrum competat, nec trahere, nec sibi matrimonio sociare penitus præsumat. Et si quis exinde præceptum eliquerit, nullum sortiatum effectum. Et si quicumque aut per virtutem, aut per quemlibet ordinem ipsas detrahere, aut sibi in conjugium præsumpserit sociare, capitali sententia feriatur. Plurimas habemus hujusmodi Leges & Canones, at fatidus est parentum nostrorum barbarium æterno silentio cooperire. Hodie vivimus juxta decretum sacrosancti Concilii Tridentini.

CANON XXVIII.

Sanctorum Patrum Decreta ubique sequentes, & Canonem, qui nuper lectus est, centum & quinquaginta Dei amantissimorum Episcoporum agnoscentes, eadem quoque & nos decernimus ac statuimus de privilegiis sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolis novæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quod urbs illa imperaret, jure Patres privilegia tribuerunt. Et eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi Episcopi sanctissimo novæ Romæ throno æqualia privilegia tribuerunt, rectè judicantes urbem, quæ & imperio, & senatu honorata sit, & æqualibus cum antiquissima regina Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus Ecclesiasticis, non secus ac illam, extolli ac magnificari, secundam post illam existentem: Ut & Ponticæ, & Asianæ, & Thraciæ Diocesis Metropolitanæ soli, præterea Episcopi prædictarum Dioceseon, quæ sunt inter Barbaros, à prædicto throno sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ ordinentur: Unoquoque scilicet prædictarum Dioceseon Metropolitanæ cum Provinciæ Episcopis Provinciæ Episcopos ordinante, quemadmodum divinis Canonibus est traditum; ordinari autem, sicut dictum est, prædictarum Dioceseon Metropolitanos à Constantinopolitano Archi-Episcopo, convenientibus de more factis electionibus, & ad ipsum relatis.


SCHOLION.

Hic est Canon, quem jure merito semper damnavit Romana Ecclesia, & adversum quem in litteris ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum, ejus auctorem ambitiosum atque impetratorem, ad Marianum Augustum, Augustamque Pulcheriam, ejus confirmationem postulantes, nec non ad Maximum Antiochenum Patriarcham, qui in ipsum videtur consensisse, potentissimè scribit Sanctus Leo Magnus. Esse dicit Canonem ambitiosum, Nicænis Canonibus, qui spiritu Dei conditi & totius mundi reverentia consecrati solvi non possunt, adversum, Alexandrino & Antiocheno Patriarchis ac tribus Autocephalis primatibus injuriosum, totius Ecclesiasticæ per Apostolos constitutæ Hierarchiæ eversivum: Per eum calcari antiquitatem, Ecclesiarum privilegia, Ordinationum Episcopaliura jura, quietem omnium Provinciarum. *Beatus Papa Leo, scribit ad Dardaniæ Episcopos Sanctus Pontifex Gelasius, cujus Synodus Chalcedonenis auctoritate firmata est, quidquid ultra quam ab eodem pro fide & communiione Catholica atque Apostolica illic agendum constaret esse delegatum, per occasionem congregationis illius præter Nicænos Canones nova videretur esse actio tentatum, competenti refutatione persuavit.*

Optimo fanè jure vacuavit hunc Canonem

nostrum: utpote sædum undequaque & maculosum vario errore. Primò enim perperam se fundat in tertio Canone primæ Synodi Constantinopolitanæ. Quid de illo Sanctus Damasus, quid Sanctus Leo, quid alii Romani Pontifices, quid omnis Latina Ecclesia, quid Ægyptiaca Diocesis, quid Dioscorus Alexandrinus Episcopus, quid de illo senserit quandoque ipse Anatolius, supra est abundè ostensum.

Secundò falsum est, quod throno antiquæ Romæ Patres seu Canones tribuerint Primatus Privilegia. Etenim adversum hæc somnia in litteris ad Orientales Episcopos Sanctus Gelasius Pontifex disertè dicit Romanæ Cathedræ privilegia esse Christi Constituta. Perijt aut latet illa Epistola, ejus tamen fragmentum suis ad Gallicanos Episcopos litteris insertum transmissit ad nos Nicolaus primus Pontifex, ipsum egregiè elucidans, & adjungens. *Privilegia sua per Petrum à Christo consecuta est Romana Ecclesia. Ecclesia, inquam, Romana adeò sunt antiqua & veterata privilegia, ut Nicæna Synodus, sicut Bonifacius Præsul Apostolicus, Episcopis per Thessaliam constitutis scribens, ait, NON ALIQUID SUPRA EAM AUSA SIT CONSTITUERE, CUM VIDERET NIHIL SUPRA MERITUM SUUM POSSE CONFERRI, OMNIA DENIQUE HUIC NOVERAT DOMINI SERMONE CONCESSA.* Latuit huc usque & illa Sancti Bonifacii Epistola: Eam hæc diebus ab Eruditissimo Luca Holstenio in Apostolica



folica Bibliotheca repertam publici juris fecit Eminentissimus ac Reverendissimus D. Franciscus Cardinalis Barberinus, cujus memoria apud omnes Ecclesiasticos antiquitatis studiosos erit in sempiterna benedictione. Etiam in Epistola ad Rufum Theffalonicensem ac alios per Illyricum Episcopos, à laudato Eminentissimo Ecclesie Principè nobis item donata; probat multis idem Pontifex, quod in Cathedra Romana ipse Dominus Christus Sacerdotii summam locavit. Et Sanctus Leo Magnus in litteris ad Theodoretum Cyri Episcopum scribit: quod laudatam Sedem cæteris omnibus ipse Dominus statuerit præsidere. Et in litteris ad Anastasium Episcopum Theffalonicensem: *Curam universis Ecclesiis ex Divina institutione debemus.* Et in litteris ad Episcopos Mauritanie Cæsariensis: *Solitudinem universæ Ecclesie ex Divina institutione dependimus.* Ità loquuntur & docent Pontifices antiqui omnes: Vana ac profana est evasio Marci Antonij de Dominis, garrientis eos de propria causa perhibere testimonium, ideoque ipsum non esse firmum. Omnis quippè orthodoxa antiquitas illis attestatur. Eos non tantum secundæ Mæsiæ Synodus, in litteris ad Leonem Augustum post Synodum Chalcedonensem extantibus, dicit esse verè *caput Episcoporum*, sed & ante omnes Canones & generales Synodos, adeoque ex institutione Divina fuisse semper ab omni sub cælo Ecclesia vocatos *Pontifices Maximos ac Episcopos Episcoporum*, scribunt Sanctus Cyprianus, ac in libro de pudicitia inimicus Tertullianus. Et in Synodo Ephesina dixit Juvenalis Hierosolymæ Episcopus ex Apostolico ordine & traditione esse morem, ut sedes Antiochena apud Romanam dirigatur ac judicetur. Et hæc ipsa nostra Synodus Chalcedonenfis in Relatione ad Leonem Papam: *Episcopo Romano vineæ custodia à Salvatore commissa est.* Et Constantinus quartus Augustus, plenaque per ipsum sexta Synodus in Relatione ad Agathonem Pontificem: *Romana Sedes est ea Petra, supra quam Dominus Ecclesiam fundavit.* Hinc in suo suffragio Domelius Prufiadis Episcopus, ac in sermone ad Principem acclamatorio ipsa plena Synodus laudatum Agathonem vocat *Patrem suum, Apostolicæ & principalis Sedis Archi-Episcopum, & Antistitem Pontificalissimum.* Et Sanctus Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus in litteris ad Nicolaum primum Pontificem lectis & probatis in Synodo octava, proficitur Romanum Episcopum esse unum, singularem, præcellentem, Catholicissimum omnis sub cælo Ecclesie medicum, ab ipso Domino Jesu Christo productum per hæc verba, *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Et trigessimus notus Canon Arabicus Romanum Episcopum definit esse caput & Principem omnium Patriarcharum, Petri successorem cum æquali potestate, Christi Domini Vicarium, cui data est potestas in omnes Principes, eorum populos, ac universam Ecclesiam Christianam. Et Sancti Gelasii Pontificis prima Romana Synodus. *Sancta Romana, Catholica & Apostolica Ecclesia nullis Synodis constituit prælata est cæteris Ecclesiis, sed Evangelicæ vocis Domini & Salvatoris nostri Prima-*

tum obtinuit. Desinit adversus nequissimum schisma Acacii Episcopi Constantinopolitani, cum factione Eusebiana ex hoc Canone blaterantis. Primatialia Romanæ Ecclesie privilegia non ab ipso Christo per Divinam, sed à solis Synodis & Canonibus esse donatum per potestatem & providentiam humanam. Errorem postea resumferunt & auxerunt Phocius & Michael Cerularius Episcopi Constantinopolitani, ideoque Græcis laudata privilegia non nisi cum hoc addito, *Juxta tenorem Canonum*, admittere volentibus nequaquam acquievit Synodus Florentina, eosque tandem persuasit consentire in hoc additamentum: *Quemadmodum etiam in gestis Conciliorum, & in sacris Canonibus continetur.* Desumptum est ex litteris Joannis secundi Pontificis ad Justinianum Augustum: *Romanam Ecclesiam esse omnium verè Ecclesiarum caput & Patrum Regulæ & Principum statuta declarant.* Quocirca hujus Primatus originem, non Christi Domini Divinis, sed solis Synodorum humanis constitutionibus adscribere, est hæresis manifesta.

Tertius Canonis error est in hisce verbis: *Sanctissimo novæ Romæ throno æqualia privilegia tribuerunt.* Etenim tertius Canon Constantinopolitanam Constantinopolitanam Cathedram Romanæ nequaquam æquavit, sed Alexandrinæ & Antiochenæ solummodo prætulit, faciens totius Ecclesie secundam hisce lucidissimis verbis: *Constantinopolitanæ civitatis Episcopos habeat privilegia honoris post Romanum Episcopum.* Verum Dioscorus, Eusebii Dorileensis Episcopi, non pro se tantum, sed & pro cæso Sancto Flaviano Constantinopolitano Episcopo Romanam adversus se appellationem frendens susceptam à Leone Pontifice, in Eusebianam rabiem sese projecit, omnesque Patriarchas æqualis potestatis blateravit, quo sic in laudatum Pontificem, tamquam qui ejus damnatos suscipiens quintum Nicænum Canonem esset prævaricatus, latrare impunè aunderet contumeliam vanæ excommunicationis, atque ita exufflare omnem Eusebii & universæ Ecclesie spem ab indicta Synodo Chalcedonenfi. Ejus Diaconus, in Regia urbe Apocrisarius, ac in Ephesino latrocinio creatus ab ipso Episcopo fuerat Anatolius, atque ità ab ipso didicerat Eusebianizare, præsentem Synodum seducere, Constantinopolitanum Canonem de eadem scabie infamare, & novas radices ferere futuri schismatis Photiani. Etenim Theodorus Balsamon, Alexius Arifinus, Symeon Theffalonicensis, Gabriel Philadelphienfis, Matthæus Blastares, Nilus Doxopatrius, alique id genus ex hujus Canonis auctoritate pertinaciter adfirmant Regiæ civitatis Sedem Romanæ Cathedræ à Synodo Constantinopolitana fuisse omnino æquatam. Audi, quomodo circa hæc illius Synodi voces, *Post Romanum Episcopum*, deliret in trigemini sexti Canonis Trullani expositione Alexius Arifinus. *Præpositio, POST, intelligenda est tamquam quæ tempus, non honorem importet. Posteriori annos multos æquæ cum Romana Ecclesia privilegia Constantinopolitanæ thronus hic obtinuit.* Longè melius ex Evagrijo Epiphaniensi, homo licet schismaticus, Nicephorus Calixtus: *Constitutum est à Synodo Con-*

stantinopolitana, ut sedes novæ Romæ secundas à veteri Roma, ab aliis primas ferret. Et lucidissimè Martianus Augustus in litteris etiam per Lucam Holtzenium publicatis, quibus à Leone Pontifice expostulavit præsentis Canonis confirmationem: *Et hoc statutum est, ut post Sedem Apostolicam Constantinopolitanæ urbis Antistes secundum obtineat locum.* Quod ipsum dicit hæc ipsa Synodus in Relatione ad laudatum Pontificem, & Justinianus Augustus in lege novella ad Petrum Præfectum Prætoriorum. Et ipse præsentis Canon sibi ipsi adversus: *Secundam post illam existentem.*

Quartus Canonis error est in hisce verbis de Roma antiqua: *Quod urbs illa imperaret.* Et de Roma nova: *Reddè judicantes urbem, quæ imperio honorata & æqualibus privilegiis fruitur, etiam in rebus Ecclesiasticis non secus ac illam extolli.* Ajunt privilegia Episcopalia Imperialibus tamquam radici & fundamento coherere indivulsa: Respondet verò in litteris ad Martianum Augustum Sanctus Leo Papa: *Alia ratio est rerum secularium, alia Divinarum.* Et Sanctus Gelasius in litteris ad Episcopos Dardanæ: *Risimus, quod prærogativam volunt Acacio comparari, quia Episcopus fuerit Regiæ civitatis. Numquid apud Ravennam, Mediolanum, Syrmium, Treviros multis temporibus non constitit Imperator? Alia potestas est regni secularis, alia Ecclesiasticarum distributio dignitatum. Sicut enim quomvis parva civitas prærogativam præsentis Regni non minuit, sic Imperialis præsentia mensuram dispensationis religiose non mutat. Nec sine causa istam coherens semper averfata fuit Ecclesia Latina. Qualiter enim ex illa tandem profecerit sedis Constantinopolitanæ invalor ac universæ Ecclesie turbator Photius, scribit ad Episcopos Gallicanos Nicolaus primus. Glorior & perhibet, quando de Romana urbe Imperatores Constantinopolim sunt translati, tunc & Primatum Romanæ Sedis ad Constantinopolitanam Ecclesiam transmigrasse, & cum dignitatibus Regiis etiam Romanæ Ecclesie privilegia translata fuisse, ità ut ejusdem Ecclesie invalor Phocius se in scriptis suis Archi-Episcopum atque Patriarcham universalem appellet. Idem docent Matthæus Blastares, ac præsertim Anna Comnena. In hæc Regiam urbem translatis imperio, senatu, totoque senatorio ordine, translatus item est Episcopatum sedium ordo: Et superiores Imperatores primas tribuerunt sedi Constantinopolitanæ, & maxime Synodus Chalcedonenfis, quæ Constantinopolitano Antistiti, ad primam & summam speculam evecto, omnes totius orbis Dioceses subiecit. Litteræ mulierem egerunt in insaniam: Nec unus Chalcedone Episcopus de ejusmodi exaltatione sedis Constantinopolitanæ vel somniavit.*

Quintus Canonis excessus est in hisce verbis: *Pontice, & Asiæ, & Thraciæ Dioceses Metropolitanæ soli à Throno Constantinopolitanæ Ecclesie ordinentur, convenientibus de more factis Electionibus, & ad ipsam relatis.* Ea respicit Sanctus Leo in litteris ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum: *Omnis trium istarum Dioceseon Metropolitanæ Episcopi honore privantur.* Et in litteris ad Pulcheriam Augustam: *Superbum nimis est & immoderatum, ultra fines proprios ten-*

dere, & antiquitate calcata alienum jus velle præripere, atque ut unius crescat dignitas, tot Metropolitanorum impugneret Primatus, quousque Provincialis & olim sanctæ Synodi moderatione dispositum bellum novæ perturbationis inferre. Et in litteris ad Martianum Augustum. *Non convellantur Provincialium jura Primatum, nec privilegii antiquitus institutis Metropolitanis fraudentur Antistites.* Etenim secundum Apostolicos, Nicænos, & Constantinopolitanos Canones trium Dioceseon Primates tamquam Autocephali à propria Synodo, ab ipsis autem ordinari debent subiecti omnes Metropolitanæ, atque ità ambos Canon affecit insigni injuria. Quæ tamen sibi ipsi non coheret. Etenim potestas ordinandi & potestas judicandi sunt secundum Canones connexæ: Et tamen Metropolitanas, quos nonus & decimus septimus alternativè dumtaxat vel à Dioceseos Primates vel ab Episcopo Constantinopolitano mandat judicari, hic noster Canon privativè ab isto Episcopo jubet ordinari.

Sextus Canonis error est in hisce verbis: *Soli Metropolitanæ.* Et his: *Unoquoque prædictarum Dioceseon Metropolitanam cum Provinciæ Episcopos Provinciale Episcopos ordinante, quemadmodum Divinis Canonibus est traditum.* Etenim sextus Canon Nicænus & Rescriptum Innocentii primi Pontificis ad Alexandrum Patriarcham Antiochenum ajunt non solos Metropolitanas, sed & Provinciales Episcopos à Patriarcha aut Primates ordinandos: Vicinos à propria ejus manu, remotos ad ejus litteras seu præviam confirmationem. Et quod hocce item Patriarchicum jus dilexerit Anatolius, liquet ex intercessione Ætii ejus Archi-Diaconi adversus Synodi sententiam de Ordinatione Episcopi Basilianopolitani controversa inter Eunomium Nicomediensem ac Anastasium Metropolitanam Nicænum: *Suggerimus vestra Magnificentiæ rogantes, ut nullum præjudicium Constantinopolitanæ sanctissimæ Sedi fiat ex his, quæ nunc præferuntur; sanctissima enim Constantinopolitana sedes aut ordinationem ipsa facit in Basilianopoli, aut eam permittit fieri, sicut litteris, quæ sunt, vel factæ sunt sæpius, ostendere possumus.* Nempe quomodo Metropolitanarum, ità Provincialium Episcoporum confirmationes & Ordinationes invadere conati fuerant Episcopi Constantinopolitani; verum quorundam Metropolitanarum oppositio successum impediit, ideoque solos hosce Anatolio adscripsit Canon, ac ità in Ecclesiam induxit nescio quod huc usque invisum Patriarchæ monstrum, qui singulos sibi subiectos Episcopos nec ordinare posset, nec ullum privativè judicare.

Septimus Canonis excessus est in hisce verbis: *Episcopi prædictarum Dioceseon, quæ sunt inter Barbaros, à Throno Constantinopolitanæ Ecclesie ordinentur.* Quid sint Ecclesie barbaricæ, dixi supra ad Canones Constantinopolitanos, lucidèque patet ex Joannis Patriarchæ Antiocheni ac ejus in Ephesina Synodo factionis Relatione ad Theodosium Augustum: *Iustum est, ut Pietas vestra, quæ Ecclesiam Persidis, & earum, quæ inter Barbaros sunt, curam gessit, Ecclesias, quæ in Romanorum Principatu jaclantur, non negligat.* Eas juxta propriam consuetudinem quoad judicia & con-

Epist. 10.

Epist. 63. c. 1.

Epist. 84. c. 1.

Epist. 87. c. 1.

Epist. 32.

C. 1. Act. 4.

Act. 13.

Novel. 131 c. 2.

Epist. 54. c. 3. Epist. 13.

Epist. 70.

Epist. 53. c. 2. Epist. 55. c. 2.

Epist. 54.

Act. 13.

F. 456.

Epist.

L. 1. c. 4. L. 15. c. 7.

& consecrationes regi statuit Constantinopolitani Canon, at verò omnia fursum deorsum volutans Anatolius quoad omnium Episcoporum Consecrationem impetravit transcribi in suam sedem. Attamen non omnes, sed solas tribus autocephalis Diocesis adnexas, de quibus Joannes Zonaras. *Earum quoque Dioceseon Episcopos illos, qui apud barbaras nationes degunt, quales Alani sunt & Russi, illi quidem Ponticæ Diocesi, hii verò Thracicæ adjuncti, à Constantinopolitano Præfide renunciari permittunt.* Perfidis Ecclesia Antiocheno, Æthiopica juxta priorem consuetudinem est Alexandrino Patriarchæ relicta.

Rectè verò de consecrandis ab Episcopo Constantinopolitano Metropolitis adjunctis Canon: *De more factis Electionibus.* Interdicuntur, quas huc usque Episcopi Constantinopolitani frequenter præsumperant, Archi Episcopatum reservationes ac provisiones, uti etiam advertit ac fatetur Joannes Zonaras: *Ne à Divinis, inquit, Patribus, quæ ad Metropolitanarum creationem pertinent, universa Constantinopolitani auctoritati concessa putentur.* Erat durum frænum, quod etiam Joannis Ravennatis Archi Episcopi in Episcopos Æmilienfes præsumptionibus imposuit apud Anastasium Bibliothecarium Nicolaus primus Pontifex: *Sancimus, ut Episcopos per Æmiliam non consecres, nisi post electionem.* Electos tamen Metropolitanas poterat Constantinopolitanus evocare ad manus suas, aut consecraturus accedere eorum civitates, uti Gloriosissimi judices fuerunt interpretati.

Ogavum Canonis vitium est infirmum ac penitus nullum tantæ in Ecclesiasticam Hierarchiam inducendæ novitatis fundamentum. Audiamus illud ab ipsa Synodo in Relatione ad Leonem Pontificem. *Indicamus, quia & alia quædam pro rerum ipsarum ordinata quiete, & propter Ecclesiasticorum statutorum definitivum firmitatem, scientes quia & vestra Sanctitas addicens & probatura & confirmatura est eadem. Eam namque consuetudinem, quæ ex longo jam tempore permansit, quam habuit Constantinopolitanorum sancta Dei Ecclesia ad ordinandum Metropolitanas tam Asiaticas, quam Ponticæ & Thracicæ Provinciarum, & nunc synodali decreto firmavimus, non tam sedi Constantinopolitanæ aliquid præstantes, quam Metropolitanis urbibus quietem congruam providentes, eò quod frequenter Episcopis vitam finientibus multa turbæ nascuntur, Clericis & populis, qui per easdem sunt civitates, absque Rectore remanentibus, & Ecclesiasticum Ordinem confundentibus: Quod nec vestram latuit Sanctitatem, maximè propter Ephesos, undè quidam sæpius vobis importuni fuerunt. Confirmavimus autem & centum quinquaginta sanctorum Patrum Regulam, qui in Constantinopoli congregati sunt sub piæ memoriæ Theodosio majore, quæ præcepit post vestram sanctissimam & Apostolicam Sedem honorem habere Constantinopolitanam, quæ secunda ordinata est.* Quocirca omne Alexandrini & Antiocheni Patriarchæ humiliandi fundamentum fuit Canon tertius Constantinopolitanus, quem Lucentius Efulcanus Episcopus & Romanus Legatus rectè dixit non esse conscriptum & synodicum, id est, à Romana Ecclesia inter veros Canones non admittum.

Unicum autem adversus tres Primates fundamentum fuit centum ferè annorum consuetudo, qua mox à dicta Constantinopolitana Synodo cœperunt Episcopi Constantinopolitani memoratas ordinationes invadere violentè, & adversus quam Reverendissimi Asiatici Episcopi prostrati ante sanctam Synodum Patrum, post ejectiones Bassianum & Stephanum de Primatiali Cathedra contententes, dixerunt: *Miseremini nostri.* Nos supplicamus sancto Concilio, ut miseretur filiorum nostrorum, ne forte propter nos & propter peccata nostra moriantur, ut nobis clementia condonetur. Nam si Bassianus successorem suadeat aliquis hic ordinari, & filii nostri moriuntur, & civitas deperit. Et Synodum rogantibus gloriosissimis judicibus, ubi volunt Canones Episcopum Ephesinæ sanctissimæ Ecclesiæ ordinari, reposuere laudati Episcopi: *In Provincia.* Hoc est, in propria sede à propria Synodo, quomodò jubet lex & dignitas Autocephaliæ. Addidit Diogenes Metropolita Cyzicenus. *Consuetudo hoc habet. Si factus fuisset à Constantinopolitano Episcopo, non habuerunt hæc aqi.* Ibi enim Salmagariis ordinant, & propter eam everso sit. Et Leontius Episcopus Magnesianus. *A Sancto Timotheo usque nunc viginti septem Episcopi facti sunt, omnes in Epheso sunt ordinati. Solus Bassilius Memnonis successor violentè hic Constantinopoli factus est, & multe cædes hinc ortæ sunt.* Populus ergò Ephesinus Ecclesiæ suæ dignitatem zelabat fervidissimè, ideòque adversum Episcopos Constantinopoli, aut alio quovis loco ab Episcopo Constantinopolitano consecratos tumultuabatur usque ad civitatis everisionem, dicens eos esse Salmagarios, id est, viles Episcopi Constantinopolitani adulatores, ideòque adversus Anatolium in Synodo Chalcedonensi parantem Ephesis ordinare clamavere prostrati in terram Episcopi Asiatici: *Miseremini nostri.* Quocirca hæc synodalis ad Sanctum Leonem Pontificem Relationis verba, *Maximè propter Ephesos, undè quidam vobis sæpius importuni fuerunt,* continent calumniam: Neque enim causa electionis, sed causa jam dictæ per Episcopum Constantinopolitanum invasionis Ephesius populus tumultuabatur, & pro Ecclesiæ suæ privilegio provocabat ad custodem Canonum Ecclesiam Romanam. Similem adversus ordinationes Constantinopolitanas querelam deposuit Eusebius Ancyrae Metropolita. Quocirca hæc omnis consuetudo erat invasa, prævaricatoria, per violentiam Ecclesiis imposita, turbarum & scandalorum fuscitativa.

Nonum Canonis vitium adducit Sanctus Leo Pontifex—in litteris ad Martianum Augustum dicens Legatos suos in fidei tantum negotio fuisse convocatos, nullum de hoc Canone habuisse mandatum, adeòque & nullam potestatem. Hinc de illis in ipsa Synodo ad gloriosissimos judices dixit Ætius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archi-Diaconus: *Rogavimus Dominos Episcopos de Roma, ut communicarent iis gestis; refutaverunt dicentes se non suscepisse mandata.* Quin immò acceperant expressum tertii Canonis Constantinopolitani non admittendi, nihilque penitus contra sextum Nicænum permit-

mittendi mandatum, de quo ad laudatos Dominos de Roma dixit idem Ætius: *Si de hoc Capitulo aliquod mandatum acceperint, proferant.* Respondit verò Bonifacius Romanæ Ecclesiæ Presbyter ac Legatus. *Beatissimus & Apostolicus Papa inter cætera hoc nobis mandavit.* Recitavitque mandatum ex chartula. *Sanctorum quoque Patrum constitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari vel imminui, servantes omnimodis personæ nostræ in vobis, quos vice nostra transmimus, dignitatem: Ac si qui fortè civitatum splendore conspici sibi tentaverint usurpare, hoc, qua dignum est, constantia retundatis.* Ea Patrum constitutio erat sextus Canon Nicænus, mox à Paschasino Lilybetano Episcopo & Romano Legato recitatus. Mandati sui & providentiæ rationes exponit Pontifex Maximo Patriarchæ Antiocheno. *Subrependi occasiones non prætermittit ambitio, & quoribus ob intercurrentes causas generalis congregatio facta fuerit sacerdotum, difficile est, ut cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suam molitur appetere. Sicut etiam in Ephesina Synodo, quæ impium Nestorium cum suo dogmate percussit, Juvenalis Episcopus ad obtinendum Palestinæ Provincie principatum credidit se posse sufficere, & insolentes ausus per commentitia scripta firmare. Hunc græcorum Episcoporum morem pessimum ac intolerabilem ambitum, variisque Episcoporum huc usque Constantinopolitanorum pro tertio Constantinopolitano Canone artes & machinas Sanctus Leo notat, ideòque mandato rigidissimo voluit eis omnem portam occludere.* Ætius Archi-Diaconus denuò per consuetudinem tentavit irreperere: *Consuetudo est in Synodis, postquam ea, quæ sunt omnium præcipua, fuerint definita, & alia quædam necessaria exerceri atque formari.* Ità ad Papalis mandati prævaricationem seduxit Synodum. At Lucentius Legatus apud gloriosissimos Judices intercessit. *Sedes Apostolica nobis presentibus humiliari non debet: Et ideò quæcumque in præjudicium Canonum vel Regularum besterna die gesta sunt nobis absentibus, petimus Sublimitatem vestram, ut circumduci habeatis; sin aliàs, contradicito vestra his gestis inhaereat, ut noverimus, quid Apostolico viro universalis Ecclesiæ Papæ referre debeamus, ut ipse aut de sua sedis injuria, aut de Canonum everisione possit ferre sententiam.* Quibus ex verbis quis non videat Synodum Domino Papæ, non Dominum Papam Synodo subesse?

Decimum Canonis vitium est in hisce verbis Lucentii Legati: *Besterna die nobis absentibus.* Exponit gloriosissimis Judicibus Paschasinus Legatus. *Besterna die, postquam Potestas vestra surrexit, & Humilitas nostra vestra vestigia secuta est, quædam gesta facta dicuntur, quæ nos & præter Canones & disciplinam æstimamus effecta.* Effecta ergò erant per conciliabulum acephalum & clandestinum.

Undecimum vitium adducit idem Lucentius dicens ad laudatos judices. *Gloria vestra perpendat, qua circumventionem cum sanctis Episcopis gestum sit, ut non conscriptis, id est, ab Ecclesia Romana non probatis, Canonibus Constantinopolitanis subscribere sint coacti.* Etiam in litteris

ad Martianum Augustum queritur Sanctus Leo Legatos suos & dolis & terroribus fuisse tentatos. Intercefferunt variæ circumventiones. Etenim per Dioscori damnationem Alexandrina, per Bassiani & Stephani dejectionem Ephesina vacabat Ecclesia, ideòque Ægyptii Episcopi nullum synodale decretum voluerunt subscribere, Asiatici constanter primatialis suæ Cathedralis injuriis contradixerunt. Certè Dioscori damnatio nequit obesse Ecclesiæ Alexandrinæ: *Aliud sunt sedes, aliud Præsidentes. Et si diversa sint merita Præsulum, jura tamen permanent secundum.* Maximus Patriarcha Antiochenus nuper inter Antecessorem suum Donnum & Proclum Constantinopolitanum Episcopum pacta prævaricari timuit, de quibus rectè Sanctus Leo: *Facilius erit quarumlibet consensuum pactum dissolvi, quam Nicænorum Canonum Regulas ex ulla parte corrumpi.* Thalassius Primas Cæsarensis sese patenter opposuit, ideòque non subscripsit huic Canoni, nec ullum alium, sed solum fidei decretum detulit in Cappadociam, uti ejus successor Alipius scribit ad Leonem Augustum. Lucentius Byzientis Episcopus, Cyriaci Heracleensis Primatis Legatus & Vicarius, admisit quidem Canonem, attamen non profitemur se sponte subscripsisse. Etiam Eusebius Ancyrae Metropolita palàm innuit se invitum. Soli Salmagarii Episcopi sponte consenserunt.

Duodecimum tandem Canonis vitium adducit Sanctus Leo Pontifex, Martino Augusto scribens Legatos suos ejus causæ, quæ erat curanda, definitione persunos fuisse tentatos ad consensum. Delegatæ enim causæ terminus delegatum judicem jurisdictione exiit, atque ità post fidei, quæ sola commissâ fuerat, emissum decretum Apostolicis Legatis nulla erat ad condendos Canones potestas. Per similes vias crevit & natus est Patriarchatus Constantinopolitanus.

Quapropter jure Canonem hunc projecit Sanctus Leo Pontifex, erratque Eusebius Doryleensis Episcopus dicens ad hanc nostram Synodum de tertio Canone Constantinopolitano: *Hanc Regulam sanctissimo Papæ in urbe Roma ego relegi, presentibus Clericis Constantinopolitanis, eamque suscepi.* Errat & Nicetas Nicænus scribens de laudato Pontifice hunc Canonem damnanter: *Nilil egit, ex eo enim tempore Constantinopolitani Antifites propria auxerunt.* Etenim longè aliter ad Dardaniam Episcopos scribit Sanctus Gelasius. *Si Acaciani de Imperatoris presentia blandiuntur, & inde putant Constantinopolitanæ civitatis Episcopi potiorum posse fieri personam, audiant Martianum ejusdem Principem civitatis, posteaquam pro augmento urbis ipsius Sacerdotis intercessor accedens contra Regulas obtinere nihil potuit, sanctæ memoriæ Papam Leonem summis laudibus prosecutum, quod Canonum Regulas violari nulla fuerit ratione permissum. Audiant Anatolium ejusdem sedis Antifitem, Clerum potius Constantinopolitanum quam se tentasse talia consistentem, atque in Apostolici Præsulis totum dicentem positum potestate.* Periit aut latet ista Marciani Epistola, ejus tamen compendium habemus in responso Sancti Leonis: *Mibi multum fiducia est, Deo per vos*

Ep. 62. c. 4.

Act. 16.

Act. 11.

Act. 16.

Epist. 53. 62. c. 3.

Ep. 62. c. 3.

Epist. 53.

Epist. 131.

Epist. 59.

operante, collatum, quod probasse vos observantiam meam de custodia Canonum paternorum, Pietatis vestrae assiduis indicatis. Et in alia Epistola per illustrissimum Lucam Holstenium publicata: *Vestra mansuetudo meam insinuationem tam libenter accepit, quod tales nunc mihi Epistolas, quibus notabilem ambitus culpam alii potius, quam sibi assereret deputandam.* Anatolius pro Canone dudum Pontifici variè recalcitravit, laudati tamen Principis jussu tandem, culpam in Ecclesie suae Clericos conjiciens, acquievit, uti liquet hocce Papali ad ipsum responso. *Illam culpam, quam de augenda potestate, aliena, ut asseris, adhortatione contraxeras, efficacius atque sincerius tua Charitas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sola Clericorum consilia transulisses: Quia sicut in mala suafone delinquitur, ita in mala consensione peccatur. Sed gratum mihi est, quod Dilectio tua id proferret sibi displicere, quod tunc etiam placere non debuit.* Aetium Ecclesie Constantinopolitane Archiepiscopus, Philippum Presbyterum, & omnes istic generaliter Clericos fuisse pro hoc ambitu calidissimos docent hujus Synodi Acta. Neque hunc solum, sed & alium longè graviorem, quo Maximum Patriarcham Antiochenum consecravit in Ephesino latrocinio præsumperat Anatolius, excessum gratiosè donavit Pontifex hac adjecta conditione: *Abjiciatur penitus inconvulsi juris, qui dissensionem fecerat, appetitus.*

Dormivit appetitus ille, quousque vixit Martinus Augustus, Canonum custos pientissimus: Quomodo pro ejus mortem denuò evigilavit, scribit ad Dardaniam Episcopos Sanctus Gelasius. *Sub sancte memorie Papa Simplicio Legatus Sedis Apostolicæ sancte memorie Probus Canusine civitatis Episcopus, Leone Principe tunc petente, docuit nullatenus posse tentari, neque his prorsus præbuit consensum.* Eiusdem mentis fuisse Episcopi Asiatici, more antiquo Primatem suum ipsi ordinantes, & adversus Acacium Constantinopolitanum Episcopum scribentes ad Basilicum Imperatorem: *Oramus, ut Episcopus Constantinopolis, qui nequiter multis in rebus suo officio functus deprehenditur,*

Canonico, & Ecclesiastico Judicio condemnetur, abdiceturque Episcopatus gradu. Pro orthodoxa tum fide & Synodo Chalcedonensi generosè adversus Basilicum decertabat Acacius, ideòque de Timotheo Aeluro, Pseudo-Episcopo Alexandrino, & Basilisci satellite scribit Evagrius Epiphaniensis, *Timotheus Constantinopoli egressus perrexit Ephefum, reddiditque Ecclesie Ephefane jus Patriarchatus, quod Concilium Chalcedonense abiecerat.* Ita volebat incommodare Acacio, Paulum Ephesiorum Episcopum factioni suæ devincere, exufflareque non solummodò fidem, sed & omnem Constitutionem Chalcedonensem Verùm & Acacius sibi ipsi non defuit, coegitque Basilicum ad hanc Palinodiam: *Mandamus Provincias, quarum Episcoporum creatio penes sedem Regie hujus & illustri civitatis est, reverendissimo & sanctissimo Patriarchæ & Episcopo Acacio restitui.* Sub reduce ad imperium Zenone Angusto datus in reprobum sensum Acacius auxit excessum, conatus etiam Alexandrinum & Antiochenum Patriarchas sedi suæ subjicere, ac sese in totius Orientis Papale idolum sublimare, scribitque ad Dardaniæ Episcopos de ejus successoribus & assellis Sanctus Gelasius. *Propterea Christianam, extincto Acaciano schismate, reparari legitima ratione refugiunt unitatem, quia occasione dissensionis hujus suis ambitionibus suffragantem deponere jam recusant, quia sine auctoritate Sedis Apostolicæ omnium Ecclesiarum passim jura confundunt, magis eligentes in errore persistere, quam præsumptionum suarum perdere facultatem, plus usurpationum suarum licentiam diligentes, quam Divini Judicii tenentes respectum, Addit Liberatus Diaconus in Breviario: Licet Sedes Apostolica nunc usque contradicat, quod à Synodo firmatum est, Imperatoris patrocinio permanet quodammodò. Nam etiam post extinctum schisma Justinianus Augustus prævaricationi patrociniatus est, & tam huic, quam tertio Constantinopolitano Canonibus prævaricatoris tribuit auctoritatem legis. Nihilominus tres Primates retinere Primatis & Exarchi titulum, vanum & miserum solatium amissæ Autcephaliæ.*

CANON XXIX.

Episcopum in Presbyteri gradum deducere est sacrilegium. Si qua autem justa causa illos ab Episcopali actione removet, nec Presbyteri debent locum obtinere. Sin autem absque ullo crimine dignitate moti sunt, ad Episcopalem dignitatem redibunt.

Anatolius religiosissimus Constantinopolitanus Archiepiscopus dixit: *Si, qui dicuntur ab Episcopali dignitate ad Presbyteri ordinem descendisse, si justis quidem de causis condemnantur, jure nec Presbyteri honore digni sunt; sin autem sine aliqua probabili causa ad inferiorem gradum depressi sunt, jure si quidem nulli sunt culpæ affines, Episcopatus auctoritatem, & sacerdotium recipient.*

SCHO.

SCHOLION.

Eustatius Berytenis in Phœnicia Maritima suffraganeus Episcopus à sacro Principis contra Canones Pragmatico dignitatem & in alioquot à Tyro Metropoli avulsas civitates potestatem Metropolitanam adeptus in Photium Metropolitam scandalosè pugnavit: Nam Episcopos civitatibus sibi adscriptis ab illo ordinatos dejecit tamquam ordinatos vitiosè à Metropolitano alieno, retrusitque in gradum Presbyteri. Causa ab Anatolio Constantinopolitano Episcopo iudicata denuò ad Romanos in hac Synodo Legatos deducta est, Eustatius gratiosè datum solum Metropolitæ sine potestate nomen, singulariter quæsitum de statu dictorum Episcoporum, dixitque sancta Synodus: *Episcopos eos esse censemus, justum est eos recipere Episcopatum & civitates, tamquam ordinatos à Metropolitano.* Addidit Sebastianus Berthæensis in Thracia Episcopus ad Dominos Legatos: *Hoc omnes deprecamur, ut reddatur eis dignitas, & Episcopatus, & Sedes, & honor, tanquam ordinatis à Metropolitano.* Annuerunt Legati, responderuntque hunc Canonem, quem omnis Synodus comprobavit. Episcopi enim dejectio non nisi ob crimen fieri potest: At verò crimen Episcopo sufficiens sufficit etiam deiciendo Presbytero ac Diacono, quoniam de omnibus tribus æqualiter edidit Apostolus hunc Canonem: *Oportet sine crimine esse.*

Attamen Regula non est plenè universalis. Etenim octavus Canon Nicænus quibusdam è Novatianensi schismate ad matrem Ecclesiam venientibus Episcopis gratiosè reliquit Presbyteri, immò & Chorepiscopi gradum, eumque in causa Armentarii Metropolitæ Ebredunensis imitata est Synodus Rejenis. Et de Promoto Presbytero, in Dunensi Diocesi Carnotensis castro per Ægidium Remensem Archiepiscopum ordinato Episcopo, ac ad Pappoli Carnotensis Episcopi preces dejecto, scribit Sanctus Grego-

rius Turonensis: *Contra promotum ita judicium latum fuit, ut Presbyterii tantum officio fungeretur.* Factum id est à quarta Synodo Parisiensi, publicata per Jacobum Sirmundum. Et Herimanno Bambergensi Episcopo, ob gravia crimina per Gregorium septimum Pontificem dejecto, fuisse relictum Presbyteratum scribit Lambertus Schafnaburgensis. Et Benedicto Sedis Apostolicæ in vavori dejecto ad Ottonis Augusti preces indultum Diaconatum laudat Luitprandus Diaconus Ticinensis. Et de Episcopis à Constantino Pseudo-Papa consecratis refert in vita Stephani quarti Anastasius Bibliothecarius: *In Concilio promulgatum est, ut Episcopi illi, si aliquis eorum Presbyter aut Diaconus fuerit, in pristinum honoris sui gradum reverteretur.* Et in præfatione octavæ Synodi ait de Photio Sanctum Ignatium Patriarcham Constantinopolitanum exauctorante: *Ignatio tamen usque ad hoc veluti Presbytero Divina sacrificia conficiendi Photius præstabat ad sensum.* Executus est Photius vigesimum Trullanum Canonem, vetantem Episcopo publicè docere in civitate aliena: *Si quis facere deprehensus fuerit, ab Episcopatu desinat, Presbyteri autem munere fungatur.*

Et Canonis nostri ratio non est firma. Etenim non solummodò ob crimen, sed & ob solam sine crimine proprio causam potest deponi Episcopus, uti factum Armentario & Promoto, aliisque ob solam Ordinatoris culpam aut Ordinatoris vitium frequenter dejectis. Eos in priorem Presbyterii aut Diaconatus gradum rejici nulla Regula interdicat. Neque aliam dejectionis causam in Photii Tyrriorum Metropolitæ Consecratos poterat Eustatius Berytenis intentare. Quin immò & dejectis ob proprium crimen Episcopis misericordie finis quandoque valet sine sacrilegio à Matre Ecclesia ad indulgendum Presbyteratum indulgeri. Quapropter & hic Canon, immò non Canon, sed quædam duntaxat Romanorum Legatorum interlocutio fuit semper modicæ auctoritatis.

CANON XXX.

Quoniam religiosissimi Episcopi Ægyptii, non ut Catholicæ fidei adversantes, sanctissimi Archiepiscopi Leonis Epistolæ subscribere distulerunt, sed dicentes in Ægyptiaca Diocesi hanc esse consuetudinem, ut præter voluntatem & mandatum Episcopi nihil tale faciant, & petunt concedi sibi dilationem usque ad ordinationem futuri magnæ civitatis Alexandrinorum Archiepiscopi; justum nobis & humanum visum est, ut ipsis in proprio habitu in imperiali urbe manentibus remissio concedatur, donec ordinatus fuerit Alexandrinus Archiepiscopus. Undè in proprio habitu manentes vel fideijussores dabunt, si hoc ab eis fieri potest, vel eorum jurijurando fides habebitur.

Christ. Lupi Oper. Tom. III.

P 2

SCHO.

SCHOLION.

Post damnatum Dioscorum Patriarcham Alexandrinum solennissime ab omnibus Episcopis in fidei regulam suscepta & subscripta est dogmatica, quam ille in Ephesino latrocinio dolose suppresserat, Sancti Leonis Pontificis ad Beatum Flavianum Episcopum Constantinopolitanum Epistola: Soli Aegyptii Episcopi manum negaverunt. Fecere solennissimam fidei orthodoxae professionem, ac Eutychem, de quo suspecti erant, damnatum patentissimo anathemate, de laudata verò Epistola dixere ad sanctam Synodum & gloriosissimos iudices. De Epistola sanctissimi & Deo amicissimi Archi-Episcopi Romani Leonis sciunt omnes sanctissimi Patres nostri, quia in omnibus expectamus sententiam beatissimi nostri Archi-Episcopi, & petimus vestram Clementiam expectare Praesidis nostri sententiam, qui cum in omnibus sequemur. Nam & sanctissimi Patres, qui in Nicæa congregati sunt, trecenti decem octo hanc regulam dederunt, ut sequatur omnis Aegyptiaca regio Archi-Episcopum magni nominis civitatis Alexandrinae, & nihil absque ipso agatur ab aliquo ei subjacente Episcopo. Et infra. Petimus vestram Sublimitatem, & hanc sanctam & magnam Synodum, ut misereamini nobis, & expectetis nostrum Archi-Episcopum, ut secundum antiquam consuetudinem illius sequamur sententiam. Quia si extra voluntatem Praesidis nostri aliquid faciemus, sicut praesumptores & non servantes secundum Canones antiquam consuetudinem, omnes Aegyptiaca regiones insurgent in nos. Ergo misereamini nostrae senectutis: Misereamini, & non faciatis nos in peregrinatione nostram vitam consumere. Prostraverunt sese in terram, & denuò clamaverunt. Clementes estis, misereamini nostri. Jam non possumus habitare in Provincia: Misereamini nostri. Occidimur: Misereamini nostri. Morimur, per vestigia vestra: Misereamini nostri. Moriamur à vobis, & non illic. Fiat hic Archi-Episcopus, & subscribimus, & consentimus. Novit Dei amatissimus Archi-Episcopus Anatolius, quia talis consuetudo in Aegyptiaca regione obtinuit, ut omnes Episcopi obediant Archi-Episcopo Alexandriae. Laudata ab illis Nicæna Regula est Canon sextus, qui quoniam adversus Meletii Lycopolitani Episcopi praesumptiones definire videtur de solis Ordinationibus, reposuit Eusebius Episcopus Doryleensis: Mentuntur. At malè. Canon enim de quovis generaliter jure Patriarchae Alexandrini dicit: Servetur antiqua consuetudo. Congruentior fuit intercessio Florentii Sardenfis Lydiorum Metropolitae: Ostendant quod dicunt. id est, probent ejusmodi consuetudinem. Probant autem testimonio Anatolii Episcopi Constantinopolitani, rerum Aegyptiarum peritissimi, utpotè qui fuerat Archi-Diaconus & Apocripharius Ecclesiae Alexandrinae.

Nihilominus paradoxa multis visa est ejusmodi consuetudo. Adversus eam dixere omnes tres Legati Sedis Apostolicæ. Tot annorum Episcopi in Ecclesia senescentes usque ad hoc tempus fidem veram & catholicam ignorant, & expectant aduc-

alienam sententiam? Et singulariter Lucentius Legatus, Episcopus Efculanus: Non possunt decem homines prejudicium facere Synodo sexcentorum Episcoporum. Et Acacius Episcopus Ariarathiae: Incongruum est universalem Synodum praetermittere, & in unam personam attendere, quæ susceptura est Episcopatum Alexandriae. Et Cecropius Episcopus Sebastopolitanus: Universalis hæc Synodus Aegyptiaca regione major est ac dignior. Addidit laudatus Acacius. Intentio his est, sicut in Epheso perturbaverunt omnia, & scandalis compleverunt universum mundum, & nunc istam sanctam & magnam Synodum perturbare. Petimus, ut non eis concedatur, sed aut consentiant Epistolæ, aut regularem damnationem suscipiant, & cognoscant quia excommunicati sunt. Et acclamarunt omnes Episcopi Hæc omnes dicimus, omnes sic sapimus. Eos de conjurata cum Eutyche & Dioscoro collusionione habere suspectos, ideòque, nisi subscriberent, damnatos voluerunt. Et hinc turbati illi sese projecerunt in terram, precibusque tot & protestationibus Synodum fatigarunt. Eos miseratus Anatolius videtur adductum consuetudinem tandem persuasisse gloriosissimis iudicibus, & atque ita ab hisce prodiit hæc per Legatos Apostolicos probata interlocutio potius, quam verus Canon.

Hæc verba, Ipsis in proprio habitu, id est, in hoc suspensio statu, in imperiali urbe manentibus, item hæc, fidei iussores dabunt vel eorum iurjurando fides habebitur, impetravit intercessio Paschagini Legati: Si præceperit Gloria vestra, & jubetis illis præstari aliquid humanitatis, fidei iussoribus datis non exeant de ista civitate, quamdiu Alexandria Episcopum accipiat. Reposuere enim iudices: Sanctissimi Paschagini sit firmum iudicium. Eos sub confirmato per fidei iussoriam aut juratam cautionem arrepto usque ad novi Patriarchae ordinationem detinuerunt Constantinopoli, laudatæ Sancti Leonis Epistolæ tunc subscripturos, aut damnandos tamquam Eutychanistas. Et hinc factum est, quod adversus Eutychanistas Aegypti Episcopos, Timotheo Aëtro faventes, ad Leonem Augustum scribit cum sua Synodo Evoptius Metropoli Cyzicenus. Constantinopolitanam Synodum Proterius Deo anabilis tunc Alexandriae civitatis Episcopus unà cum eis praesens & ipse firmavit. Novus, inquam, in Dioscorigi locum Patriarcha Proterius ad accipiendam Episcopalem consecrationem non fuit admittus, nisi cum omnibus suis Episcopis scripto professus Symbolum Constantinopolitanum, spretum ab Eutyche & Dioscorigi, adeoque & Synodum Chalcedonensem, ac praesertim Sancti Leonis Epistolam, de qua fuit omnis hic motus.

Quæstio est, An in suos Episcopos Patriarcha Alexandrinus revera habuerit talem consuetudinem & potestatem? Pro parte negativa facit Liberatus Diaconus Carthaginensis. Reversus sunt Alexandriam, qui cum Dioscorigi venerant, Episcopi & Clerici: Athanasius Bursius Episcopus, Nestorius Phlagonensis, Auxonius Sebennetensis, & Macarius Chabafanensis, qui confederant in Chalcedona, & anathematizaverunt Eutychem & ejus dogma cum Dioscorigi damnatione, Epistolæ Papæ Leonis subscribentes, ut cum omnium civium voluntate eligerent ordinandum Episcopum. Non ergo cuncti,

Cap. 13.
Act. 4.


cuncti, sed pauci dumtaxat de Eutyche & Dioscorigi suspecti Aegyptiorum Episcopi adduxere istam consuetudinem, & tamquam dubias ac paradoxæ potestatis adfectores fuere in Regia civitate detenti. Adductus Liberatus dicit fuisse solos Episcopos duodecim, Lucentius Legatus dumtaxat decem; at verò eorum libellus Synodo exhibitus habet subscriptos tredecim. Nempe Liberatus ac Lucentius loquuntur numero rotundo.

Pro parte autem affirmativa facit auctoritas tredecim istorum Episcoporum, ac praesertim Anatolii Constantinopolitani. Quis eos coram plena Synodo credit tam splendide & adseveranter ausos mentiri? Deinde Ecclesia Alexandria eosdem fermè cum Romana mores habuit: At verò in Romana viguisse semper ejusmodi Patriarchicam potestatem affirmare videtur Sanctus Petrus Chrysologus, Ravennæ Archi-Episcopus, in litteris ad Hæresiarcham Eutychem. Nos pro studio pacis & fidei extra consensum Romanæ Civitatis Episcopi causas fidei audire non possumus. Et Felix Papa tertius in litteris synodalibus ad Clerum orthodoxum Bythinæ & civitatis Constantinopolitanæ. Quoties intra Italiam propter Ecclesiasticas causas, præcipuè fidei, colliguntur Domini Sacerdotes, consuetudo retinetur, ut successor Praesulum Sedis Apostolicæ ex persona totius Italiae Sacerdotum, juxta sollicitudinem omnium Ecclesiarum sibi competentem, cuncta constituat. Et Romana Sede per Sancti Fabiani Martyrium vacante, Romanus Clerus de urgentissima Lapsorum causa interlocutus est quæpiam non ferentia moram; nullus verò istic Presbyter

aut Diaconus, nullus in omni Occidente Episcopus, ne quidem ipse totius Africae Dioceseos Primas Sanctus Cyprianus, est ausus quid definire. Et hinc Romanarum Patriarchalium Synodorum decreta consueverunt solum Pontificis nomen concipi & promulgari docet quarta Synodus Symmachi Papæ. Eandem potestatem fuisse Patriarchæ Antiocheno vides ex Pseudo-Synodo Ephesina, qua Joannes Antiochenus exauctorare molitus est Sanctum Cyrillum & Memnonem Episcopum Ephesiorum. Eam etiam Patriarchæ Constantinopolitano vindicat Theodorus Studita in litteris ad conventum Iconoclastam.

Respondeo potestatem hanc etiam in generali Synodo semper fuisse Romano Pontifici, non solummodò in Episcopos ad ejus Patriarchalem Diocesim singulariter spectantes, sed in omnes penitus sub cælo. Etenim in suo ad quintam Synodum Constituto Vigilius Pontifex asseverat esse antiquum & regularem ordinem, ne ante Sedis Apostolicæ promulgationem sententiæ ullus Episcopus quidquam proferre tentet, longè minus definire. Quod ipsum in sua Patriarchica Synodo habuisse omnem Patriarcham evincunt adducta fundamenta partis affirmativæ. An Alexandrinus etiam in generali totius Ecclesiae conventu habuerit, ignoro: Nullo exemplo possit ostendi. Crediderim tredecim illos Episcopos, eisque suffragatum Anatolium, argumentatos, at perperam, à paritate rationis, undè & praesens Canon non definitivam, sed dumtaxat interlocutoriam habet auctoritatem.





DISSERTATIO DE SYNODO CHALCEDONENSI.

CAPUT PRIMUM.

Synodi occasio, Episcopi, Praeses, locus, tempus.

Chrysoftho Eunucho possessus Theodosius Augustus nullas adversus Ephesinum latrocinium, inflataque opprimis Episcopis & orthodoxae fidei gravissima vulnera, aut à Sancto Leone Pontifice, aut à Valentiniano tertio Augusto admisit instructiones, atque ita transit ad aliam vitam Consulatu laudati Valentiniani septimo & Gennadii Valerii Corvini Avieni, id est, anno Christi Domini quadragesimo quinquagesimo, imperii sui quadragesimo secundo, Leonis Pontificis undecimo, die quinto Calendas Augusti. Succesit per castum cum ejus sorore germana & sacra professa virgine Pulcheria matrimonium Martiani, prudentia & fide Romana clarissimus, atque ita à novo hoc mundi lumine Eusebius Doryleensis, alique per Ephesinum latrocinium afflicti Episcopi, ac praesertim Leo Pontifex novam Synodum & laesae fidei solatia per Legatos exposulavit, meruitque responsum, datum Constantinopoli die decimo Calendas Septembres anni jam dicti. Sacrae litterae, inquit vetusta & authentica Responsi Epigraphae, misse sunt à Domino nostro Martino ad sanctissimum Episcopum Leonem, quibus significabat eos, qui ab eodem viro reverendissimo missi fuerant, hilariter fuisse susceptos: Quare cum omni hilaritate se eò conferre dignetur, & Synodum celebrare, vel si hoc ei grave videbitur, suis litteris significet, ut sacris litteris Episcopis vocatis, in qua placuerit civitate, fidei convenientia decernantur. Litterae sunt hujus tenoris. Si placuerit tuae Beatitudini in hac partes advenire, & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur; si vero hoc onerosum est, hoc ipsum propriis litteris tuae Sanctitatis manifestet, quatenus sacra iussione in locum designandum cogantur omnes Orientis, Thraciae, & Illyrici Episcopi, quae Christianorum religioni atque Catholicae fidei prosint, sicut Sanctitas tua secundum Ecclesiasticas Regulas definitur, sua dispositione declaraturi. Respondit & Pulcheria Augusta. Tua Reverentia, quocumque modo prospexerit, significare dignetur, ut omnes etiam totius Orientis Episcopi, Thraciae atque Illyrici, sicut etiam Domino

L. 1. Conc. Chalced. Epist. 34.

nostro piissimo Imperatori placuit, in unam civitatem velociter ab Orientalibus partibus valeant convenire, & illic factis Concilio, & de catholica confessione, & de Episcopis, qui ante hac à latrocinio Ephesino segregati sunt, te auctore decernant. Addit Anatolium Constantinopolitanum Episcopum esse fide rectum, praedicatorumque Apostolicarum ad Sanctum Flavianum Epistolae, cum illo sentire, ac in plena pace degere universam Constantinopolim, Sancti Flaviani corpus ex Lydia delatum ad eandem urbem ac honorifice conditum in sanctorum Apostolorum Basilica, consueta sepultura Episcoporum Regiae civitatis, omnes item ab Ephesino latrocinio damnatos Episcopos sacro Pragmatico revocatos ab exilio in suas regiones, futurae Synodi auctoritate restitutos etiam in sedes. Etenim in imperium evectus Martianus, ante visas quasvis preces aut legationes, mox Leoni Pontifici Majestatis suae exordia ex more retulit, Romanae Ecclesiae in Divinae fidei Episcopatu Principatum professus est, Apostolicarum Sedis adversus Ephesinum latrocinium decreta, Romanas damnatorum istius Episcoporum appellationes, factamque Sancti Flaviani ab eadem Ecclesia canonizationem executus est tamquam verus obedientiae filius, Anatolium & omnem Regiae civitatis populum ad recta vestigia compulsi, proprioque motu spondit Pontifice auctore celebrandam Synodum, ac Ecclesiae statum ab omni vulnere vindicandum, rogans Anatolii Episcopatum, adhuc suspensum & dubium, ex causis gratiose confirmari. Nec solus Anatolius, sed & plures alii in latrocinio lapsi Episcopi coeperunt inconstantiae suae veniam postulare, & communionem catholicam per satisfactionem correctionis expetere. Quocirca ad Dardaniae Episcopos verè scribit Sanctus Gelasius. Sedes Apostolica, ut Synodus Chalcedonensis fieret, sola decrevit. Nulla facta ad Pontificem iussione, sed solis precibus Princeps est cooperatus.

Epist. 11. c. 1.

Epist. 13.

De communi igitur utriusque consensu indicta & convocata est Synodus in Calendas Septembres Consulatu Martiani Augusti & Clodii Adelpii,

Adelpii, anno Domini quadragesimo quinquagesimo primo, primo Martiani Augusti, duodecimo Leonis Papae, quarto ante captam urbem à Genferico Rege Wandalorum, Exultavere non solummodo orthodoxi, sed & ipsi Eutychnianistae, de quibus Pontifex ad Principem. Nimis iniquum est, ut per paucorum insipientiam ad conjecturas opinionum & ad carnalium disceptationum bella provocemur: Tamquam disceptatione tractandum sit: utrum Eutyches impiè senserit, & utrum impiè Dioscorus judicavit, qui in sanctae memoriae Flaviani condemnatione se perculit, & simpliciores quosque, ut in eandem ruinam provolverentur, impexit; quorum multis jam ad satisfactionis remedia conversis, & veniam de inconstantiae trepidatione postcensibus, non cujusmodi sit fides tenenda, tractandum est, sed eorum precibus qualiter adnuendum. Assidue protestatur se in Synodum consentire ea lege, ut sua ad Flavianum perscripta fides, Eutychetis à Sancto laudato facta & à se confirmata damnatio, damnatioque Dioscori & omnis latrocinii Ephesini, nequaquam retractarentur, sed tamquam immobilia Sedis Apostolicae judicia cum debito honore ab omni sub caelo Ecclesia reciperentur, solummodoque tractaretur, quomodo pacificetur turbata Ecclesia, quomodo Episcopis Ephesi praevicacitatis impartiat vindicta aut medela. De reducto ad mentem Anatolio, de composita Ecclesia Constantinopolitana, de honoratis Sancti Flaviani reliquiis, de catholicis Episcopis ab exilio revocatis egit Principi gratias, dicens hunc esse virtutis ejus titulum, pietatis fructum: Quin & ad ejusdem preces vitiosum Anatolii Episcopatum dispensatorie purgavit & firmavit, variosque alios Ephesi lapsos Episcopos admisit ad suarum solarum Ecclesiarum communionem; at verò Dioscorum Alexandrinum, Juvenalem Hierosolymitanum, Eustatium Berytensem, reliquosque latrocinii Primate habere voluit ut communionis exortes, nec ad altare recitari: Nec ad ullam retractionem inflecti unquam potuit, uti liquet ex novissimis ejus litteris ad Synodum praesentem. Et apud optimum Principem non fuit opus verbis: Proprio ille motu promiserat synodali dispositione dumtaxat declarandum, quod Pontificis Sanctitatis secundum Ecclesiasticas Regulas definitisset.

Epist. 42.

Epist. 44.

Epist. 40. c. 1. 2. 3.

Epist. 113. 138.

scopum ac Basilium Romanae Ecclesiae Presbyterum direxit Constantinopolim, qui in deliberationis consortium adsumpto Anatolio Episcopo veraciter conversis impartirent remedia plene sanitatis. At Principi neque Italia, neque dilatio placuit: ideoque propensissimè ejus in Deum & reparandam Ecclesiam pietati fides Pontifex se accommodavit, à nostra interim Gallicana, quam viris doctissimis & fortissimis semper abundasse scribit in libro adversus Vigilantium Sanctus Hieronymus, Ecclesia expositulans synodale de sua ad Sanctum Flavianum Epistola iudicium, indictae jam intra Orientem Synodem transmittendum: Eutychnianistarum rabiem, quod missis personis non posset, volebat saltem Latiorum Episcoporum litteris compescere. Et quidem Epistolam illam non tantum ut germanissimè orthodoxam, sed & tamquam novum fidei Symbolum ab omnibus fidelibus memoriae verbotenus mandandum, laudavit omnis Gallia; ferius tamen post dimissam Synodum nostram venit istud nobile suffragium, quod aurarum praeter consuetudinem intemperies longioribus induciis morata esset Apostolicum mandatum, datum Ravennio Metropolitanæ Arelentis.

Epist. 44.

SA

2. 2. 1

Big

2. 2. 2

2. 2. 3

2. 2. 4

2. 2. 5

Epist. 50.

Epist. 43.

Epist. 33. 34-35.

Epist. 49.

2. 2. 1. 1

Suos ad Synodum nostram Legatos ac Vicarios exprimit Pontifex in litteris ad Principem. Bonifacium de Compresbyteris meis ab urbe direxi, & de Episcopis fratrem meum Paschasium de Sicilia feci navigare, qui vicem meam sufficienter implerent, datis per eisdem Epistolis ad eos, Lucentium utrique & Basilium, qui legationem ante susceperant, ut ipsi quoque praedicti ad implendas partes praesentiae meae jungerentur. Eisdem quatuor laudat in alia ad Principem nec non ad Synodum Epistola. Nec me, ut voluit vestra Clementia, ab illo credatis abesse Concilio, cum in his fratribus, quos direxi, id est, Paschasino & Lucentio Episcopis, Bonifacio ac Basilio Presbyteris, & in fratre meo Juliano, quem eorum voluit esse participem, etiam mea sit existimanda praesentia. Basilium in litteris ad Theodosium Augustum vocat virum probatissimum, cujus sibi sit nota devotio, estque omnino ille ipse, quem una cum Senatore Presbytero, & Abundio ac Asterio Episcopis legavit dicto Principi Theodosio ad moderandas miserias & excessus latrocinii Ephesini. In Actis synodalibus nulla sit ejus memoria: Existimo aut revocatum aut defunctum. Lucentius fuit Esculanus, Paschasinus Lilybeti in Sicilia Episcopus, Legatorum primus, de quo Pontifex ad Principem Martianum: Vocatus est de ea Provincia, quae videtur esse securior. Eo enim tempore Genfericus Wandalorum Rex necdum ausus fuerat insulam tentare. Addit Pontifex: Certus sum, quod absque odio & gratia sit acturus. Fuisse namque virum doctissimum atque sanctissimum ostendunt aliae Pontificis ad ipsum litterae, insignisque ejus patientia in extremis malis captae postmodum à dicto Barbaro infusae illatis. Pergit Pontifex de Juliano Episcopo Coensi: Consortem fratrem quoque meum Julianum addentes Episcopum. Ephesini, cui adfuerat, latrocinii, omnium Ecclesiasticorum in urbe Regia ac omni Oriente negotiorum, latinæque & graecae linguae erat ille peritissimus; Atta-

Attamen Legatus non fuit, sed Legatorum dumtaxat Conſiliarius.

De venturis ad Synodum Episcopis ita habet
 L. 1. Conc. Chalced. Epist. 36. *Sacra Divalis directa ad omnes Orientis, Thraciæ, ac Illyrici Metropolitæ. Tua Sanctitas cum quantis approbaverit Reverendissimis Episcopis sub suo Sacerdotio constitutis sanctarum Ecclesiarum, expertas habentibus Divinas Scripturas, & in scientia & doctrina orthodoxæ & veræ fidei præ cunctis eminentibus, advenire festinet.* Epiphanius Tyriorum Metropolitæ in litteris ad Synodum Constantinopolitanam sub Menna Patriarcha merito hanc Synodum vocat magnam, verèque Facundus Hermianensis Episcopus scribit fuisse numerosissimam. Etenim Cecropius Sebastopolitanus Episcopus in quarta Actione dixit fuisse Episcopos mille ducentos, Lucentius autem Romanus Legatus solos sexcentos, adſtipulaturque Sanctus Leo in litteris ad Episcopos Gallicanos. Relatio ſynodalis ad laudatum Pontificem, & Martiani Augusti ad Palladium Prætoris Præfectum directæ adversus Eutychem ac ejus monachos lex statuunt solos quingentos viginti. Nicephorus Calixtus vult fuisse sexcentos triginta sex, adſtipulaturque Hincmarus Remensis Episcopus in litteris ad Ludovicum tertium Francorum Regem, ajens fuisse plusquam sexcentos triginta. At verò Seleucus Amafenus Episcopus ac Helenoponti Metropolitæ, in litteris ad Leonem Augustum exstantibus post hanc Synodum, affirmat fuisse sexcentos triginta, quæ sententia est omnino communis & vera. Eam assidue leges in antiquis monumentis.

Porrò ex solo Oriente, Thracia, atque Illyrico Episcopus invitavit Marcianus Augustus, quod Africa, Gallia, Hispania, ac omnis ferme Occidens gemeret sub Barbaris spernentibus Romanam Majestatem, ideoque earum regionum Antistites Pontifici eorum Patriarchæ reliquit. Addit Evagrius Epiphaniensis. *Nestorium etiam accersitum Zacharias Rector affectione quadam animi inductus refert: Utique ad movendam ac promovendam causæ suæ ab Ephesina Synodo damnatæ retractationem. At illum mentiri evincit vel sola Oafis, in quam ad perpetuam oblivionem fuit Nestorius proſcriptus. Addit Eustatius Berytensis Episcopus in litteris ad Joannem Episcopum ac in litteris ad Joannem Presbyterum. Huc Chalcedonem adveniarunt, qui Nestorii reliquias sedulo perquirunt, & contra Concilium ita cœperunt vociferari: QUID EST, QUAMOBREM SANCTIS VIRIS DENUNCIATUR ANATHEMA? Sic ut Imperator rem graviter & acerbe ferens jussit satellitibus, ut eos inde procul expellerent. Executus est Pontificis mandatum ad Synodum. Prioris Ephesinæ Synodi, cui sanctæ memoriæ Cyrillus Episcopus tunc præſedit, contra Nestorium specialiter statuta permaneant: Ne tunc damnata impietas idè sibi in aliquo blandiatur, quia Eutycheſtæ iusta execratione percellitur. Puritas enim fidei atque doctrinæ, quam eodem, quo sancti Patres nostræ, spiritu prædicamus, Nestorianam & Eutychemianam cum suis auctoribus condemnat pariter & persequitur. pravitatem. Futurum prævidebat Pontifex sapientissimus, ut & Nestoriani postulata causæ suæ retractatione turbarent, & Euty-*

chiani quovis quæſito furo Synodum de Nestoriana lue infamarent, ideoque ambos voluit denuò pariformiter ab illa damnatos. Quapropter benè concludit Evagrius: *Quomodò igitur Nestorius sit accersitus, non possum equidem dicere.*

Locus Synodo destinatus fuit Nicæa Bithyniæ. Ità disertè habet Sacra Divalis. Et laudatus Evagrius. *Sacerdotes primò Nicæam accersiti sunt, adeò ut cum Leo Romanus Episcopus ad eos litteras daret per Paschasium, Lucentium, & ceteros, quos eò ad suum locum supplendum miserat, eas sic inscriberet: EPISCOPIS NICÆÆ CONVOCATIS.* Quod ipsum notat Vaticana generalium Conciliorum editio facta jussu Pauli quinti Pontificis. Addidit Princeps in litteris tractoriis ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum: *Sciat Religio vestra etiam Serenitatem nostram venerabili Synodo interfuturam, nisi forte publicæ necessitates in expeditionibus nos detinuerint.* Eo namque tempore Dei flagellum Attila Illyrico imminens ità loqui cogebat. Etiam post lapsas Calendas Septembres & adunatos Nicææ Episcopos extorsit hæc verba: *Quia volumus interesse sancto Concilio, retinent verò nos publicæ & necessariæ utilitates in expeditione apud Illyricum, digneretur vestra Religio non arbitrari grave nostræ Tranquillitatis absentiam sustinere, sed orare, quatenus ea, quæ inter manus habemus, Deo auxiliante, benè disponentes illuc venire possimus.* Consulari interim Bithyniæ Stratego datum est mandatum compescendi turbas, ejiciendique Clericos & Monachos non necessarios, à quibus soleant cieri motus. Attamen Apostolici Legati ob cognitum Eutychemianarum genium anxii hærebant in Regia civitate, sine Principe nolentes Nicæam accedere, varii Episcopi corporis infirmitate ac aliis diversis causis laborabant, ideoque Princeps venire volens, à non valens scripsit ad Synodum. *Licet plurimarum publicarum causarum nobis sit hic remorandi necessitas, tamen præponendam omnibus curam sanctæ & orthodoxæ fidei judicamus. Nam & Religiosissimi Episcopi & Presbyteri, qui vice sanctissimi & Deo dilectissimi Leonis Archi-Episcopi felicissimæ urbis Romæ venerunt, à nostra Tranquillitate petierunt, quatenus omni modo nos adesse debeamus sancto Concilio, adfirmantes, quoniam non patientur illuc, absente nostra Pietate, venire. Secundum petitionem verò vestræ Sanctitatis nos ipsi valdè quærentes velociter vestrum sanctissimum Concilium celebrari, festinamus ad vos quantocius advenire. Undè, si placet vestræ Pietatis, ad Chalcedonensem Civitatem venire dignemini: Illuc enim excurreremus, licet hic nos publicæ causæ detineant.*

At ecce supervenit casus funestissimus, de quo Theodorus Ecclesiæ Alexandrinæ Diaconus in libellis Leoni Pontifici & Synodo nostræ exhibitis adversum crimina Episcopi sui Dioscori: *Ostendam & quod in Nicæa Metropoli ab eo temerariè gestum est. Hic namque sanctissimus Dioscorus, magis autem circa omnia ferocissimus, in consuetudine habens leges prævaricari, nihil arbitrans quod ab ipso in sanctæ memoriæ Flaviani commissum est, insuper ad mala majora se vertit. Excommunicationem namque faciens contra sanctissimum ac beatissimum Apostolicæ Sedis magnæ Romæ Episcopum, suavitè subscribere eis, qui cum ipso de Ægypto ven-*

CAPUT SECUNDUM.

Exponuntur Acta Synodi.

Romanorum Legatorum hæc fuit prima vox ad Gloriosissimos judices. *Beatissimi atque Apostolici viri Papæ urbis Romæ, quæ est caput omnium Ecclesiarum, præcepta habemus præ manibus, quibus præcipere dignatus est ejus Apostolatus, ut Dioscorus Alexandrinorum Archi-Episcopus non sedeat in Concilio, sed audiendus intromittatur. Hoc nos observare necesse est. Si ergo præcipit vestra Magnificencia, aut ille egredietur, aut nos eximus.* A solenni Romani Primatus prædicatione ducunt exordium, volentes restaurare insignem illi injuriam & Ephesi & Nicææ à Dioscoro illatam. Adeò duri in tantum Patriarcham Apostolici mandati causam postulantis gloriosissimis iudicibus reposuit Paschasius Legatus: *Cum intromissus fuerit, necesse est, ut illi objiciatur.* Ex quo vides Dioscorum ad primam Legatorum vocem fuisse omnino è Synodi confesso ablegatum. Addidit Paschasini Collega Lucentius Episcopus. *Judicii sui necesse est eum dare rationem, quia cum personam judicandi non haberet, præsumpsit, & Synodum facere ausus est sine auctoritate Sedis Apostolicæ, quod nunquam licuit, nunquam factum est.* Et infra. *Non patimur tantam injuriam nec nobis fieri, nec nobis, ut ille sedeat, qui judicandus advenit.* Et denuò Paschasius. *Nos contra præcepta Beatissimi atque Apostolici Papæ gubernatoris Sedis Apostolicæ venire non possumus, nec contra Ecclesiasticas regulas, vel contra Patrum instituta.* Ei, qui Ephesi sese tamquam judicem appellatione suspensum è Præsidis sede contra Divinam Legem atque Apostolicum Canonem detulerat, relictæ ob Deum Republica, optimus Augustus, viceque sua plurimos imperii ac senatus Principes misit Chalcedonem, atque ità octavo idus Octobres fuit illic Synodus inchoata.

Chalcedonem fuisse civitatem amplam ac insignem testatur ipse Princeps in secunda ad Synodum Epistola, dicens eam transferri Nicææ Chalcedonem, *Ne angustia civitatis Episcopos amplius faciat laborare.* Quocirca Chalcedon superabat Nicæam, quam quis nesciat nobilem fuisse & opulentam? Acta ſynodalia assidue scribunt: *In Chalcedonensi civitate, Metropoli Provincia Bithyniæ.* Per anticipationem. Etenim non nisi post peractam Synodum dixit Princeps ad Patres. *Ad honorem sanctæ Martyris Eufemie, & vestræ partiter Sanctitatis, Chalcedonensem civitatem, in qua sanctæ fidei Concilium gestum est, Metropolis privilegia habere sancimus, nomine tantum hanc honorantes, salva videlicet Nicomedienſium civitati propria dignitate.* Et acclamant omnes Episcopi, *Justum judicium Imperatoris, digni tanta Martyre.* Fidei definitionem etiam à laudata Martyre, in cuius Basilica prodiit, fuisse insigni miraculo honoratam scribit Nicephorus Calixtus: *Ejusque lucidam memoriam facit & Relatio ſynodalis ad Sanctum Papam Leonem.*

Perrexerunt Gloriosissimi judices. *Ingredietur & Reverendissimus Episcopus Theodoretus, ut sit particeps Synodi, quia & restituit ei Apostolicam Sedem Appellanti, dogmaticamque ad Sanctum Flavianum Epistolam & supremum Romanæ Ecclesiæ Primatum palam profertenti, Episcopatum Sanctissimus Archi-Episcopus Leo, & sacratissimus ac piissimus Imperator, tamquam Apostolicæ sententiæ executor, sanxit cum adesse sanctæ Synodo.* De Nestorianæ causæ patrocinio, & Capitulum Sancti Cyrilli ac Ephesinæ Synodi impugnatione erat Theodoretus famosissimus, ideoque discordarunt de illo Episcopi, quidamque pro illo & Sede Apostolica, quidam adversus illum

tamquam Nestorii fautorem longè pessimum exclamarunt admodùm turbidè, & Gloriosissimi iudices fuere coacti ad hanc interlocutionem: *Acclamationes istæ populares neque Episcopos decent, neque partes juvant.* Admissus nihilominus est propter Apostolicæ Sedis auctoritatem ad locum & suffragium Episcopi, uti patenter ostendit Facundus Hermianensis Episcopus; attamen, uti ad **L. 5. c. 3.** Histrix Episcopus scribit Pelagius secundus, cum *resistentiam certamine,* & uti gloriosissimi iudices addiderunt, *Reservata accusatione.* In octava Synodi Actione dogmaticam Sancti Leonis Epistolam, dubitantibus de illa Illyricianis Episcopis ac Palæstinis, lucidè expositam, & coram omni Synodo generosè antea adsertam, denuò professus est, & Nestorio dixit apertum anathema, atque tunc Apostolica pro ipso sententia est plenissimè comprobata per omnem Synodum, nomen ejus insertum Ecclesiasticis Episcoporum tabulis, ac edita adversùs illam Theodosii Augusti lex, Ephesini latrocinii Acta confirmans, est per Principem Martianum cassata. *Iniqua,* inquit, *sententia nihil obstitit Theodoro, qui eadem lege continetur: Quoniam non possunt Sacerdotes Constitutione damnari, quos Synodicum ornat de confirmata religione decreverunt.* Quin Sanctus Leo Pontifex solennibus illi litteris gratias egit, estque adgratulatus. Attamen Nestoriani perrexerunt jacere ut suam, & Eutychiani odisse & averfari ut Nestorianum. Etenim ad quintam Synodum dixit Constantinensi sacri Palatii Questor de Sergio Ecclesiæ Cyrensis Episcopo Nestoriano, quod ejus Clerici Theodoretum imaginem rhedæ impositam pfallentes cum processione deduxerint, ipse verò Diodoti Tharsensis, Theodori Mopsuesteni Episcopi, Theodoretum, ac Nestorii tantquam Martyris festum egerit, ideoque per Justinum Augustum fuerit ejectus de Episcopatu. At verò Dioscorus Presbyter & Chergemon Lector, Ecclesiæ Alexandrinæ in Regia civitate Apocriphari, Cresconio & Germano Episcopis, Anastasii secundi Pontificis ad Anastasium Augustum Legatis, dixere sese huc usque fuisse averfatos dogmaticam Sancti Leonis Epistolam, quod eam in pravum sensum interpretati essent hi, qui cum Theodoro Cyrorum civitatis Episcopo tunc fuerant Nestorianæ hæresis sectatores. Et Episcopi Severiani dixere in Collatione Constantinopolitana. *In tantum per dolum anathematizavit Chalcedone Nestorium Theodoretus, quia postquam anathematizavit, dixit, VALETE.* Synodum Chalcedonensem tamquam Nestorianam fuerunt detestati, quod à Theodoro, Iba, aliisque, quos Nestorianos existimabant, Episcopis esset subscripta. Et reverà in Synodo Chalcedonenfi Theodoretus ad Episcopos dixit, VALETE. Exponit in laudata Collatione Hypatius Episcopus Ephesiorum. *Volens Theodoretus satisfacere, quemadmodùm saperet, nec tamen permissus est propter anticipatos quosdam atque in eo scandalizatos, postquam vidit non suscipi satisfactionem suam, anathematizans Nestorium & Eutychen addidit, VALETE. Cur autem hoc ipsum dixerit, VALETE, superius manifestavit, dicens: QUONIAM NEC SEDEM AMBIO, NEC PRO EPISCOPATU SOLICITUS VENI, SED*

UT PERSUADEAM, QUEMADMÓDUM CREDO, PROPTER QUOD ANATHEMATIZO, SICUT JUBETIS, ET VALEFACIO VOBIS. Undè neque sanctum Concilium, neque Gloriosissimi Iudices ad injuriam hunc sermonem susceperunt, scientes, quia antequam sanctum illud Concilium fieret, pacificatus esset Beato Cyrillo, qui ab eo injuratus est in contradiçtoris libris duodecim Capitulorum. Quinta tandem Synodus composuit quæstionem.

Exindè nostra Synodus Ephesini latrocinii ac utriusque sub Sancto Flaviano Constantinopolitanæ adversùs Eutychen Synodi Acta & Episcopos discussit, occupata usque ad ultimam vesperam, tandemque auditis partibus interlocuti sunt Gloriosissimi Iudices. *Quoniam Flaviani religiosa memoria, & Eusebius reverendissimus Episcopus ex gestorum & cognitionum scrutatione, & ipsa voce quorundam, qui tunc Synodo præfuerunt, consentium se errasse, & frustra eos damnasse, quia nihil circa fidem monstrantur errasse, ostenduntur injuriæ depositi.* Acclamarunt omnes Episcopi integri: *Hæc justa sententia, justus Senatus, justum Concilium, Deus Martyres vindicavit.* Et alio in loco, *Flaviano æterna memoria, orthodoxi æterna memoria, ecce ultio, ecce veritas, Flavianus post mortem vivit, Martyr pro nobis orat.* Acclamarunt & ipsi ejus in Ephesino latrocinio damnatores: *Omnes erravimus, à Dioscoro aut seducti aut compulsi, omnes veniam mereamur.* Eum omnis passim antiquitas vocat secundum Abel. Quare meritò Martianum Augustus Præcessoris sui Theodosii adversùs illum pro latrocinio Ephesino legem, tamquam iniquam sceleratorum obreptione extortam sententiam, cassat & damnat, addens de nostra hac Synodo: *Flaviano & antea vitæ palmam & mortis tribuit gloriosæ.* Eum etiam Romana Ecclesia inscripsit suis Sanctorum tabulis: *Constantinopoli, Sancti Flaviani Episcopi, qui cum fidem catholicam Ephesi propugnaret, ab impij Dioscori factione pugnis & calcibus percussus post triduum vitam finivit.* Colit non mortis, sed translationis per Martianum Augustum, ex Epypa, seu Hyppepe Lydiæ civitate, factæ diem, quam Nicephorus Calixtus errat factam à Principe Theodosio. Porro pravæ illius legis extorserunt Chrysofostomus Eunuclus, de quo Comes Marcellinus ad Consulatum Avieni: *Martianus imperium adeptus est, Chrysofostomus Eunuclus, Pulcheria Theodosii sororis nutu, sua cum pecunia interemptus est.* Ità optimi Principes imperii sui exordia dedicarunt in sanguine peccatoris.

Pergunt Gloriosissimi Iudices. *Videtur nobis justum esse, si placuerit Divinissimo ac piissimo Domino nostro, eidem pœna Dioscorum reverendissimum Episcopum Alexandria, & Juvenalem reverendissimum Episcopum Hierosolymorum, & Thalassium reverendissimum Episcopum Cesarææ Cappadociæ, & Eusebium reverendissimum Episcopum Ancyra, & Eustatium reverendissimum Episcopum Beryti, & Basilium reverendissimum Episcopum Seleuciæ Isauriæ, qui tunc potestatem & Principatum Synodi tenuerunt, subjacere, & à sancto Concilio secundum Regulas ab Episcopali dignitate ferri alienos.* Et acclamarunt Episcopi: *Justum judicium.* Hæc judicium verba a Sancto Concilio, & Exponit

Act. 1

Act. 11

Act. 11

L. 14. c. 6

Act. 3.

nit Joannes Germanicenis Episcopus dicens ad Dioscorum. *Gloriosissimi Iudices & sacratissimi Senatus decernens adversus tuam Reverentiam promulgavit sententiam, si hoc placuisset sanctissimis Episcopis, quibus hæc inferre à Domino Deo creditum est.* Adeo olim in generalibus Synodis laici Episcopos non judicabant. Quin immò Dioscoro, Gloriosissimos Iudices examini suæ causæ adesse postulanti, respondit Cecropius Sebastopolitanus Episcopus: *Quando Regularia, id est, Episcoporum in Ecclesiasticas Regulas delicta, examinantur, neque iudices, neque aliquos laicos interesse oportet.* Solis fidei quæstionibus, & quidem merè audiendis, poterat adesse. Legatis itaque Apostolicis simplicem dammandi & judicandi Dioscori licentiam dedere Gloriosissimi Iudices: *Necessariam, quod sese ille adversus Synodum Principis protectione minuisse.*

Suscipit itaque Synodus accusatorios adversùs illum libellos, non tantùm ab Eusebio Doryleensi Episcopo, sed etiam à Theodoro & Ichyrione Diaconis, Athanasio Presbytero, ac Sophronio fidei laico Ecclesiæ Alexandrinæ, Sancti Cyrilli confanguineis, per Dioscorum variè & graviter adfictis, tamquam in quos Cyrilli Ecclesiasticas opes malè contulisset. Tertio per Legatos Episcopos à Synodo juxta antiquum Canonem ad satisfaciendum citatus Dioscorus est variè tergiversatus, ideoque coacti tandem Legati Apostolici adversùs illum pronunciarunt. *Sanctissimus ac Beatissimus Archi-Episcopus magnæ & senioris Romæ Leo, per nos & per præsentem sanctam Synodum, unà cum ter Beatissimo & omni laude digno Beato Petro Apostolo, qui est Petra & crepido catholice Ecclesiæ, & rectæ fidei fundamentum, nudavit Dioscorum tam Episcopatus dignitate, quam etiam ab omni sacerdotali alienavit ministerio.* Eamque sententiam omnes omnino Patriarchæ, Primates, Metropolitæ, Episcopi confirmarunt, addentes suo suffragio: *Sicut Beatissimus Pater noster Leo per Vicarios suos interlocutus est, his ego concors effectus, &c.* Ex quo vides generalium Synodorum decreta in solum Romani Episcopi nomen condi & edi non esse, uti quidam garrunt, recens posteriorum Pontificum commentum & usurpationem, sed antiquissimum Ecclesiæ Canonem & consuetudinem.

Porro crimina, ob quæ dejectus Dioscorus, fuere varia. Primum est, quod Eutychen sibi similia sapientem, & regulariter in Synodo Constantinopolitana à proprio Episcopo Sancto Flaviano damnatum, præsumens sibi in Ephesino latrocinio Primatum, irregulariter in communione receperat, & quidem priusquam consideret synodali cum Episcopis, atque ita prævaricatus esset & fidem orthodoxam & quintum Canonem Nicænum. Relatio synodalis ad Leonem Pontificem ita exponit. *Multa prius pessimè operatus Dioscorus priora sequentibus superavit. Nam Beatum illum inter Sanctos Constantinopolis Pastorem Flavianum, Apostolicam præferentem fidem, & Dei amantissimum Episcopum Eusebium, præter omnem Canonem consequentiam, deposuit atque damnavit, & Eutychen pro impietate damnatum suæ tyrannidis decretis innoxium statuit, & dignitatem, quæ à vestra illi ablata fuerat Sanctitate, illi restitit.* Lupi Oper. Tom. II

tuit: Et in summa, sicut singularis ferus in vineam irruens, quam optimam reperit plantationem, evertit; quam verò ut infructuosam eradicatam, rursus induxit, & eos quidem, quæ a quæ sunt Patrum, sapiunt, abscondit, eos verò, qui lupi demonstrati sunt, super oves imposuit. Et Relatio synodalis ad Valentianum & Martianum Augustos. *Eutychi egrotanti impietate Manichei, & legitime abdicato, tam Sacerdotium quam Monachorum Principatum ante decretum Synodale irregulariter reddidit: Et hoc, cum Beatissimus & Sanctissimus magnus Romæ Archi-Episcopus Leo per litteras conventientia decrevisset, & scelestam Eutychis in scriptis damnasset persidiatam, dicentis: CONFITEOR QUIDEM ANTE ADUNATIONEM EX DUBIIS NATURIS DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, POST UNIONEM VERO UNAM ESSE NATURAM.* Et in Dei amantissimum Episcopum Eusebium iniqua commisit. *Adhuc autem & quosdam à diversis Conciliis ritè damnatos in communionem propria auctoritate suscepit.* Eutychetis damnationem à Sede Romæ confirmatam exufflare fuit non solummodò quintum Nicænum, sed & Divinum Evangelij Canonem prævaricari. Et hæc omnia fecit irregulariter, propria auctoritate, ante synodale decretum, priusquam cum Episcopo in Epheso consideret. Numquam enim, uti frequenter inculcat Theodoretus, à scabiosa damnati Eutychetis communione abstulit, & hanc suam prævaricationem per violentam in Ephesino latrocinio tyrannidem firmavit decreto synodali. Facinus adeo fœdum, ut etiam Severiani Episcopi de illo erubuerint, dicentes in Collatione Constantinopolitana: *Eutychen tamquam acta forsitan penitentia Dioscori justificavit.* At fabula est, solidè refutata per Hypatium Episcopum Ephesiorum.

Secundum ejus crimen ita exposuere Legati Apostolici. *Super hæc neque Epistolam legi permittit Beatissimi Papæ Leonis, scriptam ad sanctæ memoriæ Flavianum, & hoc frequenter rogatus à portitoribus recitari eam, & cum juramento fieri lectionem promittens: Quæ non lecta scandalum & læsionem sanctæ Dei Ecclesiæ per totum orbem pertulerunt.* Lapsi enim in Ephesino latrocinio Episcopi post auditam in hac Synodo Epistolam exclamarunt: *Hæc Patrum fides, hæc Apostolorum fides, Petrus per Leonem ita locutus est, hæc in Epheso cur lecta non sunt?* Relatio synodalis ad Valentianum & Martianum Augustos, à Nicolao primo Pontifice in litteris ad Michaelum Augustum laudata, primum & principale Dioscori crimen fuisse affirmat, quod Epistolam à Sanctissimo Archi-Episcopo senioris Romæ Leone directam ad sanctæ memoriæ Flavianum recitari prohibuit Episcopis Ephesi congregatis, & hoc post promissiones suas & juramenta plurima. Crimenis radicem aperit laudatus Nicolaus, dicens Apostolicas de fide litteras in generalibus Synodis consueisse non tantùm legi, sed & publicè adfigi, tamquam Episcopis regulam credendi & suffragandi. Et hinc Hincmarum Remensem Episcopum, litteras suas auctoritate Regia suspendentem, idem Pontifex secundum Dioscorum appellavit. Quin & S. Ignatium Patriarcham ob similem, factam tamen, in Benedicti tertii litteras injuriam ita appellavit ipse Photius.

Act. 3.

Epist. 9

Pergunt Legati Apostolici de tertio Dioscori crimine: *Secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit. Presumpsit enim & excommunicationem dictare adversus sanctissimum, & beatissimum Archi-Episcopum magnæ Romæ Leonem.* Et Relatio synodalis ad laudatum Pontificem. *Et post hæc omnia insuper & contra ipsum, cui vineæ custodia à Salvatore commissa est, extendit insaniam, id est, contra tuam quoque Apostolicam Sanctitatem, & excommunicationem meditatus est contra te, qui corpus Ecclesie unire festinas.* Et Relatio ad Valentinianum ac Martianum Augustos. *Super alias suas nequitias & adversus ipsam Apostolicam Sedem latravit, & excommunicationis litteras adversus sanctissimum ac beatissimum Papam Leonem facere conatus est.* Rectè dicit, *Latravit, & Facere conatus est:* Etenim Romani Episcopi excommunicatio in nullius hominis potestate est, sed in solo hominum, ad extremam impietatis insaniam, caninumque latratum ac rabiem dejectorum, vano & irritato conatu.

De hoc crimine ad Gloriosissimos iudices, Dioscorum de Eutychniana hæresi traduentes, reposuit Anatolius Episcopus Constantinopolitanus: *Propter fidem non est damnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit Domino Archi-Episcopo Leoni.* De quo dicto scribit Facundus Episcopus Hermianensis. *Labor nobis est Concilium Chalcedonense contra Nestorianos defendere pro interloquutione Sancti Anatolii Constantinopolitani Antistitis, qui Dioscorum confirmatorem Eutychniani dogmatis, & fidei Catholicæ oppressorem dixit non pro fide fuisse damnatum.* Undè nobis Nestoriani dicunt, *Quomodo illam Synodum recepistis, in qua non solum multi, sed etiam potiore loco sederunt Episcopi, qui & ab Eutychnianis ordinati sunt, & Eutychnis atque Dioscori dogma scelerati esse probantur? Aut quomodo adseritis eam pro damnanda Eutychnis atque Dioscori perfidia congregatam, cum ibi Constantinopolitanus Anatolius perfidia Dioscori, quæ illi communis cum Eutychnis fuerat, approbavit, pronuncians eum non pro fide damnatum?*

Respondet idem Facundus. *De interloquutione Sancti Anatolii, quam super Dioscori persona protulit, respondemus, quia non ad hæresis crimen pertinere dicendum est aliqua parte de Dioscoro bene sensisse. Non enim ipsam perfidiam Dioscori Sanctus Anatolius approbavit, sed eum potius ab ipsa perfidia fieri voluit excusatum. Aliud enim est ideò hæreticum excusare, quod catholicus putetur; & aliud ipsam hæresim approbare atque defendere: Quemadmodum aliud ideò accusare Catholicum, quod putetur hæreticus? & aliud ipsam improbare ac reprehendere catholicam fidem. Nam potest castitatis approbator atque dilector, non approbata fornicatione, fornicatorem, dum in persona fallitur, approbare; & non improbata castitate, casum, dum in persona similiter fallitur, improbare. Anatolius fuerat Dioscori Archi-Diaconus & Apocrifarius, nec non Ephesi ab ipso promotus & consecratus in Episcopum, atque ita consecrationem suam à variis calumniis defensus etiam Dioscorum ab hæresi defendere est conatus. Et sanè fieri possit, quod sola malevolentia, non perfidia ad tantam Ephesinam tyrannidem seduxerit Dioscorum. Quidquid sit, certum est Eutychnianam*

perfidiam ad illo defensionem, eum de illa damnatum merito, atque ita dicta Anatolii interloquutio, quod etiam Facundus fatetur, graviter exorbitavit. L. 7. c. 3.

Adrianus secundus Pontifex, in litteris ad Sanctum Ignatium Patriarcham Constantinopolitanum recitatis in Synodo octava, agens de Photii Nicolaum primum Pontificem excommunicare ausi insolentia, Anatolii interloquutionem exponit in sensum penitus alium. *Universalis Chalcedone habita Synodus adeò hujusmodi temeritatem detestata est, ut in sententia, quam in Dioscorum protulit, hoc maxime memorare videatur, cum de ipso dicit: SECUNDIS EXCESSIBUS PRIOREM INIQUITATEM VALDE TRANSCENDIT; PRÆSUMPSIT ENIM ET EXCOMMUNICACIONEM DICTA-RE ADVERSUM SANCTISSIMUM AC BEATISSIMUM ARCHI-EPISCOPUM MAGNÆ ROMÆ LEONEM.* Priorem autem iniquitatem, pravitate utique dicit hæreticam. Undè nota, quod Dioscorus secundis excessibus, quos in excommunicatione Romani Papæ dictata protulit, etiam hæresin Eutychnianam valde transcendisse referatur. Hinc & Anatolius ait: **PROPTER FIDEM NON EST DAMNATUS DIOSCORUS, SED QUIA EXCOMMUNICACIONEM FECIT DOMINO ARCHI-EPISCOPO LEONI.** Est sensus verissimus, ast ab Anatolio non intentus.

Quartum Dioscori crimen fuit, quod tertio per Episcopos regulariter vocatus minime voluit obedire, propria utique conscientia stimularus. Quam contumaciam plerique in suo suffragio Episcopi admodum exaggeraverunt. Rationem dat Relatio synodalis ad Pontificem. *Quoniam Salvatoris nos profitemur esse discipulos, qui omnes servos fieri vult & ad agnitionem veritatis accedere, opere hanc misericordiam in Dioscoro festinavimus confirmare, & eum cum fraterna mansuetudine ad iudicium vocabamus, non quasi tentantes abscondere, sed excusationis ei locum, salvandam causam, tribuentes: Et orabamus eum declarari victorem contra eos, qui eum diversis criminationibus accusabant, ut festiva celebrique letitia Concilium dimittentes in nullo supereremur à Satbana, sed ille in semetipso inscriptam convictionem conscientie habens, refutatione iudicii accusationibus suis adsensit, & legitimas ad se factas tres evocationes abiecit. Gratiofa potius, quam judicialis fuit evocatio, plenam veniam correcto spondens, idque contra antiquum Canonem, mandantem hæresion Coryphaeis nihil donari, nisi misericordem gratiam laicæ communionis. Nihilominus non tantummodo impenitens, sed & glorians ille permansit in iis, pro quibus eum oportebat gemere, & se terræ profervere. A supra memoratis Ecclesie Alexandrinæ Clericis objecta illi sunt & alia crimina: Verum operosa erant probationibus, & jam adducta quatuor ad iudicium sufficiebant, datum die Sabbathi, decimo tertio Octobris. At neque sic homo ferocissimus inclinari potuit: Sprevit iudicium, divulgans Episcopatum sibi in brevi, etiam Synodum invita reddendum. Quin & impurus Eutychnianistarum monachorum, quos inter pessimus Barlumas, grex præsumpsit à Principe & Synodo postulare causæ*

causæ retractationem, firmarique solum, excluso Constantinopolitano, Symbolum Nicænum: Addidit non Dioscorum solummodo, sed & ipsum Eutychem passum calumnias de hæresi, ideòque restituendos. Hinc coacta fuit Synodus ad publicandum Edictum, quod immobilis sit dejectio Dioscori, nullaque illi spes restitutionis. Tunc, uti scribit Liberatus Diaconus, deportatus est Gangras in Paphlagoniam; juxta assiduam Synodi exclamationem: *Egyptium exiit.* Ac tandem in ejus locum ordinatus est Sanctus Proterius.

Porrò de Episcopis Ephesi per Dioscorum lapsi addunt in sententia Legati Romani. *Illis Apostolica Sedes veniam præstitit de iis, quæ ibi non voluntariè ab eis gesta sunt, qui & hætenus permanserunt obedientes sanctissimo Archi-Episcopo Leoni, & omni sancto & universali Concilio: Hujus gratia & in sua communione eos sicut confideles suscepit.* Quosdam ante Synodum per Lucentium Episcopum ac Basilium Presbyterum, ea de causa legatos Constantinopolim, quosdam in ipsa Synodo, videlicet Juvenalem Hierosolymitanum, Thalassium Cæsareensem, Basilium Seleucientem, Eusebium Ancyranum, ac Eustatium Berytensem, vetitos recitari ab Anatolio ad altare, & à Gloriosissimis iudicibus traditos damnationi in plenam Synodi potestatem, pro quibus poenitentibus clamarent Episcopi alii: *Ipsi etiam quinque Episcopi fidei, dogmaticæ Sancti Leonis Epistolæ, subscripserunt, rogamus eos intrare.* Recepti tandem sunt ad Anatolii intercessionem, rursumque acclamarunt Episcopi: *Hæc integra adunatio, hæc pax Ecclesiarum.* Quare ad Theodoretum Cyri Episcopum verè scribit Sanctus Leo solum impenitentem Dioscorum, nullum cum illo Episcopum in hac Synodo periisse. Et Gelasius Pontifex in litteris ad Episcopos Dardanæ: *In Synodo Chalcedonensi Sedes Apostolica Pontificibus innumeris, qui latrociniis corruerant Ephesino, veniam postulentibus sola concessit, & in sua perfidia permanentes nihilominus sua auctoritate prostravit, quam congregatio, quæ illic pro veritate reparanda collecta fuerat, est secuta. Quoniam sicut id, quod prima Sedes non probaverat, consistere non potuit; sic quod illa censuit iudicandum, Ecclesia tota suscepit.*

Restabat fidei definitio ac dogmatica Sancti Leonis Epistola, per Eutycheis ac Dioscori facem de Nestoriana scabie pessimè diffamata, quam etsi Pontifex nullis retractationibus aut disceptationibus voluerit subjici, dubitantes tamen de illa Episcopos paternè instrui permisit, Episcoposque Illyricos ac Palæstinos instruxerunt laudatis Theodoretum, ac Aetius Ecclesie Constantinopolitanæ Archi-Diaconus, reliquos Anatolio ejusdem civitatis Episcopo instruendos Gloriosissimi iudices tradidere. Permissionis causam exponit Pontifex in litteris ad eundem Theodoretum. *Ne aliarum Sedum ad eam, quam cæteris omnium Dominus voluit præsidere, consensus assentationis videretur, aut alia quolibet obrepere posset adversa suspicio, inventi prius sunt, qui de iudiciis nostris ambigerent. Et dum nonnulli, disensionum incitanti auctore, ad contradictionis bella proficiunt, ad majus bonum, malum ejus auctore*

totius bonitatis dispensante, perventum est. Dulcius si quidem munera Divinæ gratiæ proveniunt, quoties non sine magnis sudoribus acquirunt. Etenim jam instructis Episcopis fuit post Nicænum & Constantinopolitanum Symbolum denuò lecta Epistola, admittaque tantis acclamantium gaudiis, ut eam Relatio synodalis ad Martianum Principem vocet fidei orthodoxæ columnam, & addat. *Impenetrabilem in omni errore propugnato-rem Deus providit nobis, & Romanæ Ecclesie Papam ad victoriam preparavit, doctrinis eum per omnia veritatis accingens, ut quemadmodum fervens affectu Petrus, & hic affectu ferventior decertans, omnem ad Deum sensum intelligentiamque perducatur.* Textit insignem Epistolæ apologiam adversus criminatores Eutychnianitas, ostendens Divinis Scripturis & Patrum confessioni per omnia conformem. Et Relatio ad ipsum Pontificem: *Vocis beati Petri es omnibus constitutus interpres, ejus fidei beatificationem super omnes adducens.*

Etiam fidei decretum nullam regulam, nisi laudatam Epistolam habuit. Formata fuerunt decreta duo; Primum, quod Rusticus Romanæ Ecclesie Diaconus, Synodi compilator, noluit gestis inserere, placebat Episcopis omnibus, eique à cunctis fuit acclamatum. *Epistolam definitio firmavit: Archi Episcopus Leo, ut credimus, sic credit. Definitio subscribatur.* Et ipse Eusebius Episcopus Doryleensis: *Alia definitio non fiat.* Et alii plurimi Episcopi: *Aur definitio persistat, aut discedimus.* Solum cum quibusdam Orientalis Dioceseos Episcopis Romani Legati pauculas in illa, ambiguas & equivocationis obnoxias, voces improbant, ideòque constanter adversum acclamatores cunctos ad Gloriosissimos iudices fere interloquuti. *Si non consentiunt Epistolæ Apostolice ac beatissimi viri Papæ Leonis, jubete nobis rescripta dari, ut revertamur, & ibi Synodus celebratur.* Et iudices omnino obedierunt: Fieri mandarunt aliud, Dominis Romanis placitum, decretum, addentes. *Si hoc non velit vestra Sanctitas, cognoscite, quia in partibus Occidentis alibus habet fieri Synodus, eò quod Religiofitas vestra hic noluit de vera & orthodoxa fide indubitanter definire. Quare factum decretum aliud, cui plene acclamari potuit: Epistolam definitio firmavit. Verè itaque ad Michaellem Augustum scribit Nicolaus primus Pontifex. Epistola Sancti Leonis Papæ apud omnes Orientales Episcopos adeò existit venerabilis, ut hanc columnam Orthodoxiæ vocarent, & omnes in ea, Presule Constantinopolitano Anatolio præcedente, subscriberent: Ita ut Chalcedonensis magna Synodus nil definiisse, nil respicisse, nil suscepisse, nisi quod vel illa vel vices Apostolicæ Sedis ibi reservantes dinisierunt, proiecerunt, vel admiserunt, penitus agnoscat.* Tanta apud tantam Synodum fuit Romana Sedi potestas. Laudatum decretum egregiè exponit Theorianus, Manue-
lis Comneni Augusti Legatus, in disputatione cum Niercese Patriarcha Armeniorum.

Acta hæc sunt per quinque Actiones seu sessiones synodales, quarum novissima facta fuit undecima Calendas Novembris. Easdem Calendas octavo facta est sexta Actio, cui tandem Martinus Augustus cum piissima uxore Pulcheria interfuit, cunctaque huc usque gesta recitari aucto-

Act. 5.

L. 5. c. 3.

Cap. 14.

Act. 4.

Epist. 23. c. 2.

Epist. 63. c. 1.

Act. 5.

Epist. 9.

divit, probavit, ac à Sancto Leone Pontifice confirmanda supplicavit. Nos, inquit, ad fidem confirmandam, non ad aliquam potentiam exercendam, exemplo religiosi Principis Constantini, Synodo interesse volumus, ne vel ulterius populi pravis suasionibus separentur. Aded Augusti Principes olim Synodis non præfuderunt. Hoc anno factum est, quod scribit Aurelius Cassiodorus in Chronico: *Romani, Aetio duce, Gothis auxiliariis, contra Artilam in campis Catalaunicis pugnarunt, qui virtute Gotthorum superatus abcessit.* Eum prius, pietatem munerante & adjuvante Deo, Martianus ex Illyricò fugarat, atque ita tandem potuit, quod semper optarat, Synodo adesse.

Et in hac Actione fuit omninò finita Synodus, uti solide in litteris ad Eliam Aquilejensem Metropolitam ac Histriz Episcopos ostendit Pelagius Papa secundus. Etenim in hac Actione perfuncti mandato Apostolico ac omni synodali officio Episcopi clamavere ad Principem. *Supplicamus, dimitte nos; pio Imperator, dimitte nos.* Respondit verò Princeps: *Multum quidem estis itinere fatigati, laborem perferentes, verumtamen sustinete adhuc tres aut quatuor dies, utique ad finiendas speciales quoddam Episcoporum atque Ecclesiarum lites & causas.* Et ad Constantium Metropolitam Mediolanensem scribit Sanctus Gregorius Magnus: *In quinta Synodo de personis solummodò, non de fide aliquod gestum est, & de his personis, de quibus in Chalcedonensi Concilio nihil continetur, sed post expressos Canones facta contentio, & extrema Actio de personis ventilata est.* Et in litteris ad Secundinum monachum. *Sancta Chalcedonensis Synodus usque ad definitionem fidei & prolationem Canonum de generalibus causis locuta est: Nam post prolationem Canonum specialia Episcoporum certamina sopire curavit.* Generalium Synodorum mos est, inquit laudatus Pelagius secundus, peractis fidei definitionibus Canones condere, atque ita conventum finire, ut servato ordine prius ad fidem corda edificent, & tunc per Regulas Canonum mores Ecclesie actusque componant: At verò nostra sexta Actio fidei definitionem conclusit, tres Canones edidit, & petiit abundi licentiam: Ergo & istic Synodus seipsam finivit. Pergit Pelagius, *Quia verò & apud Episcopos, qui in Chalcedone resederunt, in veneratione Synodus non nisi usque ad fidei definitionem fuit, per hoc aperit ostenditur, quod plerique Græci antiquiores codices continere Synodum non nisi in sex Actionibus, subiunctis Canonibus, demonstrantur, ut omninò cetera, que privato studio fuerant mota, non habeant.* Probat ex litteris Alipii Cæsareensis in Cappadocia Primatis ad Leonem Augustum, testantis à suo Antecessore Thalassio solam fidei definitionem, id est, solas sex priores Actiones fuisse in Provinciam delatas. Porrò tres Canones sexta Actione editi sunt inter triginta à nobis explanatos tertius, quartus, & vigesimus. Quæ omnia ob futuras de quinta Synodo quæstiones sunt benè notanda.

L. 3. Epist. 37.

L. 7. Ind. 2. Epist. 54.

Cap. 17.

CAPUT TERTIUM.

Exponuntur Acta Episcoporum post Synodum.

PRIMA quæstio fuit inter Photium Tyrionum Metropolitam & ejus suffraganeum Eustatium Episcopum Berytensem, qui à sacro Theodosii Principis Pragmatico non vacuum Metropoliticæ dignitatis nomen, sed & potestatem extorserat in Biblyon, Botryn, Tripolim, Orthosiaden, Arcas, & Antaradon, civitates Tyriz Metropoli subtraças. Berytus à Tyria, quæ Ibæ Edeffeni Episcopi causam discussit, Synodo vocatur *Pulchra civitas*, eamque nova Ecclesia & nova Episcopali domo ornat Eustatius, & hac via etiam in Metropolim impetrat elevari. Causam prius Constantinopoli in collecta ex advenis Episcopis Synodo iudicarat Anatolius, definiens Ecclesiasticas, quas ex consuetudine Augustus facit, Metropoles esse solius honoris ac nominis: Verum quia non ad Constantinopolitanam, sed ad Antiocheni Patriarchæ Dioccesin ac tribunal spectabat prima Phœnicia, nutabat istud iudicium, ideòque submissum est huic Synodo retractandum, & ab ipsa, quia iustum, confirmatum in hæc verba. *Photius Reverendissimus Episcopus Tyrionum Metropolis omnem potestatem ordinandam in omnibus civitatibus primæ Phœnicis Provinciae habeat; Eustatius verò Reverendissimus Episcopus à sacro Pragmatico typo nihil amplius sibi vindicet, quam reliqui Episcopi ejusdem Provinciae.* Confirmata est & hæc Cæcoppii Sebastopolitani apud Gloriosissimos iudices intercessio adversus quotidianum & Canonibus inimicissimum Metropoliticæ dignitatis à Principe ambitum. *Ne Potestas vestra accusationem & querimonias à quacunque persona accipiat, & fatigetur, ne nos conteramur, petimus ut sine contradictione cessent ea Pragmatica, quæ in detrimentum Canonum à quibusdam facta sunt in omni Provincia, Canones autem per omnia teneant. Sic enim & fides custoditur, & unaquæque Ecclesia tutum statum habeat: Ac ne liceat aliquos præter Canones ordinare. Et adclamavit universa Synodus. Omnes eadem dicimus. Universa Pragmatica cessabunt: Regula teneant.*

Inferta hæc habentur in quartam Synodi Actionem: At certum est facta post Actionem sextam. Liqueat vel ex sola adducta intercessione Cæcoppii. Ad eam enim interlocuti sunt Gloriosissimi iudices: *De quibus interlocutio facta est, effectus mandabuntur, id est, hoc præfens decretum redigetur in Canonem redactumque est in Canonem duodecimum, factum patenter non sexta Actione, sed in decima quinta.* Et Sanctus Gregorius Magnus in litteris ad Secundinum monachum disertè dicit à prioribus sex Actionibus solas causas generales, omnesque speciales prius postmodum tractatas & decisas. Perperam igitur hæc intrusa sunt in Actionem quartam. Neque mireris. Etenim & Pelagius secundus in litteris ad Eliam Aquilejen-

L. 7. Ind. 2. Epist. 34.

sum Metropolitam testatur sextam Actionem à quibusdam codicibus dividi in duas, adeoque veris gestis synodalibus septem Actiones describi. Et Facundus Hermianensis Episcopus scribit Actionem tertiam apud quosdam præponi secundæ. Esse malum vetustum ostendit hæc primæ Actionis subnotatio. *Explicit prima Cognitio Chalcedonensis Concilii, quæ finita, emendata, & collata est anno Domini quadringentesimo quinquagesimo sexto, duodecimo Calendis Aprilis, feria quarta, indictione nona. Rusticus per gratiam Dei Diaconus sanctæ Romanæ Ecclesie contuli, anno tavi, distinxit.* Et ad Julianum Coensem Episcopum scribit Sanctus Leo. *Gestorum Synodalium, quæ in omnibus diebus Concilii in Chalcedonensi civitate confecta sunt, parum clara propter linguæ diversitatem apud nos habetur instructio: Et ideo Fraternalitatis tuæ specialiter injungo, ut in unum Codicem universa facias congregari, in Latinum sermonem absolutissima interpretatione translata, ut in nulla parte Actionum dubitare possimus, neque ullo modo esse possit ambiguum, quod ad plenam intelligentiam te fuerit studente perductum.* Data est Epistola Opitione viro Clarissimo Consule, id est, anno Domini quadringentesimo quinquagesimo tertio. Quocirca laudatus Julianus videtur mandata non adimplevisse: Hinc enim tribus post annis Rusticus Diaconus contulit, *annotavit, distinxit.* Eadem Actorum confusio apud alias Ecclesias hæud dubiè fuit major. Et apud nos & apud Græcos fuisse semper in tres libros divisa liquet ex secunda Actione Synodi sextæ, ubi Antiochus Ecclesie Constantinopolitane Lector & Notarius legisse dicitur eorum librum primum. Laudata Rustici Diaconi subnotatio ostendit modum per Christi Domini annos computandi in Romana Ecclesia dudum fuisse ante Dionysium Exiguam.

Alteram à septima Actione decisam quæstionem exponit Maximus Patriarcha Antiochenus. *Placuit mihi & Reverendissimo Episcopo Juvenali post multam contentionem per consensum, ut sedes quidem Antiochensium maxime civitatis beati Petri habeat duas Phœnicias & Arabiam; Sedes autem Hierosolymorum habeat tres Palestinas.* Et post auditos Primates Episcopos Gloriosissimi iudices. *Et hoc opus fuit sanctæ Trinitatis, & propositi Divinissimi & piissimi Principis nostri, quatenus ea, quæ in lite erant apud eos, qui contendere videbantur, concordati proposito deciderentur. Per placitum igitur Maximi sanctissimi Antiochensium civitatis Episcopi & Juvenalis sanctissimi Hierosolymorum Episcopi facta consensio, sicut utriusque attestatio declaravit, firma etiam per nostrum decretum & sententiam sancti Concilii in omni tempore permanebit: Hoc est, ut Maximus quidem sanctissimus Episcopus seu Antiochensium sanctissima Ecclesia duas Phœnicias & Arabiam sub propria habeat potestate; Juvenalis autem sanctissimus Hierosolymorum Episcopus, sive sanctissima Ecclesia, quæ sub eo est, tres Palestinas itidem sub propria habeat potestate, vacantibus scilicet, secundum justificationem Divinissimi & piissimi Principis, omnibus Pragmaticis, & quocumque modo sacris ab utraque parte litteris impetratis, insuper & multatione, quæ in hujus rei causa noscitur contineri.*

Ecclesiarum rapinis atque invasionibus semper adfectus Juvenalis non solummodò tres Palestinas, sed & duas, maritimam sub Tyrio, & Libanensem sub Damasceno Metropolita, Phœnicias, & Arabiam subtraxerat Patriarchæ Antiocheno. Tres fuerunt Arabiæ: Felix, Deserta, & Bostrensis, dicta à Bostra Metropoli. Etenim huic nostræ Synodo subscribitur Constantinus Episcopus Bostrensis civitatis Metropolis Arabiæ: Et conventiculo Ephesino Joannis Patriarchæ Antiocheni Antiochorum Bostrorum Metropolitus. Neque refert, quod nostræ Synodo subscribat etiam Eulogius Episcopus Philadelphie Metropolis Arabiæ. Exponit enim Sanctus Hieronymus in Commentariis Nahum Prophetæ: *Ammon hodie vocatur Philadelpbia.* Et in Commentariis Prophetæ Sophoniæ: *Ammon, quæ & ipsa urbs Arabiæ, secunda post Bosram, Philadelpbia dicitur.* Erat Metropolis solo nomine & honore. Quare errant, qui Petram existimant fuisse olim Arabiæ Metropolim, & Bosram prius exaltatam à Justiniano. Etenim à Synodo Sardicensi & Sancto Athanasio laudatur Asterius in Petra Arabiæ Episcopus, dura passus ab Eusebianis lucideque insinuat fuisse dumtaxat Episcopus Provincialis. Arabia deserta carebat Ecclesiis, Felicem Romani numquam habuerunt, ideòque Romana Acta unius dumtaxat meminere. Ecclesia Arabiæ felix erat barbarica.

Et hanc suam invasionem diversis Pragmaticis, & sacris, etiam pœnalibus, jussionibus firmari impetravit Juvenalis, adversasque Pragmaticas & jussiones elicuerat etiam Ecclesia Antiochena. Lis dura & longa, ideòque præfenti concordato, quod etiam probarunt Legati Apostolici, tandem exstincta. Verum non probavit, uti etiam in litteris contra Hincmarum Laudunensem Episcopum advertit Hincmarus Metropolita Remensis, Sanctus Leo Pontifex. Hocce enim etiam concordatum omninò respicit in litteris ad Maximum Patriarcham Antiochenum. *Dignum est privilegia tertiæ sedis agnoscere, ut in nullo cuiusquam ambitione minuantur: Quia tanta apud me est Canonum Nicænorum reverentia, ut ea, quæ sunt à sanctis Patribus constituta, nec permiserim nec patiar aliqua novitate violari. Et facilius erit quarumlibet consensuum pacta dissolvere, quam prædictorum Canonum Regulas ex ulla parte corrumpi.* Mox exprimit nomen & ambitum Juvenalis. Et reverà sexto ac septimo Nicæno Canonis pactum istud adversabatur. At parvi id fecit homo ambitiosus. Etenim sub Leone Augusto Synodum Præfes fecit, cui Ireneus Metropolita Cæsarensis & consequenter trium Palestinarum Episcopi subscripserunt. Et ad Synodum Constantinopolitanam sub Menna Patriarcha scripsit Joannes Hierosolymæ Episcopus, ejusque Synodo subscribitur Joannes Cæsarensis, & Theodosius Schytopolitanus Metropolitani, eorumque omnes Episcopi. Idem Theodosius & Elias Cæsarensis cum suis Episcopis subscribunt Synodo Petri Episcopi, tamquam Patriarchæ. Et in quinta Synodo Justinianus Augustus confirmavit invasionem, dissimulavitque Romana Ecclesia, uti liquet ex variis litteris Hormisdæ Pontificis, Martini primi litteris ad Joannem Episcopum Philadelphiensem, ac Ref-

Cap. 3.

Cap. 2.

Epist. 33. C. 23.

Epist. 62. C. 3. 4.

Epist. 5.

ponis Nicolai primi ad quaestiones Bulgarorum. Relat. 1. Rationem dar Justinus Augustus in Relatione ad post E. 74. laudatum Hormisdam: *Ecclesie Hierosolymitane omnes favorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea sese discernere.* Exinde non tantum Patriarchalis, sed & Apostolica sedes perrexit appellari. Posterioribus saeculis ei subfuisse etiam Tyrium, Nazarenum, ac Petrensem Metropolitam scribit Matthaeus Paris. Vitreus & Gulielmus Tyri Metropoli in Historia belli sancti, attamen errori obnoxius, & caute illic legendus.

Actio octava discussit ac retractavit causam Theodoretici Cyprensis Episcopi, eumque professum veram fidem, & Nestorianae causae ac personae dicentem lucidum anathema reposuit definitivè in sedem Episcopalem. Item Sophronium Constantinensem in Eustratiae Provincia, Joannem ibidem Germanicentem Episcopum, & Amphiloichium Sidensem in Pamphylia, suspectum de Eutyche.

Nona Actio & decima retractavit Synodos Tyriam ac Berytensem de Iba Metropoli Edefeno, ejusque famosam Epistolam & omnem causam, de qua fuit hæc definitiva sententia Legatorum Romanorum, probata per omnem Synodum: *Relectis chartis, agnovimus ex sententia reverendissimorum Episcoporum, Photii Tyrii & Eustatii Berytensis, Ibam reverendissimum innoxium approbati. Relecta enim ejus Epistola, cognovimus eum esse orthodoxum. Et ob hoc decernimus & honorem Episcopatus, & Ecclesiam, à qua injustè & absens expulsus est per Ephesinum latrocinium, ei restituendam. De sanctissimo igitur Episcopo Nonno, qui pro eo paulò antè factus est, existimationis erit venerabilis Episcopi Antiochenae Ecclesiae, quid oporteat de eo servari. Nonnus enim dejecto Ibae fuerat superordinatus, & huc usque tamquam Edefenensis Episcopus interfuit & subscripsit Actis synodalibus: Eum cedere cogit Synodus, tradiditque arbitrio Patriarchae Antiocheni.*

Decima Actio discussit item benevolentiam Maximi Patriarchae Antiocheni in Domino antecessorem suum, Ephesio dejectum, & à Sancto Leone Pontifice in miseria ista ex causis confirmatum. *Laudo & ego, inquit Anatolius Constantinopolitanus Episcopus, condoleantiam Beatissimi Episcopi Antiochia Maximi, in quibus spontanea voluntate ipse tales precatorias obtulit, ut sumptus praestaret Domino, qui fuit Episcopus sanctae Ecclesiae, quae sub eo est, praeter hoc praedictò nihil requirente. Adeò antiquae sunt Ecclesiasticae pensiones.*

Actio undecima & duodecima finiunt longam litem Bassiani & Stephani contententium de Episcopatu Ephesino. Bassianus à juvenili ætate vivens pauperibus, Ephesinæ Ecclesiae Presbyter languentibus & ulceratis prochiom fecit septuaginta lectorum, ideòque ab omni populo dilectus cecidit in Memnonis Episcopi invidiam, & invitatus ab illo, quò amoveretur Epheso, ordinatus est Episcopus Evazorum. *Hic, inquit, ita gestis ego sic permansi, neque ad civitatem vadens, neque penitus Ecclesie illi communicans, in qua nominatus fueram, neque ipsam videns civitatem. Memnoni interea succedit Basilus, qui violentam Ordinationem miseratus viro, quasi juxta Canonem de*

Episcopis à populo suo non receptis, dedit nomen, honorem, & communionem Episcopi, ac Evazis alium ordinavit. Dico, *Quasi ex Canone.* Canon enim nequaquam faver Episcopi populum suum accedere nolentibus, sed folis ab illo rebelli non receptis. Pergit Bassianus. *Contigit & Basilium vitæ suam accipere, me autem cum multa necessitate & vi intronizatum Ephesi populum, & Clerum, & Episcopi Asiatici, adversus Episcopi Constantinopolitani attentata & invasiones zelosi & vigiles pro Ecclesiae suae Primatialis autocephalia. Nihilominus non tantum à Theodosio Augusto, sed & à Proclo Constantinopolitano Episcopo Episcopatum sibi confirmari impetravit Bassianus, Regiam accedens civitatem, atque ita per quatuor annos quietè sedit. Interim de intrusione apud Sanctum Leonem Pontificem accusatur, utpotè ex Evazis translatus, & per collectam Arenariorum ac similes factis violentam multitudinem ab uno Olympio Episcopo Theodosiopolitano in tantam Metropolim contra Canones & morem injectus, non intronizatus. Etiam Ecclesiae pauperes dicebatur oppressisse. Quocirca à Pontifice justus est dejecti, ejusque iudicium Sanctus Flavianus Constantinopolitanus, Dioscorus Alexandrinus adhuc catholicus, & Domnus Antiochenus Episcopus comprobarunt, atque ita horum omnium curator Stephanus Presbyter illum misit in vincula, & per Episcopos illi adversantes fecit sese consecrari. Meliphtonius Julioopolitanus Episcopus ex antiqua, qua & sese Sanctus Cyprianus defendit adversum Felicissimi rebellis Diaconi factionem, quadriennalis possessionis regula est pro Bassiano interlocutus: *Oportebat eum, qui quatuor annis sine contentione Episcopatum obtinuit, aut accusari, aut sine iudicio ita non jactari.* Et placuit plurimis Episcopis acclamantibus: *Justitia Bassianum vocat.* At verò Legati Apostolici judicantur Bassianum per invasionem, Stephanum per pravas adinventiones & conjurationes promotum, utrumque contra Canones, obtinuitque hæc eorum sententia. *Removeatur à sancta Ephesorum Ecclesia Bassianus & Stephanus reverendissimi, habeant autem dignitatem Episcopi, & de redditibus memoratae sanctissimae Ecclesiae, nutrimenti gratia & consolationis, annis singulis solidos aureos ducentos accipiant.* Alium Ephesius Episcopus ordinare parans Anatolius Constantinopolitanus est ab Asiaticis Episcopis ad sextum Nicænum Canonem provocantibus generosè repulsus.*

Actio decima tertia definit causam Eunomii Nicomediensis adversus Anastasium Metropolitam Nicænum de Ordinatione Episcopi Basilinopolitani. Basilinopolim Nicænae civitatis regionem seu oppidum Julianus Augustus in civitatem erexit, salvo jure & communionem Nicænae Curiae: *Etenim si forte defuerit in Basilinopoli Curialis, de Nicæa mittitur ibi, & rursus de Basilinopoli transfertur in Nicæam.* Hinc Nicænus Episcopus salvam voluit & suam priorem potestatem, dictaque novae civitatis Episcopum à se, non à Nicomediensi ordinandum, praesertim cum & ipse esset Bythiniae Metropoli: *Sunt Epistolae, inquit praefatus Anastasius, Beati Joannis Chrysoptomi, Episcopi Constantinopolitani ad Nicænum Epi-*

Episcopum, ut iret & emendaret Ecclesiam, tamquam sibi competentem. Nempè Metropolitae Nicomedienses Episcoporum Constantinopolitanorum invasionibus generosè resisterant huc usque, ideòque isti Nicænum adversus illos adjuvabant, ex antiqua paræmia: *Divide & imperabis.* At verò Eunomius provocavit ad Nicænos Canones, mandantes uni Provinciae esse unum dumtaxat Metropolitam, atque ab illo omnes Provinciales Antistites consecrari. Addidit Nicæam ex Valentiniani ac Valentis Augustorum diplomate esse, citra Nicomediensium praedictum, solo nomine & honore Metropolitam, atque ita à cunctis Ponticae Dioceseos Collegis obtinuit hoc testimonium. *Canones unum faciunt Metropolitam antiquiorem: Et manifestum est, quoniam Episcopo Nicomediae Ordinationes competunt, & quia leges etiam nomine Metropolis solummodo honoraverunt Nicænam civitatem, & praeposuit reliquis Provinciae honorem solummodo.* Et hanc à Synodo sententiam. *Auctoritatem Metropolitani inter Ecclesias Provinciae Bythiniae Nicomediensis habeat Episcopus, Nicæno habente honorem Metropolitani tantummodo, subjacente autem ad exemplum aliorum.*

At intercessit Aetius Ecclesiae Constantinopolitanae Archidiaconus, apud Gloriosissimos iudices protestatus. *Sugerimus vestre Magnificentiae rogantes, ut nullum praedictum Constantinopolitanæ sanctissimae Ecclesiae fiat ex his, quae nunc proferuntur. Sanctissima enim Constantinopolitana sedes aut Ordinationem ipsa facit Basilinopoli cum reliquis, aut eam permittit fieri, sicut litteris, quae sunt, vel factae sunt sepius, ostendere possumus.* Respondit verò Synodus: *Canones teneant, Canonibus satisfiat. Et Domini Iudices: Quaecumque sedi Constantinopolitanae de Ordinationibus Provinciae competunt, suo ordine examinantur.* Et Eunomius Episcopus Nicomediensis: *Dilego Archi-Episcopum splendidissimae Constantinopolis, obtinentibus utique Regulis, id est, salvis Canonibus Nicænis.* Ex quo vides omnem consensum, datum à trium Dioceseon Metropolitans in Canonem vigesimum octavum, fuisse vi extortum.

Actio quarta decima definit causam Athanasii ac Sabiniani contententium de Episcopatu Partheni in Provincia Eustratiae. Athanasium à Pambolio Hieropolitano Episcopo Metropoli, nec non à Domino Patriarcha Antiocheno damnatum reposuerat, ac ei successum Sabinianum, inauditum & non vocatum, ejecerat in Ephesino latrocinio Dioscorus, laudato Domino ac omnibus Orientalis Dioceseos Episcopis juratus hostis, ideòque Sabiniani causa videbatur lucida & facilis. Quia tamen de nullo crimine confessus, aut convictus, sed dumtaxat in contumaciam, coram iudicibus, uti ajebat, adversariis evocatus adesse nolens, damnatus fuerat Athanasius, percutus hic non fuit iudicio definitivo. Cassata sententia latrociniali, Sabinianus, utpotè in hominis synodaliter dejecti locum canonicè ordinatus, justus est provisionaliter manere Episcopus, additumque de Athanasio, *Causas et illatas examinandas esse decernimus apud sanctissimum Episcopum Antiochia Maximum, & Concilium, quod cum eo est; ita tamen, ut intra octo menses, à presenti*

die numerandos, examinatio fiat: Et si quidem convictus fuerit, non solum eum alienum esse ab Episcopatu, sed etiam legibus publicis subdendum. Si verò intra hoc tempus non agatur adversus eum, neque convincatur, Episcopatum recipiat & Ecclesiam: Sabinianus verò & dignitatem Episcopatus habeat, & substitutus sit, & pascatur, sicut Episcopus Antiochenorum Maximus, secundum facultatem Parrbenorum Ecclesiae, disposuerit. Actio quinta decima edidit Canones, decima sexta audiit Legatorum Romanorum intercessionem contra Canonem vigesimum octavum.

De Eutyche Hæresiarchae persona nullam Synodus facit penitus mentionem. Suum ac Sancti Flaviani de illo iudicium voluit Sanctus Leo esse irtractabile, ideòque, Martiano ad imperium evecto & latrocinii Ephesini ruinas juxta Apostolicæ Sedis decreta reparante, mox scripsit ad Pulcheriam Augustam. *De Eutyche, totius scandali & pravitate auctore, hoc Clementia vestra praecipiat, ut ab eo loco, qui Constantinopolitanæ urbis nimis vicinus est, longius transferatur: Ne frequentioribus solatis eorum, quos ad impietatem suam traxit, utatur. Adeò illum amplius audiri noluit, aut Synodo adesse. Et tribus post Synodum annis scripsit ad Principem Martianum. Significatum mihi est fratris & Coepiscopi mei Juliani sermone, Eutychem impium pro suis quidem meritis exulare, sed in ipso suae damnationis loco multa adversus integritatem catholicam blasphemiarum desperatius venena profundere: Et quod in illo totus mundus horruit atque damnavit, impudentia majore, ut innocentes decipere possit, evomere. Plenum itaque rationis existimo, ut vestra Clementia ad longinquiora loca jubeat & secretiora transferri. Quo tandem deportatus sit, & ex qua mundi plaga ad inferna descenderit, ignoratur.*

CAPUT QUARTUM.

De auctoritate Synodi Chalcedonensis.

Chalcedonense de fide decretum tantæ semper in omni sub cælo Ecclesia fuit auctoritatis, ut ipsum Sanctus Leo Magnus in litteris ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum, Manfuetus Archi-Episcopus Mediolanensis in litteris ad Constantinum quartum Imperatorem exstantibus ante sextam Synodum, & omnis populus Constantinopolitanus in acclamationibus relatis in Synodo sub Menna Patriarcha, eminentissimo titulo appellavit *Symbolum Chalcedonense*. Theodosii Abbatis per Regiæ civitatis plateas clamor solennis, *Quisquis quatuor Synodos quatuor Evangelii non adæquat, anatema sit*, causa hujus nostræ praesertim factus est, ejusdemque praesertim causa toties illum in suis litteris repetiit Sanctus Gregorius Magnus, & omnis jam pridem Ecclesia in Regulam suscepit, utique ex quo Justinianus, aut potius Justinus Augustus laudatas Synodos, praesertim hanc nostram, sacris Ecclesiae tabulis per Joannem Constantinianum

Ep. 45. c. 3

Ep. 70. c. 1

Ep. 77.

Act. 5. f. 84.

Niciph. l. 16. c. 33.

stantinopolitanum Episcopum inferi, & ad Divina Missarum officia solemniter, tamquam cœlestes Scripturas jussit recitari. Addi jussit & nomen Sancti Leonis, de quo in litteris ad Michaelem Augustum Nicolaus primus Pontifex: *Leonis Pontificis laus in quarta Synodo magnificatur*. Ejus namque de fide decretum non dumtaxat confirmavit, sed & severissimis Martiani Augusti adversum rebelles & facinorosissimas Eutychnianistarum ac Nestorianorum turbulencias Edictis roborari fecit, atque inde orti sunt Melchitæ, de quibus Nicephorus Calixtus. *Qui Imperatoris sententiam sunt secuti, vocati sunt Melchitæ, id est, imperiales*. Et Ecclesie Alexandrinæ Chronicon, Eutychniana labe fœdissimum. *Eo tempore defunctus est Imperator Chalcedonensis: Utique Justinianus, Chalcedonensis Synodi zelosus defensor. Constituit Apollinarem Alexandriæ Præfectum & Patriarcham, qui clausit Ecclesias, occiditque ex Jacobitis plusquam ducenta millia virorum, mulierum, & puerorum, & promulgavit fidem Melchitarum*. Et iterum. *Anastasius plures condidit Ecclesias, pluresque alias, quas Melchitæ occuparunt, recuperavit*. Quid Syris fit Melchi seu Malchus, edicit in vita Sancti Malchi monachi Sanctus Hieronymus: *Erat quidam senex nomine Malchus, quem nos latine Regem possumus dicere*. Quomodo igitur hodie Lutherani & Calvinistæ nos orthodoxos, Domini Papæ Divinam potestatem agnoscentes & mandatis obedientes, Papistas; ita olim profani Eutychnianistæ Catholicos, Martiani Augusti pro fide Chalcedonensi Edictis parentes, per contumeliam vocarunt Melchitas, sive Imperialistas. Eadem ex contumelia Justinianus dicitur Imperator Chalcedonensis. Melchitæ igitur dudum fuere orthodoxi; jam pridem autem declinarunt in hæresin, hærentes præsertim in Syria & Arabia: Etiamnum tamen sex Synodorum fidem adversus Nestorianos & Eutychnianistas profiterunt.

Restant aliquot quæstiones. Prima est, Quot à nostra Synodo sint editi Canones? Respondeo alios editos Actione sexta, alios decima quinta. Sexta solos tres, quinta decima edidit viginti octo, eosque inter repetit tres laudatos. A Pelagio primo Pontifice in litteris ad Narsetem Comitum adductus, tamquam Chalcedonensis, est Antiochenus: A Gratiano adductus est Synodi nescio cujus recentioris. Neque refert, quod triginta adduxerimus & exposuerimus: Duo namque posteriores reverà non sunt Canones, sed simplices quædam, Canonis formam præferentes, & Canonibus per nescio quem adnexæ, synodales Legatorum Romanorum de propositis quæstionibus interlocutiones. Rectè item Hermannus Contractus, Gratianus, & passim alii ajunt editos solos viginti septem. Sequuntur Dionysium Exiguus, qui solos tot suæ Collectioni inferuit, & vigesimum octavum quasi non editum duxit & abjecit. Rationem dat Anastasius Bibliothecarius in præfatione ad Synodum octavam. Generalibus Ecclesie Synodis quid addere, & tamquam verum Synodi decretum imperitis vendere, est familiaris Græcorum præsumptio, & singularis quodammodo ambitiosus indici-um. Siquidem in quarta Synodi quibusdam Cod-

cibus quoddam de Privilegiis Constantinopoleos ostendunt capitulum, quod inter Canones ejusdem Synodi ab universa Ecclesia veneratos nec latinis nec alia lingua sub sole recipere comprobatur. Quodque licet ab Anatolio Imperatore, vel eorum favoribus post omnia gesta Synodi & prolatos Canones in absentia Romanorum loci Servatorum clam depromptum existerit; mox tamen ibi ipsum ab eisdem loci Servatoribus est repulsum, & à Sede Apostolica, quæ ut eadem Synodus fieret, sola decrevit, solaque jus habuit eos recipiendi, quos Synodica decreta protulerant, non solum non admisit, verum etiam continuo respuit, quodque Anatolius, vel Imperator, quia ut firmaretur à Sede Apostolica, cui tunc Magnus Leo præsidebat, impetrare non potuit, in ejus positum potestate confessus est.

Secunda quæstio est, An laudati viginti septem Canones fuerint à Sancto Leone Pontifice confirmati? Pro parte affirmativa facit jam adductus Anastasius, disertè dicens eos ab universa Ecclesia venerari. Eos item Codici suo per Romanam Ecclesiam comprobato Dionysius Exiguus inferuit. Et agens de Synodi nostræ in Ibæ Edeffeni Episcopi Epistolam sententia scribit Facundus Hermianensis. *Hæcine dicenda erant, ut ostenderemus Epistolam venerabilis Ibæ non ad decreta ipsius Concilii pertinere, quia post fidei definitionem de illa judicatum est? Sic igitur etiam Canones Ecclesiasticæ discipline, qui quilibet ibi sunt post definitionem constituti, non ad eandem Synodum pertinere dicantur. Et utinam docerent, cui Synodo illos debeamus adscribere, si ea, quæ à Chalcedonensi Concilio gesta sunt, Chalcedonensis Concilii non sunt?* Et in alio capite ejusdem libri. *Beatus Leo non sententiam super Epistolam Ibæ prolatam, neque Episcopatum prædicto Ibæ redditum, & cetera, quæ in Chalcedonensi Synodo de quibusdam personis decreta sunt, neque Canones Ecclesiasticæ discipline salubriter illic à Patribus constitutos attendit, cum diceret, UT SANCTAM SYNODUM AD EXTINGUENDAM SOLAM HÆRESIM ET AD CONFIRMATIONEM FIDEI CATHOLICÆ STUDIO CHRISTIANISSIMI PRINCIPIS CONGREGATAM IN OCCASIONEM AMBITUS TRAHAS, Et bis similia, sed superbam potius elationem Constantinopolitani Episcopi, sicut ipsa verba ejus indicant. Nam nec aliud invenitur in eisdem suis Epistolis arguisse. Sic nobis intelligenda sunt verba Romani Leonis, sic Apostolicorum Scriptorum exemplis asserenda sunt Sedis Apostolicæ scripta, si volumus omnes Canones utiliter à sanctis Patribus in eadem Synodo constitutos, & cetera, quæ in specialibus causis quorumcumque ibi firmata sunt, in majorem, quam nunc patimur, conturbationem Ecclesie commovere. Docet à Leone Pontifice improbatum solum Anatolii ambitum, id est, solum Canonem vigesimum octavum: Hoc ipsum etiam de aliis asserere habet pro grandi absurdo. Addit in alio libro. *Beatus Leo nihil in Chalcedonensi Concilio gestis reprehendisse atque arguisse monstratur, nisi quod referretur venerabilis Anatolius Constantinopolitanus Episcopus priore, quam Maximus Antiochenus, loco sedisse. Et in litteris ad Michaelem Augustum in Synodo octava lectis ac probatis Nicolaus primus Pontifex profiteretur**

se sequi Concilii Chalcedonensis synodicas constitutiones. Eisdem tamquam authenticis usos fuisse varios Romanos Pontifices & variarum regionum conventus Episcopales, supra in earum expositione est abundè ostensum. Et nominatim Gregorius Magnus frequenter ait simoniacam hæresin damnari à sacris Canonibus: Rectè verò advertit Hincmarus, quod nullum tunc de hac re decrevisset Concilium, nisi Chalcedonense.

Respondeo tamen hosce Canones à Sancto Leone Pontifice nequaquam fuisse confirmatos. Nimiùm frequenter ille scribit nullum à se probatum synodale decretum, nisi de quo speciale mandatum habuere Legati ejus: Habuere autem mandatum solummodò de stabienda contra Eutychnianos & Nestorianos orthodoxa fide, Ephesina præsertim Synodo ac Apostolica ad Sanctum Flavianum Epistola, ac de Episcopis in Ephesino latrocinio lapsis aut justè puniendis aut gratiosè recipiendis. Et in sexta decima Actione Legati protestati sunt datum sibi rigidum mandatum de refusando tertio Canone Constantinopolitano, & nihil admittendo adversus sextum Nicænum. At verò rectè advertit laudatus Hincmarus non tantummodò vigesimum octavum, sed etiam nonum ac decimum septimum Canonem jam laudato sexto adversari, & addit. *Quia Sedes Apostolica Canones Chalcedonensis Concilii præter illud unum Capitulum in decimo septimo recapitulatum, quod contra Nicænos Canones est constitutum, recipiat, Beatus Gregorius in Epistola ad Secundinum evidenter ostendit Nonum & decimum septimum, hæc præsertim in illis voces, Ad Primatem Dioeceseos, pessimè intelligit; rectè tamen dicit omnes tres sexto Nicæno repugnare. Errat reliquos omnes probari à Sancto Gregorio in litteris ad Secundinum: Agit namque illic Pontifex de solistribus editis Actione sexta. Et Alypius Cæsariensis in Cappadocia Primas, in litteris ad Leonem Augustum exstantibus post hanc Synodum, dicit ab Antecessore suo Thalasio solam fidei definitionem fuisse allatam in Provinciam, eamque Nicænam, Constantinopolitanam, ac Ephesinam fidei esse penitus conformem; Canones autem, licet à se non vifos adferit repugnare Nicænis Regulis, ideòque egere correctione. Aliud est Canones à Sancto Leone esse damnatos, aliud esse non probatos: Damnavit ille solum vigesimum octavum, nonum, ac decimum septimum, reliquos indiscussos reliquit. Eos esse utiles advertit successu temporis latina Ecclesia; Romani Pontifices ac varæ Synodi cœperunt in usum adsumere, Codici suo inferuit Dionysius Exiguus, atque ita tandem ut bonas Regulas omnis latina Ecclesia admisit. Et huc respicit Anastasius Bibliothecarius. Facundus Hermianensis Episcopus est nullius hic auctoritatis: Cæcavit illum zelus trium Capitulorum. Hanc Synodum fuisse in sexta Actione finitam, reliquaque Acta ad ipsam non spectare, est perpetuus & unanimis Ecclesie sensus, confirmatus à Pelagio secundo & Gregorio Magno, coram quibus tacere debet facundissimus Facundus.*

Tertia quæstio est, An datæ post sextam


Actionem de variis causis sententiæ fuerint à Sancto Leone confirmatæ? Respondeo non fuisse. Etenim facta inter Maximum Antiochenum & Juvenalem Hierosolymitanum de tribus Palæstini transactio lucidè repugnat sexto Nicæno Canonis, ideòque, quod etiam Hincmarus advertit, est per laudatum Pontificem non tantum non probata, sed & damnata. Probavit tamen, uti ex datis ad ipsum litteris liquet, plenam restitutionem Theodoret. De cæteris scribit ad Maximum Patriarcham Antiochenum. *Si quis sanè ab his fratribus, quos ad sanctam Synodum vice mea misi, præter id, quod ad fidei causam pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius est penitus firmitatis: Quia ad hoc tantum ab Apostolica Sede directi sunt, ut excussis hæresibus Catholica fidei essent defensores. Quidquid enim præter speciales causas synodalium Conciliorum ad examen Episcopale deferretur, potest aliquam dijudicandi habere rationem, si nihil de eo est à sanctis Patribus apud Nicæam definitum. Nam quod ab illorum regulis constitutioneque discordat, Apostolicæ Sedis numquam obtinebit consensum. Distinguit triplicia Synodi Chalcedonensis decreta. Prima sunt ejus speciales causæ, Legatis singulariter mandatæ & delegatæ: Hæc autem sunt sola fidei definitio, quod etiam fatentur synodalis Relatio ad Pontificem, & edita per D. Lucam Holstenium Epistola Martiani Augusti. Alterum decretum sunt Canones, statuta aut pacta Canonibus Nicænis adversa: Tertium fuerunt quævis alia dictis Canonibus non adverfa statuta, & hæc aliquam possunt habere firmitatem seu rationem. Ea discutere nonuit Pontifex, sed juxta antiquum Romanæ Ecclesie morem dimisit in statu suspensio. Inter hujusmodi causas momentosissima olim fuit Nestoriani ad Regiæ civitatis Episcopatum promotio facta per Synodum Constantinopolitanam, scribitque de illa in litteris per numquam satis laudandum Lucam Holstenium editis Bonifacius primus Pontifex ad Rufum Episcopum Theſsalonicensem. *Clementissima recordationis Princeps Theodosius Nestoriani Ordinationem propterea, quia in nostra notione non erat, habere non existimans firmitatem, missis è latere suo Aulicis cum Episcopis, formatam hinc à Sede Romana dirigi regulariter depoposcit, quæ ejus Sacerdotium roboraret. An tamen roborarit Sanctus Damasus, hoc usque non liquet: Synodales Græcorum contentiones Romanæ Sedis providencia, nisi lucidissimè ac plenissimè instructa, nunquam voluit definire aut ab ipsis definitas firmare.**

Quarta quæstio est quorundam Acacianorum dubitatio, de qua Gelasius Pontifex in tomo de vinculo anathematis lati in Acacianos. *Ne forte, quod solent, dicant, quod si Synodus Chalcedonensis admittitur, omnia constare debeant, quæ illic videntur esse deprompta. Aut enim ex toto eam admitti oportere, aut si ex parte repudiabilis est, firmam ex toto constare non posse.* Respondet Xixtus tertius Pontifex in litteris Holstenianis ad universos Illyrici Episcopos, agens de prima Synodo Ephesina. *Nec his vos, fratres charissimi, constituis, quæ præter nostra præcepta Orientalis Synodus decernere voluit, credatis teneri, præter id*



quidem, quod de fide nobis consentientibus judicavit. Etiam solam Synodi Constantinopolitanae fidem confirmavit Damasus Pontifex, reliqua projecit aut suspensa dimisit. Quin & ex Ephesini latrocinii Actis Domni Antiocheni Patriarchae dejectionem, & Maximi Successoris, licet contra Canones ab Anatolio Constantinopolitano, & quidem vitioso, Episcopo factam Con-

secrationem roboravit Sanctus Leo, roburque istud omnis Ecclesia probavit. De hac Romanae Sedis potestate scribit Nicolaus primus Pontifex ad Episcopos Orientales. *In universalibus Synodis Epist. 7. quid ratum, quid prorsus acceptum, nisi quod Sedes Beati Petri probavit, ut ipsi scitis, habetur? Sicur e contrario, quod ipsa sola reprobat, hoc solummodò consistit haecenus reprobatum.*



QUINTI GENERALIS
 CONCILII
 CAPITULA CONTRA ORIGENEM.
 CAPITULUM PRIMUM.

SI quis dicit aut sentit praexistere hominum animas, utpotè quae antea mentes fuerint & sanctae virtutes, satietatemque cepisse Divinae contemplationis, & in deterius conversas esse, atque idcirco refrixisse à Dei charitate, & inde *phix* gràcè, id est animas esse nuncupatas, demissaque esse in corpora supplicii causa. Anathema sit.

SCHOLION.

L. 5. C. 33. **O**rigenis verba refert Nicephorus Calixtus. *Mentes à principio erant absque omni numero & nomine: Ex unitate principium ducentibus, & rationabilibus existentibus omnibus, substantia, efficacia, & virtute eadem. Ut autem eas satietas cepit Divinae charitatis & contemplationis, juxta proportionem cujusque propensionis in deterius, vel tenuiora vel crassiora sumpsere corpora & nomina. Undè caelestes etiam & ministrantes subsistere virtutes. Ipse quoque sol & luna, & stellae omnes ab unitate illa rationalium ex propensione in deterius sunt facta. Ea verò rationalia, quae magis à Divina charitate refrixerunt, animae sunt appellatae, & in crassiora corpora nostra coniectae. Quae verò ad summam malitiae & vitiositatis fuerant progressa, frigidis & caliginosis inclusae corporibus demones & facti & nominati sunt.* Verba erroribus undequaque plenissima.

Primus error est, quod omnes omnino mentes seu creaturas intellectuales dicat naturaliter esse ejusdem nominis, substantiae, efficaciae, virtutis. Eundem Origenensis attribuit Sanctus Hieronymus in commentariis Aggaei Prophetæ: *Omnium rationalium unam dicunt esse naturam, & ob hanc causam homines, qui Deo placuerunt, aequales Angelis fieri, utpotè à quibus non essentia, sed carne dumtaxat poenalis corporis ergastulo sint distincti.* Et Sanctus Sophronius Hierosolymae Episcopus in litteris ad Ser-

gium Patriarcham Constantinopolitanum recitatis ac probatis à Synodo sexta. *Omnium rationalium, Angelorum, hominum, demonum differentias in unitatem fabulosam profundunt.* Porro adsertio, omnes Angelos in unam miscens infimam speciem, licet existimem temerariam, damnari nequit erroris. Liqueat ex Sancto Augustino adversum Origenistas scribente ad Paulum Orosium Presbyterum. *At Apostolus, SIVE SEDES, SIVE DOMINATIONES, SIVE PRINCIPATUS, SIVE POTESTATES. Et esse itaque Sedes, Dominationes, Principatus, Potestates in caelestibus apparatus firmissime credo, & differre inter se aliquid indubitata fide teneo. Sed quo me contemas, quem magnum putas esse Doctorem, quoniam ista sint, & quid inter se differant, nescio. Nec eam sanè ignorantiam periclitari me puto, sicut inobedientia, si Domini praecepta neglexero.*

Secundus error est, quod omnes creaturas intellectuales simul ab initio factae sint, idque absque numero & nomine. Exponit laudatus Augustinus: *Illud quod ajunt, in Dei sapientia jam fuisse facta omnia, antequam in istas formas & modos proprios proferrentur, atque in suis ordinibus apparerent, non sobriè dicitur.* Eas Origenes factas dicit sine nomine, quod earum nulla è Dei Creatoris manibus exierit Seraphim, Dominatio, Potestas, Archangelus, Angelus, Dæmon, aut Anima; sed simpliciter mens, nulum umquam à socia discrimen, nisi ex spontaneo proprio electionis merito sortitura. Ita illum

Art. 11.
 Cap. 11.
 Cap. 8.
 L. 117.
 do.

docuisse fatetur apud Photium in Bibliotheca incognitus Apologus. Quin immò apud Facundum Herimianensem Domicianus Ancyræ Episcopus ac primæ Galatiæ Metropolitæ dogma hoc, scripto ad Vigilium Pontificem libro, pertinaciter defendit, addens de nostræ hujus Synodi Episcopis. *Profluvium ad anathematizandos sanctissimos & gloriosissimos Doctores sub occasione eorum, quæ de præexistentiâ mota sunt, dogmatum, sub specie quidem Origenis, omnes autem, qui ante eum & post eum fuerunt, Sanctos anathematizantes.* Ast hallucinatur homo Origenista. Etenim dudum ante quintam Synodum scripsit ad Julianum Coensem Episcopum Sanctus Leo Magnus. *In Origene meritò damnatum est, quòd animarum, antequam corporibus infererentur, non solum vitas, sed & diversas fuisse asseruit actiones.*

I. 1. c. 2.
L. 4. c. 4.
Epist. 11.

Tertius à quibusdam existimatur error, quod asserat omnes mentes conditas in Divinæ essentia contemplatione ac dilectione. Ast malè. Etenim quidquid in libris de Genesi ad litteram Sanctus Augustinus disputat de matutina & vespertina creaturarum in Divino Verbo cognitione, disputat causa Angelorum, eosque videtur adferre omnino conditos in notitia etiam matutina. Undè & in libris de civitate Dei eosdem ait nunquam à Deo per fidei ænigma fuisse peregrinos. Eodem tendunt, quæ in libro de correptione & gratia agit de eorum merito, perseverantia, mercede. Et in libris soliloquiorum scribit. *Illam singularem, veramque pulchritudinem cum viderit anima, plùs amabit: Et nisi ingenti amore oculum infixerit, nec ab illo adspiciendo uspiam declinaverit, manere in illa beatissima visione non poterit.* Docet animam sola intuitione non firmari in Deo, sed insuper esse opus immobili ac indeclinabili ipsam firmante charitate. Et hanc doctrinam, de qua ab hodiernis Scholis non recepta ego dubitare malim, defendunt Hugo de Sancto Victore, & apud Sanctum Bernardum Auctor libelli de Divino amore. Defendunt quoque solos Angelos: Nam de primis parentibus, num in Dei intuitione sint conditi, meritò ob animale corpus dubitat in dictis de Genesi libris Sanctus Augustinus. Ejus fidiſſimus interpres Sanctus Prosper, in libro contra Collatorem, in fide, non in visione conditos disertè, rectèque adfirmat. Quocirca tertius Origenis error sit, quod blasphemè dixerit beatas mentes Divina essentia fuisse fatiatis, atque ità ex fastidio apostataſſe. Pravi Angeli nequaquam Deum fastidierunt, sed illo non fuere contenti, volentes etiam in semetipsis gloriari. Et hæc est avara superbia ac superba avaritia, quam Apostolus scribit esse radicem omnis mali ac iniquitatis.

Quartus error est, quod mentes à Deo apostatas dicat in varia juxta varium variæ apostasiæ meritum corpora & omnia pænalter detrusas, atque ità aliam factam esse Dominationem, Sedem, Principatum, Potestatem, aliam dæmonem, animam, Angelum, solem aut lunam. Exponit Sanctus Epiphanius in litteris ad Joannem Hierosolymæ Episcopum. *Origenes dicit, quod Animæ fuerint Angeli in celis, & postquam peccaverint in supernis, deſcendit esse in istum mundum, & quasi in tumulos & sepulchra, sic in corpo-*

Cap. 2.

ra ista relegatas luere pœnas antiquas peccatorum, & corpora credentium non templa esse Christi, sed carceres damnatorum. Quod corpus ità animam in se clausam habebat, quomodo sepulchra & tumuli cadavera mortuorum. Quod humana generatio sit Divina, non benedictio, sed maledictio: Quia Deus generi humano non possit animas per benedictionem dare, nisi Angeli peccaverint, & tot in celo sint ruinae, quot in terra natiuitates. Hinc Origenista, teste Sancto Hieronymo, ad suas ipsorum quæstiones, Quare hæc anima de fidelibus, illa de gentilibus & barbaris nascatur parentibus, Quare hic aut ille infans innocuus à Dæmone corripiatur aut morbo regio, reponere sunt soliti: Quoniam Deus iustus maculatas à semetipsis in celo animas damnavit in corpora, tamquam in vallem lacrymarum, carceremque pœnalem veterum peccatorum.

Origenes, inquit in libris de civitate Dei Sanctus Augustinus, dicit animas peccasse recedendo à Deo, & diversis progressibus pro diversitate peccatorum à celis usque ad terras diversa corpora, quasi vincula meruisse: Et hunc esse mundum. Eamque causam fuisse mundi faciendi, non ut conderentur bona, sed ut mala cobiberentur. Diversos illos progressus exponit Sanctus Hieronymus in litteris ad Pammachium adversus errores Joannis Episcopi Hierosolymitani. *Finge aliquem tribunitiæ potestatis suo vitio regradatum per singula militiæ equestris officia ad tyronis vocabulum devolutum: Non statim fit tyro, sed antè Primicerius, deindè Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, Tyro.* Eodem modo mentes delirat Origenes non statim ex nativa felicitate cadere in extremam calamitatem dæmonis, sed priùs in statum Seraphin, Throni, Dominationis, Angeli, Animæ, solis, lunæ, variumque & proportionatum corpus: Et hoc innumeris successivè de loco in locum prolapsibus juxta innumeros prolapsus in crimina successivè plura aut majora. *Tot, juxta ejus nugas, eodem mens mutat corpora, quot de celo ad terram mutaverit mansiones.* Hæc illi est scala Jacob, quam gradatim descendunt mentes magis & magis in dies delinquendo. Est error stultus & blasphemus. Quis namque ferat Thronos, Dominationes, Potestates, aliaque suprema Divinæ majestatis ministeria esse non Divinæ gratiæ dona, sed pœnaliter supplicia? Quis ferat admirandam mundi fabricam non à paterna Dei bonitate, sed ab irati Domini vindicta proditiſſe? Quis ferat solem ipsum non esse totius humani generis solatium, sed nescio cujus iniquæ mentis ergastulum? *Per hoc, inquit Sanctus Augustinus in loco laudato, si non una, sed duæ, decem, aut centum mentes æqualiter ac similiter peccassent, centum soles haberet hic mundus.* Addit errorem, qui plenè tandem purgatis promittit celum novum & terram novam, sibi ipsi non coherere. *Quid enim purgatis opus est celo novo & terra nova, si purgata ad hoc restituantur, ut sint, quemadmodum fuerunt ante celum & terram, sine celo & terra?*

Ex eadem radice affirmat Origenes Joannem Baptistam, Malachiam, Aggæum, Melchisedech fuisse veros in carne Angelos: laudati item Joann-

Epist. 8.

L. 11. c. 13.

Epist. 6.

c. 3.

LadOrof.

c. 8.

Cap. 28.

Joannis exultationem & fratris à fratre in utero supplantationem fuisse motus plenè rationales. Est radix pessima, involvens non dumtaxat animarum, sed quarumvis mentium per varia corpora migrationem, de qua Tertullianus in libro de anima. *Pythagoras, est bonus cætera, tamen ut hanc sententiam adstrueret, non turpi modo, verum etiam temerario mendacio incubuit. Cognosce, qui nescis, & nobiscum crede. Mortem simulat, subterraneo latitat, septenni se illic patientia damnat, interea quæ de posteris defunctis ad fidem verum esset relaturus, ab unica conscia & ministra matre cognoscit. Ut satis sibi visus est corpulentiam interposuisse ad omnem mortui veteris horrorem, de adytis fallaciæ emergit ut ab inferis reditus. Quis non crederet revixisse, quem credide-*

rat obiisse? Audiens præsertim ab eo, quæ de posteris mortuis nisi apud inferos non videretur cognoscere potuisse. Sic ex mortuis vivos effici senior sermo est. Hæc, inquam, est prima origo & unicum fundamentum erroris de transmigratione animarum, propagati postmodum à Platone, nec non à Saturnino, Carpocrate, Basilide, pessima face Christianitatis. Ex eodem etiam Judæi & Herodes Rex putarunt Dominum esse Hieremiam, unum è Prophetis, aut Joannem Baptistam à morte suscitatum. Quæritur, An Origenes mentes devolvi crediderit etiam in bestiarum corpora? Negat Apologus apud Photium, affirmat Sanctus Hieronymus in litteris ad Avitum.

L. 117.
Epist. 59.
c. 2.

CAPITULUM II.

SI quis dicit aut sentit Domini animam priùs exitisse, atque unitam fuisse Deo Verbo ante Incarnationem & generationem ex Virgine: Anathema sit.

CAPITULUM III.

SI quis dicit aut sentit primùm conformatum esse corpus Domini nostri Jesu Christi in utero Beatæ Virginis, ac postea unitum ei esse Deum Verbum, & animam, utpotè quæ antè fuisset: Anathema sit.

SCHOLION.

Exponit Nicephorus Calixtus. *Nugatur Origenes, quod ex Angelica quidem constitutione facta sit animata constitutio, ex animata autem dæmoniacæ & humana. Unam porrò mentem ex universa rationalium unitate inconcussam & innotam à charitate & contemplatione Divina permanere, quæ mens & Christus, & Rex, & homo sit facta. Loquitur ex litteris Justiniani Augusti ad quintam Synodum, recitatis à Georgio Cedreno. Et Sanctus Hieronymus in libris contra Rufinum. Docet Origenes animam Salvatoris fuisse, antequam*

L. 5. c. 33.

L. 2. c. 3.

nascetur ex Maria, & hanc esse, QUÆ CUM IN FORMA DEI ESSET, NON RAPINAM ARBITRATA EST ÆQUALEM SE ESSE DEO, SED SE EXINANIVIT, FORMAM SERVI ACCIPIENS. Et Sanctus Sophronius in litteris suprâ memoratis. *Origenista docent nihil à nobis differre Christum gloria, sive honore, sive regno, sive dominatione.* Et hinc Eutycheten, duas in Domino antè adunationem naturas delirantem, meritò Sanctus Leo habuit de Origene suspectum. Ejus namque congeronem Diofcorum semper, quæ Origenis sunt, Act. 3. sapuisse, dixit ad Synodum Chalcedonensem Theodorus Diaconus Ecclesiæ Alexandrinæ.



CAPITULUM IV.

SI quis dicit aut sentit omnibus coelestibus Ordinibus assimilatum esse Deum Verbum, Cherubimque factum esse ipsis Cherubim, & Seraphim ipsis Seraphim, ac omnibus plane supernis virtutibus similem esse factum: Anathema sit.

SCHOLION.

Epist. 75. Exponit Sanctus Hieronymus in litteris adversus Vigilantium. Origenes Filium Dei & Spiritum sanctum in commentariis Esaiæ Seraphim esse testatur. Dei Verbum ac Spiritum sanctum docet esse non verum Deum, sed animabus nostris confubstantiales mentes, quarum prior à lapsu pura seipsam spontanea humilitate prius inter lapsos Cherubinos ac Seraphinos, deinde inter reliquos Angelorum reos ordines & rea corpora coelestia, ac tandem in poenalem hominis carnem dederit, doctrina, exemplo, passione hæc cunctas socias variè damnatas mentes ad Deum reductura. Hinc garrit Domini animam

ante Incarnationem & formatum corpus non solummodo exstitisse, sed & Deo Verbo unitam fuisse, immò fuisse ipsum Dei Verbum dictis successivè sociabus variè assimilatum. Porrò Dominus pudici pectoris templum repente fit Dei, intacta nesciens virum verbo concepit filium. Eo verbo, de quo ipsa intacta ad Angelum. Fiat mihi secundum verbum tuum. Eo ipso instanti Beatus Auctor sacculi servile corpus induit: Animatum spiritu & mente intellectuali. Natura quippe nostra, & corpus & anima, non sic adsumpta est, ut prius creata post adsumeretur, sed ut ipsa adsumptione crearetur. An corpus sit instantaneè, an more nostro successivè in sua organa formatum, est longa quaestio, de qua videatur Sanctus Augustinus.

CAPITULUM V.

SI quis dicit aut sentit in Resurrectione corpora hominum orbiculata suscitari, nec confitetur nos suscitari rectos; Anathema sit.

SCHOLION.

Epist. 61. c. 8. Exponit Sanctus Sophronius. Origenisæ istorum corporum, quibus nunc amici sumus, perveniunt resurrectionem, multa callidè balbutientes impiissimis & fabulosis suis figmentis condigna. Ipse apud Sanctum Hieronymum Origenes tradit duplicem in Ecclesia grassari errorem: Nostrorum adfirmantium carnis, & Marcionitarum negantium etiam corporis resurrectionem. Marcionistas hac in re nostris omninò præfert, Corporales substantias dicens penitus dilapsuras, aut in fine

omnium hoc futura corpora, quod nunc est æther & cælum, & si quod aliud corpus lycerius & purius intelligi potest. Corpora esse existimat non necessaria à Deo provisâ instrumenta, sed poenalia peccatricum mentium vincula, ideòque destructa velit, ac reducta omnia in primævum statum sine omni corpore. Ast unicam Christianitatis spem timuit palam offendere. Etiam de Domino à mortuis suscitato sibi ipsi non constat, dicens comdisse, ne phantasma putaretur; & tamen sine dentibus, & reliquis membris in nullo aut nescio quo æthereo corpore, adeòque omninò phantasma, fuisse.

CAPITULUM VI.

SI quis dicit cælum & solem, & lunam & stellas, & aquas, quæ super cælos sunt, animatas & materiales esse quasdam virtutes: Anathema sit.

SCHO:

SCHOLION.

C. 3. Exponit Sanctus Epiphanius in litteris supra memoratis. Illas prestigias quis non statim abjiciat atque contemnat, dicente Origene de aquis, quæ super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudines quasdam Angelicæ potestatis, & rursùm aquas, quæ super terram sunt, hoc est, sub firmamento, esse virtutes contrarias, id est, demones? Et Sanctus Hieronymus in litteris adversus Joannem Hierosolymæ Episcopum. Origenes aquas, quæ super cælos in Scripturis esse dicuntur, sanctas supernasque virtutes, quæ super terram, & infra terram contrarias & dæmoniacas esse arbitratur. Etiam per quatuor Paradisi flumina intelligit cælestes virtutes, totumque Paradisum sic allegorizat, ut historis auferat veritatem. Et Sanctus Augustinus in libris de civitate Dei. Nonnulli putaverunt aquarum nomine significatos quodammodo populos Angelorum, & hoc esse, quod dictum est, FIAT FIRMAMENTUM INTER AQUAM ET AQUAM: Ut supra firmamentum Angeli intelligantur; infra verò vel aquæ istæ visibiles, vel maiorum Angelorum multitudo, vel omnium hominum gentes. Et in libris Confessionum. Sunt aliæ aquæ super hoc firmamentum, credo immortales & a terrena corruptione secretæ: Laudent nomen tuum, laudent super cælestes populi Angelorum tuorum. Loquitur ex Platone, atque Origene, fundante se in auctoritate Psalmi: Aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini. Alii adfertionem eandem fundarunt in ordine & lege ponderum, quæ supra rarissimum ac levissimum ætherem fluitare non finit aquas densas & graves. Hinc quidam vetusti Ecclesiæ Doctores Origeni fuere patrocinati. Humili Augustino semper placuit pacifici Cypriani sententia: Singuli, quid sentiamus, proferamus, neminem judicantes, aut à jure communionis aliquem, si diversum senserit, amoventes. In nullum, licet suspectum graviter, dummodo ab Ecclesia toleratum, dogma præsumplit unquam agere censorem. At verò in istis ipsis jam adductis locis, in libro super Genesim imperfecto, in explanatione Psalmi centesimi tertii, ac in libris de Genesi ad litteram constantem docet aquas illas super cælestes esse naturales ac veras, utpotè rarissimæ ac levissimæ, quæ in mundi exordio omnem à terra usque ad supremum cælum intercapedinem occuparat, abyssi partem, & addit: Quoquo modo, & qualeslibet aquæ ibi sunt, esse eas ibi minimè dubitemus; major est quippe Scripturæ hujus auctoritas, quam omnis humani ingenii capacitas. Hinc quidquid pro Origene aut Platone fuerat disputando interlocutus, egregiè moderatur in libris Retractionum. Illud, quod in decimo tertio Confessionum dixi, firmamentum fa-

ctum inter spirituales aquas superiores & corporales inferiores, non satis consideratè dictum est: Res autem in abdito est. Et in primo libro de Genesi contra Manichæos: De hac re nihil temerè affirmandum est, obscura est enim & remota à sensibus hominum.

De altera Capituli parte scribit ad Sanctum Augustinum Presbyter Orosius. Creaturam subjecit etiam corruptioni non volentem dicunt Origenisæ intelligendam esse solem & lunam, & stellas, & hæc non elementares esse fulgores, sed rationales potestates; præbere autem servitium corruptioni propter eum, qui subiecit in spe. Et Sanctus Hieronymus in litteris adversus Joannem Hierosolymæ Episcopum. Origenes docet solem ipsum & lunam & omnium astrorum chorum esse animas rationalium quondam & incorporalium creaturarum, quæ nunc vanitati subjecit, ignitis videlicet corporibus, quæ nos imperiti & rudes luminaria mundi appellamus, liberabuntur à servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Erroris itaque fundamentum desumpsit Origenes ex Apostolica ad Romanos Epistola, dicente omnem creaturam esse subditam vanitati cum spe liberationis; & ex libro Prophetæ Job, ubi scriptum est: Nec stellæ sunt munde ante eum.

Respondet autem Orosio Sanctus Augustinus. De sole & luna, ceterisque sideribus, quod coelestia sint corpora videmus, quod animata sint, non videmus: De Divinis hoc libris legatur, & credimus. Eodem modo loquitur in libris de civitate Dei, in Enchyridio, in libris de Genesi ad litteram, in Epistola ad Nebridium, in sermone de tempore, ac in libris Retractionum, addens ejusmodi animas temerè adferi. Eas ex consueta modestia plenè non proscibit. Rem itaque hucusque in Ecclesia controversam discussit nostra Synodus, ac præfenti Capitulo non solummodo lapsam cælo mentem, sed & quamvis animam astris abjudicavit. Secuta est hæc voces Sancti Basilii. Neque ulla anima cæli informantur, aut natura sunt ratione præditæ, quia gloriam Dei narrant. Neque firmamentum animans sensu præditum esse censemus, quod effectionem manuum ejus ibidem adnunciat, ut adstruat aliquis & interpretetur cælos posse esse virtutes quasdam contemplationi concreatas. Secundum enim hanc interpretandi formulam ros, pruina, frigus & æstus, quod apud Danielelem jussa sint concelebrare hymnis universorum opificem, mentes quædam erunt, nimirum intellectu præditæ simul & invisibiles nature. Aquæ itaque & ea, quæ ratione carent, ad Dei laudem invitantur tamquam ea, in quibus resplendet bonitas, sapientia, ac potentia Dei. Apostoli ac Prophetæ Job loca ab Origene in erroris patrocinium adsumpta elucidat Sanctus Augustinus in libro ad Orosium. Eadem docent Sanctus Hieronymus, Lactantius, Ambrosius, Joannes Damascenus, ideòque nostrum Capitulum non recedit à confessione Patrum.



CAPITULUM VII.

SI quis dicit aut sentit Dominum Christum in futuro saeculo crucifixum iri pro daemionibus, sicuti & pro hominibus; Anathema sit.

SCHOLION.

Ep. 59. C. 4. Xponit Sanctus Hieronymus in Epistola ad Avitum. Cum dixisset Origenes, juxta Joannis Apocalypsim, Evangelium sempiternum, id est, futurum in caelis, tantum precedere hoc nostrum Evangelium, quantum Christi praedicatio legis veteris Sacramenta; ad extremum intulit (quod & cogitasse sacrilegium est) pro salute daemionum Christum etiam in aere & in supernis locis passurum. Et licet ille non dixerit, tamen, quod consequens sit, intelligitur, sicut pro hominibus homo factus est, ut homines liberaret; sic pro salute daemionum Deum futurum, quod sunt ii, ad quos venturus est liberandos. Addit Nicephorus Calixtus. Docet Origenes, quod pro daemionibus quoque Christum crucifigi, atque idipsum saepius saeculis futuris pati oportebit, a spiritibus malignitatis, qui in caelestibus sunt. Et Hieronymus in laudata Epistola: Origenes asserit mundos innumerabiles, non juxta Epicurum uno tempore plurimos, & sui similes, sed post alterius

mundi finem alterius esse principium, & ante hunc nostrum fuisse alium; & post hunc esse alium futurum, & post illum alium, rursumque ceteros post ceteros. Hinc adjungit Presbyter Orosius in litteris ad Sanctum Augustinum. De corpore Domini sic tradunt Origenistae: Quia cum usque ad nos veniens filius Dei post tot millia annorum otiosus eo usque non fuerit, sed praedicans remissionem Angelis, Potestatibus, atque universis superioribus, cum qualitate formae eorum, quos visitaret, adsumeret, usque ad palpabilitatem carnis adsumptionis specie transivisse; hoc passione & resurrectione determinans rursus, donec ad Patrem veniret, ascendendo tenuasse. Ita neque depositum unquam fuisse corpus, nec in corpore ullo regnantem circumscribi. Christum Dominum in anterioribus statim a Mentium lapsu saeculis & mundis fuisse Dominationem, Thronum, aut alium Angelum, in nostro hominem, in futuris daemionem, ac tandem post purgata & liberata omnia futurum sine omni corpore Origenes blasphemiat ac delirat.

CAPITULUM VIII.

SI quis dicit aut sentit vel finitam esse Dei potestatem, vel eum tanta fecisse, quanta comprehendere potuit: Anathema sit.

SCHOLION.

Origenis verba refert Justinianus Augustus in suo adversus illum Edicto ad Mennam Patriarcham Constantinopolitanum: Finitam esse Dei potestatem, dicendum: Nec praetextu laudis circumscripio ejus tollenda est. Tanta enim fecit, quanta sub manu comprehendere & habere poterat, &

continere sub providentia sua: Quemadmodum & tantam construxit materiam, quantum poterat administrare & exornare. Nemo sermone offendatur, si modum statuisset etiam Dei potestati: Infinita enim complecti natura impossibile est. Nam cum semel finita sint, quae Deus ipse comprehendit, necesse est terminum esse, ad quot usque finita ipse sufficiat. Est error gentilis, a S. Augustino refutatus in libris de civitate Dei.

CAPITULUM IX.

SI quis dicit aut sentit ad tempus esse daemionum, & impiorum hominum supplicium, ejusque finem aliquando futurum, sive restitutionem, & redintegrationem fore daemionum aut impiorum hominum:

Anathema sit. Anathema & Origeni, qui & Adamantius, qui haec exposuit, una cum nefaria atque execrabili, scelestaque ejus doctrina, & cuivis, qui ea sentiat aut defendat, aut ullo modo prorsus quocumque tempore tueri praesumat.


SCHOLION.

Ep. 59. C. 2. Xponit Sanctus Hieronymus in Epistola ad Pammachium & Oceanum. Docet Origenes post multa saecula atque unam omnium restitutionem id ipsum fore Gabrielem, quod diabolum; Paulum, quod Caipham: Virgines, quod prostibulas. Et in libris contra Ruffinum. Docet in restitutione omnium, quando indulgentia principalis venerit, Cherubim & Seraphim, Thronos, Principatus, Dominationes, Virtutes, Potestates, Archangelos, Angelos, Diabolum, Daemones, animas omnium hominum, tam Christianorum, quam Judaeorum & Gentilium, unius conditionis & mensurae fore: Cumque ad formam & libram aequitatis pervenerint, & rationales creaturas, omni corporum faece deposita, novus de mundi exilio populi revertentis monstraverit exercitus, tunc rursus ex alio principio fieri mundum alium, & alia corpora, quibus labentes de caelo animae vestiantur, ut verendum nobis sit, ne, qui nunc viri sumus, postea nascamur in feminas, & quae hodie virgo, tunc prostibulum sit. Et in litteris adversus Joannem Hierosolymae Episcopum. Origenes dicit cunctas rationales creaturas paulatim ad inferiora labi, & juxta qualitates locorum, ad quae defluunt, adsumere sibi corpora; cumque ad vicina terra pervenerint, crassioribus circumdari, novissimè humanis carnibus alligari: Ipsosque Daemones, si paululum respicere coeperint, humani carne vestiri, ut ad ea deinceps poenitentia post resurrectionem eodem circulo, quo in carnem venerant, revertantur ad visionem Dei, liberati etiam aereis aethereisque corporibus. Tunc dicit ei omne caelestium, terrestrium, ac infernorum genu. Deo flectendum, Deumque fore omnia in omnibus. Haec nisi est duplex scala Jacob, per quam mentes gradatim descendunt, redeuntque in caelum. Nec solummodo Gabrielem ac Beelzebud, Paulumque & Caipham dicit ista restitutione aequandos, sed etiam Judam & Christum, utpotè qui deposita carne sit in simplicem ac aliis parem mentem rediturus. Erit tamen restitutio mobilis & mutanda: Purgatas namque mentes denuò ca-

piet beatitudinis ac Divinae contemplationis fatietas, atque ita denuò fiet nova Apostasia, novus semper mundus, nova miseria, quin immò nova Origenis à Gentilibus mutuata stultitia, fingens omnem Dei creaturam in perpetuo falsè beatitudinis & verè miseriae circuitu ambulare. Nec falsò, inquit in libro de haeresibus Sanctus Augustinus, Origenem Ecclesia arguit, nec potest ab ejus defensoribus excusari, maximè de purgatione & liberatione, ac rursus post longum tempus ad eadem mala revolutione rationalis universae creaturae. Quis enim non exhorreat etiam eos, qui hanc vitam in flagitiis & facinoribus maximis finierunt, ipsum etiam postremò diabolum atque angelos ejus, quamvis post longissima tempora, purgatos atque liberatos regno Dei luciae restitui, & rursus post longissima tempora omnes ad haec mala relabi, & has vices alternantes beatitudinum & miseriaum rationalis creaturae semper fuisse, semper fore? Anathema Origeni, plurimorum errorum fonti, Patriarchae omnium haereticorum, qui Ario, Marcello, Apollinari, Fotino, Pelagio, Nestorio, Eutycheti, cunctis haereticis arma & principia praebuit, nec non gentilissimum in Ecclesiam reducere, & fidem Christianam in mimum convertere est conatus.

Addit Capitulum: Origeni, qui & Adamantius. Adversum illos, qui Origenem antiquum à recentiori, qui Adamantius dictus sit, malè distinguunt, quos inter dudum etiam post hanc Synodum fuisse Sanctum Sophronium Hierosolymae Episcopum, advertit Photius in Bibliotheca, rectè adfirmans fuisse unicum, edicensque causam adjecti nominis. Origenem Adamantium cognominatum ex eo tradunt, quod rationes, quas colligaret, adamantinis quibusdam quasi vinculis non absimiles viderentur. Etiam Sanctus Epiphanius ac ex illo Sanctus Augustinus distinguunt duos Origenes, nostrum tamen dicunt vocari & Adamantium. Ejus hunc novissimum, ac inter omnes longè pestilentissimum errorem idem Augustinus in libris de civitate Dei copiosè revincit.





QUINTI CONCILII

Capitula contra Nestorianos,
ac Eutychnistas.

CAPITULUM PRIMUM.

SI quis non confitetur Patris & Filii & Spiritus Sancti unam naturam sive substantiam, & unam virtutem & potestatem, Trinitatem consubstantialem, unam Deitatem in tribus subsistentiis sive personis adorandam, talis anathema sit. Unus enim Deus & Pater, ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & unus Spiritus sanctus, in quo omnia.

CAPITULUM II.

SI quis non confitetur Dei Verbi duas esse natiuitates, unam quidem ante sæcula ex Patre sine tempore incorporaliter, alteram verò in ultimis diebus ejusdem ipsius, qui de cœlis descendit & incarnatus, de sancta gloriosa Dei genitrice & semper Virgine Maria, natus ex ipsa, talis anathema sit.

CAPITULUM III.

SI quis dicit alium esse Deum Verbum qui miracula fecit, & alium Christum qui passus est, vel Deum Verbum cum Christo esse nascente de muliere, vel in ipso esse, ut alterum in altero, & non unum, eundemque Dominum nostrum Jesum Christum, Dei Verbum incarnatum & hominem factum, & ejusdem ipsius miracula & passiones, quas voluntariè carne sustinuit, talis anathema sit.

CAPITULUM IV.

SI quis dicit secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum æqualitatem honoris, vel secundum auctoritatem, aut relationem, aut affectum, aut virtutem, unitiōnem Dei Verbi ad hominem factam esse, vel secundum bonam voluntatem, quasi quod placuit Deo Verbo homo, eo quod benè visum est ei de ipso, sicut Theodorus insaniens dicit, vel secundum homonymiam, per quam Nestoriani Deum Verbum Filium & Christum vocantes, & hominem separatim Christum & Filium nominantes, & duas personas evidenter dicentes, per solam nominationem & honorem, & dignitatem, & adorationem, unam personam, & unum Filium, & unum Christum confingunt dicere; Sed non consentitur unitatem Dei Verbi ad carnem animatam anima rationabili, & intellectuāli secundum compositionem, sive secundum subsistentiam factam esse, sicut sancti Patres docuerunt, & idè unam ejus subsistentiam compositam, qui est Dominus noster Jesus Christus, unus de sancta Trinitate, talis anathema sit. Cùm enim multis modis unitas intelligitur, qui impietatem Apollinarii, & Eutychetis sequuntur, interemptionem eorum, quæ convenerunt, colentes, unitiōnem secundum confusionem dicunt: Theodori autem & Nestorii sequaces, divisione gaudentes, affectualem unitatem introducunt. Sancta Dei Ecclesia utriusque perfidiæ impietatem rejiciens, unitiōnem Dei Verbi ad carnem secundum compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Unitio enim per compositionem in mysterio Christi non solum inconfusè ea, quæ convenerunt, conservat, sed nec divisionem suscipit.

SCHOLION.

Rectè Capitulum dicit naturarum in Domino unionem esse secundum compositionem, & addit: *Sicut Sancti Patres dixerunt.* Ea namque voce usus est in Synodo Antiochena adversus Episcopum suum Paulum Samosatensem disputans Malchion, ejusdem Ecclesiæ Presbyter longè doctissimus, Sanctus Athanasius in tractatu, cui titulus, *Quod unus sit Christus*, & Sanctus Gregorius Nazianzenus in oratione de Dei Filio, uti etiam in libro ad Sanctum Fulgentium ac alios in Sardinia exulantes Africæ Episcopos adverterunt Petrus, Leontius, ac Joannes, Græcorum ad Romanam Ecclesiam Legati, ad dentes Paulum Samosatensem ob ejus negationem fuisse per laudatam Synodum de Ecclesia ejectum. Et reverà vox, *Compositio*, non simplicem participationem aut inhabitationem importat, sed naturalem nexum, quo disparatissimæ in Domino naturæ tamquam compartes in eandem Hypostasin adunantur. Vocabulo, *Part.*, & Presbyter Malchion & Sanctus Athanasius omninò utuntur. Et hinc de Joanne Ma-

xentio ac ejus affectis, nec non de nescio quo Victore Diacono, Nestorianismi suspecto, scribit ad Hormisdam Pontificem Dioscorus, Romanæ Ecclesiæ Diaconus, & ad Justinum Augustum Legatus. *Cum Victore Diacono habuerunt intentionem de Christo compositio.* Nestoriani enim non minùs vocem, *Compositio*, quam vocem, *Unio secundum hypostasin*, pertinaciter aversabantur. Rectè item Capitulum addit esse *compositionem secundum subsistentiam, sicut sancti Patres docuerunt*, & idè non Domini naturam, sed solam *subsistentiam esse compositam.* Rationem dat in libris de fide Sanctus Joannes Damascenus. *Composita natura cum natura earum naturarum, ex quibus constat est, ejusdem substantiæ esse potest: ut que ex aliis aliud effectu sit. At verò Christus non est ex aliis aliud, quemadmodum ex anima & corpore homo, aut ex quatuor elementis corpus; sed ex aliis eadem.* Aliam rationem supra adduxi ex Facundo Hermianensi. Nec obstat exemplum animæ & corporis passim à Patribus adductum: Adduci ad ostendendam, non naturæ, sed solius personæ compositam unitatem, ostendunt variè idem Facundus, Sanctus Maximus Abbas, & Theodoretus.

Post Epist.
67. Relat.
1.

L. 3. c. 3.

CAPITULUM V.

SI quis unam subsistentiam Domini nostri Jesu Christi sic intelligit, & per hoc introducere conatur in mysterio Christi duas subsistentias, seu duas personas, & duarum personarum, quas introducit, unam personam dicit secundum dignitatem & honorem, & adorationem, sicut Theodorus, & Nestorius infanientes conscripserunt, & calumniatur Sanctam Chalcedonensem Synodum tamquam, secundum istum impium intellectum, unius subsistentiæ utentem vocabulo, sed non confitetur Dei Verbum carni secundum subsistentiam unitum esse, & propter hoc unam ejus subsistentiam, seu unam personam, & sic & sanctum Chalcedonense Concilium unam subsistentiam Domini nostri Jesu Christi confessum esse, talis anathema sit. Nec enim adjectionem personæ vel subsistentiæ suscepit Sancta Trinitas ex incarnato uno de sancta Trinitate Deo Verbo.

CAPITULUM VI.

SI quis abusive & non verè Dei Genitricem dicit sanctam gloriosam semper Virginem Mariam, vel secundum relationem, quasi homine puro nato, sed non Deo Verbo incarnato & nato ex ipsa, referenda autem, sicut illi dicunt, hominis nativitate ad Deum Verbum, eo quod cum homine erat nascente, & calumniatur sanctam Chalcedonensem Synodum tamquam secundum istum impium intellectum, quem Theodorus execrandus adinvenit, Dei Genitricem Virginem dicentem, vel qui hominis genitricem vocat, aut Christotocon, id est, Christi Genitricem, tamquam si Christus Deus non esset, & non propriè & verè Dei Genitricem ipsam confitetur, eo quod ipse, qui ante sæcula ex patre natus est Deus Verbum, in ultimis diebus ex ipsa incarnatus, & natus est, & sic piè & sanctam Chalcedonensem Synodum Dei Genitricem eam esse confessam, talis anathema sit.

SCHOLION.

Hocce Capitulum respexit Theorianus, Manuelis Comneni Augusti Legatus, in disputatione cum Niercesæ Patriarcha Armeniorum. Non ignorat magna Sanctitas tua vocem aliquando non malam, que malè tamen ab aliquibus intelligeretur & exponeretur, reiectione dignam à Patribus esse judicatam: Qualis & CHRISTIPARÆ vox est, Deiparæ Virgini tributa. Nam

& CHRISTIPARAM dicere poteramus, Christum enim peperit Deum & hominem, quod ipsum nomen propriè denotat; sed quod ejus nominis significatum à Nestorio nequiter acciperetur, velut sacrilegum à sanctis hominibus repudietur est. Et Sanctus Joannes Damascenus in tractatu contra insanam Nestorii hæresin: Sanctam Virginem, Deiparam prædicamus, ut que Deum ex se incarnatum verè & propriè peperit; CHRISTIPARAM verò illam scimus quidem, nam Christum genuit: Verum quia perditissimus Nestorius ea voce abusus est ad

est ad negandam DEIPARÆ vocem, non CHRISTIPARAM, sed à potiori DEIPARAM appellamus. Ad quæ verba rectè in Florentinæ Synodi adversus Marcum Ephesiorum Episcopum Apologia ait Gregorius Proto-Syncellus: *Vides agnoscere quidem ab illo nomen CHRISTIPARÆ, sed non usurpari, non quod Virgo CHRISTIPARA non sit, sed quod non vocetur. Quod Nestorius voce Christipara primus abuti cœperit, testatur etiam Theodorus Hierosolymæ Patriarcha in litteris ad septimam Synodum, ibidem lectis & comprobatis: Nestorius vocem, que sacra Virgo DEI GENITRIX appellatur, maledictus abjurans, CHRISTOTOCON hanc vocari nequissimè sanxit. Et Sanctus Cyrillus in litteris ad Valerianum Metropolitam Iconiensem: Orientales Episcopi confessi sunt, quia Dei genitrix sit sancta Virgo, & non addiderunt, quia CHRISTI GENITRIX sit, sicut inquit, qui Nestorii infelices & respuendas opiniatiunculas curant.*

Attamen Ephesina Synodus vocem Christipara non damnavit. Et hinc Eutylichiana factio tam ejus, quam Chalcedonensis Synodi pro voce, Deipara, definitionem titubare fecit etiam apud multos in Oriente orthodoxos, de quibus Facundus Episcopus Hermianensis. *Insinuandum est, quod hanc confessionem, qua beatam Mariam verè & propriè dicimus Matrem Dei, quidam etiam communicantes Ecclesiæ putant non debere suscipi, cum Nestorium fateantur, propter quod eam matrem Dei negabat, debuisse damnari. Et audent insuper hoc Eutylichiano dogmati deputare. Eutylichianum dogma non adsumptam solummodò humanitatem, sed & ipsam Domini Deitatem delirat natam è Virgine: Hinc illi orthodoxi vocem, Deipara, eidem blasphemiz existimabant obnoxiam, aut certè ejus fortricem & suspectam, scandalosam, piarum aurium offensivam, ideoque ab omni ore veraciter orthodoxo proscribendam. Rei successum edidit Liberatus, Ecclesiæ Carthaginensis Archidiaconus, testis oculatus, utpotè tunc Romæ Legatus Reparati sui Archi-Episcopi. Ad Joannem secundum Pontificem missi sunt à Justiniano Imperatore Hyspatius Ephesiorum Episcopus, & Demetrius à Philippis, consulere Sedem Apostolicam contra legatos Acemetarum, Cyrum & Eulogium, negantes esse confitentium beatam Mariam verè & propriè Dei genitricem. Sed Papa Joannes hoc confitentium Epistola sua firmavit & Imperatori direxit. Addiderat Princeps ad Pontificem etiam litteras hujus tenoris: Sanctam Virginem Mariam propriè & verè Dei matrem dicimus, non quia Deus Verbum ex ipsa principium sumpsit, sed quia in ultimis diebus est ex ipsa incarnatus. Papalis ad Regiæ civitatis*

Epist. 3.

Senatores Epistola ita habet, Justinianus Imperator filius noster orta certamina fuisse signavit, AN PROPRIE ET VERACITER MATER DOMINI DEI NOSTRI MARIA SEMPER VIRGO DEBEAT APPELLARI. *Probavimus Catholicam Imperatoris fidem, & ita esse Prophetis & Apostolicis vel Patrum exemplis evidenter ostendimus. Acemetæ monachi non ita vocem Deipara, sed potius hocce Principis suafu factum additamentum, Verè & propriè, fuerunt averfati, proinde malentes vocem, Christipara, induci in popularem sermonem. Et verè Justinianus retulerat fuisse orta certamina: Populum namque Constantinopolitanum fuisse in factiones divisum, & adversis in Ecclesia acclamationibus pugnas in invicem, liquet ex Synodo sub Menna Patriarcha. Tangebatur auctoritas Synodi Ephesinæ & Chalcedonensis, ideoque rectissime dicti monachi sunt secuti antiquam regulam, de qua ad Valerianum Patricium scribit in litteris per D. Lucam Holstenium editis Pelagius Papa primus: Nec licuit aliquando, nec licebit particularem Synodum ad dijudicandam generalem Synodum congregari; sed quoties aliqua de universali Synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem aut spontè ad Apostolicas Sedes conveniant, aut ad eadem trabantur. Ex variis Sanctis Gregorii Magni locis persuasus legendum existimo: Ad Apostolicam Sedem. At pessimè eidem monachi Apostolico, per Facundum Hermianensem facundissimè defenso, decreto recalcatrarunt, de qua re laudatus Liberatus. A Pontificis communione discedentes quidam Romani monachi Acemetarum Legatos secuti sunt, & usque nunc hanc confessionem non suscipiunt. Adversum hocce rebelles ad preces Principis Apostolicum decretum confirmavit nostra Synodus, unaque vocem Christipara circumscriptit & abolevit. Scio eam esse sanctam, innoxiam, orthodoxam: At eam pessimè viperam in dolosum erroris latibulum demutarant, atque ex illa, tamquam melleo poculo, venena propinantes simplici plebi insidiabantur. Eversas oportuit istas scabiosas læbras. Hinc pergit laudatus Theorianus. Debes, sanctissime Domine, illam quoque vocem, judicatam à Sanctis Sacrilègam, ut sacrilègam missam facere, nec iudicium tuum illorum iudicio firmius ducere, nec pati, ut suum iudicium pluribus occasione offendiculi præbeat. Eiusmodi tamen offensivas, & scandalosas, idque ad solum quandoque tempus, voces nolim ego dicere sacrilègas. Dico, Ad solum quandoque tempus. Etenim vocem, Christipara, hodiè usurpamus liberrimè: Quod liberata sit à doloso Nestoriani veneni periculo.*

CAPITULUM VII.

SI quis in duabus naturis dicens, non ut in Deitate & humanitate, unum Dominum nostrum Jesum Christum cognosci confitetur, ut per

ut per hoc significet differentiam naturarum, in quibus inconfusè ineffabilis unio facta est, neque Deo Verbo in carnis naturam transmutato, neque carne in Verbi naturam transducta (manet enim utrumque hoc quod est natura, etiam facta unitate secundum subsistentiam) sed pro divisione per partem, talem excipit vocem in Mysterio Christi, vel numerum naturarum confitendo in eodem Domino nostro Jesu Christo, Deo Verbo incarnato, non intellectu tantummodo differentiam excipit earum, ex quibus & compositus est, non interemptionem propter unitatem (unus enim ex utraque, & per unum utraque) sed in hoc numero utitur, ut separatim unaquaque natura suam habente subsistentiam, talis anathema sit.

CAPITULUM VIII.

SI quis ex duabus naturis Deitatis & humanitatis confitens unitatem factam esse, vel unam naturam Dei Verbi incarnatam dicens, non sic ea excipit sicut Patres docuerunt, quod ex divina natura & humana, unitione secundum subsistentiam facta, unus Christus effectus est, sed ex talibus vocibus unam naturam, sive substantiam Deitatis & carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit. Secundum subsistentiam enim dicentes unigenitum Deum Verbum carni unitum esse, non confusionem aliquam naturarum in se invicem factam esse dicimus, sed magis permanente utraque hoc quod est, unitum esse carni Deum Verbum intelligimus. Propter quod & unus est Christus, Deus & homo, idem ipse consubstantialis Patri secundum Deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse secundum humanitatem, æqualiter enim & eos, qui per partem dividunt vel incidunt, & eos, qui confundunt divinæ dispensationis Mysterium Christi, reiicit & anathematizat Dei Ecclesia.

CAPITULUM IX.

SI quis in duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duas adorationes introducunt separatim Deo Verbo, & separatim homini; vel si quis ad interemptionem vel ad confusionem Deitatis & humanitatis, unam naturam sive substantiam eorum, quæ convenerunt, introducens, sic Christum adoratur, sed non una adoratione Deum Verbum incarnatum cum propria ipsius carne adoratur, sicut ab initio Dei Ecclesiæ traditum est, talis anathema sit.

SCHOLION.

Hæc voces, *Christus est una Dei Verbi natura incarnata*, Sanctus Athanasius induxit in Ecclesiam, uti assidue dixerunt non tantum in Ephesino latrocínio Eutyches, Dioscorus, eorumque Symmista, sed etiam variis in locis Sanctus Cyrillus, & jam adductus Theorianus. Est vox, uti in Tharsensi apud Clementem Galanum Synodo dixit Gregorius Armeniorum Primas, æquivoca, lanaque ovina ad tegendos etiam lupos apta, ideoque eas statim arripere omnes tres Apollinaristarum classes, de quibus apud Photium in Bibliotheca Sanctus Eulogius Patriarcha Alexandrinus. *Nam & una verbi natura incarnata dicitur ab iis, qui putant inanimatam carnem adsumptam, & qui ex cocuntium permixtione naturam adsumptam blasphemant, & qui naturam verbi in carnem mutatam insaniunt.* Eorum vestigia secutus est Eutyches cum omni suo grege. Etenim in Ephesino latrocínio palmare Eustatii Berytenis Episcopi fundamentum fuisse hæc verba Sancti Cyrilli: *Non oportet intelligere duas naturas, sed unam naturam Dei verbi incarnatam.* Et Orientalibus Episcopis adversum illa in Synodo Chalcedonensi clamantibus, *Ista Eutyches dicit, ista Dioscorus dicit, respositi producto ipso Sancti Cyrilli codice: Si male dixi, ecce codex; Liber Cyrilli anathematizetur, & anathematizetur.* Et ipse Dioscorus. *Manifestè ideo damnatus est Flavianus, quoniam post adunationem dixit duas naturas: Ego autem testimonia habeo sanctorum Patrum Athanasii, Gregorii, Cyrilli in multis locis, quia non oportet dicere post adunationem duas naturas, sed unam naturam Dei Verbi incarnatam. Ego cum Patribus eicior. Ego defendo Patrum dogmata: Non transgredior in aliquo. Et harum testimonia non simpliciter atque transitorie, sed in libris habeo.* Et Episcopi Severiani in collatione Constantinopolitana. *Beatus Cyrillus, & beatus Athanasius, Alexandrina civitatis Episcopi, Felix etiam & Julius Romanae Ecclesiæ, Gregorius quin etiam mirabilium factor, & Dionysius Areopagita unam naturam Dei Verbi, utique incarnatam, decernunt post unitionem.* Hinc *Duarum naturarum* vocem, à Synodo Chalcedonensi canonizatam, dixere esse novam, peregrinam, noxiam.

Et hinc varii orthodoxi dictam Sancti Athanasii propositionem fuerunt abominati, adeo ut in laudata Collatione Hypatius Ephesiorum Episcopus cuncta à Severianis adducta Patrum testimonia adferebat spuria, fictaque per Apollinaristas, addens de præsentis propositione: *Arius & Apollinarius unam naturam Dei Verbi incarnatam noviter protulerunt, ut creatam & passibilem ipsam Divinam Verbi naturam introducerent.* Adstipulatur Leontius Scholasticus, addens primum è catholicis Doctoribus ea uti coepisse Sanctum Cyrillum, ideoque apud Orientalis Diocesis Episcopos de Apollinari scabie fuisse dudum & graviter suspectum. Propositionem sanè dicti Episcopi nec in inita cum Sancto Cyrillo pace voluerunt recipere, causamque in litteris ad illum edicit Successus Dio Cæsarensis in Isauria Episcopus. *Si post unionem una intelligitur natura Verbi incarnata, consequitur omnino, ut ipsum in sua natura passum esse dicamus. Si una est natura Verbi incarnata, omnino necesse est dicere permixtionem, confusionemque factam fuisse, imminuta quodammodo in ipso atque subtrahã hominis natura.* Voces illas ab Eutychiana scabie credit non posse purgari. Et hinc eas afferentem Dioscorum, licet protestaretur, *Neque confusionem dicimus, neque conversionem, anathema dicenti confusionem, commixtionem, aut conversionem,* damnavit Chalcedonensis Synodus, sprevitque & hanc protestationem Eustatii Berytenis Episcopi: *Qui dicit naturam ad negationem carnis Christi, anathema sit.* Quid per seipsas ipsæ voces vellent, non quid illi in eis mente refringerent, Synodus attendit. Quin & in Ephesina Synodo ipse Sanctus Cyrillus, licet Præsides admodum potens, adferam illam à se toties propositionem nec semel laudavit, longè minus in fidei regulam promovit. Eandem in Petro Fullone Pseudo-Patriarcha Antiocheno damnavit Felix tertius Pontifex, ac ejus Romana Synodus. Et apud Photium in Bibliotheca laudatus Sanctus Eulogius ait se ejus causa fuisse graviter reprehensum à Domitiano Episcopo Melitenensi.

Habuit tamen propositio etiam validos defensores. Etenim ad Acacium Domitiani Prædecessorem scribit Sanctus Cyrillus in litteris exstantibus in tertio libro Synodi Ephesinæ. *Unam verbi naturam esse certissimum est, sed eam incarnatam & inhumanatam novimus.* Et in litteris ad Eulogium, suum Presbyterum & in Regia civitate Apocrifarium: *Nos unam Dei naturam incarnatam dicimus.* Et in Litteris ad Successum Dio Cæsarensis in Isauria Episcopum voces illas ab omni Apollinaristici erroris suspitione & periculo operosissimè expurgat. Et Sanctus Flavianus Constantinopolitanus Episcopus in litteris ad Theodosium Augustum: *Unam Verbi Dei naturam, incarnatam tamen & inhumanatam dicere non negamus.* Et Epiphanius Pergensis Episcopus ac Pamphylia Metropoli in litteris ad Leonem Augustum exstantibus post Synodum Chalcedonensem. *Nilil differt, sive duarum naturarum unitas inconfusa dicatur, sive ex duabus eodem modo referatur: Sed neque si una dicatur verbi natura, inferatur autem incarnata, aliud quid significat, sed idem honestiori sermone declarat.* Nam & invenimus hoc sæpius dixisse sanctos Patres. Et Sanctus Maximus Abbas & Martyr in disputatione cum Pyrrho Patriarcha Constantinopolitano. *Si ea tantum confiteri oportet, quæ à Synodo dicta sunt, nec unam Dei Verbi naturam incarnatam, quæ totam pietatem Mysterii complectitur, dicere oportet: Quia non est dicta synodice, id est, per nullam Synodum, quomodò vox, Consubstantialis, aut vox, Unio secundum Hypostasim, in universalem Ecclesiam introducta, præcepta, aut confirmata. Præsens namque Capitulum eam solummodo exponit ac permittit. Suo tamen modo confirmatam ostendit idem Doctor: Quinta Synodus decrevit, ut amplecteremur omnia scripta sanctorum Athanasii, Basilii, Gregorii Nazianzeni, & aliorum.* At verò hi omnes utuntur dicta voce. Et

in Collatione Constantinopolitana dixit Hypatius Archi-Episcopus Ephesiorum: *Cognoscens sanctum Chalcedonense Concilium, quia nihil ita recreat eos, qui cum Eutyche adversantur orthodoxis & duarum naturarum confessioni, quam confusa & commixta & imaginaria & Manichea unius nature confessio, explanativam potius vocem preposuit, ut in duabus naturis unam personam, & unam substantiam constituentem. Sed & beati Flaviani fidem collaudans, omnia, quae ab eo dicta sunt, confirmavit.* Aut de jam adducta Sancti Flaviani Epistola, ejus omnia, inter quae est & una Dei verbi natura incarnata, dicit confirmata per Synodum Chalcedonensem, edictique causam, quare voces, *Due nature*, seu, *In duabus naturis*, quam *Una Dei Verbi natura incarnata*, sint potius in fidei decretum insertæ: Quia nempe adversum dolosos Eutychianistas opus fuit voce, non æquivoca, qualis est posterior; sed explanativa, quales omnino sunt duæ priores.

Cuncti Patres huc usque adducti Christum Dominum nequaquam dicunt simpliciter unam naturam, sed cum addito, *incarnatam*. Serio admodum & assidue cavent de illo additamento. Rationem dat Basilius Seleucensis Episcopus ac Isaurorum Metropolitana in Constantinopolitana sancti Flaviani Synodo dicens ad Eutychem ad ditamentum interpolatorem. *Quod si UNAM NATURAM dicas absolute post adunationem, confusum dicit & commixtionem, si verò addideris INCARNATAM ET INHUMANATAM, & juxta beatum Cyrillum intellexeris incarnationem & inhumanationem, eadem nobiscum dicit.* Et in latrocinio Ephesino. *Dicente monacho, EX DUABUS NATURIS DICO DOMINUM JESUM CHRISTUM, POST ADUNATIONEM VERO UNAM NATURAM, & non addente INCARNATAM ET INHUMANATAM, scio me dixisse verba jam adducta.* Ejusque dictum omnino probavit Synodus Chalcedonensis. Et Sanctus Cyrillus in litteris ad Successum Episcopum Dio-Cæsareæ. *Si UNAM NATURAM dicentes Dei Verbi taccussemus non inferentes INCARNATAM, sed velut abiicientes dispensationem, erat illis forsitan non improbabilis sermo simulantibus interrogare, UBI EST IN HUMANITATE PERFECTIO, aut QUOMODO SUBSTANTIA NOSTRA SUBSISTIT? Quoniam verò & perfectio, quæ in humanitate est, & essentia nostræ manifestatio illata est per id, quod dictum est, INCARNATI, jam deserant arundineam virgam sibi met supponentes.* Et ad Niercesem Armeniorum Patriarcham dixit Theorianus. *Sanctus Cyrillus non dixit UNAM IN CHRISTO NATURAM, sed UNAM NATURAM VERBI, ac deinde subiicit, INCARNATAM; Tua verò Sanctitas nescio quo pacto incogitantem & liberè NATURAM UNAM in Christo dixit.* Et Patriarchæ sese purganti, *Non mutavi, nam idem significat NATURA CHRISTI, & NATURA VERBI INCARNATI, rectè reposit: Non idem significat, absi.* Quocirca unam Dei Verbi naturam incarnatam adserere est commune & orthodoxis & hæreticis; at verò unam simpli-

citer naturam adserunt soli cum Apollinario Euty-chiani.

Nequaquam verò idem Apollinarius aut Arius in orbem terrarum, neque in Ecclesiam Sanctus Cyrillus induxit hanc nostram propositionem, sed omnino Sanctus Athanasius. Hypatius Ephesiorum Episcopus in Collatione Carthaginensi aliud adserens est omnino hallucinatus. Inductionis causam adducit laudatus Theorianus. *Fortassis, sanctissime Domine, illius Magni Athanasii librum adversus Arianos quartum non legisti: Quispiam si legisset, nullam mens tua successione expectiretur. Nam ex eo cognoscere licet Arium tradidisse duas naturas Verbi, unam creatam & alteram increatam. Arianum dogma audiamus ab ipso Athanasio in oratione, horum in Nicæno Symbolo verborum, Deum de Deo, expositiva. Qui ista dicunt, non verentur distinguere Verbum à Filio, diceretque aliud quidem esse Verbum, aliud autem Filium, priusque fuisse Verbum, deinde Filium. Est autem istorum hominum diversa temeritas. Isti enim hominem, quem adsumpsit Salvator, Filium esse voluit; hi contra utrumque simul hominem & Verbum Filium tunc genitum fuisse, cum ista in unum coaluissent. Alii rursus sunt, qui affirmant tunc Filium effectum esse, cum hominem induisset: Ex verbo enim, ajunt, factus est Filius, cum antea Filius non esset, sed Verbum dumtaxat.* Pergit Theorianus. *Igitur adversus hanc opinionem magnus ille Athanasius dimicans unam naturam Sermonis seu Verbi incarnatam dicebat; non una in creatam & Dei substantiæ propriam; aliam creatam, & ab eodem alienam. Deum Verbum ac Deum Filium dixit esse diversa solum nomina, rem penitus eandem, unamque naturam, atque eam incarnatam esse Dominum nostrum Jesum Christum. Et hinc beatus ille Cyrillus id verbum mutuatus est.* Responditque Nierceses. *Plurimum mihi profecisti, mi frater. Ignorabam enim ex hæreticis aliquem id dixisse. Nunc mea mens perceptis Magni Athanasii verbis quietem adeptæ est.*

Eodem modo Sanctum Athanasium in Photii Bibliotheca exponit Sanctus Efremitus Patriarcha Antiochenus. *Una natura incarnata nihil aliud ostendit, quam unam personam Dei Verbi oportere incarnatam predicare. Quæ sententia est fidei nostræ & Synodi Chalcedonensis. Confessor enim Athanasius ait unam tantum naturam Dei Verbi incarnatam, non ad tollendam naturarum differentiam, sed ipse volens ostendere unum esse Filium incarnatum cum Paulo Samosatensis præcipue pugnat, qui alium ante sæcula Filium, alterum verò postea summa dementia asseruit. Et infra. Sapiens ille vir, Julius Pontifex Romanus, à quo, utique in Epistola illi ab Apollinaristis adscita, eandem propositionem probari blaterabant Euty-chianistæ, id contra Paulum Samosatensem prolatum esse declaravit. Una natura in Christo pro hypostasi à Julio relicta est: Naturam pro hypostasi accipit. Ad stipulatur apud eundem Photium Sanctus Eulogius Patriarcha Alexandrinus. UNA bic NATURA pro persona dicta est, INCARNATA verò pro humana natura, ut nihil intersit dicere UNAM VERBINATURAM INCARNATAM, vel unam verbi personam adsumpsisse natu-*

naturam humanam. Et pacis inter Cyrum Alexandriæ Patriarcham ac Theodosianos initæ hic fuit sextus articulus: *Si quis non confitetur ex duabus naturis unum Christum, unum Filium, UNAM DEI VERBI NATURAM INCARNATAM, secundum Sanctum Cyrillum, anathema sit.* Scio pacem illam ultrò citroque fuisse hæreticam: Attamen solum ejus septimum de unica Domini operatione articulum Ecclesia semper improbat. Quod vox natura à Patribus, etiam Sancto Athanasio, fuerit non rarò accepta pro persona seu hypostasi, superius ad Synodi Ephesinæ Capitula est abundè ostensum. Ostensum est eandem acceptionem fuisse Sancto Cyrillo familiarem: Ea-que ille usus videtur, quoties dixit Dominum Jesum Christum esse unam Dei Verbi naturam incarnatam. Quocirca probare neque hæc verba Sancti Joannis Damasceni in libris de orthodoxa fide. *Sanctus Cyrillus Verbi naturam in natura humana collocavit, id est, in nostra hac propositione vocem, Natura, non pro hypostasi, sed pro natura accepit. Addit Damascenus. Confirmem etiam in modum Leontius Byzantinus de natura Dñi Sancti Cyrilli in litteris ad Successum Episcopum locum intellexit, non de persona. At neutrius argumenta evincunt, potiusque est Eulogio ac Efremito Patriarchis adhærendum. Et fatetur Damascenus vocem Naturam à Sancto Cyrillo quandoque omnino accipi pro persona.*

Rectè item Sanctus Efremitus Sanctum Athanasium, quem Theorianus contra Arium & Arianos, loqui asserit contra Paulum Samosatensem. In laudata enim oratione pergit Sanctus Athanasius. *Quidam ex discipulis Samosatensis, dividentes Verbum à Filio, dicunt Filium quidem esse Christum, Verbum tamen alium.* Et infra. *Stolidè discipuli Samosatensis id sejungunt, quod manifestè demonstratur unitum fuisse cum homine ex Maria genito.* Singulos hosce cum suis fundamentis obsoletos errores non vacat disquirere atque elucidare: Liqueat à Samosatensibus quoque discipulis aliam Deo Verbo, aliam Dei Filio adscitam naturam ac personam, atque ita etiam adversus illos Sanctus Athanasius prædicat unam Dei Verbi naturam, unamque hypostasin in homine adsumptam incarnatam. Notanda sunt verba: *Quidam ex discipulis Samosatensis.*

Ipse etenim Samosatensis magister de Christo Domino & Deo Verbo sensit plenè cum Sabellio ac Judæis, illum docens purum hominem, ex eis ipsis, quibus postmodum usus Nestorius, argumentis, eademque blasphemia laboravit omnino etiam Arius. Eorum discipuli, quò lucida Divinarum Scripturarum de Divini Verbi æternitate testimonia eluderent, cœperunt Verbum à Filio, tamquam æternum à temporali, separare. Et hinc adversum Arianos de hac distinctione disputans Sanctus Athanasius frequenter concludit in hunc modum: *At istiusmodi est Samosatensis sententia, quam vos toto animo & ope fovetis, titulo dumtaxat Samosatensium, ob metum hominum repudiato.* Distinctionem asseverat esse vanam, merumque pallium erroris Samosatensis.

Quocirca Petrus Diaconus, alique Schy-tarum monachorum ad Romanam Ecclesiam Legati, optimè scribunt ad Sanctum Fulgentium, ac alios Africanos Episcopos in Sardiniam à Wandalis deportatos. *Juxta Sanctorum Patrum traditionem, Dominum nostrum Jesum Christum in duabus naturis unitis & inconsusis, id est, Divinitatis, & humanitatis, in una persona sive substantia confitemur: Nec illis acquiescentes, qui UNAM DEI VERBI NATURAM INCARNATAM prædicantes, venerabilis Chalcedonensis Concilii fidem refugiant, nec illos admittentes, qui duas naturas dolosè pronunciantes, UNAM DEI VERBI NATURAM INCARNATAM minime constituentur, estimantes hoc duarum naturarum professioni contrarium: Quasi aliquid aliud, quàm duas naturas ineffabiliter unitas UNA DEI VERBI NATURA INCARNATA significet.* Ostendunt propositionem esse æquivocam, atque tam ab orthodoxis quàm Euty-chianistis in sensus oppositos usurpari: Ob latentes horum in ipsa dolos nolunt simpliciter admittere, ob sanctorum Athanasii & Cyrilli auctoritatem verentur damnare aut circumscribere, idèque de ipsa ambulare permitta aperiunt suum sensum. Et hocce eorum judicium à præsentis Capitulo confirmatur. Hujus portò propositionis nullam in responso de Incarnatione & gratia Christi libro mentionem fecit Sanctus Fulgentius, quod ea contentio vexaris folas Orientales Ecclesias, latinis penitus ignota.

CAPITULUM X.

SI quis non confitetur Dominum nostrum Jesum Christum, qui crucifixus est carne, Deum esse verum, et Dominum gloriæ, et unum de sancta Trinitate, talis anathema sit.

SCHOLION.

Post extinctum ab Hormisdâ Pontifice & Justino Augusto schisma Acacianum re-Christ. Lupi Oper. Tom. II.

manit lis de hisce tribus æquivocis propositionibus: *Christus est unus à Trinitate, Sacra Virgo est Deipara, Deus seu unus à Trinitate est passus atque crucifixus.* Per eas & Euty-chiani & Nestoriani in invicem atque Catholicos digladiati Romæ

Cap. 10.

nam Rempublicam ac omnem sub cælo Ecclesiam dire concusserant, sperantes tandem evertere Synodum Chalcedonensem. Lis præcipua fuit de propositionibus prima & tertia conflatis in hanc unam: **UNUS Æ TRINITATE EST PASSUS.** Ejus exordium edidit Liberatus Diaconus Carthaginensis in Breviario. Proclus Constantinopolitanus Episcopus accipiens Armeniæ Episcoporum adversus Theodori Mopsuestensis Episcopi scripta libellos, nec non quoddam ejusdem Theodori volumen, diligentius utraque examinans tomum Armeniis scripsit & distavit, in quo ad intermendas Nestorianorum veritas, qui duas in Christo inducunt personas, posuit **UNUM DE TRINITATE INCARNATUM.** Hæc sunt Procli verba: *Dicentes passibilem Deum, id est, Christum, confitemur eum non esse passum, quod est, sed quod factus est, id est, propria carne. Et ita prædicantes nullo modo fallimur: Quoniam quidem UNUM EX TRINITATE SECUNDUM CARNEM CRUCIFIXUM fatemur, & DIVINITATEM PASSibilem minime blasphemamus.* Taxat hanc Acacii Meliteniensem in secunda Armenia Metropolitanæ, unius ex consultantibus, propositionem, *Deitas est passibilis,* ad quam, ut impiissimam Apollinarii blasphemiam, Theodosius Augustus non ita pridem vestimenta lacerarat. Et quia dolosa Nestorii heresis grassabatur per Orientalem præsertim Dioccesim, Joanni Antiocheno Patriarchæ ac ejus Synodo tomum seu Rescriptum suum direxit idem Proclus subscribens, fuitque omnino subscriptus. Procli namque, utpote Sancto Joanni Chryostomo familiarissimi olim Diaconi ac discipuli, erat apud Ecclesiam summa auctoritas: Atque exinde Eutyches & ejus assecræ ceperunt propositionem illam, nequissimè intellectam, adsumere in palmare erroris sui fundamentum. Etenim Dorotheus & Carofus, impudentissimi monachi, ausi sunt blaterare ad omnem Synodum Chalcedonensem: *Salvatorem nostrum Jesum Christum ex Trinitate esse fatemur, credimus illum passum Trinitatis esse, & aliam fidem non novimus.* Et hanc audaciam notat Dioscorus Romanæ Ecclesiæ Diaconus, & ad Justinum Augustum ac omnem Ecclesiam Orientalem Legatus, in litteris ad Hormisdam Pontificem: *Istud & Eutychebis discipuli in Synodo Chalcedonensi proposuerunt.* Attamen eos nullum illic Episcopus de istis verbis reprehendit: Quin immò, uti laudatus Carthaginensis Diaconus advertit, plena Synodus Chalcedonensis in Relatione ad Marianum Augustum laudavit & probavit jam dictas Procli & Joannis Epistolas, quibus hæc nostra propositio, ut orthodoxa, stabilitur.

Aq. 4.

Relat. 1. post Ep. 65

Epist. 3.

Dorothei & Carofi vestigia secutus est Petrus Fullo, Pseudo-Patriarcha Antiochenus, homo etiam profano sacri Trisagii additamento & varia in Ecclesiæ ritus attentata novitate infamis, adversus quem scribit Felix tertius Pontifex. *Ex pluribus Orientalibus Provinciis litteras suscepimus, significantes nobis, quomodo Veneratio tua dudum sopitum Valentini dogma resumpsit, & irritatur à vobis Salvatoris incarnatio, quoque in Manichæorum dogma, & Arii, & Apollinaris, Paulique Samosatensis inciditis.* Et post quedam. *Tu in*

Ecclesia ausus es dicere, quod UNUS INCREATÆ ATQUE INDIVIDUÆ TRINITATIS PASSIONEM SUBIIT: Et per hoc consubstantialiam Trinitatem solvere nitentis, ac Deum subitice numero, seu inducere plures Deos. Et in litteris ad Zenonem Augustum. *Petrus Episcopus, primogenitus Diaboli filius, qui sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ indignissimè se ingessit, ausus est dicere non oportere Christum etiam Dei Filium nominare secundum Divinam Salvatoris sanctionem, & traditionem Divinarum Scripturarum, Patrumque expositionem, sed UNUM DE TRINITATE PASSIONEM PRO NOBIS PERTULISSE in substantia Deitatis, juxta Arii, & Apollinaris, Eunomique blasphemiam, volens hac voce evacuare salutarem Domini incarnationem, secundum quam CHRISTUS PASSIONEM SUBIIT.* Et Acacius Constantinopolitanus Episcopus, adhuc Sedi Apostolicæ obediens & orthodoxus, in litteris ad eundem Fullonem. *Dicere UNUM TRINITATIS PATI ostendit ipsum Verbum passibile. Petrus itaque Fullo distinxit inter hæc propositiones, Christus est passus, & Deus Verbum seu unus Æ Trinitate est passus, & primam abiciens secundam adsumpsit, cum Ario, Apollinari, Eutyche blasphemans passum Deum Verbum in ipsa Deitate. Munda erat ista propositio; attamen versatilis lana, quam sibi facile poterat lupus circumponere, atque ex illa contagiosam rabiem in imperitam Christi plebem desumere. Hinc eam abolevit & circumscriptis Felix Pontifex tamquam adversam phrasi Apostoli, qui non Deum, sed Christum passum maluit passum & mortuum prædicare. Et hinc Quintianus, doctissimus Ecclesiæ Asculanæ sub eodem Pontifice Episcopus, eidem Petro misit hunc Anathematismum, *Si quis confundit duas Christi naturas, dicens DEUM PASSUM CARNEM, & non PASSUM CHRISTUM CARNEM, secundum Apostolum, damnatur.* Rectè item dixit laudatus Pontifex à Fullonis dogmate solvi consubstantialiam Trinitatem, ac induci plures Deos: Etenim Deus Pater impassibilis ac Deus Filius in Deitate passibilis nequeunt esse consubstantiales, ejusdem naturæ, aut idem & unus Deus. Horrendis Eutychianistarum turbis supervenit schisma Acacianum, atque ita invalida ista adversus Apostolicæ Sedis decretum propositio, & sub ipsa ut sub apto pallio blasphemus Fullonis error.*

Successerunt Monachi Schytæ, cum Paterno Episcopo suo Metropolitanò de eadem propositione litigantes, pro quibus Anastasius Augustus dictum schisma compositum velle simulans scripsit ad Hormisdam Pontificem. *His præfatis initis, hortamur, ut ad ea, quæ de Schytæ partibus mota sunt, unde & Concilium fieri convenire perspeximus, mediatorem se Apostolatus vester faciat, ut contentionibus amputatis, unitas sanctæ restituatur Ecclesiæ.* Et in alia ad eundem Pontificem Epistola. *Quia dubitationes quedam de orthodoxa Religionem in Schytæ partibus videntur esse commote, id specialiter Clementiæ nostræ placuit, ut venerabilis Synodus in Heracleotana, totius Thraciæ, ad quam spectabat Schytia, Diocceses Metropolitanæ civitate Provincie Europæ celebretur, quatenus*

Post Ep. 1. Relat. 1.

Post Ep. 3. Relat. 1.

Post Ep. 65. Relat. 1.

Post Ep. 67. Relat. 1.

Post Ep. 65. Relat. 2.

tenus concordantibus animis, & omni veritate discussa, vera fides nostra omni terrarum orbi manifestius innotescat, ut deinceps nulla possit esse dubitatio. Quapropter Sanctitas tua, cum quibus placuerit reverendissimis Episcopis sub sui Sacerdotii cura constitutis, ad præstatam civitatem intra diem Calendarum Juliarum venire dignetur. Latebat anguis pessimus in formosa hac blandientium verborum herba, ideoque nequaquam Heracleam accessit Pontifex secutus morem suorum Antecessorum, sed Ennodium Ticinensem, & Fortunatum Episcopum Catanensem, Venantium Presbyterum, ac Vitale Romanæ Ecclesiæ Diaconum legavit, ajens nulla opus esse Synodo nova, sed sola observantia fidei Chalcedonensis & dogmaticæ Epistolæ Sancti Leonis. Mplius, & irritus fuit Legatorum labor, atque ita tunc factum est, quod ad Pontificem ex alia postmodum legatione scripsit Dioscorus Romanæ Ecclesiæ Diaconus: *Istud præsentem propositionem, Anastasius Imperator magnopere Catholicis imponere festinavit.* Et Victor Tonnonensis Episcopus ad Consulatum Joannis Gibbi: *Anastasius, Flaviano Antiocheno & Philoxeno Hierapolitano Præsulibus, Synodum congregat, & contra eos, qui non consentiunt UNUM DE TRINITATE CRUCIFIXUM, unà cum Leone Episcopo Romano, & ejus tomo, & Synodo Chalcedonensi inferre anatHEMA persuasit.*

Anastasio defuncto successit Justinus, Princeps pietissimus, tandemque per novos Romanæ Ecclesiæ Legatos, Germanum Capuanum Episcopum, Blandum Presbyterum, ac Felicem & Dioscorum Diaconos, & grandes eorum labores, extinctum est schisma Acacianum, firmataque pax Ecclesiarum. Scribit verò Dioscorus ad Pontificem. *Et quia in his quotidie proficit Ecclesia, insidiator antiquus suscitavit monachos de Schytia, qui de domo Magistri militum Vitaliani sunt, omnium Christianorum votis adversarii, quorum inquietudo non parvas moras generavit unitati Ecclesiarum.* Eorum nomina edicit Comes Justinianus in litteris ad Pontificem: *Eorum nomina sunt Achilles, Joannes, Leontius & Maurinus.* Leontius jactabat se Parentem laudati Magistri militum, qui unà cum Justiniano Comite in Justini Augusti palatio erat omnia: Utique parentem ex Baptismo, quomodo Eutyches monachus fuerat Crysfaphio Eunuchò. Joannes ille est Joannes Maxentius, de quo Dioscorus Legatus. *Maxentius, qui sub Abbatis vocabulo dixit se congregationem habere, si interrogetur, aut cum quibus monachis vixit, aut in quo monasterio, aut sub quo Abbate monachus factus est, dicere non potest. Similiter & si de Achille dicere voluero, rem facio supervacaneam, cui sufficit semper latere propter conscientiam suam ab omnibus Catholicis damnatam.*

Hi itaque monachi, quomodo coram Romanis ad Anastasium Augustum, ita coram novis hisce ad Justinum Principem legatis mox in ipso ingressu proposuere sua, confirmari postulantes, Capitula, atque ita & Ecclesiarum paci moras iniecerunt, & Legatis causarum tribulationes varias, de quibus ipsi ad Pontificem. *Monachi isti de sua Provincia Episcopos accusant, inter quos est Paternus Tomitanæ civitatis Antistes. Petitiones obtulerunt, & coacti piissimi Principis & Domini Vita-*

liani jussione frequenter ad audientiam causæ convenimus, non quasi volentes nos in hisce negotiis occupare, quia nobis ante oculos sunt Beatitudinis vestræ præcepta, quibus præcepistis, ut causæ tantum, cui veneramus, intenti nullis aliis negotiis misceremur. Sed sperantes posse intentiones eorum pacari, descendimus. Et quia nobis diu laborantibus, & illis nullam suscipientibus rationem, nihil proficiebat in quo tendebamus, Clementissimus Imperator in conventu publico, ubi & nos interfuimus, Paternum prædictum Episcopum, & magnificum virum Vitalianum reduxit ad gratiam: Accusatores quoque ejus suo præcepit Episcopo supplicare. Monachi verò cum similiter ad concordiam quaererentur, fuga lapsi maverunt de civitate discedere, quam ad concordiam pervenire. Magnopere ad Italiam venientes aliquanta Capitula proponere habent, inter quæ & UNUM DE TRINITATE CRUCIFIXUM continetur, sperantes ita confirmari ex auctoritate Beatitudinis vestræ, sicut & in aliis litteris significavimus. Et modò hoc dicimus, ut nulla novitas à Sede Apostolica scribatur, quia & nos ante Imperatorem & ante Senatum hæc judicavimus, dicentes: EXTRA SYNODOS QUATUOR, EXTRA EPISTOLAS PAPÆ LEONIS NEC DICIMUS, NEC ADMITTIMUS QUIDQUID NON CONTINETUR IN PRÆDICTIS SYNODIS, AUT QUOD NON EST SCRIPTUM A PAPA LEONE NON SUSCIPIMUS. Quia si voluerit Dominus noster qualemvis novitatem scribere, pejus erit istud initium, quam illud, quod factum est per Eutychem, Sufficere debet Ecclesiæ, quod per sexaginta annos ab Eutyche usque modò sustinuit. Nobis quod visum est scripsimus; in vestra potestate est deliberare, quod vobis Deus imperaverit: Quoniam hæc illi nituntur asserere, eo modo sibi satisfacere cupientes, ut ita proficemur & dicamus UNUM DE TRINITATE PASSUM ESSE, quod nec Patres nec Synodi dixerunt.

Legati itaque Apostolici, licet nullum de hæc re à Pontifice habentes mandatum, compulsi audire monachos, qui propositionem suam videntes non probari, abiere, Legatis non salutatis, Romam, sperantes istic meliora. Addit Dioscorus Legatus in alia Relatione ad Papam. *Significasti mihi à monachis datam confessionem, ut non mihi hæretici jungerentur. Quos dicitur hæreticos, ego ignoro, nisi illos forte, qui Synodum Chalcedonensem suscipiunt, quos ego Catholicos dico.* Non dumtaxat à Legatorum judicio Romam appellavere, sed & Legatos præsertim Dioscorum, apud Pontificem accusaverunt de familiaritate & collusione cum Nestorianis: Nestoriani namque propositionem illam, utpotè sui erroris penitus everivam, hostilissimè insequabantur. Et certè monachorum suspicio potest habuisse aliquid fundamenti, & hæc Dioscori purgatio, nisi forte illos, qui Synodum Chalcedonensem suscipiunt, fuisse non plenè sufficiens. Eo namque tempore ob Principis orthodoxi metum & Eutychiani & Nestoriani Chalcedonensem Synodum plene esse, ast corde dolosissimo profitebantur, uti liquet ex hisce toties adversum illos repetitis postorum Capitulorum verbis: *Et calumniatur Synodum Chalcedonensem, tamquam secundam istum impium*

Post Ep. 67. Relat. 1.

12

Intellectum, &c. Etiam hi ipsi monachi de Euty-
chiana lepra graviter suspecti eandem profiteban-
tur, dicentes ad Legatos: Nos Synodum Chalce-
donensem suscepimus, hoc speramus, ut jubeatis
eam nobis exponere, quia non sufficit sic, quomodo
exposita est, contra heresin Nestorianam.

Pro eis Vitalianus Magister, adversum eos
Justinianus Comes, & præsertim Legati Aposto-
lici stabant potentissimè, ut liquet ex eorum re-
latione jam adducta, nec non ex hac folius Dio-
scori. **UNUM DE TRINITATE CRU-
CIFIXUM** nec in sanctis Synodis dictum est, nec
in Epistolis Sancti Papæ Leonis, nec in consuetudi-
ne Ecclesiastica. Quod si permittitur fieri, mihi vi-
dentur dissensiones & scandala non mediocria nasci in-
ter Ecclesias. **Isid Anastasius Imperator magnoperè
Catholicis imponere festinavit: Istud & Eutychemis
discipuli in Synodo Chalcedonensi proposuerunt. Quia
quotiescumque Patres de Dei Filio Domino nostro Je-
su Christo disputaverunt, Filium Dei Verbum con-
substantiale Patri dixerunt: Iste autem sermo ideò
numquam est in Synodis à Patribus introductus, quia
proul dubio catholicæ fidei minimè poterat convenire.
Cujus sermonis si subtiliter attendatur intentio, ad
quantas hereses pateat, & quæ mala per eum pos-
sunt Ecclesiasticis disputationibus introducti, quoniam
longum est, præsentibus poterimus insinuare. Undè
sanum mihi videtur & utile, & ad pacem Ecclesia-
rum conveniens, nihil aliud responsum dari, nisi:
**SUFFICIT SANCTUM CHALCEDO-
NENSE CONCILIUM, IN QUO ET
ALLÆ SYNODI CONTINENTUR; SUFFI-
CIUNT EPISTOLÆ PAPÆ LEONIS,
QUAS SYNODUS CONFIRMAVIT:
NOVITATEM IN ECCLESIAM INDU-
CERE NEC VOLUMUS NEC DEBE-
MUS.** Propositionem illam, licet æquivocam,
absolutè Eutychianam duxit Dioscorus, ideò-
que ab Eutychianistis; ac eorum fautore Ana-
stasio Augusto, homine Manichæo, semper de-
fensam. Et quam Romana adversum eos Eccle-
sia constantissimè huc usque damnarat, nolebat
nunc ut Catholicam præbari: Indignissimè fere-
bat Chalcedonensem Synodum, tamquam ad-
versus errores Nestorianos insufficientem, tra-
diti, & cui addi deberet, **Unus de Trinitate
est passus.** Dolosam ajebat esse subtilitatem, ten-
dentem ad hoc, ut disputaretur de laudata Syn-
odo: **Quod si factum fuerit, dubia & infirma
ostenditur, & hereticorum omnium patet errori.**
Eam retractari Eutychianistæ à Martino, Leo-
nè, Zenone, Anastasio Augustis, & quidem
per preces horrendissimis in omnem Orientem
scænoribus armatas, ipsique Augusti à Sede Apo-
stolica instantè, at in vanum, postularant:
Longè minùs paucis monachis, & quidem ad-
versus Justiniani Principis pientissimi & ejus nepo-
tis Justiniani sensum, volebat Dioscorus con-
cedi.**

Quid Romæ egerint insolentes monachi, au-
diamus ab ipso Pontifice Hormisda in litteris ad
Possessorem Africanum Episcopum, & agentem
tunc Constantinopoli. **Ubi non varii tentationis
artibus? Quales per hunc fere jugem annum quo-
dam Schyrtarum, quos se monachos præ se ferebant
Episcopi, non veritate, subtili, rellas calliditate ver-**

sutias, & sub religionis obtentu famulancia odiis
suis venena perculimus, sudentes eos medicinalis
patientie moderamine sanare? Eos dicit conten-
tiosos, pertinaces, contemptores auctoritatem ve-
terum, novarum cupidos questionum, ed usque ru-
moris elatos, ut ad arbitrium suum utriusque orbis
putent inclinandum judicium, nec in numero fidelium
deputantes sequaces traditionis paternæ, si sue vide-
rint cedere nolle sententiæ. Eos nec monitis nec
auctoritate potuit Pontifex frænare. In publicum
usque prodire conventum, ad concussionem quietis
circa Regum etiam statuas inclamantes, id est, pro
suis Capitulis à Pontificis judicio ad laicum Prin-
cipem provocantes. Animabat ipsos Sancti Ful-
gentii, ac aliorum, sanctissimorum pariter ac
doctissimorum, in Sardinia ob fidem Romanam
exulantium Episcoporum auctoritas, quos ante
Almæ urbis ingressum consuluerant, & laudati
Fulgentii de Incarnatione & gratia Christi li-
brum, tamquam commune suffragium, impe-
trant mentiti se totius Orientalis Ecclesiæ Le-
gatos: Infelicis enim insulæ circumscripto exi-
lio vincti Episcopi Latini Græcorum lites & stro-
phas ignorabant, ideòque hisce monachis fue-
runt, limatissimo tamen & cautissimo vocum
controversarum libramine, quasi patrocinati:
Adeò verè Justinianus Comes Pontifici scripse-
rat eos esse solo nomine monachos, livoris &
discordiæ, non charitatis & pacis studiosos.
Longum sit eorum turbidos conatus edisserere.
Nam per Vitalianum Magistrum in partem suam
traxere tandem & ipsum Comitem Justinianum,
feceruntque ad Pontificem scribere in hæc verba.
**Quidam asserunt Christum Filium Dei Dominum
strum, pro salute nostra crucifixum, UNUM DE
TRINITATE debere prædicari: Quod si susci-
piendum sit, paterna provisione Reverentia vestra
cautissimo suo rescripto, quid sequi, quidve super hoc
evitare debeamus, nos certiorare dignetur. Quoniam
verba videntur facere dissensionem: Nam sensus in-
ter Catholicos omnes unus esse probatur. Addit mo-
nachos Romam accessisse pro traditione Patrum
& ordine regularium. Et in aliis ad Pontificem
litteris. Nobis videtur, quoniam Filius Dei Domi-
nus noster Jesus Christus, quem prædicat summus
Apostolorum carne passum, rectè dicitur UNUS IN
TRINITATE cum Patre & Spiritu sancto regna-
re: Sicut enim videtur ambiguum dicere simpliciter
UNUM E TRINITATE, non præmissis nò-
mine Domini Jesu CHRISTI; sic ejus personam in
Trinitate cum Patre & Spiritu sancti personis non
dubitamus esse. Distinguit hæc propositiones,
Unus è Trinitate est passus, & Christus unus è Trini-
tate est passus: Posteriores per additam vocem
Christus existimat plenè securam ac liberam ab
omni Eutychiano dolo, ideòque prò ejus com-
probatione non desit interpellare Pontificem,
addens Ecclesiarum pacem alioquin periculo non
caritaturam. Quin & omnes Antiochenæ & Hie-
rosolymitanæ Dioceseos Episcopi & Clerici suas
preces adjunxere. Et reverè potuit esse dissensio
de solis verbis: Verùm enim verò verba etiam
cum addita voce Christus adhuc manebant ambi-
gua, cothurnus ad omnem pedem aptus, lanæ
que versatilis, sub qua & orthodoxi agni, &
Eutychiani lupi poterant occultari. Quocirca**

Le-

Legatorum suorum, præsertim Dioscorigo Diaconi
consilia, & rationes, ac Antecessorum suorum
judicium secutus Hormisda Pontifex proposi-
tionem prospicitur atque abolevit. Ad excludendos
Eutychianorum dolos dici voluit, uti scribit Fa-
cundus Hermianensis Episcopus, non unum de
Trinitate pro nobis crucifixum, sed potius unam de
Trinitate personam. Loquendi formulam haud
dubiè adversus Petrum Fullonem statuit Felix
Tertius. Hinc enim hanc benè fucatam mona-
chorum Schyrtarum confessionem: **Trinitas etiam
post incarnationis Mysterium Trinitas mansit, quia
idem Deus Verbum, etiam cum propria carne,
UNUS EST EX TRINITATE, non quod
caro ejus sit de substantia Trinitatis, sed quia caro
Dei Verbi est, qui est UNUS TRINITATE.**
Quapropter & Deum Verbum CARNE PAS-
SUM dicimus: Secundum Beatum Cyrillum in
duodecimo adversus Nestorium Anathematif-
mo. Hanc, inquam, confessionem, licet or-
thodoxam, probare noluit in libro de Incarna-
tione & gratia Christi Sanctus Fulgentius, sed
correxerat ac polivit in hæc verba: **Non Trinitas,
sed solus Filius, id est, UNA E TRINITA-
TE PERSONA, Christus Dei filius unicus, car-
ne conceptus est, & natus, & crucifixus.** Ex quo
vides ejus patrocinium monachis impensum fuisse
omnino plenum prudentiæ atque cautelæ.

At erant dies mali, & tempora periculosa:
Ecce aliud malum. Exultaverunt ad Pontificis
sententiam Nestoriani, de quibus idem Facun-
dus. **Rectè dicitur & UNUS EX TRINITA-
TE CRUCIFIXUS, & una ex Trinitate perso-
na. Sed unam dicere personam Nestorianorum nova
subterfugia nimis excludit, qui convicti innumeris
testimoniis Patrum, quod Deus Verbum & adsum-
ptus homo una persona sit, pro auctoritatis dignitate
ab eis hoc existimant dictum, vel existimare se sin-
gunt: Ut sic homo Jesus Christus dicatur Verbi ges-
sisse personam, sicut etiam gessit Apostolus, qui scri-
bens ad Corinthios dicit, NAM ET EGO
QUOD DONAVI, PROPTER VOS IN
PERSONA CHRISTI. Non ut unus idemque
esset Deus & homo. Et Joannes Maxentius. Se-
cundum hunc modum heretici Christum asserunt
unam esse ex Trinitate personam, non quod hic
Christus UNUS EST E TRINITATE, sed
quia Dei Verbi in se habitantis personam habeat,
quæ est una ex Trinitate, ut jam sic Vicarius quo-
dammodo sive minister sit Dei Verbi Christus, non
ipse Deus Verbum sic Christus: Quod quam sit im-
pium, etiam ipsi, qui hoc asserunt, credo animad-
vertunt. Hac denique calliditate unam quidem per-
sonam Christum fatentur è Trinitate, UNUM
autem E TRINITATE eum penitus nolunt con-
fiteri. Erat res utrimque admodum perplexa.
Hormisda Pontifex excluderat quidem dolos Euty-
chianos, at porta latissima patebat Nestoria-
nis, palàm gloriantibus ex Romanæ Ecclesiæ de-
creto Christum pro nobis crucifixum non esse
unum è Trinitate, adeoque non esse Deum, sed
hominem purum.**

Quocirca Justinianus ex Orientis Comite fa-
ctus totius mundi Princeps Augustus ad Joannem
secundum Pontificem legavit Hypatium Ephesi-
num & Demetrium Archi-Episcopum Philippen-

sem cum hisce litteris. **Manifestum facimus ve-
stra Sanctitati, quod pauci quidam infideles contra-
dicere Judaicè & Apostolicè ausi sunt adversus ea,
quæ ab omnibus Sacerdotibus secundum vestram do-
ctrinam rectè tenentur, denegantes Dominum vo-
strum Jesum Christum esse UNUM SANCTÆ
TRINITATIS. Videntur Nestorii sequi malam
doctrinam, secundum gratiam dicentis unum Filium
Dei, & alium Christum.** Addidit propositionem
admitti ab omnibus per Orientem Episcopis &
monachis, refutari à solis Nestorium professis
aut de illo suspectis, ipsamque ad eorum de-
struenda latibula esse omnino admittendam. Ne-
que curandum de Eutychianistis: Eorum tech-
nas jam abundè notas. Et laudatam proposi-
tionem non esse in Ecclesia novam aut peregrinam:
Eam variis in locis adferri à Sancto Augustino.
Loca hæc varia adduxit Princeps, haud dubiè
edoctus ab Africanis Episcopis & Clericis, quo-
rum tunc ad Regiam urbem erat frequens acces-
sus.

Habuit propositio etiam potentissimos adver-
sarios, monachos Acemetas seu infomnes, Se-
dis & obedientiæ Apostolicæ in Acaciano schif-
mate strenuos defensores. Romam legavere Cy-
rum & Eulogium doctissimos, urgentes circum-
scriptionis signaculum à Felice tertio & Hormis-
da Pontificibus propositioni adpositum solvi non
posse sine prævaricatione, & comprobatione, aut
sanè grandi fomento iniquitatis Eutychianæ. In-
ter hæc ambigua, inquit Dominus Cardinalis Ba-
ronius, dum varia hinc inde à Romanæ Ecclesiæ
Proceribus dicerentur, Anatolius Diaconus consuluit
Ferrandum Diaconum Ecclesiæ Carthagenensis, vi-
rum doctrina insignem, quæ ipsius esset de proposita
questione sententia: Immo quæ esset sententia
Sancti Augustini, in cujus auctoritate funda-
bat preces suas Justinianus Augustus. Ferran-
dus consuluit Sanctum Fulgentium, totius Afric-
cæ eo tempore Magistrum, a quo tunc scriptus
est liber exponens ejus questiones, quas inter
est & hæc nostra. Et à Ferrando & à Fulgen-
tio responsum est: **Rectè dicitur UNUM DE TRI-
NITATE PASSUM, sed securius addi PAS-
SUM CARNE.** Utique ad excludendos dolos
Eutychianistarum.

Rei finem audiamus à Liberato Diacono Car-
thaginensi, teste etiam oculato. **Joannes Sedis
Apostolicæ cepit Præsulatum. Ad quem missi sunt
ab Imperatore Justiniano Hypatius Ephesorum Epi-
scopus, & Demetrius à Philippis, consulere Sedem
Apostolicam contra Legatos Acemetarum Cyrum &
Eulogium, negantes esse consentiendum UNUM DE
TRINITATE INCARNATUM & CAR-
NE PASSUM. Sed Papa Joannes hoc consen-
dum Epistola sua firmavit, & Imperatori direxit.
A cujus communiione discedentes Romæ quidam Aca-
metarum Legatos secuti sunt, & usque nunc hanc de
Christo confessionem non suscipiunt. Credidere Joan-
nem Pontificem ab Hormisda Antecessoris, li-
cèt non fide, tamen decreto ad Ecclesiæ pacem
& puritatem necessario dissonum, & colluden-
tem, aut certè conniventem Theodoræ Augustæ,
de qua in Chronico Victor Episcopus Tonnonen-
sis. Theodoræ Augustæ factione Justinianus Augustus
UNUM DE TRINITATE PASSUM,**

102

non adserens secundum quid, sed absolute suscipiendum, cunctis generali lege imponit: Atque à Clericis & monachis subscriptiones violenter exegit. Quae de causa plurimi se ab Ecclesia, & Epiphanius Constantinopolitani Episcopi ad hæc tacentis communionem subtraxerunt, & monachi à propriis monasteriis recesserunt, asserentes sibi sufficere fidem eorum, qui in quatuor Synodis convenerunt. Theodora Augusta palam ac nequiter Eutychnianæ commixtio reddebat suspecta omnia: Infomes monachi existimabant Justinianum Anastasio, Epiphanium Patriarcham & Joannem Papam similes Flaviano Antiocheno & Philoxeno Hieropolitano Episcopis, quorum pro eadem propositione temeritatem supra audivimus à Dioscoro Romanæ Ecclesiæ Diacono & laudato Episcopo Tonnonensi. Et sanè laici Principis Edictum, quo unus è Trinitate non secundum quid, id est, non addita voce Christus, aut voce in carne, sed absolute prædicabatur passus & crucifixus, isto tempore non poterat non esse suspectum. Quare monachi non sine fundamento putarunt etiam Joannis Papæ communionem refutari. Verùm ille firmis anchoris nitetur: Duodecimo Sancti Cyrilli adversus Nestorium Capitulo, per Ephesinam Synodum, Romanam Sedem, ac omnem sub cælo Ecclesiam comprobato, iudicio Ferrandi Carthaginensis Diaconi, atque totius Ecclesiæ Africanæ, nec non auctoritate variorum Patrum, præsertim Sancti Augustini, cuius & addidit hocce aureis litteris in omni schola & Ecclesia scribendum elogium. Sancti Augustini doctrinam, secundum Prædecessorum meorum statuta, Romana sequitur & servat Ecclesia. Acæmetas monachos à communione suspendit, nisi acquiescerent, tamquam Nestorii fautores damnandos. Quæ omnia ad Justiniani Augusti præces confirmavit Joannis successorem Agapetus in hæc verba. *Cupis, venerabilis Imperator, ut tuae Pietatis Epistolam, de fidei vestra expositione nuper ad beatæ memoriæ Prædecessorem nostrum Joannem per Hypatium atque Demetrium Episcopos destinatam, atque à præfato Præsule roboratam, nostra quoque auctoritate firmemus: Laudamus, & amplectimur, confirmamus, atque roboramus.* Etiam Facundus Hermanensis facundissime laudat ac defendit, tandemque ad ejusdem Principis preces nostra hæc Synodus præfenti Capitulo in perpetuam Ecclesiæ Regulam provexit. Addit: *Crucifixus carne.* Ob auctoritatem Romanæ Ecclesiæ: Quod namque decreto suo addiderit, Ferrandi Diaconi consilium ad Eutychnianos dolos excludendos secutus, etiam Joannes Pontifex, testatur disertè Liberatus. Neque Pontifex, neque Synodus suspecta esse voluit de conniventia cum Theodora Augusta, non secundum quid, sed absolute præsentem propositionem susceptam volente. Etiam ipse Justinianus in supplicibus ad Pontificem litteris addiderat vocem *Carne*. Integer non est hac in re Victor Tonnonensis: Quis enim nesciat Justinianum in dogmatis causa Conjugi Theodora nihil concessisse?

Ex quo vides eandem æquivocam propositionem posse ab Ecclesia successivè & probari & damnari. Etenim propter subdolos, & communibus vocibus, tamquam communibus lanis,

rectos hæreticos facit frequenter Ecclesia de signis vocalibus, quod propter versipelles Manichæos de signis sacramentalibus fecit S. Leo Magnus Pontifex, dicens ad populum in quarto sermone de quadragesima. *Cum impij Manichæi ad regendam infidelitatem suam nostris audeant intoresse mysteriis, ita in Sacramentorum communiōe se temperant, ut interdum tutius lateant. Ore indigno Christi corpus accipiunt, sanguinem autem redemptionis nostre haurire omnino declinant. Quod idem vestram volumus scire Sanctitatem, ut nobis hujusmodi homines & his manifestentur indicis, & quorum deprebensa fuerit sacrilega simulatio, notati & proditi à sanctorum societate, sacerdotali auctoritate, pellantur.* Dominus Stanislaus Cardinalis Hofius, & cum illo Synodus Petricoviensis, statutum hoc emanasse existimant adversus nescio quem paradoxum Nestorii de sancta Eucharistia errorem: At certum est emanasse contra Manichæos. Communiō sub sola panis specie fuit olim non tantum licita, sed & recepta in multum usum Ecclesiarum, etiam Romanæ: At quoniam profani Manichæi sub illa, tamquam sub ovina pelle, lupum obtegebant, eam Roma proscripsit & abolevit Pontifex, præcipiens per Italiam omnibus & singulis speciem utramque, adeo ut omnis se à Calice sacro abstinens esset suspectus de Manichæismo, tamquam id non faciens Christiana libertate, sed servili atque hæretica superstitione, quæ vinum abominatur & horret, quasi sit non Dei creatura & Sacramenti elementum, sed maledictum fel Principis tenebrarum. At verò hæc nostra novissimorum dierum tempora infelicissima in mundum abortivere Hussitas, Lutheranos, & Calvinistas, laici populi sub sola panis specie communicandi morem, ex gravissimis ac justissimis causis jam pridem inductum in omnem Ecclesiam latinam, damnantes tamquam adversum Christi Domini institutum ac Legi Evangelicæ. Hinc Constantiensis & Tridentina Synodus proscribere communionem sub utraque specie, ut quisvis illam attentaret, tractetur ut professus Hussita, Lutheranus, aut Calvinista. Dicit Synodus & Sanctus Leo statuerunt omnino contraria, attamen uno spiritu: Quomodo in luto & cera idem sol eadem virtute adversas qualitates; ita idem Sanctus Jesu Christi Spiritus per varios ejusdem potestatis Rectores Ecclesiasticos in diversis temporibus aut locis ob adversas rationes adversa & contraria decreta operatur. Vivit & manet sub illis invariata fides, quomodo idem invariatus homo sub aliis & aliis vario tempore vestimentis. Eodem jure præsentem Propositionem Felix tertius & Hormisdas, item Joannes secundus & Agapetus Pontifices tractarunt. In istiusmodi, inquam, æquivocis propositionibus, non orthodoxa sententia damnatur, sed circumscribuntur solæ voces, earumve nescio qui occulti sinus & secreti recessus, in quibus dolosi hæretici possint fetidos suos vomitus abscondere, & nostris exinde simplicioribus tamquam ex formoso poculo mortiferam potionem propinare. Hinc nebulonibus istis profligatis, omnique insidiarum soluto metu, possunt voces illæ in pristinam reddi libertatem. Fit illis, quomodo mundis vestibus, quibus quis

quis immundus affricuit suam scabiem: Quomodo eleganti domui, quam quis leno occupavit ac profanavit in lupanar: Quomodo amænis sylvis, quas homicidæ & latrones demutarunt in specum ac asylum suarum insidiarum. Vicia hæc sunt & rebus & vocibus adventitia, & con-

tra naturam violenta, ideoque sanabilia. Nam Sanctus Paulus primus Anachoreta sanctissimo incolatu suo purgavit specum suum, de qua Sanctus Hieronymus: *Hunc locum Ægyptiorum litteræ ferunt furtivæ monetæ officinam fuisse, ea tempestate, qua Cleopatra junctus est Antonius.*

CAPITULUM XI.

SI quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychem, Origenem cum impiis eorum conscriptis, et alios omnes hæreticos, qui condemnati, et anathematizati sunt à sancta Catholica et Apostolica Ecclesia, et à prædictis sanctis quatuor Conciliis, et eos qui similia prædictis hæreticis sapuerunt, vel sapiunt, et usque ad mortem in sua impietate permanerunt, vel permanent, talis anathema sit.

CAPITULUM XII.

SI quis defendit impium Theodorum Mopsuestenum, qui dixit alium esse Deum Verbum, & alium Christum à passionibus animæ & desideriis carnis molestias patientem, & à deterioribus paulatim recedentem, & sic ex profectu operum melioratum, & à conversatione immaculatum factum, & tamquam purum hominem baptizatum esse in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, & per Baptisma sancti Spiritus gratiam accepisse, & filiationem meruisse, & ad similitudinem imperialis imaginis in persona Dei Verbi adorari, & post resurrectionem immutabilem cogitationibus, & impeccabilem omnino factum fuisse. Et iterum dixit idem impius Theodorus, talem factam esse unionem Dei Verbi ad Christum, qualem dixit Apostolus de viro & muliere: *ERUNT DUO IN CARNE UNA.* Et super alias innumerabiles blasphemias ausus est dicere, quod post resurrectionem cum insufflasset Dominus discipulis, & dixisset, *ACCIPITE SPIRITUM,* non dedit eis Spiritum sanctum, sed figuratim tantummodo insufflavit. Ipse enim & confessionem, quam fecit Thomas, cum palpasset manus, & latus Domini post resurrectionem dicens, *DOMINUS MEUS, ET DEUS MEUS,* inquit non esse dictam à Thoma de Christo. Nec enim dicit Theodorus Deum esse Christum, sed ad miraculum resurrectionis stupefactum Thomam glorificasse Deum, qui Christum resuscitavit. Et quod pejus est, etiam in interpretatione, quam in Actus Apostolorum scripsit Theodorus, similem fecit Christum Platoni, & Manichæo, & Epicuro, & Marcioni dicens, quod

sicut illorum unusquisque ex dogmate, quod invenit, suos discipulos fecit vocari Platonicos, & Manichæos, & Epicuræos, & Marcionistas; simili modo & cum Christus dogma invenisset, & ex ipso Christianos vocari. Si quis igitur defendit prædictum impium Theodorum, et impia ejus conscripta, in quibus tam prædictas, quam alias innumerabiles blasphemias effudit contra magnum Deum et Salvatorem Jesum Christum, et non anathematizat eum, et impia ejus conscripta, et omnes qui suscipiunt, vel defendunt eum, et dicunt orthodoxè eum exposuisse, et qui scripserunt pro eo; et eadem illi sapuerunt, vel scribunt pro eo, vel impiis ejus conscriptis, et eos qui similia illi sapiunt, vel aliquando sapuerunt, et usque ad mortem permanserunt, vel permanent in tali impietate, talis anathema fit.

CAPITULUM XIII.

SI quis defendit impia Theodreti conscripta, quæ contra rectam fidem, et contra primam Ephesinam sanctam Synodum, et Sanctum Cyrillum, et duodecim ejus Capitula exposuit, et omnia quæ conscripserunt pro Theodoro et Nestorio impiis, et pro aliis, qui eadem prædictis Theodoro et Nestorio sapuerunt, defendens eos, et eorum impietatem, et propter hoc impios vocans Doctores Ecclesiæ, qui unitatem secundum subsistentiam Dei Verbi ad carnem confitentur, et non anathematizat ea, et eos qui similia eis sapuerunt, vel sapiunt, insuper autem et omnes, qui scripserunt contra rectam fidem, et Sanctum Cyrillum, et duodecim ejus Capitula, et usque ad mortem in tali impietate permanserunt, talis anathema fit.

CAPITULUM XIV.

SI quis defendit Epistolam, quam dicitur Ibas ad Mariam Persam hæreticum scripsisse, quæ abnegat quidem Deum Verbum de sancta Dei Genitrice semper Virgine Maria incarnatum, hominem factum esse, dicit autem purum hominem ex ipsa natum esse, quem templum vocat, ut alius sit Deus Verbum, & alius homo, et Sanctum Cyrillum, qui rectam fidem Christianorum prædicavit, tamquam hæreticum, et similiter Apollinario impio scripsisse criminatur, et inculpat primam Ephesinam sanctam Synodum tamquam sine examinatione, et quæstione Nestorium condemnantem, et duodecim Capitula Sancti Cyrilli impia, et contraria rectæ fidei vocat eadem impia epistola, et defendit Theodorum, et Nestorium et impia eorum dogmata, et conscripta.


scripta. Si quis igitur memoratam impiam epistolam defendit, et non anathematizat eam, et defensores ejus, et eos qui dicunt eam rectam esse, vel partem ejus, et eos qui scripserunt vel scribunt pro ea, vel pro impietate quæ in ea continetur, et præsumunt eam defendere, vel insertam ei impietatem nomine sanctorum Patrum, vel sancti Chalcedonensis Concilii, et in his usque ad mortem permanent, talis anathema fit.

SCHOLION.

HÆc sunt tria Chalcedonensis, vel potius Episcoporum post peractam Synodum ad Martiani Augusti preces Chalcedone remanentium Capitula seu decreta, per hanc nostram Synodum retractata & correctâ, compendio expressa ab Eustatio Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbytero in vita Sancti Eutychii Patriarchæ Constantinopolitani: *Theodreti scripta contra duodecim Capita Sancti Cyrilli, Epistola Ibas Edefseni Archi-Episcopi ad Mariam Persam Episco-*

pum conscripta, & Theodori Mopsuestia in secunda Cilicia Episcopi Judaica rugæ & maledicta. Passim vocantur *scandalum trium Capitulorum*. Et merito. Fuit scandalum adeo enorme, ut ejus motor Theodorus, Cæsareæ in Cappadocia Archi-Episcopus, moriens, teste Liberato Diacono Carthaginensi, desperandè exclamarit *se & Pelagium, Romanæ Ecclesiæ Diaconum, vivos incendendos, per quos hoc scandalum intravit in mundum.* At Pelagium, utpotè innoxium, iniquè sibi adsociavit. Qui tria famosa Capitula existimant fuisse tria à Schytiz monachis agitata, errant toto cælo.





DISSERTATIO

DE QUINTA SYNODO GENERALI.

CAPUT PRIMUM.

Exponitur damnatio Origenis, occasio quintæ Synodi.

Primum in tria Capitula hostilem insultum refert in Chronico Victor Episcopus Tonnonensis ad Joannis Gibbi Consulatum, id est, annum Christi Domini quadringentesimum nonagesimum nonum, nonum Anastasii Augusti. Anastasius Imperator, Flaviano Antiocheno & Philoxeno Hierapolitano Præfulibus, Constantinopolim Synodum congregat: Et contra Diodorum Tharsensem, Theodorum Mopsuestenum cum scriptis, Theodoretum Cyri, Ibam Edessenum, Andream, Eucherium, Quirum, & Joannem Episcopos, ceterosque alios, qui in Christo duas prædicabant naturas, duasque formas, & qui non confitentur UNUM DEUM TRINITATE CRUCIFIXUM; unâ cum Leone Romano Episcopo, & ejus tomo, atque Chalcedonensi Synodo, inferre anatHEMA persuasit. Philoxenus est profanus ille Xenajas, quem non baptizatum Severus Pseudo-Patriarcha Antiochenus, meritò vocatus Organum diaboli, intrusit in cathedram Hierapolitanam, Metropolitanam Provincie Eufralesis. Ejusmodi scelerata fax damnare cepit non solummodò Theodorum, Theodoretum, & Ibam, quod Unum è Trinitate passim nolle sit confiteri, sed & eorum causa Synodum Chalcedonensem, dicentes eam, quæ hoc Nestorianos in Episcopalem communionem admisisset, non posse non esse Nestorianam.

Ast harum, quas rigidissimis Edictis Martianus Augustus ac ejus successor Leo non potuerant compescere, violentiarum pertaxa Divina Clementia cœpit circa hæc tempora Synodum miraculis tutari. Etenim ad Basilii Venantii & Flavii Celeris Consulatum, Domini annum quingentesimum octavum, pergit Episcopus Tonnonensis. Populos Alexandrinos & totius Ægypti, simul pusillos & magnos, liberos & servos, Clericos atque Monachos, præter peregrinos, immundi spiritus occupant: Et humana locutione privati latrare cunctis diebus ac noctibus, ut canes, cœperunt, ita ut vinculis ferreis vincti ad Ecclesias postea, ut sanitatem perciperent, traherentur: Comedebant enim suas manus, simulque & brachia pariter omnes. His evenientibus, Angelus in viri specie quibusdam

ex populo apparuit, dicens hoc eis pro eo, quod AnatHEMA Synodo Chalcedonensi dederint, evenisse, comminatus nihil eos tale deinceps committere. Et ad Consulatum Anicii Probi & Flavii Clementini, Domini annum quingentesimum decimum tertium, agens de primis auctoribus additamenti ad sacrum trifagium. Dum Constantinopoli ad forum Constantini id psallentes ad majorem Ecclesiam pergunt, nubes ex improvviso cineres super eos pro pluvia emisit, totamque civitatem & Provinciam contexerunt. Quis nesciat Alexandrinorum pro Timotheo Æluro ac Petro Mogo, & Constantinopolitanorum pro Acacio Episcopo patrata impiissima in Deum & Synodum? Justissimas plagas acceperunt. Pergit Tonnonensis ad Consulatum Agapeti seu potius Magni & Florentii, Domini annum quingentesimum decimum octavum. Anastasius Imperator, Eutychiez atque Acacianæ impietatis fautor contumax, intra palatium tonitruorum terrore fugatus, & consuetudinis jaculo percussus, in cubiculo, quo absconsus fuerat, moritur & cum ignominia absque consuetis exequiis ad tumulum ducitur. Eum Macedonius Constantinopolitanus & Elias Hierosolymitanus Patriarchæ, iniquissimè proscripti, ad Divinum tribunal evocarant. Successor piētissimus Justinus Augustus mox Eutychianam ac Nestorianam hæresin, Acacianum schisma, eorumque sequaces Episcopos ejecit: Restantes Schyrtarum monachorum quæstiones composuit, & quatuor generales Synodos sacris Ecclesiarum tabulis inscripsit ejus hæres Justinianus, atque ita omnia credebantur pacificata.

Paulus interim Ecclesie Alexandrinæ Episcopus orthodoxus degradatur, relegatur Gazam Palestinæ, eò à Principe mittitur Pelagius Romanæ Ecclesie Diaconus & Vigili Pontificis Apocrifarius, Patriarchale illi pallium & omnem restitutionis spem ablaturo, evenitque interim casus, de quo Liberatus Diaconus Carthagenensis in Breviario. Redeunte Pelagio Constantinopolim, Monachi quidam ab Hierosolymis, per quos Pelagius in Gazam transfugum habuit, venerunt ad eum in Comitatu, portantes Capitula de libris Origenis

genis excerpta, volentes agere apud Imperatorem, ut Origenes damnaretur cum illis Capitulis. Igitur Pelagius, amulus existens Theodoro Casareæ Capadocia Episcopo, volens ei nocere, eò quod esset Origenis defensor, unâ cum Menna Archi-Episcopo Constantinopolitano flagitabat à Principe, ut juberet fieri, quod illi monachi supplicabant, ut Origenes damnaretur, ipsaque Capitula talia doctentia. Annuuit Imperator facillimè, gaudens se de talibus rebus judicium ferre. Jubente eo dicta est in Origenem & illa Capitula Anathematis damnatio, quam subscribentes unâ cum Menna Archi-Episcopo apud Constantinopolim reperti, deinde directâ est Vigilio Romano Episcopo, Zoilo Alexandrino, Efremio Antiocheno, & Petro Hierosolymitano. Quibus eam accipientibus & subscribentibus, Origenes damnatus est mortuus, qui vivens olim fuerat antè damnatus. Plurimos Palestinæ monachos fuisse hoc tempore ex Origene leproso testatur etiam Cyrillus monachus in vita Sancti Euthymii, Sancti Quiriaci, & Sancti Sabbæ Abbatum, à quorum postremo per Petrum Hierosolymæ Patriarcham ad Comitatum Legato ait rogatum fuisse Principem in hæc verba. Origenis dogmata conturbant Ecclesias. Et ideò à Tua Potentia magnum adhibendum est studium, ut tantum malum procul expellas. Hæc si feceris, in Deo confido fore, ut mox dives sequatur remuneratio, Romaque universa & Carthago cernentur rursus parte tui imperii. Pergit Cyrillus. Ut magnus pollicitus est Sabbas, Africa universa & Roma ejus accesserunt imperio. Jure itaque Justinianus in Origenis damnationem propendebat.

Facta est damnatio ante quintam Synodum à Menna Patriarcha & Pelagio Diacono in Synodo ex Episcopis ob negotia propria in Regia civitate reperti, qualium Synodorum mos & dignitas sunt abundè superius elucidata. Et quoniam Romani Pontificis ac reliquorum Patriarcharum confirmatio accessit, damnationi nihil defuit ad irrefragabilem auctoritatem. Eiusdem confirmatricem legem Justiniani, directam ad Mennam Patriarcham, publicavit D. Cardinalis Baronius. Verè nihilominus addit Cyrillus monachus. Post hæc cum sancta & Oecumenica quinta Synodus congregata fuisset Byzantii, Origenes & impia de præcipientia & restitutione dogmata generaliter fuerunt subiecta anathemati. Et Sanctus Sophronius Hierosolymæ Patriarcha in litteris ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanum, lectis & probatis à Synodo sexta, post quatuor primas Synodos proficitur & quintam, addens de ipsa. Perimit ac in interitum projicit principaliter Origenem insanum & omnes ejus pomposas somnolentias, & plena multa impietatis commenta: Evagrii quoque & Didymi cum eo dogmata, nec non & fabulosa deliramenta. Et Constantinus quartus Augustus in Edicto sextæ Synodi confirmatorio. Suscipimus quoque & que in temporibus Justiniani Divæ memoriæ in nostra felicissima civitate congregata est Synodus contra Dei impugnatores Origenem videlicet, Didymum & Evagrium. Et plena septima Synodus in sermone acclamatorio ad Principes. Etiam Origenis, & Evagrii, & Didymi fabulas anathematizamus, sicuti & Constantinopoli congregatum quintum Concilium egisse dignoscitur. Et

Pseudo-Synodus latrocinialis contra sacras imagines. Quæ Constantinopoli convenit Synodus sub Justiniano Divæ recordationis, anathematizavit Origenem, Evagrium, Didymum cum pagani scriptis eorum. Ex quibus patet labi nuperum Apologum, auctum scribere Origenem à quinta Synodo minimè fuisse damnatum. Damnatus est non obstantè Domitiani in prima Galatia Anchyrensis Episcopi Metropolitanani ad Vigiliam Pontificem provocatione & Apologia, relata à Facundo Hermianensi.

Repetitæ damnationis causam edicit Evagrius Epiphaniensis. Eustochius Macarii de Origene suspecti, ideòque sede pulsi, post Perrum, datæ à Menna Patriarcha & Pelagio Diacono in Origenem sententiæ approbatores, in sede Hierosolymitana Successor, Ubi illi, qui Origenis dogmata tuebantur, cum aliis in locis, tum maximè in nova Laura invalescerent, omne studium eò contulit, ut eos expelleret. Qui ad novam profectus Lauram, omnes inde ejecit, & tamquam communem perniciem longè fugavit. Illi in varia loca dispersi multos in suam pelleverunt opinionem. Adversum hoc Gyrovagos existimat à quinta Synodo resumptam causam Origenis & damnationem innovatam. At certum est labi. Longè enim aliter scribit Cyrillus monachus in vita Sancti Sabbæ. Cum Deo conservandus Imperator misisset Hierosolymam ea, que in Synodo gesta sunt, & omnes Episcopi Palestinæ manu & ore confirmassent & roborassent, præter Alexandrum Abileum, qui ob hoc ab Episcopatu projectus, & Byzantii à terre motu absorptus est, quidam Novi-Laurenenses à catholica se separarunt communionem: At verò Patriarcha Eustochius diversis modis eos aggressus per octo menses admonitionem fecit circa illos, & precibus suis cum non valuisset eis persuadere, quò Ecclesie catholice communicarent, Imperialibus jussionibus usus per Anastasium Ducem à nova illos Laura project, Provinciamque totam ab eorum pestilentia liberavit. Non ergò ante, sed post Synodum facta est ista perfectio. Et hæc Cyrilli monachi verba, quæ defuncti sunt apud Laurentium Surium, habes in prima Actione septimæ Synodi. Codex D. Cardinalis Baronii legebat, Eustochius: At omninò, Eustochius, est legendum.

Porrò Synodi nostræ adversus Origenem Acta latent, aut interierunt: Interpolata haud dubiè per damnatos Origenistas. Nam septimam quoque & octavam Actionem fuisse à Monothelitis vitiatam ostenderunt in sexta Synodo Legati Sedis Apostolicæ, dixeruntque Gloriosissimi Judices: Sed & in superius posita tertia Actione, dum relegeretur primus liber gestorum quinti Concilii, inventi sunt additi tres falsi quatermiones. Menna Patriarchæ Constantinopolitani ad Vigiliam Papam, & hujus ad Justinianum Augustum ac ejus conjugem Theodoram litteras suæ impietatis confirmatrices dictis Actionibus infaroinarant Monothelitæ, fueruntque per sextam Synodum de impostura convicti & puniti. Acta integra ad Theodelindam Longobardorum Reginam misit Gregorius Magnus, ad sextam Synodum deportare Legati Agathonis Papæ, variaque eorum exemplaria, latina & græca, in plures libros digesta, habebat tunc Ecclesia Constantinopolitana.

A. 11.

A. 18.

Cap. 13.

Litana. E cunctis in Origenem Actis hodie habe-
 tur solum undecimum Anathematismum seu
 Canonem, & Justiniani, Origenem denuo
 damnari postulantis, ad Synodum litteras apud
 Georgium Cedrenum. Et quidem dictus Ana-
 thematismus præcedit Anathematismos contra
 tria Capitula. Item Sanctus Sophronius in litte-
 ris ad Sergium Constantinopolitanum, ubi di-
 xerat à quinta Synodo damnatum cum Evagrio
 & Didymo Origenem, pergit: *Post quos & Mop-
 suestemum evellit Theodorum, scripta quoque Theo-
 doreti, & Epistolam Ibae.* Eodem modo loquuntur
 in locis supra adductis Constantinus quartus & ter-
 tium Synodus: Atque ita errat Nicephorus Ca-
 lixius volens tria Capitula esse Origenem da-
 mnata.

L. 118a
L. 2.c.3.
 Damnata sunt ejus non solummodo scelerata
 dogmata, sed & mortua persona, quam etiam
 vivam fuisse damnatam verè Liberatus Carthagi-
 nensis affirmat. Confirmat apud Gennadium Mas-
 filiensem in Catalogo virorum illustrium Theo-
 philus Alexandrinus Episcopus, damnans in
 sua Synodo Origenem, *Ac simul edocens non à se
 eum primum, sed & ab antiquis Patribus, & ma-
 ximè Heracla Patriarcha Alexandrino fuisse & à
 Presbyterio ejusdem, & de Ecclesia pulsus, & de
 civitate fugatus.* Etiam à Demetrio Episcopo
 id factum ostendit Photius in Bibliotheca. Et
 in libris contra Ruffinum Sanctus Hieronymus
 adducit Origenis Epistolam, qua Demetrium
 lacerat, & in totius orbis Episcopos & Clericos
 invehitur, tamquam iniquè ab Ecclesiis excom-
 municatus. Excommunicationis fuit varia cau-
 sa. Unam principalem adducit laudatus Hiero-
 nymus in litteris ad Pammachium & Oceanum.

Epist. 65.
C. 4.
*Ipsè Origenes in Epistola, quam scribit ad Fabia-
 num, Romanæ Ecclesie Episcopum, penitentiam
 agit, cur talia scripserit, & causam temeritatis in
 Ambrosium refert, quod secretè edita in publicum
 protulerit.* Ambrosius erat vir nobilis acopul-
 entus, Origenis, per quem à Marcione conver-
 sus ad Ecclesiam, literarios labores juvenis suis
 facultatibus. Aliam causam adducit Justinianus
 Augustus in lege Origenianæ damnationis con-
 firmatrice ad Mennam Patriarcham. *Origenes
 post atroces doctrinæ suæ in Deum blasphemias in
 ipso martyrii articulo Christum abnegavit, cultam-
 que à Paganis Deorum multitudinem, quam ipse
 inducit, adoravit: Atque ita Dei providentia fa-
 ctum est, ne in Ecclesia pro martyre acciperetur,
 atque inde gregi Christi inferretur aliquid detrimen-
 ti.* Pergit Sanctus Hieronymus in libris contra
 Ruffinum. *Totus orbis, utique ob dictas cau-
 sas, in Origenis odia exarsit.* Et in alio libro.
*Omnis tam Orientis quam Occidentis Catholicorum
 Synodus pari sententia & spiritu illum hæreticum
 denunciavit. Eum cum Nestorio, Eutychete,
 Dioscuro, aliisque Hæresiarchis in inferno ar-
 dentem vidit & hospitii suo Theophani offen-
 dit Quiriacus monachus, uti refert Sancti So-
 phronii pratum spirituale. Quare ejus Apolo-
 gum agere est Æthiopem lavare.*

L. 1.c.3.
L. 2.c.6.
Cap. 26.
 At verò Theodorus, inquit Liberatus Diacono
 & familiaris Principum, scdã Acephalus, Orige-
 nis autem defensor acerrimus, & Pelagia Romanæ

Cap. 23.
 Ecclesie Diacono amulus, cognoscens Origenem ab
 ipso & Menna Patriarcha fuisse damnatum, do-
 lore damnationis ejus, ad Ecclesie conturbationem,
 damnationem molitus est & in Theodorum Mopsue-
 stemum, eò quod Theodorus multa opuscula edidisset
 in Origenem, oxojuque & accusabilis haberetur ab
 Origenistis, & maximè quod Synodus Chalcædonen-
 sis laudes ejus susceperat in tribus Epistolis. Con-
 sonat Facundus Hermianensis ita alloquens Ju-
 stinianum Augustum. *Quia per instantiam Tuæ
 Religionis profani dogmatis iterata damnatio est,*
L. 1.c.2.
*hinc ejus sectatores exarserunt adversus Ecclesiam,
 quærentes eam quacumque possent immisione turba-
 re. Et hoc totum publicam notitiam non evigilavit.
 Præsertim cum & Domitianus Ancyrensis civitatis
 Episcopus Provincia primæ Galatiæ, qui fuit ipsius
 Origenianæ hæresis manifestus assertor, per libel-
 lum, quem ad beatissimum Papam Vigilium scripsit,
 Deo extorquente confessus est, quod ejus complices
 Origeniani, cum viderent se non posse proprium
 dogma defendere, neque sibi quidquam spei de con-
 sisti restare, ad ultionem eorum, quæ contra Ori-
 genem gesta sunt, hæc Ecclesie scandala commove-
 runt. Quod ipsum, cum quadam tamen varie-
 tate, scribit Evagrius Epiphaniensis.*
L. 4. c. 37.

Theodorum Cæsareæ in Cappadocia Archi-
 Episcopum fuisse Principum familiarè ac dile-
 ctum verè asserit Liberatus. Erat forex palati-
 nus, unus eorum Episcoporum, quos unà cum
 Justiniano in multam quotidie noctem de Eccle-
 siæ & Reipublicæ causis lucubrasset Procopius
 Cæsareensis. Undè & in ejus postmodum
 damnatione ait Vigilius Pontifex: *Tu Theodo-
 re, hæcenus ab ordinationis tuæ tempore, unius
 anni spacio in Ecclesia, cujus gubernacula suscep-
 eras, non passus es residere.* Licet scdã Acephalus,
 non tantum Theodoræ Augustæ, sed &
 Justiniano erat acceptus: Justiniani enim &
 Theodoræ in religione discordiam fuisse dolo-
 sam, ad utriusque partis sequaces captandus
 compositam, Evagrius suspicatur.
Cap. 14.
*Theodori Mopsuesteni damnationem Theodorus
 Cappadox tali machinatione perfecit. Scri-
 bente Principe contra Acephalos in defensionem Syn-
 odi Chalcædonensis, accedens idem Theodorus unà
 cum suis satellitibus, qui sub nomine catholico Ace-
 phalis studebant, cum Theodoræ Augustæ favore Im-
 peratori suggestit scribendi laborem non eum debere
 pati, quando compendio possit Acephalos omnes ad
 suam communionem adducere. Siquidem illi, in-
 quit, hæc offenduntur in Synodo Chalcædonensi, quod
 laudes suscepit Theodori Mopsuesteni Episcopi, Epi-
 stolamque Ibae, quæ per omnia Nestoriana esse cog-
 noscitur, Synodus ipsa judicio suo pronuntiaverit
 orthodoxam. Qui Theodorus si cum dictis suis &
 hæc Epistola anathematizetur, tamquam retractata
 Synodus atque purgata suscipietur ab eis per omnia,
 & in omnibus, & sine Pietatis vestræ labore Eccle-
 siæ catholicæ societati, gaudente universali Ecclesia,
 Clementiæ vestræ laus erit sempiterna. Hæc au-
 diens Imperator, & dolum dolosorum minime per-
 spiciens, suggestionem eorum libenter accepit, &
 hoc se facere promptissimè respondit: Consonat Fa-
 cundus Hermianensis. Origenistarum fungens sa-
 tellitio Eutychiana perfidia ea, quæ per se contra
 Chalcædonense Concilium nequidquam sedè tentave-
 rat,*

*rat, per ipsos latenter aggressa est, qui nobis non
 videbantur in hac parte esse suspecti. Nec tamen
 & illi magnam Synodum palam reprehendere præ-
 sumpsit: Magis autem sub quadam specie defen-
 sionis, quam commendabat fallax eorum promissa,
 robur ejus infirmare conati sunt. Jactabant enim,
 quod omnes Eutychiani, qui decretis ejus offendun-
 tur, communicarent Ecclesie, si Theodori Mop-
 suesteni persona & libri, Ibae Epistola, & quæ-
 dam Theodoreti scripta damnarentur. Circa
 hæc tria aebant circumscripiam Synodum, ideo-
 que purgandam. Erat dolus nequissimus, Syn-
 odi, quod nullis huc usque grassationibus aut
 Anastasii Augusti minis poterat, retractationem,
 adeoque plenam exaurationem, sub
 inimicæ defensionis fuco per Justiniani Princi-
 pis pietatem impetraturus. Ita existimabant &
 ipsi cum Origenistis Eutychianistæ, & omnes
 Catholici illi, quotquot pro tribus Capitulis
 schisma fecerunt. Existimabant Romanam Ec-
 clesiam, Capitulum damnationem compro-
 bando, factam esse Synodi Chalcædonensis da-
 mnatricem, ac sibi Divinitus delegatæ in Syno-
 dalia constituta custodia prævariatricem. Vana
 item erat Eutychianorum promissio; Roma-
 ni enim dogmatis simulatores in Ecclesiam in-
 ducere est confusionem facere, non commu-
 nionem.*

**Hæc Liberati verba, Theodoræ Augustæ favo-
 re, exponit victor Tonnonensis ad annum se-
 cundum post Consulatum Basiliæ. Theodoræ sa-
 ctione Augustæ, quæ occultata Synodi Chalcædonensis
 nunquam destitit esse inimica, Sylvester Romanus
 Episcopus exilio mittitur, & pro eo Vigilius ordina-
 tur, à quo memorata Augustæ, priusquam ordina-
 retur, occulto chirographo elicit, ut Papa effectus
 in proscriptione Synodi Chalcædonensis tria Capitula
 condemnaret. Non itaque, ut multi errant, Ro-
 manæ & Chalcædonensis fidei prævaricationem,
 sed solum trium Capitulum, in quorum facto
 dicebatur errasse Synodus, damnationem præ-
 sumpsit à futuro Romano Episcopo stipulari dolo-
 sa & hæretica mulier, ita gradatim & ad
 dogma tentandum viam factura. Addit Tonno-
 nensis, Horum exordia malorum generalis orbis ter-
 rarum mortalitas sequitur, & inguinum percussione
 major pars populorum necatur. Plurimis tùm ca-
 lamitatibus Divina Justitia peccatrices hominum
 animas & corpora percussit.**

CAPUT SECUNDUM.

*An quis, præsertim Episcopus, qualis
 fuit Theodorus Mopsuestiensis, in
 Ecclesie pace & communionem
 defunctus possit damnari
 post mortem?*

**Theodorus Mopsuestiensis in secunda Cili-
 cia Episcopus per triginta sex annos, Dio-
 dori Tharsensis ac Flaviani Antiocheni Episco-
 pi unà cum Sancto Joanne Chrysofostomo & Ma-**

ximo Seleucienfi Episcopo discipulus, Poly-
 chronii Apameensis Episcopi frater, Nestorii
 hæresiarchæ magister, vir longè doctissimus,
 admirandum & miserandum universè sub cælo
 Ecclesie mortuus exhibuit spectaculum. De
 ipso, quasi de Christianitatis fundamento, est
 à scissis in factiones Episcopis disceptatum. Ad-
 versarii adduxerunt plura accusationis capita.
 Primum ex Hefychii Presbyteri Hierosolymita-
 ni Ecclesiastica historia desumptum est, quod
 Ecclesie Antiochenæ Clericatum carnali libidine
 victus adolescens apostata deseruerit, & per
 sodalem Joannem Chrysofostomum ad sola carnis
 meliora reductus Tharsum primæ Ciliaciæ Metro-
 polim migravit, atque indè tandem, occultato
 mentis veneno, profecerit in Episcopum Mo-
 psuestensem. Arguitur dolosè hypocrisis, trans-
 lationis, ac indispenfabilis irregularitatis: Fi-
 delem namque adolescentem carne lapsum anti-
 quus Ecclesie Canon à sacro ordine perpetuò ac
 indispensabiliter excludebat.

**Secundum ac præcipuum accusationis caput
 est in hitce verbis relatis à Facundo Hermianensi
 si. Theodorus Nestorii magister fuit, majore au-
 tem, quam ille, impietate blasphemavit, & omnia
 ejus adversus Christum dicta diaboli transgreduntur
 insaniam. Evexit Theodorus, quod de Mar-
 cello Ancyre Episcopo Fotini Syrmientis Episco-
 pi magistro scribit Sulpitius Severus: Marcel-
 lum gravabat, quod Fotinus auditor ejus fuisse in
 adolescentia videbatur. Rectè enim Hieronymus
 in Epistola ad Ctesiphontem: *Magistrorum silen-
 tia profert rabies discipulorum.* Quin immò erro-
 res suos non siliuerat Theodorus: Quod enim
 Antiochiæ in populari sermone blaterari Sacram-
 Virginem non esse Deiparam, & à tumultuante fi-
 deli ad blasphemiam populo coactus fuerit ad
 solennem palinodiam, fatetur Joannes Patriar-
 cha Antiochenus in litteris ad Nestorium extan-
 tibus in prima parte Synodi Ephesinæ. Adver-
 sum grassantes Arianos atque Apollinaristas,
 teste laudato Joanne, *decem millia libros conscrip-
 sit Theodorus, atque ita verè illi contigit,
 quod falso Gennadius Massiliensis, homo Semi-
 Pelagianus, imponit Sancto Augustino: Ex
 multiloquio non es fugies peccatum.* Divinæ incarna-
 tionis Sacramentum, dum Apollinaristicam con-
 fusionem nimis fugit, divisionis Nestoriana bla-
 sphemia inhonoravit, more stultorum, qui dum
 vitant vitia, in contraria currunt. Ei quintæ
 Synodus imponit judaicum symbolum ad Cha-
 rity Philadelphienfis in Lydia Presbyteri delati-
 onem damnatum ab Ephesina Synodo, ac in-
 super sexaginta articulos, quos in suo Contri-
 tuto Vigilius Pontifex fatetur esse hæreticos,
 præsertim Nestorianos. Et hinc post damnatos
 atque exustos Nestorii libros scribit de Nestoria-
 nis Liberatus Carthaginensis: *Capereunt Theodori
 proferre volumina, transferre in varias linguas,
 dicereque nova non sapuisse Nestorium, sed anti-
 quorum Patrum profecutum fuisse doctrinam.***

**Tertium accusationis caput profert Justinia-
 nus Augustus in litteris ad hanc præsentem Syno-
 dum. Considerate, quæ de Theodoro & ejus
 blasphemis sancti Patres conscripserunt, & Ante-
 cessores vestri promulgaverunt, nec non & quæ Ec-
 clesie;**

hæreticorum historiæ Scriptores de eo exposuerunt. Ex his enim omnibus cognoscitur, quod ab illo tempore condemnatus est tam ipse, quam blasphemie ejus à sanctis Patribus, & quod propter istas superioribus temporibus deletum est nomen ejus à sacris Dyptichis Ecclesie, cujus fuit Episcopus. Credit Justinianus eum non tantum à Sancto Cyrillo, sed & à Sancto Leone Pontifice, & quidem in ipsa Ephesine Synodi confirmatione, tamquam Nestorii magistrum fuisse notatum, scriptumque à Sancto Proclo ad Armenios, ut ejus Capitula judicæ impietatis plena, etiam præfixo auctoris nomine, sub anathemate damnarentur. Per Joannem Anazarbi Episcopum, secundæ Ciliciæ Metropolitanam, fieri jussit Synodum, inquisitionem, An, cur, & quando Theodori nomen rasum esset de Ecclesie Mopsuestenæ sacris tabulis? Responsumque est rasum à tempore immemoriali, ejus loco inscriptum nomen Sancti Cyrilli, causam & modum ignorari. Et hinc à quibusdam creditus est numquam fuisse inscriptus, sed vivus fuisse damnatus. Quæ omnia considerans Rusticus, Romanæ Ecclesie Diaconus Cardinalis dixit ad Vigilium Pontificem: Non solum nomen & scripta Theodori debere damnari, sed & ipsum territorium, ubi positus est; & quod si ossa ejus evulsa quisquam de sepultura eiceret, & cum eodem territorio incenderet, gratanter acciperet.

Ex adversa etiam parte defensores animosissimi Theodoro non desiterunt. Eum dixere laudatum & probatum in variis magnorum Episcoporum Epistolis admittis & canonizatis à sancta Synodo Chalcedonensi. Etenim Iba Edeffeni Metropolitanæ ad Marim Persam Epistola prius per Berytensem, deinde per Chalcedonensem Synodum in judicio contradictorio discussa & probata arguit Rabulam Ecclesie Edeffensæ tyrannum potius, quam Episcopum, quod fidei occasione laceraret non vivos tantummodo, sed & in Domino mortuos, eosque inter beatum Theodorum, veritatis Prædicatorem & Doctorem Ecclesie, qui in vita sua cæcidit hæreticos, & post mortem spiritualia arma in suis opusculis Ecclesie dereliquit: Et Joannes Patriarcha Antiochenus in litteris ad Sanctum Proclum Episcopum Constantinopolitanum, ejus ad Armenios tomis confirmatoriis, laudatque & probatis à Synodo Chalcedonensi in Relatione seu allocatione ad Principem Martianum, beatum Theodorum mirè extollit, tamquam præstantissimum Orientalium Ecclesiarum per quadraginta quinque & amplius annos Magistrum, Theodosio Augusto teniori charissimum, à Flaviano Patriarcha Antiocheno in sacris dogmatibus enutritum; graviterque queritur illum à nescio quibus, volentibus conturbare Ecclesias, calumniis gravari. Addit ab illis teri vestigia Apollinarii, qui Eutychanistarum parens etiam de duobus Dei filiis, seu Nestorianæ Christi Domini divisione admirabilem & divulgatissimum Theodorum est eriminatus. Et laudatus Proclus in litteris ad dictum Joannem canonizatis item à Synodo Chalcedonensi. Quando ego scripsi Tue sanctitati oportere Theodorum anathemati subdi? Purgat se à rumore, quo ob damnata in suo ad

Armenios tomo quædam Capitula ferebatur etiam Theodorum, ex cujus libris illa excerpta erant, velle damnare. Has, inquam, tres Theodori laudatrices Epistolas probavit Chalcedonensis Synodus, ideoque Theodori damnatio ab ejus defensoribus credita est esse ipsarum Epistolarum injuria, & Synodi prævaricatio, atque ita illi, pro Theodoro non quasi pro Theodoro, sed quasi pro ipsa Synodo ac omnium generalium Synodorum irretactabili auctoritate pugnaverunt. Legendus Facundus Hermianensis Episcopus, plenus Theodori laudibus, & hujusmodi apologiis.

Theodorum à Sancto Leone fuisse culpatum, ostendit esse mendacium; à Sancto Cyrillo fateatur reprehensum, at non damnatum, ideoque sequenda dicit hæc verba Joannis Antiocheni in litteris ad Theodosium Augustum. Si quidquam, Sancte Imperator, obscurum aliquis inveniri dicat in Theodori vel aliorum libris, retractari necessarium non est. Quorum enim vita in Sacerdotio & Ministerio optimum habuit finem, his prælatam gloriam dedicamus, & non ex illis eos judicamus, de quibus aliqui atrociter nos accusant. Fateatur Theodorum liberè locutum, & excerpta ex ipsius libris Capitula quoad vocis sonum esse Nestoriana; at sensu per ipsum intento asseverat orthodoxa. Locutiones varias longè liberiores ostendit reperiri in Sanctis Gregorio Thaumaturgo, Dionysio Alexandrino, Eustatio Antiocheno, Athanasio, Amphilochio Iconiensi, Gregorio Nysseno, Joanne Chryostomo, Cyrillo Alexandrino: Quos absit, ut de hæresi vel accusemus. Theodoro vult impendi illud Christianæ charitatis officium, quod Gregorio Thaumaturgo Sanctus Basilius, & Dionysio Alexandrino Sanctus Athanasius impendit, ejus dicta duriora cogens ad metas sensus orthodoxi. Quin immò ab omni Ecclesia laudari ait Sanctum Hilarium Pitavientem, quod eam benevolentiam præstiterit etiam Synodis Seleuciensi atque Syrieniensi, conventiculis Eusebianis. Ità sanè Theodorum tractavit in suo Constituto Vigilium Pontifex: Et Sanctus Augustinus Juliano Pelagianistæ, quorundam Patrum verba Originali peccato in speciem adversa obicianti, respondit: Vobis necdum litigantibus liberè loquebantur.

Alterum pro Theodoro fundamentum erat, quod Episcopus in pacifica Ecclesie communione mortuus nequidem de hæresi posset post mortem judicari & damnari. Ejusmodi judicium huc usque non viderat Ecclesia. Hinc Evagrius Epiphaniensis primam præsentis Synodi quæstionem fuisse dicit, Sine mortuis anathema denunciantur, an non? Eadem de causa Origenis negotium astutè tractatum fuit ante tria Capitula, damnatusque mortuus, qui vivus fuerat ante damnatus: Ut Ecclesie adversarii, inquit Liberatus Carthaginensis, sibi aditum referant ad damnandos etiam in Ecclesie pace defunctos. Quæstio sunt undequaque argumenta, quæ Theodorum ostenderent mortuum extra Ecclesie pacem: At aliud eviderunt vel sola Ecclesie Mopsuestensis dypticha, habentia in ejus loco nomen Sancti Cyrilli. Ejus proinde nomen fuerat omnino inscriptum, at postea nescio à quo aut quare erasum. Acer-

Acerimè igitur de hac quæstione cæptum est disceptari. Pro parte negativa facit apud Eusebium Cæsareensem auctoritas Sancti Dionysii Patriarchæ Alexandrini, qui Nepotis Arsenoitis Episcopi erroneos de Divinis promissionibus libros damnans personam attingere non præsumpsit, propterea quod ex hac vita in pace Ecclesie migrasset. Quod exemplum etiam Vigilium Pontifex in suo ad quintam Synodum pro hac ipsa quæstione Constituto adduxit & magni fecit. Et Sancto Epiphanio defunctum Origenem damnare volenti respondit apud Socratem & Hermiam Zozenum Theotimus Schytiæ Episcopus nequaquam esse fas cum, qui jam pridem esset mortuus, injuria afficere. Et Sanctus Gelasius Pontifex in Romana Synodo Misenum Episcopum degradatum restituente, laudata per Vigilium Pontificem in Constituto ac Facundum Hermianensem in libro contra Mocianum, nec non in Commonitorio ad Faustum Magistrum, ac in litteris ad Dardaniæ Episcopos, constanter docet mortuos ab Ecclesia nec absolvi posse nec damnari, quod eos Christus Dominus dicens Apostolis, Quæ ligaveritis aut solveritis super terram, suo judicio reservavit. Nec audeat Ecclesia sibi vindicare, quod ipsi Apostolis conspiciat non fuisse concessum, quia alia sit causa superstitum, alia defunctorum. Elias Aquilejensis Episcopus in litteris ad Pelagium secundum, ac in Constituto Vigilium Pontifex adfirmant eandem fuisse mentem Sancti Leonis, utique in Epistola ad Theodorum Episcopum Foro Juliensis. Consonat Anastasius secundus in litteris ad Anastasium Augustum. Et suum constitutum concludit Vigilium Pontifex definiendo esse perpetuum Romanæ & omnium Ecclesiarum consuetudinem & Regulam, ut Sacerdotum in pace Ecclesiastica defunctorum personæ serventur illæse, & nulli liceat de illis judicare, sed in hoc oporteat eorum unumquemque relinqui, in quo illum dies supremus invenit. Et Joannes nonus Pontifex adversus Antecessorem suum Stephanum septimum, qui Formosum in pace Ecclesie defunctum suum Antecessorem judicarat & damnarat, hæc statuit. Quod nunquam Defessorum nostrorum temporibus factum fuisse traditum est, penitus abdicamus. Et ne ulterius præsumatur fieri per quodlibet Spiritus sancti judicium, interdicimus: Quia ad judicium vocari mortuus non potest, cum persona, quæ ad judicium vocatur, idè vocetur, ut aut fateatur obiecta aut corvincatur obiectis. Et omnibus patet, quia mortui cadaver pro se nec respondere nec satisfacere potest. Existimo textum vitiatum, & legendum: Ne ulterius præsumatur fieri per quemlibet, Spiritus sancti iudicio interdicimus. Et de Egabrensi Episcopo sacrorum Ordinum perperam datorum reo statuit secunda Synodus Hispanensis: Poterat accusatus damnari, si adhuc in corpore positus non fuisset mortis vocatione præventus, sed jam examini Divino relictus humano judicio accusari non potest. Et Sanctus Ivo Carnotensis Episcopus in responso ad similem quæstionem Capituli Sueffionensis. Rata nobis hæc sententia videtur, quoniam defunctis communionem interdicere non debemus, quibus vivis non interdiximus: Sicut defunctis illis communicare non debemus, quibus vivis Cbrist. Lupi Oper. Tom. II.

vis non communicavimus. Non enim data est potestas Ecclesie alia ligare vel solvere, nisi quæ sunt super terram. Unde constat ea Divino reservanda judicio, quæ inter viventes humano non sunt terminata.

Hujus sententiæ tenacissimus fuit Facundus Episcopus Hermianensis. Hinc enim scribit ad Justinianum Augustum. Quid amplius tam multiplicibus documentis & rationibus persuadere mortuorum conor, quam ne præsumant esse judices mortuorum? Hoc quippè nullius suasionis est indigenus, nec in tali causa vellem tempus expendere, cujus nec poterit recuperare jacturam. Sed cum viderem quosdam sub falso propugnatorum nomine impugnare latenter Ecclesiam, & tamquam in ejus purgationem ut hereticos damnare, quos illa semper habuit honoratos, tacendum mihi esse non credidi. Et infra in eodem libro facundè ostendit id esse contra Apostolicum Canonem, perpetuamque sine adverso exemplo consuetudinem. Nam Ecclesie suæ nullam Dominus in mortuos ligandi & solvendi tribuit potestatem. Quapropter etiam beati Patres definiunt, quia non est nostrum judicare eos, qui honoratè defuncti sunt, sed solius judicis vivorum & mortuorum. Addit similibus defunctorum memoriam olim fuisse adeo venerabilem, ut etiamnum ante centum annos nec eorum crudioribus aut erroneis dictis infligeretur Anathema, longè minus personis. Et pergit. Quod si tam certus error est aliquorum in pace Ecclesie defunctorum, ut nequeat excusari, sive illorum infamia, sine offensione & conturbatione Ecclesie, tacitis eorum nominibus, ipsis erroribus occurratur, ut & debita reverentia exhibeatur Prædicatoribus in Ecclesie pace defunctis, & nulli catholico sit offensa defuncto veritatis. Laudat Sanctum Cyrillum & Joannem Patriarcham Antiochenum, utos hac regula in missa sibi Capitula, quæ ex Theodori libris dicebantur excerpta, ac præsertim sanctum Proclum Episcopum Constantinopolitanum, ad cujus preces Theodosius Augustus promulgavit hanc legem: Ne quis adversum eos, qui in Ecclesie pace defuncti sunt, quidquam de cetero tale præsumat. Adversus quosdam Theodorum damnare parantes populus Antiochenus eruperat in apertas turbas, ideoque publicæ quieti per legem Imperialem judicarat Proclus prospiciendum. Legge Imperiali roborandam duxit legem Evangelicam ac naturalem, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, ex qua rescriperat & Sanctus Cyrillus: Grave est insultare defunctis; vel si laici fuerint; ne dum illi, qui in Episcopatu hanc vitam deposuerunt. Singulariter Facundus invenitur in eos, qui in pace quiescentium volebant etiam busta refodere, & ossa conrodere mortuorum. Lucas Dacherius, Manachus Benedictinus, ejus nuper publicavit Epistolam, qua demonstrare nititur mortuorum damnatores esse omnino hæreticos, utpotè prævaricatores Symboli Apostolici atque Nicæni, in quo solum Christum Dominum esse eorum Judicem profitemur. Esse dicit superbiam plusquam Luciferianam, quæ supremum justitiæ ventilarum tentet Christo Domino de manibus extorquere. Et hoc Facundi libros laudat & probat Victor Episcopus Tonnonensis, dicens editos anno decimo post Consuetudinem latam.

L. 10. c. 1.

Cap. 4.

L. 11. c. 3.

L. 3. c. 3.

L. 3. c. 6.

L. 9. c. 4.

L. 3. c. 2.

L. 8. c. 5.

L. 6. c. 11. L. 8. c. 1.

Epist. 4. Epist. 1.

Ep. 91. c. 3.

L. 4. c. 37.

Cap. 24.

Epist. 96.

latum Basilij, anno Domini quingentesimo quinquagesimo primo: triennio ante Synodum præsentem. Eadem fuit mens Reparati Archi-Episcopi Carthaginensis, & plerumque Episcoporum Astorum, è quibus Pontianus Justiniano Augusto rescripsit in hæc verba. *Quid nobis cum mortuis inire bellum, ubi nulla invenitur in congressione victoria? Apud Judicem verum jam tenentur, ad quem nullus appellat. Per ipsum, in quo nos honoratis & diligitis, supplicamus Clementiam tuam, ut pax permaneat temporibus tuis, ne, dum quaeris damnare jam mortuos, multos inobedientes interficias vivos, & exinadè compellaris reddere rationem ei, qui venturus est judicare vivos & mortuos.*

Erat res ardua. Scripserat quidem Justinianus ad Synodum. Hortatur etiam illud disceptare, quod vane profertur ab eis, qui dicunt non oportere post mortem hæreticos anathematizari, & sequi in hoc doctrinam sanctorum Patrum, qui non solum viventes hæreticos condemnaverunt, sed & post mortem, utpotè in sua impietate mortuos, anathematizaverunt. Attamen nullum adduxit authenticum exemplum. Adfuit autem Constantinopoli Eutychius Presbyter & monachus, Episcopi Amaseni per Helenopontum Metropolitæ legatus, de quo in ejus vita apud Laurentium Surium scribit Eustasius Presbyter Ecclesiæ Constantinopolitanae. *Cum quidam negarent eos anathemate feriendos, qui post mortem deprehensi essent hæretici, Eutychius Divinarum Scripturarum testimoniis anathemate demonstravit esse puniendos. Rex enim Josias, inquit, cum id prophetia antea significasset, ossa eorum, qui vitulis immolarant, post mortem effodit atque combussit. Idem ergo in hæreticos servandum est, ut post mortem anathemate damnentur. Exemplum non erat ad rem, undè nec Actis synodalibus est insertum: Etenim illi, qui vitulis palam immolarant, mortui non fuerant in Ecclesiæ pace. Attamen Principi adeo placuit, ut monachum, defuncto Menna, evexerit ad Regiæ civitatis Patriarchatum.*

Post multos auditos prodiit tandem Sextilianus Tunienfis Episcopus, Primosi Carthaginensis Archi-Episcopi Vicarius & Legatus, dixitque ad Synodum. *Quoniam proposita sunt sancta Evangelia, & oportet unumquemque ea, quæ sunt suæ scientiæ, ad propositam questionem pertinentia facere manifesta, doceo sanctum vestrum Concilium, quod anterioribus temporibus in nostra Provincia multi Episcopi congregati, & quedam de diversis causis ad Ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes, statuerunt de Episcopis, qui hæreticis suas facultates relinquunt, ita ut post mortem anathemati subiciantur. Sunt verò etiam beati Augustini sanctæ memoriæ Epistolæ dicentes, quod si qui in vita sua non rectè sapuerunt, licet non condemnati fuissent adhuc viventes, ut demonstrato peccato isti & post mortem anathemati subiciantur.*

Adductus Canon est in Ecclesiæ Africanæ Codice octuagesimus primus: *Si quis Episcopus hæreticos extraneos ad consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut Paganos Ecclesiæ præulerit, saltem post mortem ei anathema dicatur, atque ejus nomen inter Dei Sacerdotes nullo modo recitetur. Rectè tamen Synodus ad eum non attendit, &*

de solis Sancti Augustini testimoniis dixit ad Fotinum Diaconum & Notarium; *Recitentur. Etenim veritum testamentum condens Episcopus nequaquam in Ecclesiæ pace, sed in finali prævaricatione impænitens moritur, similis illi Victori civi Furoitano, qui moriens Geminium Faustinum Presbyterum filii sui tutorem scripserat, contra Ecclesiæ Canonem, ideoque per Sanctum Cyprianum fuit fidelium suffragiis privatus: Est peccatum ad mortem, quod hominem moriendo ponit extra pacem Ecclesiæ, atque ita iste Canon à Sextiliano Episcopo non fuit ad rem laudatus.*

Quapropter Fotinus Diaconus recitavit sola S. Augustini loca, ex quibus unicum adduco. *Non in hominibus spes ponenda est Ecclesiæ, si boni sunt; neque si mali sunt, judicanda est Dei Ecclesiæ perisse. Sed tamen etiam ipsorum causam tamquam fratrum nostrorum suscipimus, & si nobis ostendi potuerint criminosi, hodie illos anathematizemus.* Agit de Cæcilianio Carthaginensi Episcopo, quem certum est fuisse in Ecclesiæ pace defunctum. Desumptus est locus ex Carthaginensi collatione Catholicorum cum Donatistis, ideoque demonstrat nobis sensum totius Ecclesiæ Africanæ. Admiror Reparatum Carthaginensem Episcopum, & Liberatum ejus Diaconum, Facundum Hermianensem, Victorem Tonnonensem Episcopum, Felicem Gillitani monasterii Præfectum, aliosque id genus doctissimos Afros ad ejusmodi Augustini loca oculos clausisse. Ea attendit omnino nostra Synodus, decreto suo inferens hæc verba. *Etenim Augustini religiosæ memoriæ, qui inter Africanos Episcopos splenduit, diversæ Epistolæ recitate sunt, significantes quod oportet hæreticos & post mortem anathematizari. Talem autem Ecclesiasticam traditionem & alii Africani reverentissimi Episcopi servaverunt: Sed & Romana sancta Ecclesia quosdam Episcopos & post mortem anathematizavit, licet pro fide in vita sua non essent accusati. Et utrumque apud nos habita gesta significant.*

Quare merito in Synodo Florentina dixit Andreas Rhodiorum Metropolitæ latinus: *Beatus Augustinus, præclarissimus & præstantissimus Doctor latinorum, quem quinta Synodus recipit. Porro quinta Collatio hæc verba, Et utrumque apud nos habita gesta significant, justificatura adducit Apollinarium à Sancto Athanasio, Origenem à Theophilo Alexandrino, & Eutycheten damnatum à Sancto Leone, additque: Et multos quidem alios invenimus post mortem anathematizatos.*

Verùm responderi possit ex Facundo Hermianensi. *Quidam sanctitatis, & modestiæ regulam malè transgressi, ne vel serò constentur errore, dicunt probare se posse necio quos hæreticos post mortem fuisse damnatos. Quasi verò per hoc probent, quod non etiam viventes damnati sint, vel si nostram memoriam ac notitiam fugit. Non enim quisquam scire aut reminisci omnia potest, quia nec omnia, quæ scripto mandata sunt, hæcenus perseverant. Errat, ac turbato per nimium in tria Capitula zelum mentis oculo loquitur Facundus, non omni tamen caret fundamento. Etenim & Apollinarium, & Origenem, & Eutycheten quis ignoret etiam in vita & accusatos & damnatos? Et huc usque neminem à Romana Ecclesiæ damna-*

tum fuisse post mortem disertè adferit Vigilus Pontifex in Constituto. Mortuorum damnandorum potestatem semper habuit Ecclesiæ, at ejusmodi necessitas huc usque non occurrerat. Primus eam induxit Theodorus Mopsuestiensis, pro quo, licet, quod absit, innoxio, trium Capitulum Defensores non deberant universam Ecclesiam per tot annos lacere.

Rectè tamen dixere Origenitas & Acephalos fuisse duos titiones dolosè invicem junctos ad Synodi Chalcedonenfis auctoritatem quasi sub defensionis & purgationis fuce circumscribendam. Liqueat ex primo eorum in Theodorum decreto; formato ante Synodum per factionem Theodori Cappadociæ. *Si quis non anathematizat Theodorum Mopsuestiæ, & ejus dogmata, eosque, qui aut similia ei sapuerunt aut sapiunt, anathemata sit.* Ejusmodi namque formulam, inquit Facundus, in nullis hæretici damnatione meminimus contigisse, ut illi quoque Anathema essent, qui anathema ei non dicerent. *Siquidem multorum hæreticorum multos & dogmata latent & nomina, qui anathema esse non debent, quoniam non anathematizant eos, quos nesciunt.* Edicit & scopum ab ista nimium crudeli formula intentum. *Ut Synodus Chalcedonenfis catholica non esse firmetur, quæ Theodorum non damnavit, cum ex Ithæ Epistola recitari laudes dogmatum ejus audiret. Et hinc formulam probare noluit nostra Synodus, sed temperavit in hæc verba: Si quis defendit Theodorum, &c. Anathema sit.*

Adverse partis argumenta in speciem videntur urgere. Ea solvit Maximus Ecclesiæ Aquilejensis Episcopus, in Synodo Lateranensi dicens ad Martinum primum Pontificem adversus Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum Episcopos Constantinopolitanos, aliosque Monothelitas, quorum singulorum accusatores, testes, & personæ non erant ad manum. *Si placet vestra Beatitudini, convenienter de his, quæ proponuntur, cognoscamus per scripta eorum adversus fidem exposta, quæ & sine accusantis persona redarguere apertissimè demonstrantur. Propterea enim accusatio extranea superflua esse dignoscitur, quoniam à suis temerariis scriptis apertius accusantur, quibus omnem mundum conturbasse noscitur. Ita namque Dominus ait: EX ORE TUO JUDICABO TE. ET EX VERBIS TUIS CONDEMNABERIS. Contra Theodorum & Origenem in sancta quinta Synodo accusator quidem nullus, sed tantummodò eorum scripta ad accusationem ipsorum & reprehensionem sufficere noscuntur. Consonat sexta Synodus in sermone acclamatione ad Principem. Quintum Concilium constitutum est, ut eorum opuscula, quæ latenter reperta sunt repleta abominatione, anathematizarentur. Et Theodoretus, Ephesini latrocini in se sententiam retractari postulans cunctos à se conscriptos libros distinctissimè enumerat, ac assiduè clamat: Rogamus, ut judicium ex scriptis constituatur. Quocirca Canones & Patres, negantes mortuos posse ab Ecclesiâ judicari aut damnari, agunt de judicio ex partium interrogationibus & responsis formando, quale in Formosum Pontificem attentavit successerit aut veris invalor Stephanus septicimus, & quale in Petri Archi-Diaconi Patrem*

parabat Capitulum Sueffionense reprehensum à Sancto Ivone. Ex scriptis authenticis defuncti possunt omnino judicari & damnari.

CAPUT TERTIUM.

Exponitur Synodi nostræ judicium de Theodoro Episcopo Cyrensi.

Theodoretus Cyrensis in Provincia Eufrestasia Episcopi pro Nestorii persona adversus Sanctum Cyrillum, ejusque per Ephesinam Synodum & omnem Ecclesiam approbata duodecim Capitula faxeam pertinaciam, nec non pessimas criminationes superius abundè exposui, rectèque de illis scribit Pelagius secundus Pontifex ad Eliam Archi-Episcopum Aquilejensem. *Non omnia Theodoretus scripta damnamus, sed sola, quæ contra duodecim Cyrilli Capitula & rectam fidem aliquando scripsisse monstratur: Quæ tamen & ipse damnasse dignoscitur, qui in sancta Chalcedonenfi Synodo vera confessio invenitur. Ejus à bonis moribus & recto dogmate quoad seu sensum seu sententiam devios libros enumerat, & pergit. Quis non videat, quanta temeritate plenum sit Theodoretus scripta superveniendo defendere, quæ eundem ipsum constat, recta post proficiendo damnasse? Dum verò ejus & personam recipimus, & ea, quæ dudum latuerant, prava scripta reprobamus, in nullo à sanctæ Chalcedonenfis Synodi Actione deviamus: Quia sola ejus hæretica scripta respicientes & cum Synodo adhuc Nestorium insequimur, & cum Synodo Theodoretum recta profitemem veneramus.*

Proindè sola quedam ejus scripta damnata sunt, nequaquam persona. Attamen & in illis damnandis dolosum Acephalorum & Origenitarum animum fuisse cooperatum ostendit Facundus. *Sed nec illa, quæ dicunt à Theodoro Episcopo contra beatum Cyrillum nescio quando scripta, ob aliud modò damnata sunt, nisi ut per hoc quoque Synodus Chalcedonenfis quasi notabilis videretur, quod idem Theodoretus deliberationi ac definitioni ejus interfuit, atque Epistolam Papæ Leonis, Eutychetis demerentiam consultantem, ibi defendit, & quibusdam minus intelligentibus rectam esse monstravit. Nam, ut inferius ostendetur, & alii, quorum memoriæ communicamus, scripserunt adversus beatum Cyrillum, verumtamen in hoc anathemate denominati non sunt, quoniam in Chalcedonenfi Concilio non fuerunt. Infra ostendit etiam Iddorum Pelusiotem, Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyterum, & Genadium Episcopum Constantinopolitanum sensisse & scripsisse pessimè de Sancti Cyrilli Capitulis, & tamen eorum scripta aut personas postulata non fuisse ad damnationem. Eadem de causa dicit ab illis tactum non fuisse Diodorum Tharsensem Episcopum, primæ Ciliciæ Metropolitam, Theodori Mopsuesteni magistrum. Eum non solummodò Flavianus Antiochenus & Xenajas seu Philoxenus Hieropolitanus Episcopus in Synodo Constantinopolitana, ut supra audivimus à Victore Tonnonensi, per Anastasium Augustum adunata damnarunt,*

Epist. 44.
Epist. 1.

L. 4. c. 2.

fed & Sanctus Cyrillus in litteris ad Joannem Patriarcham Antiochenum exstantibus in tertia parte Synodi Ephesinæ, ac in litteris ad Successum Dio-Cæsareæ Episcopum, de infamibus opinionibus unâ cum discipulo Theodoro notavit. Hinc pergit Facundus de Theodori Cappadocis factione Acephala parante machinas in quinta Synodo pacificandas. *Cur adversus Theodorum nimis, adversus Diodorum nihil? Quis in hæc paululum cordatus attendens non statim factionis hereticæ dolos intelligat, quod solus denominatus est in causa communi Theodorus, cum Diodorum potius no- minari oporteret?* Diodorum præ Theodoro aut Theodoro illæsum abire siverunt, quod nullum illi fuisset commercium cum Synodo Chalcedonenfi. Quod ipsum in Constituto sensit Vigilus Pontifex, vetans Theodoretum ulla obre- tatione pulsari, aut damnari ulla scripta sub ejus nomine, quod in Synodo Chalcedonenfi fuisset vir probatissimus, eidem subscripsisset Epistolæ Sancti Leonis promptè consentiens, atque ita sine ejusdem Synodi injuria nequiret de prævis scriptis notari.

Notanda sunt hæc Facundi verba, *Et alii, quorum memorie communicamus, scripserunt adversus beatum Cyrillum.* Ostendunt Theodori Cappadocis factionem ad damnandam etiam Theodoretum memoriâ seu personam, atque ita & Chalcedonensem, à qua ille susceptus, Synodum, tamquam à damnatis jam Nestorianis subscrip- tam, exauctorandam collimasse. Et hinc ejusdem factionis Episcopi Severiani in collatio- ne Constantinopolitana dixere Theodoretum dolose in Synodo Chalcedonenfi anathematizasse Nestorium, ideòque illam à se admitti non posse, nisi è sacris Dyptichis in priorem damna- tionem rejecto Theodoro. Hinc item Rusticus & Sebastianus, Ecclesiæ Romanæ Diaconi rebelles, Vigilium Pontificem calumniati sunt, *quod in suo judicato Iba ac Theodoretum Episcoporum personas damnasset.* Sparere illum cum dolosis Acephalis colludere. Verùm in litteris ad Valentinianum Schyziæ Episcopum operosif- simè se purgat Pontifex, addita clausula potenti: *Quod absit.* Proinde dolosos istos conatus compressit Synodus, solaque quædam Theodoretum scripta damnavit. Personam enim & Synodus Chalcedonenfis & Sanctus Leo Pontifex palam approbant.

Culpari tamen possit præfens Synodus, quod ipse damnanda Theodoretum scripta numerarit non solummodo reprehensa ab illo Sancti Cyrilli

Capitula, & quasdam adversum illa Epistolas, sed & probrosam Epistolam de ejusdem Cyrilli morte ad Joannem (a) Antiochenum: Opus nequaquam Theodoretum, aut ullius Christiani Episcopi, sed pessimi scurræ, prostibuli, nebulo- nis. Etenim de Cyrillo scribit Theodoretus ad ejus successorem adhuc in pace Ecclesiæ degentem, Dioforum. *Beata memorie Cyrillum scipè ad nos litteras dedisse, perspectum esse opinor Sanctitati vestræ. Sed & quando suos adversus Julia- num libros misit Antiochiam, similiterque librum de Emisario, beatum Joannem rogavit Episcopum Antiochenum, ut illos spectatis per Orientem magistris ostenderet, litterisque obsequens beatus Joannes nobis libros misit. Quos legentes suspeximus, & beate memorie Cyrillo scripsimus, & ille ad nos rescripsit, diligentiamque & benevolentiam nostram commendavit. Quæ litteræ apud nos servantur.* Quod ipsum repetit in litteris ad Sanctum Flavianum Episcopum Constantinopolitanum. Ex quo vi- des Theodoretum cum Cyrillo in plenam gratiam rediisse, ideòque fuisse remotissimum ab illis litteris, nullo homine, sed solo diabolo dignis. Et apud Theodorum Balsamonem exstant litteræ Canonice Cyrilli ad Domnum Joannem in Patriarchatu Antiocheno successorem: Obiit ergo Joannes ante Cyrillum, atque ita ad illum de hujus morte nequit Theodoretus scripsisset. D. Cardinalis Baronius existimat falsatam Synodum, easque infernales litteras ei à nescio quo intrusas. Esse possit: Quomodo enim nullus in hac Synodo Episcopus scivisset Cyrillum Joanni supervivisse: Attamen Apostolici in sexta Synodo Legati, singulas hujus Synodi falsationes accuratè satis disquirentes, nullam hujus fecere mentionem. Et quis diffiteri velit Synodum hanc, utpotè Apostolicæ Sedis directricem assistentia or- bam, in variis claudicasse?

CAPUT QUARTUM.

Exponitur judicium de Epistola Iba
Archi-Episcopi Edeseni.

Tertius Synodi Chalcedonenfis præfens natus, purgandumque Capitulum fuit Iba Edeseni Episcopi, per Orhoenam Provinciam Metropolitanæ, ad Marim Perfidis Episcopum Epistola, probata per laudatam Synodum in judicio

(a) Puto errorem Codici irrepisse, ac loco Joannis hujus successorem Domnum reponendum. Nam post illam Epistolam hæc recitantur in eadem Synodo: *Et iterum post mortem B. Cyrilli idem Theodoretus in allocutione dicta Antiochie præfente Domino insultans morti ejus, &c.* Patet ex actis Synodi sedente Domino mortuum fuisse Cyrillum, cujus morti, quæ recens contigerat, publicè Antiochiæ declamans Cyrensis insultavit. Ergo error Codicis est, ac pro Joanne Domnum reponendum. Quantum verò Capitula Cyrilli etiam post initam pacem Theodoretus averfaretur, patet ex ejusdem Epist. 112. ad Domnum, cum hic ad Synodum Ephesinam profecturus esset: *Infelix, inquit, anima mea suscipiat, lugetque nihil expectans boni; neque enim institum in duodecim Capitulis venenum norunt, qui alia- rum sunt Diæceson, sed ejus qui illa scripsit, claritatem arrendentes, nihil sinistrum suspicantur.* Certè hic Cyrillum non nominat, licet eundem pessimè calumniatur. Cum ergo etiam anno 449. amaro esset animo in mortuum ante quinquennium Cyrillum, cur & anno eodem 444. quo Sanctus ille Alexandriæ Præsul obiit, mitiori erga eundem mente fuisse Theodoretus nobis dicendus est? Ergo quidem retenti diutius contra Cyrillum livoris Theodoretum malo accusare, id ejusdem memoratis modo litteris præfertim contestantibus, quam doctissimos Synodi V. Patres incitavit, atque hallu- cinationis arguere, & in hac quidem nostra sententia fuit etiam doctissimus Marca in Dissert. de V. Syn. tom. 12. Concil. Edit. Reg. p. 432. *Noris in Dissert. de V. Synodo cap. III.*

L. 2. c. 3.

Epist. 83.

dicio contradictorio, & apud Theodori Cappadocis Acephalam factionem admodum exosa. *In ipsam, inquit Facundus, congerunt multa crimina.* Præfertim quod Theodorum Mopsue- siensem, tamquam nobilissimum Ecclesiæ Doctorem, laudavit. Hinc ut Nestorianam volue- re proscriptam. Eorum Edictum habebat hæc verba: *Oportet aperte inspicere ad Marim Episto- lam, omnia quidem sine Deo & impiè dicentem; illud tantummodò ostendentem benè, quia ex illo Theodorus, per Orientem in Ecclesia anathematiza- tus est.* Rabulam, quod Theodorum publicè in Ecclesia tamquam hæreticum anathematizasset, ut civitatis Edesenæ tyrannum, non Episco- pum traducit Epistola, istudque anathema ac Iba de illo testimonium advertebat factio esse uni- cum in ipsa contentum bonum. Et hinc ad Vi- gilium Pontificem dixit in Conventu Constans- tinopolitano idem Facundus. *Ego fateor simpli- citer Beatitudini vestræ, non pro Theodori Mopsue- sieni damnatione me à contradicentium communione subtraxisse. Hoc enim, vel si approbandum non sit, ferendum tamen existimo, nec tantam esse causam judico, pro qua deberemus à communione multi- tudinis segregari, sed quia ex persona Theodori Epistolam Iba Nestorianam probare conati sunt, & ex Epistola Synodum, à qua suscepta est, improba- re.* Addit in libro contra Mocianum. *In his verbis meis cognoscitis pro statu generalis Synodi me fuisse sollicitum, ne quod Acephali semper quæsi- runt, in retradationem deducta frangeretur ejus auctoritas.*

Quapropter Epistolæ sine Synodi Chalcedo- nenfis manifesto vulnere damnandæ varias quæ- sivit vias dicta factio. Eam aliqui falsi sunt susce- ptam & probatam à Synodo, aut addidere datam pro illa sententiam ad istius decreta minimè per- tinere, utpotè datam post Eutychis & Diofori damnationem, & definitionem fidei. Quo in fundamento, quoniam longè verissimo, uti- nam persistissent. Restantem enim Chalcedone à sexta Actione peracta Episcoporum congrega- tionem non fuisse synodalem, nec ejus Acta con- firmata à Sancto Leone Pontifice, superius est ostensum. Et hæc sunt tenebræ, in quibus Facundus cum reliquis trium Capitulorum defensoribus cæcutiens animam suam & omnem Eccle- siam gravissimè læsit.

Alii à Synodo Chalcedonenfi susceptam dixe- re non ad Marim Perfidis Episcopum Epistolam, sed nescio quam scripturam postulationis & deprecato- nis, quam Pbotio, & Eustatio, & Uranio Episcopis in Synodo Berytensi adunatis omnis Clerus Edesenæ civitatis pro Iba Episcopo miserat. At illis rectè responderet Facundus. *Aperto nos menda- cio decipere voluerunt.* Varia ejus refutato videat- ur apud eundem Scriptorem. Et hinc Theodorus in Cappadocia Cæsareensis, Andreas Ephesinus, Megetius in Thracia Heraclensis, & Eusebius Tyriorum Archi-Episcopus aliam viam & fundamentum præfenti Synodo sugges- serunt: *In Conciliis non unius aut secundi interlo- cutionem attendere oportet, sed hæc, quæ commu- niter ab omnibus vel amplioribus definiuntur.* Ad- dederunt Iba Epistolam non à cunctis Chalcedone Episcopis, sed à solis paucis judicatam or-

L. 2. c. 3.

Collat. 6.

thodoxam. Quin immò pergunt. *Si aliquis requisierit & ea, quæ ab uno vel secundo quasi pro eadem Epistola dicta sunt, plenissimam in ipsis inveniet Epistolæ ejectionem.* Ajunt non susceperunt, sed dissimulatam, Ibamque pœnitentem dispen- satoriè receptam, gratia ejus senii & odio latro- cini Ephesini. Et hanc viam probasse videtur nostra Synodus, & addidit: *Quomodo præsumunt aliqui dicere istam impiam Epistolam susceptam esse à sancto Concilio Chalcedonenfi?*

Collat. 8.

Quæ omnia non sunt penitus aliena. Etenim in Epistolam nullum firmatum fuit synodale judicium, sed variè de ipsa ac Iba persona sunt interlocuti Episcopi, longas ejus miserias mise- rati, atque ita quasi per acclamationem est red- ditus honor & Sedi Episcopali. Legati Romani sunt interlocuti hoc modo: *Relectis chartis Synodi Berytensis, agnovimus Ibam innoxium approbati; relecta ejus Epistola, agnovimus eum esse orthodoxum.* Et Juvenalis Hierosolymæ Episco- pus. *Qui convertuntur, hos Scriptura Divina suscipi jubet: Quapropter & eos, qui ab hereticis revertuntur, suscipimus.* Undè providere reveren- tissimum Ibam impetrare clementiam, quia & senex est, ut habeat Episcopatus gradum orthodoxus ex- stens. Et Eunomius Metropolitæ Nicomedien- sis. *Dudum ex relectis innoxius demonstratus est reverendissimus Ibas; in quibus etiam visus est cul- pare malè loquens beatissimum Cyrillum, in posterioribus rectè confessus respuit illa, quibus culpaverat.* Malè Facundus hoc unius Episcopi suffra- gium laudat tamquam judicium synodale. Ambigua est Synodi sententia: Nam & ut suspectus justus est Ibas Nestorium abjurare. Nihilominus Legati Apostolici, quos cuncti in hoc Episcopi videntur secuti, Epistolam innoxiam, utique ab hæresi Nestoriana, pronunciarunt.

Eam omni non carere nævo liquet, ac ipse Facundus fateatur. De Sancto Cyrillo, ejus duo- decim Capitulis, ac Ephesina Synodo pessimè lo- quitur Epistola. Ait à Cyrillo, dum cum Joanne Patriarcha Antiocheno ac ejus Synodo pacem iniit, dicta Capitula, quod Apollinarium fate- rent, fuisse recantata. *Putavit, quod Beatus Cyrillus, directus sibi ab Orientalibus confessione, non communem fidem in ea cognoverit, sed proprium erro- rem correxerit.* De quibus omnibus rectè Facun- dus. *Quod neque nos, neque Synodus Chalcedonen- sis approbavit.* Pravas, inquam, istas suspicio- nes improbavit, & gratia pacis donavit Synodus, earum tamen causa Epistolam de Nestorio non damnavit: *Quoniam longè alterius erroris hoc no- men est. Non de Christo, sed de Beato Cyrillo Ibas malè credidit: Quæ duo si discriminaveris, Nesto- rianam non dices Epistolam, quam Synodus Catholi- cam dixit.*

L. 6. c. 1.

Cap. 1.

Cap. 4.

Præfens nihilominus Synodus damnavit ut Nestorianam, mandans anathematizari & ipsam & defensores ejus, & eos, qui dicunt eam rectam esse, vel partem ejus, & eos, qui scripse- runt vel scribunt pro ea, vel pro impietate, quæ in ea continetur, & præsumunt eam defendere, vel insertam ei impietatem nomine sanctorum Patrum, vel sancti Chalcedonenfis Concilii, & in his usque ad mortem permanent. Eam damnat, non solummodo ob calumniosas in Sanctum Cyrillum & Ephe- sinam

finam Synodum criminationes, sed & ob contentam in ipsa impietatem Nestorianam, qua non Deum Verbum natum è Virgine, sed hominem purum adfirmat. Hæc sunt Epistolæ verba de quarto Capitulo Sancti Cyrilli. *Hæc omni impietate plena sunt. Quomodo enim accipi potest hoc, quod est in principio Verbum, de templo, quod factum est in Maria?* Existimat Epistola adsumptum naturæ nostræ templum, ac ipsam inhabitantem Deum Verbum à Sancto Cyrillo miseri non in unam solummodo hypostasin, sed & in unam naturam; ipsa verò à præfenti Synodo existimatur ea non tantum in duas naturas, sed & in duas hypostasas distinguere, ideòque de Nestorio laborare.

Hæc Synodi verba, *Qui dicunt eam rectam esse, vel partem ejus, impetunt suffragium Eunomii Metropolitæ Nicomedienfis, dicentis Epistolam in priori sui parte, qua Sanctum Cyrillum & Ephesinam Synodum culpam, loqui malè; in posteriori autem seipsum corrigere, & recta profiteri.* Hæc verba, *Nomine sanctorum Patrum vel sancti Concilii Chalcedonenfis, tendunt in Facundum, aliosque Capitulum defensores, errantes ea probata per Chalcedonensem Synodum, ideòque sine ejus prævaricatione non posse damnari.*

Et hinc est prima quæstio, An adducta Epistolæ verba reverè contineant errorem Nestorianum? Constantem negat Facundus. Cui, inquit, *Catholicus potest displicere differentia naturalis inter templum & inhabitantem in eo, cum Dei Ecclesia sic consteatur VERBUM CARNE FACTUM, ut non denegat, quod ibi subjunctum est, quia ET HABITAVIT IN NOBIS? Nam VERBUM quidem CARO FACTUM EST, quia sempiternus Filius, qui Verbum est Patris, ipse in plenitudine temporum factus est homo; HABITAVIT autem IN NOBIS, quia nullam conversionem sustinuit inconvertibilis ejus Divinitas, sed manens, quod erat, naturam inhabitavit adsumptam. Et idè VERBUM CARO FACTUM EST, Nestorianos expugnat, Eutychianos autem vel Apollinaristas eorum progenitores, ET HABITAVIT IN NOBIS. Quia VERBUM CARO FACTUM EST unam significat esse personam; HABITAVIT AUTEM IN NOBIS, duas inconfusè naturas. Non enim possunt duæ esse personæ, quando is, qui Verbum est, ipse etiam FACTUS EST CARO, aut duæ non esse naturæ, quando aliud sit, quod inhabitat, & aliud, quod inhabitatur.* Loquitur ex Sancto Cyrillo in libris contra Nestorium. Ostendit eam fuisse fidem omnium Orientalium, quos inter & Ibas, Episcoporum, dum cum illo ac ejus Aegyptiaca Synodo inire pacem, ipsamque patenter exprimi hisce Epistolæ verbis: *Ecclesia sic dicit, quomodo Tua Religiositas novit, duæ naturæ, una virtus, una persona.* Hanc professionem dicit esse sine exceptione orthodoxam, ac sine manifesta Christiani dogmatis injuria non posse damnari.

Pro nostra autem Synodo ac ejus Anathematismo facit, quod omnis ista professio sit æquivoca, dolosa, sepulchrum dealbatum, foris orthodoxè speciosum, intus plenum fœtoribus Nestorianis. Nam hisce Evangelii verbis, *Et ha-*

bitavit in nobis, adsiuè ut palmari argumento abusus fuit etiam Nestorius, & hæc propositio, Christus est duæ naturæ, & una persona, est nequissimus Nestorianorum dolus, de quo ipse Facundus. Unam dicere personam Nestorianorum nova subterfugia minus excludit, qui conviçti innumeris testimoniis Patrum, quod Deus Verbum & adsumptus homo una persona sit, pro auctoritatis dignitate ab eis hoc dictum existimant, vel existimare se fingunt, ut sic homo Jesus Christus dicatur Verbi gessisse personam, sicut gessit Apostolus, qui dicit, NAM ET EGO, QUOD DONAVI, IN PERSONA CHRISTI; non ut unus idemque esset Deus & homo. Hoc ipso dolo loqui libam existimat præfens Synodus. Nec sine fundamento. Duas enim naturas ait esse unam, non solummodo personam, sed & virtutem, seu unius aut æqualis virtutis: Quæ est phrasis dolosissimè Nestoriana. Et summo impetu laudat Theodorum, adeòque ea omnia in ejus sensum credita est dogmatizare. Quocirca merito damnata est ut Nestoriana.

Et hinc nascitur quæstio secunda, An Synodus Chalcedonenfis in hac dogmatica quæstione potuerit errare & circumscribi? Hanc namque quæstionem esse dogmaticam firmissimè Facundus asseverat, & addit. *Si tamquam Nestoriana debet ab omnibus illa Epistola condemnari, non ipsa tantum Synodus, verum etiam Leo Præsul Apostolicæ Sedis, à quo illius Acta approbata sunt, heresi Nestoriana cohibuit.* Respondeo aliud esse Chalcedonensem Synodum, aliud Episcoporum Chalcedone sine Apostolicæ Sedis influenza post Synodum remanentium congregationem: Et hæc omnino potuit errare. Addo tamen non errasse. Evenit æquivocis Ibas Episcopi verbis, quod supra ostendi evenisse huic propositioni, *Unus è Trinitate est crucifixus.* Alium in illis sensum ista Chalcedonenfis congregatio, alium apprehendit quinta Synodus, ideòque variè de ipsis judicavit. Congregatio bonum, Synodus pravum de Ibas animo & sensu judicavit, altera haud dubiè circumscripta est, placetque mihi Sancti Augustini regula in libro de utilitate credendi: *Quibus argumentis mortui hominis voluntatem ita intelligam, ut de illa jurare possim?*

CAPUT QUINTUM.

Exponitur Justiniani Augusti progressus in damnatione trium Capitulum.

Calamitatis hujus progressum exponit Liberatus Diaconus Carthaginensis, de Theodori Cappadocis, qui Justiniano Augusto Acephalorum, immò omnium Eutychianistarum cum Ecclesia communionem à trium Capitulum damnatione promiserat, factione pergens. Rursus illi callida fraude rogaverunt Justinianum Principem, ut diceret librum in damnationem trium Capitulum: Quo libro ejus edito, & toti mundo manifesto, dum emendare Princeps erubescit, irrevocabilis causa fieret. Sciebant enim Principem solita pietate, scandalo emergente, sententiam suam posse

posse corrigere, seseque in periculum pervenire. Annuit eis Princeps, & hoc se letus implere promisit. Et relinquit operis sui studium, unum in damnationem trium Capitulum condidit librum, pro delictis nostris nobis omnibus notissimum. Et Facundus Hermianensis alloquens Principem. *Egerunt calidè per suos complures, sicut solent, adversarii veritatis, ut ea ipsa, quæ scribi fecerunt, etiam titulo nominis tui prænotarentur, existimantes quod propositio terrore tuæ personæ condemnationem vel etiam convictionem suæ temeritatis & falsitatis effugerent. Verum nos illa scripta nolumus dici tua, quæ scimus cognitæ nobis tuæ fidei esse contraria.* Et Victor Episcopus Tonnonensis. *Justinianus Imperator per diversas l'rovincias in regni sui finibus constitutas instantissimè scribit, & Antistes cunctos tria Capitula damnare compellit.* Factum id dicit anno octavo post Consulatum Basilii, Christi Domini quingentesimo quadagesimo nono, Vigili Pontificis decimo tertio, vigesimo secundo ipsius Principis, laudantis hocce suum Edictum in litteris ad quatuor Orientis Patriarchas & omnem præsentem Synodum. *Nos sequentes sanctos Patres, & volentes rectam fidem sine macula in Dei Ecclesiis prædicari, & impiorum conatum rescere, primum quidem & in vestris vos sedentes Ecclesiis interrogavimus de impiis tribus Capitulis, & vestram nobis voluntatem manifestam fecistis, pro qua & comprobamus vos, quod indubitanter & cum omni alacritate rectam fidem confessi estis, & impiam condemnationem.* A Capitulum defensoribus accusabatur avitam Synodi Chalcedonenfis auctoritatem & reverentiam, nec non Ecclesiarum extincto Acaciano schismate pacem, inter Hormisdam Pontificem & Justinum Patrum stipulatam, hac novitate turbare: Hinc profiteretur se sequi sanctos Patres, addiditque hanc clausulam Edicto: *Si quis dicit hæc nos ad abolendos aut excludendos sanctos Patres, qui in Chalcedonensi fuere Concilio, dixisse, anathema sit.* Et ad præsentem Synodum legavit Constantinum sacri Palatii Quæstorem, demonstraturum tria Capitula etiam Justino patruo gravissimè semper displicuisse.

Erat res ardua, tangens generalis Synodi auctoritatem, ideòque non peragenda sine Ecclesia Romana. Hinc ergo consultus fuit Vigilus Pontifex. Rectè verò responderet Facundus. *Hoc est mirabile, ut postquam Capitulum damnationem fecerant, dicerent quod Ecclesiam Romanam consulere, & sententiam Vigilii ejus Præsulis expectarent: Cui, quantum ad illos attinet, non permiserunt censere quid senserit, ante statuentes, ut si quis Theodorum Mopsuestiæ Episcopum cum suis dogmatibus, & Epistolam venerabilis Ibas non anathematizat, anathema sit.* Erat audacia Eusebiana, de qua Julius Pontifex in litteris ad Episcopos ejus auctores. *Nunc nos, quos certiores per Relationem præviam minimè fecerunt, postquam jam egerint, quod libuit, suffragatores suæ damnationis, cui non interfuimus, esse volunt.* Pergit Facundus. *Experientur, quantum illos suscipio sua sefellerit. Quia Romanus Episcopus non in destructionem paternæ sententiæ, sed potius in defensionem atque ultionem accepit primam & maximam potestatem: Nec aliquid contra veritatem, sed pro veritate plus ceteris suis*

Consecratoribus potest. Tria Capitula existimat per Synodum Chalcedonensem ac Leonem Pontificem fuisse confirmata, ideòque non posse tractari.

Reverè illi experti sunt, quantum sese sefellerit sua opinio. Edicit Facundus. *Venerabiles Pelagius & Anatolius, Romani Diaconi, debitam officio suo & loco sollicitudinem per Ecclesia Dei gerentes, laudabilis in Christo memoriæ Ferrando Chabaginensi Diacono scripserunt, ut habito de hac causa diligenti tractatu cum Reverendissimo ejusdem Chabaginensis Ecclesiæ Episcopo Reparato, vel aliis, quos zelum fidei & Divinæ Scripturæ sciret habere notitiam, consulentibus responderet, quid observandum in communi omnibus videretur. In ipsa verò consultationis Epistola non taceat, quod hæc immixtione Acephalorum, quos Semi-Eutychianos significantius appellare possumus, contra Chalcedonense Concilium & decreta Leonis Papæ mota fuerint per eos, qui sub nomine Catholico ipsorum parti studium præbent. Sed & illi, qui consultus fuerat, rescribens interrogantibus retrahendam docuit non esse Epistolam, nec alia duo Capitula, quæ universalis Synodus approbavit. Quoniam si fieret, non ipsius tantum, sed omnium Conciliorum statuta deducerentur in dubium. Hæc est illa consultatio, quam supra laudari audivimus à D. Cardinali Baronio, quam item in libro de viris illustribus laudat Sanctus Ildorus Episcopus Hispanensis: Ferrandus Chabaginensis Ecclesiæ Diaconus ad Pelagium & Anatolium Romanos Diaconos, consulentes cum, utrum liceat quemquam damnare post mortem, edidit Rescriptum. Quin & Stephanus Romanæ Ecclesiæ Diaconus & Vigili Pontificis in Regia civitate Apocrifarius pro hac causa à Menne Episcopi Constantinopolitani, Edicto faventis, se communionem suspendit, & eos, qui et communicaverant, sub debita satisfactione suscepit. Suspendit se cum Christianis plurimis, quamdiu vixit. Etiam universus Italiæ Clerus in litteris ad Francorum Legatos, proficiscentes Constantinopolim, censuit per Capitulum damnationem omnino solvi Synodum Chalcedonensem, datamque illi à Sancto Leone confirmationem, & moveri hæc omnia à dolis Acephalorum.*

Pergit laudatus Italiæ Clerus. *Græci Episcopi damnaverunt Capitula. Et dat causam. Græci Episcopi habent divites & opulentas Ecclesias, & non patiuntur duos menses à rerum Ecclesiasticarum dominatione per immixtæ manus Regiæ violentiam suspendi: Pro qua re secundum tempus & secundum voluntatem Principum, quidquid ab eis quæstum fuerit, sine altercatione consentiunt.* Ab Episcopis lucra temporalia diligentibus, & ab hoc Prophetico præcepto, *Loquere de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundar,* alienis facta esse hæc omnia queritur etiam Facundus, edicitque omnem rei seriem. *Primus Edicti confirmator Menas Constantinopolitanus Episcopus, cum adhuc cunctaretur scripto, sicut præceptum fuerat, præbere consensum, contra Synodum Chalcedonensem fieri protestatus est. Sed & posteaquam consensit, à venerabilis memoriæ Stephano Ecclesiæ Romanæ Diacono & Apocrifario convenit, cur priori sententiæ suæ contrarius acquivisset his, quæ ante culpaverat, & de quibus se nihil acturum sine Apostolica Sede promiserat,*

fat, sub ea se condicione cessisse, & juratum sibi fuisse respondit, quod chyrographum suum reciperet, sibi hæc Romanus Episcopus non probaret. In quo satis ostendit se de iudicio potius humano, quam Divino fuisse sollicitum. Zoilus quoque Alexandrinæ urbis Antistes, cum Romanum Episcopum venire cognosceret, obviam illi ad Siciliam misit, conquerens necessitate se ad ipsius decreti affirmationem fuisse compulsum: Quod hic ei Romanus Episcopus in facie palam, nobis quoque inter alios presentibus, exprobat. Nec non & Efremius Antiochenus, cum primum ei mandaretur, ut hoc etiam ipse rescribendo firmaret, consentire noluit: At postquam ei denunciatum est, quod excludendus esset, nisi faceret, sui potius honoris, quam veritatis dilector inventus est. Quid etiam Petrus Hierosolymitanus? Nonne publica notitia refert, quoniam conveniente ad se multitudine monachorum juratus pronuntiavit, quod si quis eidem decreto novitio consentiret, contra Chalcedonense Concilium faceret? Nec tamen se ab ejus consensione suspendit. Jam de aliarum civitatum Episcopis quid loquamur? Qui & cum subscribere compellerentur, reclamaverunt contra magnam Synodum fieri, & post subscriptionem memorato Stephano Romano Diacono libellos dederunt, Sedi Apostolicæ transmittendos, confitentes in eis, quod à Constantinopolitano Episcopo coacti subscriberent. Addit in libro contra Mocianum. Cui præiudicio quia communicare timebant beatæ memoriæ Marianus Doracenus, & Basiliscus Serdicensis Episcopus, sed & Lampridius Presbyter & Abbas Hierosolymitani monasterii, Mocianus eos Constantinopoli in gebennam abisse dicebat. Porro gloriosissimus ille Stephanus Romanæ Ecclesiæ Diaconus fuit Pelagii in Apocrisarii munere successor, ante Vigilii Pontificis adventum Constantinopolis defunctus. Hinc enim ad Mennam Patriarcham scripsit de illo laudatus Pontifex ex itinere: *Quamdiu vixit, à tua se communione suspendit*. Eique in hac constantia adjunxit se Dacius Archi-Episcopus Mediolanensis.

L. cont.
Mocian.

L. 4. c. 4.

Ab illo tertius Justinianus Augustus Vigilium Pontificem, quem sibi solum contradicere quebatur, evocavit Constantinopolim, immò potius, uti ad Francorum Legatos scribit Italia Clerus, *Violenter deduci iussit*, additis litteris, ut pacem, quam Christus Dominus super omnia holocausta diligit, cum Menna Patriarcha & aliis Græcorum Episcopis stabili firmitate servaret: Utique à Stephano Diacono interruptam. Hinc exclamat Facundus: *Ecce ad quid confirmandum adducitur Romanus Episcopus, ne quid inausum videretur ambitiosa hæreticorum subreptio reliquisset*. Pontificis ex urbe Romana egressum largè describit liber Pontificalis. Addit Facundus. *Romana universitas egredientem, venientem Africa etiam atque Sardinia, quamquam non per eas transferit, per ipsius tamen Consiliarium publica cum contestatione pulsavit, sicut Hellas & Illyricus Provincia, per quas venit, ut nullatenus novitati, quæ facta est, acquiesceret*. Tunc item factum est, quod scribit Victor Nonnensis. *Illyricana Synodus in defensione trium Capitum Justiniano Augusto scribit: Et Benenatum primæ Justinianæ civitatis Episcopum, obtrahentem eorumdem trium Capitum, condemnavit*. Illyricana namque Diocesis spectat ad Ro-

L. 3. c. 5.

L. 4. c. 3.

manum Patriarchatum, ideòque, uti ad Joannem Patriarcham Antiochenum Sanctus Cyrillus, & ad Nestorium dictus Joannes scribunt, à Romanæ Ecclesiæ sententia non solet recedere. Hæc est Synodus, de qua Sanctus Ildorus in Catalogo virorum illustrium. *Justinianus Imperator condidit Rescriptum contra Illyricanam Synodum*. Eandem damnat in suæ fidei professione. Quæ omnia à Dacio Mediolanensi, ac aliis Episcopis, sibi in Sicilia occurrentibus, cognovit Pontifex, atque inde ad Mennam Patriarcham Constantinopolitanum, primum Imperialis Edicti confirmatorem, scripsit acres litteras, relatas à Facundo in libro contra Mocianum, arguens de excessu, qualem nullus huc usque Regiæ civitatis Episcopus commississet. In Dominicæ nativitatæ vigilia, anno nono post Consulatum Basilii, Constantinopolim ingressus, & grandi, per librum Pontificalem relato, honore susceptus, omnia huc usque per Principem gesta cassavit, ac Mennam, aliosque Patriarchas & eis adhaerentes Episcopos ad quatuor menses communione privavit, uti in historia Ecclesiastica ex Theophane scribit Anastasius Bibliothecarius. Tamen in gratiam recepit ad preces Theodoræ Augustæ, de qua ad hunc annum Victor Nonnensis. *Theodora Augusta, Chalcedonensis Synodi inimica, canceris plaga toto corpore percussa, vitam prodigiore finivit*. Atque ita nullas de fide quæstiones in Oriente deinceps cœpit formidare Ecclesia, uti scribit Pelagius primus Pontifex ad Childebertum Regem Francorum.

Epist. 11.

Pergi in suis litteris Italiæ Clerus. *Cum Papa Vigilus ad damnanda tria Capitula non vellet adhibere consensum, jam tunc talis violentia facta est, ut publicè in conventu clamavit: CONTESTOR, QUIA ET SI ME CAPTIVUM TENEATIS, BEATUM PETRUM APOSTOLUM CAPTIVUM FACERE NON POTESTIS*. Postea tamen tractatu habito, prædictus Sanctus Papa Vigilus sub aliqua dispensatione prædictam causam ordinavit, sollicitè monendo, ne per occasionem aliquam Chalcedonensis Synodus pateretur injuriam. Cum septuaginta Episcopis factum seu Synodum Constantinopoli fecit, de qua Facundus, testis oculatus, in præfatione sui operis. *Cum gestis super hac causa disceptarem, mediante consuetu interrupti Acta præcipit Vigilus, & ab universis Episcopis, qui aderamus, expetiit, ut scripto unusquisque responderet, quid ei de his Capitulis videretur*. Illic Acta exponit latiùs in libro contra Mocianum. Ab hoc conventu prodiit in paschali vigilia Judicatum, Mennæ Patriarchæ directum, à Rustico Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali, promotum omni conatu, laudatum mirificè, per omnes Ecclesiæ Provincias divulgatum, & comparatum dogmaticæ Sancti Leonis Epistolæ, uti refert multis Vigilus Pontifex in sententia, qua eundem Rusticum damnavit. Voce Judicatum uitur etiam Facundus in libro contra Mocianum, at verò Italiæ Clerus vocat *Constitutum*: Pontifex utraque voce est usus. Perit, aut latet hoc decretum, longè diversum ab illo adhuc existente, quod ad præsentem Synodum direxit Pontifex, ideòque vitandæ confusionis gratia priùs passim

Ju

Judicatum; secundum vocatur *Constitutum*. In isto itaque iudicato tria Capitula, generosissimè huc usque propugnata, imperialibus tandem violentis inflexus damnavit Vigilus, at sub aliqua dispensatione: Adjecta hac clausula, *Salva in omnibus reverentia Synodi Chalcedonensis*. Conformerit ad clausulam Edicti Imperialis: *Si quis dicit nos hæc ad abolendos aut excludendos sanctos Patres, qui in Chalcedonensi fuerunt Concilio, dixisse, anathema sit*. Videre cœpit tria Capitula ad Synodum Chalcedonensem non spectare, & decreta de ipsis Chalcedone post Synodum à Leone Pontifice non fuisse confirmata. Addidit & hanc conditionem expressam in damnatione Theodori Cappadocis: *Ut omni in posterum perturbatione sopita, nihil ultra nec verbo nec litteris quisquam facere ex eadem causa præsumeret*.

Judicatum hoc etiam in Africam misit Rusticus Diaconus, factumque tunc est anno decimo post Consulatum Basilii, quod scribit Victor Nonnensis. *Africani Antistites Vigilium Romanum Episcopum, damnatorem trium Capitulorum, synodaliter à catholica communione, reservata ei poenitentiae loco, recludunt, & pro defensione memoratorum trium Capitulorum litteras satis idoneas Justiniano Principi per Olympium Magistrum mittunt*. De vario excessu, relato per Facundum in libro contra Mocianum, Vigilium arguerunt. Primus est in hisce verbis. *Judex asserit, quod in vitis protulerit istud Judicatum: Nos contra respondemus, quod ulterò per ambitionem pollicitatione facta peccaverit, nec ulla sustinuerit tormenta, quibus cessisse credatur*. Et in hisce verbis. *Ob hoc etiam de Romani Episcopi chyrographis, vel priùs ambitionis impulsu, cum fieri arderet Episcopus, vel postea venalitate parti alteri factis, necessarium duximus non tacere, ne auctoritate nominis ejus præiudicium vera fides sufferret*. Argut de ambitione, qua Romanum extruso Sylvio Pontificatum à Theodora Augusta pro trium Capitulorum damnatione Vigilus emerat, sedumque istud pactum ajunt jam non terroribus aut cruciatibus, sed alia venalitate adimpletum. Secundus excessus est in his verbis. *Post hæc etiam videri vult nihil in præiudicium Chalcedonensis egisse Concilii. Cui nos suas excusationes opponimus: Quia nisi hoc egisset quod præiudicaret, nequaquam se vel de Principum violentia, vel de sua ignorantia purgare atque absolovere conaretur*. Adjectas Judicatum clausulas dicunt esse frivolas: Chalcedonensis enim de tribus Capitulis decretum fuisse à Sancto Leone confirmatum duxerunt Afri esse longè certissimum. Tertius excessus est in hisce verbis. *Quod si hoc non fuisset, neque ipse priùs universam anathematizasset Ecclesiam, servare nos in illo oportuit sententiam suam, sequi, quod nobis præbuit, præscæ integritatis exemplum*. Ajunt, quod Vigilus priori sua mutata sententia seipsum prævaricatorem constituerit, universam veritati constanter inhaerentem Ecclesiam anathematizans, atque ita justissimè sit communione privatus. Quartus excessus est in hisce verbis. *Suscipiens post aliquot dies ad Palatium detulit, atque alteri tradidit parti. Verum ne suis traditor videretur, talibus eos verbis fefellit, ut diceret: QUID Christ. Lupi Oper. Tom. II.*

APUD NOS RESERVAMUS ISTA CONTRARIA SYNODO CHALCEDONENSI RESPONSA, UT INVENTA QUANDOQUE IN ECCLESIA ROMANÆ SCRINIO A NOBIS APPROBATA CREDANTUR? SED ADFERAMUS EA IN PALATIUM, UT DE ILLIS AGANT IPSI, QUOD NOVERINT. Eum arguunt proditionis, mendacii, collusionis cum Acephalis, & confessionis, quod sua hæc Acta adverterentur Synodo Chalcedonensi.

Etiam Rusticus & Sebastianus, Romanæ Ecclesiæ Diaconi à Vigilio & Judicato defecerunt, sparsis per omnem Ecclesiam litteris pessimè criminatricibus de exautorata per ipsum laudata Synodo. Hic est ille Rusticus, Vigilii ex fratre nepos, Judicati olim summus præco, cujus à patruo extorquendi causa dixerat Theodorum Mopsuestensem Episcopum, non solummodo dignum damnari, sed & exhumatum cum toto sepulchri sui territorio incendi. Ejus litteræ varias usque ad cædes & sanguinem Ecclesiæ turbabant, & acerbè moverant in Pontificem, atque ita coactus ille fuit ad mittendas in omnem orbem Apologias, duosque illos rebelles Diaconos dignitate & ordine privandos. Roma tunc Constantinopolim revocavit Pelagium Diaconum, suum hic nuper Apocrisarium, peritissimum omnis hujus causæ. Etiamnum extant Apologiae ad Valentinianum Schytiæ Episcopum, & Aurelianum Archi-Episcopum Arelantensem. Rusticus etiam adversus præsentem Synodum mansit pertinax, scribitque Victor Nonnensis: *Rusticus Romanæ Ecclesiæ Diaconus Thebaida in exilium transmittitur*.

Cler. Ital.

Ex omni latere angustiatius fuit Vigilus. Etenim iudicato, quod omnis damnabat latina Ecclesia, non contentus Justinianus cepit illum compellere, ut absolvet Capitula sine Synodi Chalcedonensis mentione, & omni modificante clausula, damnaret. Sed Papa non acquiescens hoc facere, & videns se nimium ingravari, dixit tunc serenissimo Principi: *VENIANT HUC FRATRES NOSTRI EX OMNIBUS PROVINCIIS QUINI VEL SENI EPISCOPI, ET QUIDQUID SUB TRANQUILLITATE HABITO TRACTATU OMNIBUS VISUM FUERIT, CUM PACE DISPONEMUS, QUIA SINE CONSENSU OMNIUM ISTA, QUÆ ET CHALCEDONENSEM SYNODUM IN DUBIUM VENIRE FACIUNT, ET SCANDALUM FRATRIBUS MEIS GENERANT, SOLUS FACERE NULLATENUS ACQUIESCAM*. Judicatum suum & natos inde Ecclesiarum motus considerare maturius, ipsius poenitere, incusam sibi violentiam & obreptionem causare cœpit Vigilus, Dixitque Principi, *ut si ei non sufficeret illud, quod antè decreverat, redderet, & tamquam de novo causam cum his, qui venire invitati sunt, tractaretur*. Præstitit igitur Deus, ut hac ratione sanctus Papa Vigilus Constitutum, quod in ipsa causa fecerat, publicè in conventis reciperet, denuncians, quia si quis Græcorum Episcoporum usque ad universals Concilii tractatum de istis Capitulis aliquid fecisset, aut facientibus acquiescisset, à

Y

com-

communione Sedis Apostolicæ alienus existeret. Et tunc quam maxime doluit Judicium suum fuisse ubique à Rustico Diacono divulgatum.

Missi sunt ergo à Clementissimo Principe ad Africam & Illyricum, ut venire Episcopi debuissent. Sed de Illyrico nullus venire voluit. Ex Africa venit Reparatus Carthaginensis Episcopus; Firmus Numidiæ Primas, & alii plurimi, at pro Capitulis pertinacissimi, & nec blandimentis nec terroribus potuit eis aliud extorqueri. Hinc Reparato concinnata est causa, quasi cum Guntharich barbaro in Rempublicam conspirasset, sub hoc colore deportatus est, ac in ejus locum ordinatus Primosus, ejus Diaconus & Apocristarius, idque cum nimia effusione sanguinis & intervitu multorum innocentium. Omnis quippe Clerus & populus Reparato & Capitulis firmissimè adhærebat. Ità Deus insolentes, ac in Ecclesia Latina huc usque inauditas in Sedem Apostolicam præsumptiones vindicavit. Addit Victor Tonnonensis. Apollinaris Zoilo, tria Capitula damnare volenti, Episcopus Alexandrinæ Ecclesiæ subrogatur. Zoilus publica, quam supra à Facundo audivimus, Vigiliæ Pontificis exprobratione correctus nulla violentia potuit deinceps in aliud laus impelli.

Videns verò Justinianus nullam sibi spem à Latinis, cepit palam tyrannum agere, & Pontificem compellere, ac cum Græcis Episcopis Capitula condemnaret. Sed illo nullatenus acquiescente, Edicta ex nomine imperialis tam in Ecclesia Constantinopolitana, quam in diversis locis suspendi fecerunt, per quæ eadem Capitula damnarentur. Quo facto beatissimus Papa omnes Episcopos admonuit dicens: **QUICUMQUE EDICTIS ISTIS CONSENSUM PRÆBERE VOLUERIT, SCIAT SE AB APOSTOLICÆ SEDIS COMMUNIONE SUSPENSUM.** Sed & beatus Datus Mediolanensis Episcopus contestationem omnibus sub magna vociferatione deposuit dicens: **ECCE EGO, ET PARS OMNIUM SACERDOTUM, INTER QUOS ECCLESIA MEA CONSTITUTA EST, ID EST, GALLIÆ, BURGUNDIÆ, HISPANIÆ, LIGURIÆ, ÆMILIÆ, VENETIÆ, CONTESTOR, QUIA QUICUMQUE IN EDICTA ISTA CONSENSERIT, SUPRASCRIPTARUM PROVINCIARUM PONTIFICES COMMUNICATORES HABERE NON POTERIT: QUIA CONSTAT APUD ME EDICTA ISTA SANCTAM SYNODUM CHALCEDONENSEM ET FIDEM CATHOLICAM PERTURBARE.** Tunc item factum est, quod scribit Facundus in libro contra Mocianum. Contigit, ut in libellis suis Episcopi ordinandi tria Capitula damnarent. Ità Oziam Regem & Zenonem Augustum æmulatus Justinianus nullum omisit genus violentiarum.

Nam & cum laudato Datio Pontifex, quasi capitaliter reus, ad Sancti Petri in Hormisda Basilicam fugere coactus est, & neque ibi tutas sedes accepit, in tantum ut Prætor, ad quem fures & homicidæ tantummodò pertinent, eò mitteretur. Qui cum multitudine militum, spatibus nudatas & arcus tensos portantium, basilicam introi-

vit. Quo viso sanctus Papa columnas altaris amplexus est. Sed ille ferocitate & animo concitatus primò de altari Diaconos ejus & clericos à capillis tentos eiecit, postea verò ipsum sanctum Papam alii à pedibus, alii à capillis & barba tentum crudeliter abstraherant. Sed cum ille altaris columnas non dimitteret, cecidit altare, & columnæ aliquæ fractæ sunt, & quantum ad ipsos, ibi super ipsum altare in partibus mitti habuit. Addit Liber Pontificalis dixisse tunc Pontificem: *Non me fecit ad se venire Justinianus, sed Diocletianus.* Expertus tunc item est, quod prudenti consilio nullus huc usque Pontifex voluisset interesse Synodis Græcorum. A commiserante populo fuit de manu Prætoris liberatus, acceptoque Principis Sacramento rediit ad Palatium Placidianum.

At ecce novæ contra Sacramentum injuriæ: Atque ità ille noctu fugit Chalcedonem ad Basilicam & corpus sanctæ Eufemiæ. Istic Theodori Cappadociæ damnationem jam pridem decretam publicavit, Mennam verò Patriarcham Constantinopolitanum, aliosque Græcorum Episcopos, Edictis Imperialibus & dicto Theodoro ad stipulatos, à communione suspendit, quousque eadem Edicta revocarentur, & ipsi prævaricationem suam debita satisfactione dederent. Papi non poterat, quod profanus Theodoros ad interdictam, in qua pendebant Edicta, Ecclesiam Misfarum solennia celebrasset. Neque mireris hanc in captivo à Græcis Pontifice constantiam: Quod namque etiam in Theodoram Augustam & quovis Acephalos promulgavit damnationis sententiam, testatur in litteris ad Hiberiæ Episcopos Sanctus Gregorius Magnus. Adeò delirant, qui garrunt Reges à Pontifice damnari non posse. Et Dei verbum in ipso non fuit alligatum. Etenim Edicta sua Princeps refixit, & Mennas Patriarcha supplex venit ad Sanctam Eufemiam, errorem confessus, & addens: *De injuriis, quæcumque Beatitudini & Sedi vestræ factæ sunt, eas quidem non feci, sed velut si eas fecissem, veniam postulo.* Eodem modo & alii Episcopi pœnituerunt. Acta hæc sunt anno undecimo & duodecimo post Consulatum Basilii, defunctusque tùm est laudatus Mennas, ac ejus in locum suffectus Eutyechius monachus Amasenus: Atque ità ejus pro mortuorum damnatione argumentum, ex Josiæ Regis facto desumptum, non in quinta Synodo prodit, sed ante illam in nescio quo Episcoporum coram Principe conventu.



CA-

CAPUT SEXTUM.

Præsentis Synodi Acta,
& auctoritas.

Promotus ad Patriarchatum Eutyechius etiam captivo (a) ad Sanctam Eufemiam Pontifici mox professus est omnem obedientiam, & nihil definire de tribus Capitulis, nisi synodallyter sua Beatitudine præsentente. Quin & ipse Princeps legavit cum variis Proceribus Ducem Belisarium, ac Petrum Referendarium, datis denuò Sacramentis Pontificem ad Regiam urbem reducturos; verum nullas ille admisit condiciones, nisi generalem in Italia aut Sicilia Synodum, in qua Africani, Illyricani, ac alii Latini Episcopi, Capitulorum damnatione scandalizati, Græcis Episcopis in pari numero adfuerent. Et tunc videtur afflictiſſimus Pontifex ad universam Ecclesiam scripsisse litteras Encyclicas de suis calamitatibus. Tandem verò conventum est in ejusmodi generalissimam Synodum, aut coram Principe in Regia civitate celebrandam.

Invitati itaque sunt Latini Episcopi, at nulli venerunt, nisi aliquot Afri, de quibus Italiae Clerus. Præfatus Africa, si quos invenit in Africa Episcopos, aut causas proprias habentes, aut simplices, aut ignaros, aut venales & paratos ad præmium, collegit & direxit inde unumquemque. Ex quibus tamen unus ante septem annos pro adulteriis suis tunc de civitate Regia cum opprobrio eiecit, & in navem impostus ad Africam est directus. Ecce per quales homines in singulis Provinciis sanctæ Ecclesiæ diffisiones & scandala generantur. Erat tum Constantinopoli nescio quis Anastasius, Clericus Ecclesiæ Arelatensis, qui cum exitum non posset, usus est consilio, ut promitteret se omnium Episcoporum Gallicanorum ad damnanda Capitula animos inclinare. Cui & præmia multa dantes districtè ibi de hoc implendo Sacramenta præstare fecerunt, & non permisissent beatissimum Papam per eundem Anastasium, quid in ipsa causa ageretur, fratribus suis Episcopis Gallicanis scribere, nisi tantum de aliis causis, & quia fidem Catholicam & quatuor Synodorum reverentiam custodit. Quin immò in ejus, nec non & Dacii locum conati sunt alios Episcopos, qui novitatibus Christi Lupi Oper. Tom. II.

sentiant, ordinare.

Quocirca Latinorum Episcoporum adventum desperans Justinianus inchoari jussit Synodum imperii sui anno vigesimo septimo, decimo tertio post Consulatum Basilii, Vigiliæ decimo octavo, Christi Domini quingentesimo quinquagesimo quarto, die quarto nonas Maii. Pontifici ad Sanctam Eufemiam per Theodorum Palatii Decurionem misit suum de tribus Capitulis judicium; & sexaginta articulos ex Theodori Mopsuesteni libris desloratos per Benignum Heraclæz in Paphlagonia (b) Episcopum, auctoritate Apostolica qualificari expositulans; ipsa autem Synodus legavit viginti Episcopos Primates, quos inter erant Eutyechius Constantinopolitanus, Apollinarius Alexandrinus, & Dominus Patriarcha Antiochenus, supplicantes, quatenus sua Beatitudo dignaretur sibi in Synodo præsidere. Fædè errant, qui Pontificem garrunt à Synodo citatum. Respondit verò ille non posse unà convenire, eò quod plurimi quidem hic sint Orientales Episcopi, pauci verò cum eo: *Facere autem per semetipsum suam sententiam, & offerre piissimo Domino. Ideò cum & inducias postulasse ab ejus Serenitate, ut intra eas suam voluntatem manifestaret.* Provocavit ad promissum Latinorum Episcoporum æqualem numerum, constitutumque faciendæ collationis modum, ob corporis ægritudinem postulavit viginti dierum inducias ad propositis à Principe quæstionibus respondendum, ac Græcis Episcopis ad Capitula damnanda prurientibus servandum edixit antiquum & regularem ordinem, ne ante suæ promulgationis sententiæ quidam proferre tentarent. Ad Romanum namque Episcopum in Synodo generali spectat tractandæ quæstionis propositio, & primum de ipsa suffragium. Nam & de Synodo Ariminenſi scribit ad Episcopos Orientales apud D. Lucam. Holstenium Damasus Pontifex: *Præjudicium aliquod nasci non potuit ex numero eorum, qui apud Ariminum convenerunt, cum consuet Romanum Episcopum, cujus ante omnes fuit expectanda sententia, hujusmodi statuti consensum aliquem non commodasse.*

Porrò synodales Legati Vigilio reposuerunt. Scit vestra Beatitudo quod in his, quæ inter nos in scriptis facta sunt, promissis unà cum Episcopis, qui nobiscum & communicant & uniti sunt, convenire & requirere de his tribus Capitulis. Nos verò & communicamus, & uniti sumus vobiscum, & non decet omnium nostrum conventum differri propter Occidentales Episcopos. Nec enim in sanctis quatuor Synodis multitudo Occidentalium Episcoporum inventa est umquam, sed duo vel tres Episcopi, & certi Clerici.

(b) Vide notã Noris. infra collationem V.

Collat. 2.

Epist. 27.

(a) Lupus hic Eutyechii professionem fidei traditam Pontifici etiam tunc captivo ad S. Eufemiam, ac mox Belisarium cum aliis Legatis, itemque Petrum Referendarium ad eundem destinatos, ut datis denuò Sacramentis Pontificem Byzantium adducerent, & tunc Vigiliam scripsisse Encyclicam de suis calamitatibus. Labitur Vir insignis, nam Legatio illa contigit die 28. Januarii ann. 552. At Mennas, cui in Patriarchatu C. S. successit Eutyechius, decimo postea mense obiit. Vigiliam verò, cum accepit professionem, fidei ab Eutychio, Constantinopolim regressum inde colligo, quod priorem professionem fidei hoc titulo inscribit in suo Constituto: *Exemplum primæ professionis, quam ad S. Eufemiæ templum fecerunt.* Posteriori autem Eutychie hunc titulum præfigit: *Exemplum professionis quam residui Episcopi Theophaniorum die nobis fecerunt.* Ubi vides priorem loco, alteram tempore signari. Noris in Dissert. de V. Syn. Cap. VI.

Elerici. Nunc verò adest quidem tua Beatitudo, multi etiam alii ex Italia Episcopi preesto sunt, sunt etiam ex Africa Episcopi, & ab Illyricis, & nihil est quod prohibeat convenire vos una nobiscum secundum ea, quæ inter nos in scriptis facta sunt, & melius est sum charitatis decedente Sacerdotes convenire, & unam prorsus sententiam statuere, ut tunc quæstio communem in scriptis definitionem suscipiat. Quod in quatuor prioribus Synodis fuerint paucissimi Latini Episcopi, est omnino verum; Sed & verum est, quod ob Eurychianæ duce Dioscoro factionis turbas in Synodum Chalcedonensem non fuerit consentire Sanctus Leo Pontifex, nisi stipulatus æqualem cum Græcis Latinorum Episcoporum numerum, solaque Martiani Augusti & Augustæ Pulcheriæ notissima pietas eum induxit ad stipulatum resillire. At verò in hac nostra Synodo Justinianus Diocletianum ac Theodori Cappadocis satellitem induerat, ejus affectibus serviebat omnes Græcorum Episcopi, atque ita merito Vigilium à patris conditionibus nolens recedere. Propositis tamen à Principe quæstionibus respondit, longo & erudito Constituto sexaginta articulos ex Theodoro Mopsuestiensis desumptos damnans ut hæreticos atque blasphemos, tria verò Capitula definiens non damnanda propter Synodi Chalcedonensis reverentiam, & Romanæ Ecclesiæ perpetuum morem non damnandi Episcopos in Ecclesiæ pace defunctos. De sensu per Theodorum in dictis propositionibus intento nihil volebat statuere. Et hocce factum Constitutum, pro synodali suffragio arripere, non Græcorum Episcopi, sed Principi inscripsit. Quæ omnia videntes Itali, Afri, atque Illyricani Episcopi etiam sese retraxere à

Synodo, dicentes sine Romano Pontifice, suo Patriarcha sese non posse adesse. At perrexerunt Græci: Fecere conventum Acephalum, & tria Capitula contra Sedis Apostolicæ interdium atque judicium damnaverunt. Eos coegit Justinianus Augustus, per Constantinum sacri Palatii Quæstorem significans Capitula jam pridem damnata à Vigilii Judicatio, primamque hanc ejus sententiam omni posteriori tergiversationi præferendam.

Quocirca errorem continent hæc verba Eustachii Presbyteri in vita Sancti Eutychie Patriarchæ Constantinopolitani. Cum multa diversis locis atque temporibus sancta Concilia celebrata sint, nemo unquam, nisi sancti Eutychie tempore, quatuor simul Patriarchas convenisse meminit. Convenisse dicit Vigilium Romanum, Eutychium Constantinopolitanum, Apollinarium Alexandrinum, & Dominum Patriarcham Antiochenum, omniaque peracta sine violentia, necessitate, partium studio, affectione. Græca fides loquitur. Vigilium Pontifex non adfuit, & Apollinarium non pro Patriarcha, sed pro inavore habuit, damnans Theodorum Cappadocem, quod illum, expuncto Zoilo, sacris dypticis intrussisset. Eustochius Hierosolymitanus adfuit per Legatos; Onuphrius Panunius adfuisse dicit Episcopos centum sexaginta quinque. Acta synodalia præfixum habent annum Justiniani Augusti vigesimum septimum, duodecimum post Consulatum Basili: At credendum Victori Tonnonensi, dicenti fuisse decimum tertium, Christi Domini quingentesimum quinquagesimum quartum, in quem omnino incidit vigesimus septimus Justiniani. (a) Prima Collatio facta est quarto nonas

(a) Hoc idem repetit cap. 9. initio. Et labitur vir doctissimus; nam acta Synodalia rectè præfixum habent annum post Consulatum Basili XII. nec contrarium docuit Victor, qui cum eo tempore acerrime pro tribus Capitulis decertaret, haud in anno Synodi statuendo errasse dicendum est. Anno Epochæ Christianæ vulgaris 541. Basilius solus consul fuit, inde verò usque ad annum primum Justiniani junioris nulli amplius Cons. à Justiniano designari fuere. Igitur cum annum, quo novi Consules non creabantur, à præteriti anni Consulibus designari mos esset, annus 542. post Consulatum Basili dicitur non creabantur, à præteriti anni Consulibus designari mos esset, annus 542. iterum post Cons. Basili fuit nuncupatus, vel post Consulatum Basili II. seu anno II. Hoc patet ex legum Imperialium, Synodorum, in lapidum subscriptionibus. Cæterum nonnulli Chronologi ab usitato fastorum condendorum more communiter recepto recedentes, alio caractere fastus Consulibus digesserunt. Nam an. 542. ita signarunt: Post Consulatum Basili V. C. an. 11. Victor Tu- nonensis hoc pacto annos currentes Consulibus signavit. A. 541. Basilio V. C. Cos. postea verò immediate annus 542. hac Consulatu nota inscribit. Post Consulatum Basili anno 11. Chronologi omnium nobilissimi Panvinius, ac Sigonius priorem modum tradidere. Marius Aventicensis in suo Chronico, quod habetur tom. 1. hist. Francorum collectarum ab Andrea Du Chesne, ita scribit: Post Consulatum Basili anno 1. est annus 542. Ex his colligitur P. Lupum peculiarem Victoris Chronici indotum non advertisse, in quo etiam lapsus est Sirmondus in Chronica Synopsi ad libros Facundi. Cum enim annus 542. dicitur à Victore; Post Consulatum Basili anno 11. eidem annus 553. est post Consulatum Basili XIII. qui cæteris Chronologis est XII. Quod vero addit ille scriptor de anno 27. Justiniani illum non juvat. Justinianus an. 527. Kal. Aprilis feria V. in Cæna Majas ex Procopio in hist. arcana, inivit Imperium; quare anno 553. IV. Nonas Majas, quando incepta est Synodus de tribus Capitulis, currebat annus 27. Justiniani; si verò Synodus anno 554. IV. Nonas Majas coacta fuisset, 28. annus Justiniani scribendus fuisset à Kalendis Aprilis inchoatus. Sed & caractere Indictionis primæ Synodi tempus exprimitur; nam Mayo mense an. 553. labebatur prima indictio usque ad Septembrem; anno verò 554. fuit indictio secunda. Est egregium testimonium Pelagii Papæ, qui tunc aderat Diaconus Byzantii, in Epistola ad Narsetem scribentis: Si quid eos de judicio universalis Synodi, quod Constantinopoli per primam nuper elapsam Indictionem actum est, forte movebat, &c. Quæ addidi, quod Lupus mendum designationis temporis habitæ Synodi irrepsisse contendit. Hæc fultus persecutus sum, ut clarior fastorum notitia haberetur, non quod opinio Lupi tantam à nobis operam exposceret. Nam duo scripta Vigilii hoc anno emissa litem dirimunt. Certum est Constitutum editum esse à Vigilio inter ipsamet gesta Synodalia; at illud dicitur Datum pridie Idus Majas imperante D. N. Justiniano perperno Augusto an. 27. Post Consulatum Basili V. C. an. XII. in Constantinopolitana civitate. Rursus litteræ ad Eutychium, & præjacentem Synodum, quævis Vigilii adprobat Concilium V. date sunt VI. Idus Decembris Imperii D. N. Justiniani æterni Augusti anno 27. post Cons. Basili V. C. an. XII. Ex quibus palam fit hoc anno 553. Synodum V. celebratam. Novis in Dissert. de Synodo V. Cap. VII.

L. 5. C. 11.

nas Majas, pridie Idus Majas Pontifex Principi mihi suum de tribus Capitulis Constitutum, quarto Nonas Junias fuit conclusa Synodus, scribitque Victor Tonnonensis: His itaque gestis terra motus urbem Regiam à fundamentis concussit ædificia plurima, porticusque deiecit, & basilicis consistentibus altaria penè cuncta prostravit. Majores postmodum turbas excitavit Justinianus pro errore de incorruptibili Christi Domini corpore, atque ita, teste Evagrio Epiphaniensi, cum omnia omnino turba & tumultu complevisset, mercedemque his rebus debitam in extremo vite sue tempore reportasset, ad supplicia justo Dei Judicio apud inferos luenda est profectus.

Restant aliquot quæstiones. Prima est, An quinta hæc Synodus à Vigilio Pontifice fuerit tandem confirmata? Respondeo fuisse. Hodier- nis diebus prodit è diuturnis latebris Epistola confirmatoria, ad Eutychium Patriarcham Constantinopolitanum directæ, ac in facti sui justitiam adducens Sanctum Augustinum, in sacris Scripturis Doctorem clarissimum, ac Romanæ eloquentiæ magistrum, qui etiam scripta sua retractavit. Habet hanc Subscriptionem: Ante sextum Idus Decembris Imperii Domini nostri Justiniani, æterni Augusti, anno vigesimo septimo, post Consulatum Basili viri clarissimi duodecimo. At longè aliter Victor Tonnonensis, testis oculus. Post Consulatum Basili anno decimo septimo Vigilii Romanus in Insula Sicilia moritur. Omnes quintæ Synodo refragantes Latinos Episcopos in varias regiones proscripsit Justinianus, atque aded etiam Vigilium, qui ærumnis lassus, & libertatis ac sedis recuperandæ amore victus tandem consentit in Synodum, atque ita est ad propria remissus. Quocirca existimo dictum consensum non nisi decimo septimo (a) post Basili Consulatum anno fuisse extortum. Et quidem Pelagio Vigilii Archi-Diacono reclamante, de quo idem Victor ad annum sequentem. Pelagius Romanus Archi-Diaconus, trium defensor Capitulum, Justiniani Principis persuasione, de exilio rediit, & condemnans ea, quæ dudum constantissimè defendebat, Romanæ Ecclesiæ Episcopus à prævaricatoribus ordinatur. Romani Episcopatus amore ad

recipiendam Synodum est inflexus.

De ejus ordinatione scribit liber Pontificalis. Dum non essent Episcopi, qui eum ordinaerent, inventi sunt duo Episcopi, Joannes de Perusa, & Bonus de Ferentino, & Andreas Presbyter de Ostia, & ordinaverunt eum Pontificem. Omnis Italia se ab ejus, quasi Synodum Chalcedonensem prævaricati, communionem abstinuit, aded ut Thracia Episcopi, proprii Provinciales, ejus nomen ad altare non recitarent, atque ita tertius ad ei manum imponendam Episcopus nequit reperiri. De Dacio Mediolanensi Episcopo, secundo Italæ Metropolita, scribit Victor Tonnonensis ad annum quartum decimum post Consulatum Basili: Constantinopolim venit, & damnationi trium Capitulum consensum eo die percussus occubuit. De viro sancto temerè judicæ homo schismaticus, attamen ejus successor Honoratus perstitit pertinax Capitula propugnare. Adjunxit se tertius Italæ Metropolita, Paulinus Aquilejensis Episcopus, à cuius duritia schisma vocatum est schisma Histrium, & ipse ejus Patriarchatus Aquilejensis. Etiam Childebertus Francorum Rex & Galliarum Episcopi communicare noluerunt Pelagio, nisi professo fidem Chalcedonensem & Tomum Sancti Leonis. Duras undique tempestates passus est, rebelles Italæ Episcopos per Narsetem Comitem & Principis Justiniani arma conatus compescere, atque trium Capitulum zelus omnia sprevit.

Secunda quæstio est, Quanta sit hujus Synodi auctoritas? Respondeo esse summam. Etenim Gregorius Magnus in litteris ad Sabinum Subdiaconum quatuor prima Concilia laudat & proficitur tamquam quatuor Dei Evangelia, & in litteris ad Joannem Constantinopolitanum, Basilium Alexandrinum, Anastasium Antiochenum, & Joannem Patriarcham Hierosolymitanum, eadem esse dicit quatuor Ecclésiæ lapides fundamentales, & addit. Quintum quodque Concilium pariter venero: Quisquis aliter sapit, anathema sit. Iba Epistolam dicit esse plenam erroris, & Theodorum de divisa Domini persona convictum. Et in litteris ad Episcopos

Epist. 13.

L. 1. Ep. 24.

L. 2. Epist. 36.

(a) Hic Lupus mendum subscriptioni irrepsisse putat, reponendumque annum post Basili Consulatum XVII. Id probat ex Victore Tunonensi, qui ait eo anno à Vigilio tandem ab Imperatore Romano redcundi facultatem concessam, eumque in itinere mortuum. In eadem opinione fuit Sirmondus in Synopsi Chronolog. ad libros Facundi, & Halloix pag. 349. S. 7. idest, inquit, anno Christi 553. Quare his auctoribus Vigilii exilium pleno quinquennio duravit. Hæc tamen opinio profusa fallax est. Habemus sanctionem Justiniani Imperatoris post ejusdem Novellas recitatam, quæ ita incipit: Pro petitione Vigilii venerabilis antiquioris Romæ Episcopi quadam disponenda censuram ad utilitatem omnium pertinentia, qui per Occidentales partes habitare noscuntur &c. subcripta est Sanctio: Idibus Augusti anno Justiniani XXVIII. Post Consul. Basili V. C. anno XIII. Ergo anno 554. mense Augusto Justinianus amico erat erga Vigilium animo, in cuius gratiam plurima Romanis post Gothos Italia exactos libentissimè concessit. Profecto in ea Sanctione cap. 19. ait: Jubemus in illis mensuris, vel ponderibus species, vel pecunias dari, vel suscipi, quæ beatissimo Papæ, vel Amplissimo Senatui nostra pietas in presentem tradidit. Itaque tum temporis Vigilius presens aderat Constantinopolim propediem venturus in Italiam, deferens secum mensuras, ad quarum normam Itali Gothorum edo usque ponderibus procul exulantem in Proconeso, eumque in exilii miseris beatissimum nuncupatum? Præterea: habemus non unam, sed plures Epistolas Pelagii Vigilii successoris ad Childebertum regem Francorum, ac Sepaudum Arelatensem, ad Episcopos Tusciæ, quæ date sunt Post Consulatum Basili XV. anno 556. Longum igitur illud Vigilii exilium fictum est, nam ante an. 556. fatis concesserat, Tunonensis Chronicon, quod ad annorum designationem pertinet, plenum mendis est, non Victoris, ut arbitror, sed corruptoris cunspiciam ignorantia. Novis in Dissert. de V. Synodo Cap. VIII.

L. 7. Ind. 2.

Epist. 57.

Cap. 4.

Iberiz (a). In Synodo, in qua de tribus Capitulis actum est, aperit liquet nihil de fide esse convulsam, vel aliquatenus immutatam, sed de quibusdam solummodo personis est illic aditatum, quarum una, cuius scripta evidenter à rectitudine catholica fidei deviabant, non iniuste damnata est. Et in litteris ad Secundinum monachum. Synodum, que post Chalcedonensem generaliter facta est, idcirco à nobis recipitur, quia ejusdem Synodi in omnibus sequax honorem illius, auctoritatemque custodit. Ejusmodi encomiis nostræ Synodi scitent ejus Epistolæ.

Tertija quæstio est, An hæc Synodus habeat parem cum aliis quatuor auctoritatem? Respondeo non habere. Etenim in laudata ad Secundinum Epistola pergit Sanctus Gregorius. Quoties in quatuor præcipuis sedibus Antistites ordinantur, Synodales sibi Episcopos vicissim mittunt, in quibus se sanctam Chalcedonensem Synodum cum aliis generalibus Synodis custodire fatentur. Exponit Apologus Gregorii septimi. Consuetudo olim erat, ut quilibet in aliqua Patriarchalium Sedium noviter ordinatus se primas quatuor Synodos custodire, reliquis sedibus transmissa Epistola profiteretur, antequam nomen ejus apud reliquas sedes in dyptichis scribi mereretur, nomen videlicet Prædecessoris ejus, licet defuncti; reliquæ sedes computabant inter viuentes, donec ipse noviter inbronizati Præsulis Synodicam reciperent Epistolam: Quæ quia eundem Episcopum quatuor Synodos recepisse denotavit, hoc sibi nomen SYNODICAM ab eisdem Synodis non incongruè videtur mutuisse. Hanc autem consuetudinem illius temporis fuisse sanctissimus Papa Gregorius in Epistola ad Secundinum servam Dei inclusum testatur, quam & usque ad beati Papæ Adriani tempora, quippe ad Carolum Regem, perdurasse Joannes Romanæ Ecclesiæ Diaconus asserit, qui vitam Sancti Gregorii ex præcepto Joannis Papæ fideliter scripsit. Sed utrum adhuc eadem consuetudo perduret, ignoro, quam præfatis temporibus fuisse non dubito. Et hinc intelliges hanc populi Constantinopolitani, Acacianum schisma existinctum volentis, acclamationem ad Joannem suum Patriarcham, laudatam in Synodo Constantinopolitana sub Menâ illius successore; Synodica Romanæ modo valeant. Hoc est, Patriarcharum Synodica modo contineant professionem quatuor Synodorum, quomodo mandat Ecclesia Romana. Acaciani enim omiserant Synodum Chalcedonensem. Deinde, non quintum, sed sola quatuor prima Concilia, tamquam Dei Evangelia veneratur Sanctus Gregorius: Ea item sola sacris Ecclesiæ dyptichis inscripsit Augustus Justinianus. Quæ omnia sunt lucida & firma argumenta dissimilis dignitatis.

Rationem edicit laudatus Gregorius in litteris ad Constantium Episcopum Mediolanensem.

De illa Synodo, quæ in Constantinopoli postmodum facta est, quæ à multis quinta nominatur, scire vos volo, quia nihil contra quatuor sanctissimas Synodos constituerit vel senserit, quippe quia in ea de personis tantummodo, non autem de fide aliquid gestum est, & de his personis, de quibus in Chalcedonensi Concilio nihil continetur, sed post expressos Canones facta contentio, & extrema actio de personis ventulata est. Utrique post Canones editos Actione sexta. Quis autem nesciat inter Ecclesiastica de fide ac de personis judicia esse firmatum grande chaos, plurimamque dignitatis atque auctoritatis diversitatem?

Huic diversitati innititur ejusdem Pontificis dispensatio in litteris ad eundem Constantium. Quod scripsistis, quia Epistolam meam Regine Theodelindæ minimè transmittere voluistis, pro eo quod quinta Synodus in ea nominabatur, si eam exinde scandalizari posse credidistis, rectè factum est, ut minimè transmitteretur: Undè nunc ita facimus, sicut vobis placuit, ut quatuor Synodos solummodo laudaremus, & quintæ Synodi nullam memoriam faceremus. Theodelindam Longobardorum Reginam piissimam, utpotè Gariberti Ducis Bavarie filiam, à tribus Episcopis deductam extra communionem Ecclesiæ, conatus est reducere Gregorius missis litteris quintæ Synodi Apologeticis; at eas Constantius suppressit, ratus obfuturas apud fæminam à Synodo illa alienissimam, rogansque mitti alias ostendentes simpliciter Romanam Ecclesiam nullatenus recessisse à quatuor Synodorum fide, sed Synodi præsertim Chalcedonensis esse omnino observantissimam: judicavit de quinta Synodo penitus tacendum. Per pravum ac erroneum de illa iudicium existimavit non perdi Christianitatem, ideoque dispensatorie posse ad tempus tolerari: Et Gregorius comprobavit. Reginam ad Ecclesiæ communionem reduxit, & tum meliora pedetentim docuit, ac tandem Synodi nostræ Acta transmittit, ostendens à vagantibus per Ecclesiæ criminationibus esse plenè immaculata. Nempe de solis personis statuit Synodus: Nam circa fidei decreta dispensatorie dissimulari non posse ostendit adversum Monothelitas Imperialem Ethesin ita purgare conatos Martinus primus Pontifex in litteris ad Constantem Augustum.

Quin immò Sanctus Isidorus Hispanensis Episcopus in catalogo de viris illustribus scribit de Theodoro Mopuesteno. Hunc Acephalorum Episcopi in præjudicio Chalcedonensis Concilii, Justiniano Principe compellente, damnare post mortem cum Iba & Theodoro Episcopis censuerunt: Dum constet eum laudabilem virorum testimonis clarissimum Ecclesiæ Doctorem fuisse. Facundi Hermianensis liberos pro eisdem tribus Episcopis apologeticos strenuè laudat, ac perverfi in illos studi culpata

Justi-

Cap. 6. 7.

Justinianum. Haud dubiè loquitur ex institutione germani fratris & proximi sui antecessoris Sancti Leandri. Et hinc ab eodem Leandro conversus Richaredus Hispaniæ Rex in fidei professione ad tertiam Synodum Toletanam directâ, ipsaque hæc tertia Synodus laudat solas quatuor primas generales Synodos, altissimèque silent de nostra quinta. Eodem modo apud octavam Toletanam profertur Rex Recefuitus. Et Synodus quarta decima discutit Acta sextæ generalis, probat, & addit. Habebunt ergo sui ordinis locum, quæ sublimationis habent & meritum. Undè his Conciliis ea ipsa subnectenda decernimus, quorum & auctoritate sulca probamus. Post Chalcedonense igitur Concilium hæc debito honore, loco, & ordine collocanda sunt, ut cuius glorioso themate fulgent, ei & loci & ordinis coaptentur honore. Sexta generalis factam in præjudicio Synodi Chalcedonensis. Et hocce in illis iudicium haud dubiè culparunt Sanctus Gregorius, ac ejus successores, nequaquam tamen ipsos damnare: Quod catholicam communionem non lacerarent. Sanctus Cyprianus Carthaginensis, & Sanctus Firmilianus in Capadocia Archi-Episcopus Cæsareensis eundem tenuerunt de dato apud hæreticos baptismo errore, solum tamen Firmilianum communionem privavit Sanctus Stephanus Pontifex: Quod ille Romanam Ecclesiam prævaricationis & pravi dogmatis ream ageret & averfaretur; pacificus verò Cyprianus uteretur hac assidua protectione, Neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem, si diversum senserit, amoventes. Ex eadem regula pacificos Hispanos tractavit Sanctus Gregorius.

Quarta quæstio est, An verè dicat laudatus Gregorius in quinta Synodo non esse actum de fide, sed de solis personis? Ratio dubitandi est auctoritas Martini primi Pontificis, qui in Synodo sua Lateranensi post Nicænum & Constantinopolitanum Symbolum, post duodecim Sancti Cyrilli Capitula & Synodi Chalcedonensis de fide definitionem adducit etiam quatuordecim hujus Synodi Capitula, eisque præfigit hanc Epigraphen: Definitio sanctæ quintæ Synodi. Et Sanctus Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus in litteris Synodicis ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanum post quatuor Synodorum professionem pergit: Super his & quintam Synodum honore, atque honorifico, & venero, & cuncta eorum libenter suscipio, tam in dogmatibus & diversis doctrinis, quam hæreticorum anathematibus & definitionibus.

Respondeo tamen Sancti Gregorii dictum esse longè verissimum. Etenim ad nullam dogmatis quæstionem convenit hæc Synodus, nulla per ipsam tractata aut damnata fuit nova hæresis, sed Ephesinæ & Chalcedonensis adversus Nestorium & Eutychem definitiones fuerunt dumtaxat confirmatæ, eorumque nova quædam ad dictas definitiones eludendas dolosa machinamenta novis anathematibus retusa. Et Vigilii Pontifex in litteris confirmatoris nullam de illo, ne qui dem Origenis dogmate facit mentionem, sed solum trium Capitulorum damnationem con-

firmat. Nam & Origenis dogmata erant jam pridem per Ecclesiam proscripta. Er Sanctus Sophronius disertè ait hocce Concilium non ad novas quæstiones, sed ad confirmationem solummodo nominatissimi Chalcedonensis Concilii fuisse congregatum. Quatuor primos conventus dicit esse magnos, univertales, venerandos, sanctorum Patrum honore coæquandos, & ab illis stabilitum mathema seu Symbolum fidei, & hocce nostrum Concilium, non cum illis, sed post illos suscipit, & veneratur: Atque ita palam adferit ab ipso nihil actum de fide, ideoque non esse paris cum illis loci & auctoritatis. Neque aliud vult Martinus Pontifex: Laudat ejus quatuordecim Capitula, videlicet tamquam confirmatoria Synodi & fidei Chalcedonensis.

Quinta quæstio est, Quomodo in litteris ad Sabinum Subdiaconum scribat Sanctus Gregorius: De personis, de quibus post terminum Synodi Chalcedonensis aliquid actum fuerat, Justiniani temporibus est ventilatum, ita tamen ut nec fides in aliquo violaretur, nec de eisdem personis aliquid aliud ageretur, quam apud eandem sanctam Synodum Chalcedonensem fuerat constitutum? Etenim longè aliud Chalcedone, aliud in præsentem Synodo est de tribus Capitulis decretum. Item quomodo idem Gregorius in litteris ad Secundinum monachum dicat: Epistolam reverendissimus Ibas in Synodo Chalcedonensi denegat esse suam? Ejusmodi namque negationis vestigium nullum est in Synodo Chalcedonensi. Ad primum respondeo Gregorii dictum esse longè verissimum. De tribus namque Capitulis nihil statutum est à Synodo Chalcedonensi, sed dumtaxat post illam ab Acephalo Episcoporum conventu, ideoque quinta Synodus nihil egit diversum à Chalcedonensi. Et quidem etiam à conventu illo nihil actum est de primo Capitulo seu persona Theodori, sed dumtaxat audita ejus laus in Epistola Ibae. Ad secundum respondeo D. Cardinalis Baronius Gregorium loqui ex Synodi nostræ collatione sexta, idipsum adfirmante, eamque esse falsatam. Malim ego dicere ita ad Epistolæ facilitandam damnationem fuisse Synodo ab Acephalis persuasum. Synodorum falsatiæ nequit sine firmo fundamento præsumi, & singula hujus Synodi Acta & verba non possunt plenè defendi.

Sexta quæstio est, quæ Histriorum, Astorum, Hispanorum, ac aliorum Latinorum fuerint fundamenta, ex quibus adeo pertinaciter præsertem Synodum sunt averfati? Respondeo fuisse præsertim duo. Primum erat anterior Ecclesiæ mos neminem in orthodoxæ communionis pace defunctum damnandi post mortem, nec non auctoritas Theodori Mopuestienis Episcopi, qui celeberrimus olim Dioceseos Orientalis magister cernebatur effutisse multas locutiones quoad verborum sonum Nestorianas, ac credi à plurimis non poterat prava sensisse. Necdum exorto, inquit Facundus, Nestorio secuta simplicitas loquebatur. Erat fundamentum caducum, suspectum, hæreticis familiare. Etenim in ipsa Nicæna Synodo Symbolum ac fidei definitionem receperunt aut recipere simularent Eusebium Nicomedienfis & Theogius Episcopus Nicænus, aut Arii damnationem fuerunt penitus averfati, dicen-

(a) Ad Episcopos Iberiz scriptam hanc à D. Gregorio Epistolam cenfent hic Lupus. Sed hoc vero non consonat; nam Iberi, seu Hispani Gregorio Ecclesiam regente non erant divisi ab unitate Ecclesiæ; imò in Synodis Toleti an. 589. Hispani 590. Romanam Apostolicam fidem cum Rege Reccardo susceperant, quod ad quæstionem tertiam hoc eodem capite fatetur Lupus. At illi Episcopi, quibus scribit Gregorius, erant Schismatici, ut ex datis verbis Gregorii patet, quod & in fine Epistolæ repetit iniquis. Tanto citius ad matrem vestram, quæ filios suos expectat, & invidat, Ecclesiam redeatis, quanto vos ab ea quopidie expectari cognoscetis. Quare Hispani Episcopi haud eas litteras acceperunt. Ex his tamvnihi certum est Epistolam illam scriptam esse ad Episcopos Itriz, nam & illi schismatici erant, & eo ipso tempore à Gregorio pati se persecutionem conquerebantur. Noris Dissert. de V. Synodo cap. 9. §. 5.

L. 2. Ep. 49

L. 11. C. 1

dicentes eum folis vocibus, non fenfu deviaffe. Et de Marcello Ancyrae Epifcopo, non pravorum dumtaxat verborum, fed & fenfum reo feribit Sanctus Hieronymus in catalogo: *Ille defendit fe non efle ejus dogmatis, cujus accufatur.* Et de Prifcilliano: *Defendunt quidam non ita eum fenfiffe, ut arguitur.* Eadem via Joannes Hierofolyma Epifcopus errores fuos conatus eft fucare. Etiam Joannes Wicleffius, ideoque ejus *conclufiones & propofitiones, de bonis operibus & de malis fenfientes, Gregorius Papa undecimus damnavit hac adjecta claufula: Licet eas proponentes fub quadam verborum feu terminorum curiofa implicatione conentur defendere.* Eodem modo in caufa fimili locutus eft Pius quintus: *Quamquam aliquo pacto fufineri poffunt.* Et hinc de Academia Oxoniensii & laudati Gregorii in Wicleffium diplomate, miffo per Magiftrum Edmundum Stafford, recte feribit Thomas Walfinghamenfis. *Universitatis moderni Rectores quantum degeneraverint a prudentia feu fapientia antiquorum, per hoc facile conici poterit, quod audita caufa adventus Papalis Nuntii diu in pendulo herebant, utrum Papalem Bullam deberent cum honore recipere, an omnino cum dedecore refutare.* Oxoniense ftudium generale quam graevi lapfu a fapientia & fcientia culmine decidiffi, quod quondam inextricabilia atque dubia toti mundo declarare conftitiffi, jam ignorantia nubilo obfufcaturum dubitare non vereris, quae quemlibet a laicis Chriftianis dubitare non decet! Rem tandem composuit Guilielmus Archi-Epifcopus Cantuarienfis, omnem Angliam inducens ad Wicleffi articulos ut haereticos & erroneos damnandos, intelligendo prout verba fonant. Eodem tramite aduersus Theodorum proceffit noftra Synodus, ideoque recte ad Hiberiae Epifcopos feribit Gregorius Magnus illum non injufte damnatum, quod ejus fcripta evidenter a rectitudine Catholicae fidei devierant. Et in litteris ad quatuor Patriarchas Orientis: *Theodorus personam Mediatoris Dei & hominum in duabus fubstantiis feperans ad impietatis perfidiam cecidiffe convincitur.* Proinde non minus de Theodori, quam Nestorii, Eutychetis, Arii, aut Prifcilliani perverfo fenfu dubitemus: Nam & ejus damnationem non fuiffe caufam lacerandae Catholicae communioni fufficientem faftus eft coram Vigilio Pontifice in conventu Constantinopolitano Facundus. Et qui hodie pro Tertulliano, Origene, Lucifero Sardonum Epifcopo, Joanne Hierofolymitano Apologias in Ecclefiam fpargunt, lavant Aethiopes, compendendique funt ut ingenia libertina & noxia, nifi brevi etiam pro Martino Lutero & Joanne Calvino velimus Apologias videre.

Alterum & principale fundamentum erat Chalcedonenfis & omnium in ipfo generalium Conciliorum auctoritas, quam Latini Epifcopi dolofa Acephalorum immiffione credebant retractari & exufflari. Erat fundamentum erroneum. Eft enim longe certiffimum ac lucidiffimum, quod Synodus Chalcedonenfis in fexta Actione fuerit finita, quodque Sanctus Leo Magnus folam fidei definitionem in ipfa confirmavit: Eodem errore dudum laboravit etiam Vigilius Pontifex, ejusque longe doctiffimi Diaconi Anatolius, Pela-

gius, ac Stephanus: Redarguere autem coepit Gregorius Magnus, Ecclefiae Romanae adhuc Diaconus, in litteris fub Pelagii fecundi Pontificis nomine fcriptis ad Eliam Archi-Epifcopum Aquilejenfem. Quocirca Facundus Hermianenfis, alique plurimi & nobiliffimi Epifcopi, carceres & exilia pro tribus Capitulis paffi, habuere Dei & Synodi Chalcedonenfis zelum, at non fecundum fcientiam. Vanè fe fe palparunt de Martyrii gloria: Martyrem enim non facit poena, fed caufa. Sine caufa Ecclefiam lacerarunt.

Septima quaestio est, A quo tandem hoc schisma fuerit plenè extinctum? Respondeo à clementia ac prudentia Sancti Gregorii Magni. Etenim Romanae Ecclesiae Diaconus doctiffimam illam Epistolam jam laudatam edidit, ostendens tria Capitula ad Synodum Chalcedonenfem & Sancti Leonis confirmationem non pertinere, ideoque liberrimè potuiffet retractari ac reformari. Factus Pontifex eandem Epistolam mifit ad omnem Ecclefiam, atque ita ad Apoftolicae Sedis communionem reduxit Gallos, Italos, Iberos: In schismate perffiterunt foli quidam Hiftriae ac Venetiae Epifcopi cum fuo Metropolita Aquilejenfi Severo, Eliae fucceffore, quod Mauriti Augusti Officialis, pecunia corrupti, optimi Pontificis conatum facris, id est, execrandis juffionibus impedirent. Haefit iftic malum ufque Sergium primum Pontificem, de quo liber Pontificalis. *Hujus temporibus Aquilejenfis Ecclesiae Archi-Epifcopus, & Synodus, quae fub eo congregata est, qui sanctum quintum univèrfale Concilium, utpote errantes, fufcipere diffidebant, ejusdem beatiffimi Papae monitis atque doctrinis inftructi, converfi funt, idemque venerabile Concilium cum fatisfactione fufceperunt.* Et qui prius fub erroris vitio tenebantur, doctrina Apoftolicae Sedis illuminati, cum pace confonantes veritati, ad propria relaxati funt. Etiam Hifpania jam pridem est ejusdem mentis. Quocirca compeffi oportet hujusmodi Synodi criminatores.

CAPUT SEPTIMUM.

An haec Synodus nihil aliud tractarit.

Guilielmus Tyriorum Metropolita in libris de bello fando laudat praesentem Synodum, quod sanctam Domini Refurrectionem honorans Ecclefiam Hierofolymitanam exerit in Patriarchatum. *Et quoniam praedicta civitas quae in limite Alexandrini & Antiocheni Patriarchatum erat, nec haberet Synodus unde illi ordinaret fuffraganeos, nifi utrique Patriarchae aliquid detraberet, vifum est expedire ab utroque aliquid detrabere, ut eidem juxta formam aliorum Patriarchatum ordinaret fubjectos.* Subtraxerunt ergo Antiocheno Caesareensem & Schytopolitanae Metropolitas; Alexandrino autem Rubensem ac Berytensem item Metropolitanos. Addit D. Cardinalis Baronius: *Eadem reperi-*

perimus in Vaticana Bibliotheca in codice notiffimo, cujus est titulus, LIBER GENSUUM.

Nihilominus non defunt rationes dubitandi. Etenim Caesareensis & Schytopolitana Ecclesiae, duarum Palaestinae Metropoles, transcriptae sunt in fedem Hierofolymitanam à Synodo Chalcedonenfi ex pacto inito inter Maximum & Juvenalem Patriarchas, cui, licet per Sanctum Leonem Pontificem reprobo, Epifcopi Hierofolymitani nunquam cefferunt. Et Berytensis Metropolis nequaquam ad Alexandrinum, fed ad Antiochenum fpectat, utpote in prima Phoenicia Metropolis folo honore. Nullus antiquus fcriptor refert ullas Alexandrini Patriarchae Dioceces fuiffe unquam tranfcriptas in Hierofolymitanum. Ei omnes Dioceces Saracenis à Balduino Rege Latino ereptas aut eripiendas largitus est Pachalis fecundus; at intercedens Antiochenus limitari obtinuit ad eas, quae fua olim non fuiffent. Quod tamen primam Phoeniciam, quae tempore octavae Synodi fpectabat ad Antiochenum, obtinuerit Hierofolymitanus, liquet ex litteris Innocentii fecundi ad Wilhelmum Patriarcham.

Quidam ab hac Synodo editum putant etiam privilegium Epifcopi primae Justinianae civitatis, de quo Justinianus Augustus in lege novella directa ad Petrum Praefectum Praetoriorum. *Sancimus beatiffimum primae Justinianae, noftrae Patriae, Archi-Epifcopum habere femper fub fua jurisdictione Epifcopos Provinciarum Daciae mediterraneae, & Daciae Ripenfis, & Praevalis, & Dardaniae, & Maeftiae fuperioris, atque Pannoniae, & ab eo hos ordinari, ipfum vero à proprio ordinari Concilio, & in fubjectis fibi Provinciis locum obtinere eum Sedis Apoftolicae Romae, fecundum ea quae definita funt à sanctiffimo Papa Vigilio.* Idem privilegium laudant Nicephorus Calixtus, Procopius Caesareensis, Georgius Cedrenus, & alii plures, at nemo dicit à quinta Synodo prodiffisse: Solus ergo Justinianus captivo Pontifici extorfit. Erat contra antiquum Romanum morem, & vicariam dignitatem Ecclesiae Theffalonicensis. Acquievit Vigilius, quod ita Provincias iftas videret firmari Romano Patriarchatu: Acquieverunt & ejus fucceffores, uti liquet ex litteris Gregorii Magni ad Felicem Sardicenfem, Constantium Scroditanum, & Joannem Epifcopum primae Justinianae. Quae autem fuerit Justiniani patria, eft longa quaestio, de qua videatur Guido Pancirolus in notitia Imperii Orientalis. Paffim exiftimatur fuiffe Acrida, Metropolis Bulgarorum.

Vigilius Pontifex fuo ad Justinianum Augustum Conftituto inferuit hunc articulum: *Si quis unum Jefum Chriftum, verum Dei & eundem ipfum verum hominis Filium, futurorum ignorantiam aut diei iudicii habuiffe dicit, & tanta fci re potuiffe, quanta ei Deitas, quafi alteri quidam inhabitans, revelabat, anatema fit.* Hinc quaeritur, An noftra Synodus nihil de illo ftatuerit? Audiamus verba Liberati Diaconi Carthaginenfis. *Sub Timotheo tertio Alexandrinae Ecclesiae Epifcopo de corruptibilitate & incorruptibilitate apud ipsam Ecclefiam quaestio nata eft hoc modo. Requiruit quidam monachus Severum, Pseudo-Patriarcham Antiochenum, quid oporteret dicere corpus Domini no-*

stri Jefu Chrifti, corruptibile, an incorruptibile: Ille respondit sanctos Patres corruptibile illud dixiffe. Hoc audientes quidam Alexandrinorum, cum requiffissent Julianum Halicarnaffi Epifcopum, quid & ipse diceret de eadem quaestione, ille dixit sanctos Patres contraria dicere. Horum itaque finguli, ftatuere responfum proprium volentes, fcripferunt libros aduersus alterum. Qui venientes in multitudinem civitatis Ecclefiam illam diviferunt, & alios quidem fecerunt Corruptibiles appellari; verum incorruptibilitatis assertores, Phantafiftas. Timotheus vero magis fententiam Severi fecutus est. Cui cum diceret Themiftius Diaconus ejus, SI CORPUS CHRISTI CORRUPTIBILE EST, DEBEMUS EUM DICERE ET ALIQUA IGNORASSE, SICUT DE LAZARO. Hoc Timotheus negavit dicendum. A cujus communionem Themiftius defciscens schisma fecit. Et ab ipfo dicti funt in Aegypto Themiftiani. Eos voce graeca Agnoetas, id est, Ignorantes, aut ignorantiae in Domino Dogmatiftas paffim appellamus.

Agnoetae fuere duplices. Primi funt Ariani, de quibus Sanctus Ambrosius in libris de fide ad Gratianum Augustum. *Nomine quotidie perffrepunt Ariani fcientiam omnem in Chrifto efle non poffe? Quia ipse, inquit, diei & horae fe professus est ignarum. Scriptum est, inquit, DE DIE AUTEM ILLO ET HORA NEMO SCIT, NEQUE ANGELI CAELORUM, NEQUE FILIUS, NISI SOLUS PATER.* Ex hac ignorantia ftabilium fuum errorem de Deo Filio, dicentes efle non poffe Deum plenum, Patri confubftantialem. Eis varie refpondet idem Ambrosius, ac praemittit. *Primum veteres Codices Graeci non habent, quod nec Filius fciit. Sed non mirum, fi & hoc falfarint, qui Scripturas interpolare Divinas. Qua ratione autem videatur adjectum, proditur, dum ad interpretationem tanti sacrilegii derivatur. Ponetamen ab Evangeliftis fcriptum. Recte addit hoc moderamen. Etenim Sanctus Hieronymus ait folum Matthaeum additamento vitiatum: Sanctus Marcus etiam hodie habet, Neque Filius. Voces illas varie exponit laudatus Ambrosius: placet vero expositio Sancti Gregorii Magni in litteris ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum. De eo, quod scriptum est, Quia DIEM ET HORAM NEQUE FILIUS NEQUE ANGELI SCIUNT, omnino recte vestra Sanctitas fenfit, quoniam non ad eundem Filium juxta hoc quod caput est, sed juxta corpus ejus, quod sumus nos, est certiffime referendum. Qua de re multis in locis Sanctus Augustinus eo fenfu utitur. Sancti Marci textus ita habet. De die illo & hora nemo fciit, neque Angeli, neque Filius, nisi Pater. Exponit in Praefatione Historiae de gefis Francorum Sanctus Gregorius Epifcopus Turonenfis. Cognoscant Ariani hunc Filium, Chriftianum populum nuncupatum, de quo à Deo praedicitur, EGO ERO ILLI IN PATREM, ET IPSI MIHI ERUNT IN FILIOS. Si enim haec de unigenito Filio praedixisset, nunquam ei Anglos praepofuiffet. Ostendit non de unigenito, sed de adoptivo populo haec dixiffe. Est confans expositio etiam Sancti Athanaftii. Et aduersum hoc Agnoetas Sanctus Leander Hispalensis Archi-Epifcopus converfos ad fidem*

A. 1378.

L. 1. Ep. 36
L. 1. Ep. 26

Ep. 18. 19.
20. 28. 29.

Epist. 4.

L. 137.
c. 3.

L. 4. Ep. 10
L. 10. Ep.
33. 34.

Cap. 19.

A. 355.
peri.

L. 5. c. 76

Cap. 13.

L. 8. Ep. 42

Gothos Arianos coegit ad professionem hujus etiam anathematis: *Quicumque nescire Dei Filium, quæ Deus Pater sciat, dixerit, anathema sit.*

L. 108.

Act. 11. f. 168.

Alterum, de quo solo hic agimus, Agnoetarum genus sunt Themistiani à Themistio Ecclesie Alexandrinæ Diacono, de quo Photius in Bibliotheca: *Themistius, sive Calonymus (hoc enim sibi cognomen quoque addidit) Agnoetarum sectæ caput fuit.* Et Sanctus Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus in litteris ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanum, lectis & probatis in Synodo sexta. *Themistius ignorantie pater & genitor, atque seminator nefandissimus, qui Christum verum Deum nostrum diem judicii nescisse delirabat, nesciens quæ ipse jam à Deo protectus assereret, & non recognoscens quæ ignorando loquebatur. Nisi enim ignorasset verborum suorum virtutem, non utique leghiferam ignorantiam peperisset, & ignorantie scditatem ferenter defenderet, ignorare Christum, non secundum id, quod Deus erat sempiternus, sed secundum quod veraciter homofactus, diem consummationis atque judicii, ex insipientia mentis eructans, & purum eum efficiens hominem, & hæc monstruositatem sibi defamans Acephalam, & naturam unam ejusdem Christi Salvatoreis nostri compositam vaticinans.*

L. 8. Ep. 42

Hi ergo Agnoetæ non Deo Verbo, sed adsumptæ humanitati adscribunt diei novissimi ignorantiam, verèque ait Sophronius, quod Dominum Jesum Christum efficiant purum hominem. Consonat Gregorius Magnus in laudatis litteris ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum. *Res valde manifesta est, quia quisquis Nestorianus non est, Agnoeta esse nullatenus potest. Nam qui ipsam Dei Sapientiam fatetur incarnatam, qua mente valet dicere esse aliquid, quod Dei Sapientia ignoret? Et ex Vigilii Pontificis Capitulo liquet, quod juxta Agnoetas Deitas homini, quasi alteri personæ inhabitans ea, quæ volebat, revelabat. Et hinc Themistius revera fuit monstrum: utpotè Acephalus seu Monophyita transformatus in Nestorium, seu ex Nestorio & Eutychete male confuta chymæra, qualem & nostrâ tempora viderunt conflatum ex inimicissimis Martino Lutero & Ulrico ZWinglio Martinum Bucerum. Laudatus Eulogius apud Photium in Bliotheca ait quosdam Palæstinæ solitudinis monachos excitasse pravum dogma, & Domino nostro Jesu Christo ex iis, quæ ipse dixit, adsignasse ignorantiam: *Ubi posuisti Lazarum.* Non itaque solum judicii diem, sed & Lazari sepulchrum dixere ab homine Christo ignorari. Confulere Themistium Ecclesie Alexandrinæ Diaconum, atque ille se constituit Principem nefandi erroris. Quod monachis plenissimè adfensit, ostendunt hæc Liberati verba: *Sicut de Lazaro.**

L. 230.

Videtur non caruisse omni fundamento. Etenim apud Façandum Hermianensem Episcopum scribit in sexto contra Arianos libro Sanctus Eustatius Patriarcha Antiochenus, Nicenæ Synodi ac omnis sub cælo Ecclesie magnum lumen. *Dicamus, cujus rei gratia filius hominis diem probrâ adventus ignoret. Neque enim dubium est, quia & hoc causa utilitatis hominum providens adinvenit*

L. 11. c. 1.

omnium creator & generis opifex Deus. Sicut enim hominem causa salutis hominum Verbo coaptavit & Deo, sic & insignem judicii diem causa Divini beneficii homini competenter abscondit, ne forte infabilia mysteria similis generis hominibus homo indicans & diem secundi adventus ostenderet. Et Sanctus Cyrillus Alexandrinus in libro ad Reginas Nestorianis volentibus hominem adsumptum novissimi diei ignarum non posse esse unam cum Deo Verbo personam, respondet Divinorum secretorum ignoratorem neque probrosam esse creaturam, neque iniustitiam. Addit ab adsumpto homine ignoratum fuisse & Lazari sepulchrum. Et Theodoretus in libro adversus Capitula Sancti Cyrilli. *Si diem novissimum sciens Dominus Christus, ut rem occultaret, ignorare se dicit, vide in quam blasphemiam, quod colligitur, evadat, ut veritas mentietur; si autem veritas non mentitur, neque Deus Verbum diem, quem fecit, ignorat, sed habet Patris cognitionem ut imago incorvertibilis; non igitur Dei Verbi est ignorantia, sed forme servi, quæ tanta per illud tempus sciebat, quanta Deitas inhabitans revelabat. Et hæc doctrinam comprobant Sanctus Cyrillus: Itaque novit & ipse quidem Divinè ut Sapientia Patris; quoniam verò mensuram ignorantiam humanitatis subivit, dispensativè propriam facit hoc cum aliis; quamquam ignorans nihil, sed sciens omnia cum Patre. Dicit à Deo Verbo, quomodo famem & sitim, ita aliquorum ignorantiam adsumptam, ac Theodoretum solummodo culpam, quod Domini naturas ac personam videatur separare. Et Sanctus Ambrosius in laudatis libris de fide. Medium, id est, utriusque naturæ significativum nomen est filii. Nam & filius hominis dicitur: ut secundum imprudentiam adsumptionem nostræ diem futuri judicii nescisse videatur. Et Sanctus Gregorius Nazianzenus adductus ab Eulogio Alexandrino apud Photium in Bibliotheca: *Scit ut Deus, nescit ut homo.* Adhuc possunt & Patres alii. Adduxit Themistius & alia argumenta quatuor, revicta per Theodorum Ecclesie Alexandrinæ Presbyterum; hominem Severianum: At ea tantum memorat, non edicit Photius.*

omnium creator & generis opifex Deus. Sicut enim hominem causa salutis hominum Verbo coaptavit & Deo, sic & insignem judicii diem causa Divini beneficii homini competenter abscondit, ne forte infabilia mysteria similis generis hominibus homo indicans & diem secundi adventus ostenderet. Et Sanctus Cyrillus Alexandrinus in libro ad Reginas Nestorianis volentibus hominem adsumptum novissimi diei ignarum non posse esse unam cum Deo Verbo personam, respondet Divinorum secretorum ignoratorem neque probrosam esse creaturam, neque iniustitiam. Addit ab adsumpto homine ignoratum fuisse & Lazari sepulchrum. Et Theodoretus in libro adversus Capitula Sancti Cyrilli. *Si diem novissimum sciens Dominus Christus, ut rem occultaret, ignorare se dicit, vide in quam blasphemiam, quod colligitur, evadat, ut veritas mentietur; si autem veritas non mentitur, neque Deus Verbum diem, quem fecit, ignorat, sed habet Patris cognitionem ut imago incorvertibilis; non igitur Dei Verbi est ignorantia, sed forme servi, quæ tanta per illud tempus sciebat, quanta Deitas inhabitans revelabat. Et hæc doctrinam comprobant Sanctus Cyrillus: Itaque novit & ipse quidem Divinè ut Sapientia Patris; quoniam verò mensuram ignorantiam humanitatis subivit, dispensativè propriam facit hoc cum aliis; quamquam ignorans nihil, sed sciens omnia cum Patre. Dicit à Deo Verbo, quomodo famem & sitim, ita aliquorum ignorantiam adsumptam, ac Theodoretum solummodo culpam, quod Domini naturas ac personam videatur separare. Et Sanctus Ambrosius in laudatis libris de fide. Medium, id est, utriusque naturæ significativum nomen est filii. Nam & filius hominis dicitur: ut secundum imprudentiam adsumptionem nostræ diem futuri judicii nescisse videatur. Et Sanctus Gregorius Nazianzenus adductus ab Eulogio Alexandrino apud Photium in Bibliotheca: *Scit ut Deus, nescit ut homo.* Adhuc possunt & Patres alii. Adduxit Themistius & alia argumenta quatuor, revicta per Theodorum Ecclesie Alexandrinæ Presbyterum; hominem Severianum: At ea tantum memorat, non edicit Photius.*

Cap. 17.

Cap. 4.

L. 5. c. 7.

L. 230.

L. 108.

Porrò laudatus Eulogius famosum S. Marci locum exponit variè, & addit. *Abst, ut Dominus Jesus Christus ignoravit. Quicumque vel Divinitati ipsius, vel humanitati ignorantiam adscribit, nunquam certissima temeritatis crimen effugiet.* Patrum loca in contrarium adducta exponit per hæc verba Sancti Gregorii Nazianzeni. *Quod si quis ex Patribus ignorantiam in Salvatore ex parte humanitatis admisserunt, id tamen non ut dogma sancierunt, sed Arianorum insaniam repressuri, qui omnia, quæ in Christo erant, humana ad unigeniti Divinitatem transfulerunt, ut increatum Dei Verbum creaturam ostenderent, relictus hæc de humanitate dici posse existimarent, quam humana ab Arianis ad Divinitatem trahi.* Addit de suo. *Et si quis forte dixerit etiam Patres figuratè seu anaphoricè loquutos esse, religiosus videbitur judicasse. Hic est ille Eulogii doctissimus liber, quem per omnia admiratus probavit Sanctus Gregorius Magnus, & Ecclesie Alexandrinæ dedit in regulam, atque idèd dicit*

dicit de ipso Romanum Breviarium: *Agnoetas Alexandria eiecit.*

Adsumptæ humanitati ignorantiam adscribere est omnino temeritas nefanda. Hinc Leporius Presbyter Gallicanus ex Sancti Augustini & totius Africanæ Synodi mandato scribit in libello suæ emendationis. *Ut & hinc nihil cuiquam in suspitione derelinquam, tunc dixi Dominum nostrum Jesum Christum secundum hominem ignorare; sed nunc non solum dicere non præsumo, verum etiam priorem anathematizosentiam: Quia dici non licet etiam secundum hominem ignorasse Dominum Prophetarum.* Ferrandi Diaconi Carthaginensis quaestio fuit ad Sanctum Fulgentium. *Utrum anima Christi susceptivis Deitatis plenam habeat omnino notitiam, & quemadmodum invicem se norunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ita idem Filius seipsum per id, quod homo est, in eo, quod Deus est, noverit, ex utraque atque in utraque substantia totum capiens Patrem: An fortè sicut oculis corporalibus Deum Spiritum minimè videt, ne non homini dignitas addita, sed natura penitus creditur commutata; sic rationalis anima quamvis pio intellectu & corde mundissimo non videri neque comprehendere omnem Divinitatis essentiam ne qualibet creatura inveniat capere creatorem? Et respondet Sanctus Fulgentius Divinam essentiam ac Sanctam Trinitatem à Christi Domini anima omnino comprehendere, eamque esse sententiam Sanctoꝝ Ambrosii & Augustini, omnium Patrum, Apostoli Pauli, ac ipsius Evangelii: *Eam esse singularem gratiam adsumptæ humanitatis, cui communicavit, & in qua abscondit Deus omnes scientiæ & sapientiæ suæ thesauros.* Adjungit tamen. *Possumus planè dicere animam Christi habere plenam notitiam Deitatis suæ; nescio tamen utrum debeamus dicere, quod anima Christi sic suam Deitatem noverit, quemadmodum seipsam Deitas novit: An non potius dicendum est, quia novit quantum illa, sed non sicut illa.* Solidè & lucidè inter illas propositiones distinguit, ostenditque priorem veram, posteriorem esse falsam atque blasphemam. Et ejus auctoritati inflexens Synodus Basileensis meritò damnavit hanc propositionem Augustini de Roma Archi-Episcopi Nazareni: *Anima Christi videt Deum tam clarè & tam intensè, quantum clarè & intensè Deus videt seipsum.* Dictam Fulgentii distinctionem non attendit Romanus iste Augustinus. (a)*

Sess. 22.

(a) Erat hic Ordinis Augustiniani Religiosus. Adnot. Noribana.

Cap. 24.

Cap. 13.

At verò Sanctus Augustinus famosum Sancti Lucæ locum passim exponit de scientia & ignorantia communicativa, qua novissimum diem Filius non scire non facit; eamque expositionem laudavit Sanctus Hieronymus in commentariis Sancti Matthæi, & Sanctus Gregorius Magnus in laudatis litteris ad Sanctum Eulogium. Victor Presbyter Antiochenus in commentariis Sancti Marci rogat: *Cur diem illum proderi non voluit? Et respondet: Ut vigiles; hæc enim spectat quod mox sequitur, VIDEATE, VIGILATE, ORATE, NESCIITIS ENIM QUANDO TEMPUS EST.* Nec indè, quod Theodoretus putat, colligitur veritas fuisse mentita. Adversus Cyrilli Capitula loquitur istic Theodoretus, adeoque liber ille est unus è damnatis per Synodum præsentem. *Christ. Lupi Oper. Tom. II.*

At horum nihil per eandem Synodum tractari curavit Justinianus: Adversus sola tria Capitula vigilabat pro Acephalis. Postmodum etiam pro Phantasiastis seu incorruptibilis in Domino corporis Dogmatistis pugnare cepit, Sanctum Eutychium Constantinopolitanum, Sanctum Anastasium Patriarcham Antiochenum, aliofque id genus Patres clarissimos projecit in exilium, factus palàm hæreticus repentina morte exstinguitur, & teste Evagrío Epiphaniensis, ad inferna descendit luiturus pœnas sempiternas. Proderunt & pro illo Apologiæ: At quæ illi apud supremum judicem non patrocinentur.

CAPUT OCTAVUM.

Exponitur Synodus Mopsuestiensis in causa Theodori ibidem Episcopi.

Omnium fidelium, Episcoporum præsertim, in Ecclesie pace defunctorum nomina honoratis tabulis inscribere, & in dies solenniter ad Missarum solennia & altare recitare, est antiquissima omnium sub cælo Ecclesiarum consuetudo, & Apostolicum institutum, de quo in Apologia pro Sancto Dionysio Patriarcha Alexandrino scribit adversum ejus criminatores Arianos Sanctus Athanasius: *Magni certè argumenti est nihil eos verè dicere, & calumniis virum premere, quod ille nunquam ab aliis Episcopis de impietate convictus est, neque hæresim propugnando ab Ecclesia secessit, sed in ea cum pietate obdormivit, quodque celebrata esset, & in catalogum relata. Qui si cum istis ejusdem opinionis fuisset, minimè dubium, quin eadem, quæ illi, passurus fuisset.* Expunctus fuisset de tabula piorum Episcoporum. Et ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum scribit in litteris post Synodum Chalcedonensem exstantibus contra Timotheum Ælurum suum Pseudo-Patriarcham Synodus Ægyptiacæ dioceseos: *Etiam in venerabili Dyptico, in quo pia memorie transitum ad cælos habentium Episcoporum vocabula continentur, quæ tempore sanctorum mysteriorum secundum sanctas regulas releguntur, posuit suum nomen & Dioscori, qui sub damnatione anathematis à Deo & universalis Chalcedonensis Concilio esse decretus est, & delevit indè sancta memoria & secundum Deum viventes Proterii nomen, regulariter Archi-Episcopi constituti.* Et Apameensis per secundam Syriam Metropolitanæ Ecclesie Clerus in libellis, Constantinopolitanæ sub Menna Patriarcha Synodo insertis, apud eandem Synodum queritur de Petro suo Episcopo: *Anathematizat sanctos Patres nostros, & delet de sacris dypticis ipsorum vocabula, virorum qui honestè & sanctè vixerunt.* Eam nominum inscriptionem & recitationem inferius vocat *salvationem beatissimorum Episcoporum*, hoc est, istum cultum, quem exhibemus Sanctis cum Christo regnantibus, aut eorum sanè imaginibus, quæ aliud non sunt, quam eorum nomina, sed scripta

Ep. 23.

Act. 5.

ita istis litteris, quas intelligunt idiotæ.

Et hinc quidam existimant inscriptionem istam fuisse antiquam canonizationis ac beatificationis formam, omnemque ita inscriptum Episcopum, dum ad altare recitaretur, fuisse à fidelibus cultum ac invocatum. At illos errare evincit Sanctus Augustinus, Petiliano Donatistarum Constantiensis Episcopo, existimanti Cæcilianum Carthaginensem Archi-Episcopum à nobis coli ut sanctum & Patrem, respondens: *In Ecclesia sumus, in qua Cæcilianus Episcopatum gessit, & diem obiit. Ejus nomen ad altare recitamus, ejus memoriam communicamus, tamquam memoriam fratris, non tamquam patris aut matris.* Ejus nomen salutabant, verum non ut sancti, sed ut probi Episcopi, sacerdotali officio citra querelam perfundi, & à nobis cum pace & bona fama ad Deum profecti. Diversa enim fuisse salutandi & ad altare recitandi genera ostendit idem Augustinus frequenter dicens de sanctis Martyribus: *Norunt fideles, quo loco & ordine ad altare recitentur.* Et in quinta mystagoga catechesi Sanctus Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus: *Postquam confectum est illud spirituale sacrificium, ipsum offerimus ut meminerimus etiam ipsorum, qui ante nos obdormierunt. Primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, ut Deus orationibus illorum & deprecationibus suscipiat preces nostras. Deinde pro defunctis Patribus & Episcopis. Denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita sancti, maximum credentes esse animarum juvamen, pro quibus precatio sancti illius & tremendi sacrificii.* Erant tres inscriptorum & recitandorum ordines: Primus palam Beatorum, secundus palam non Beatorum, tertius erat Patrum seu Episcoporum, quorum status erat incertus, ideoque illos neque invocabat Ecclesia, neque pro illis deprecabatur. Et istos tres defunctorum ordines habere omnes Græcorum antiquissimæ liturgiæ, atque ita patet Lutheranos & Calvinistas, Sanctorum invocationem & nostra pro defunctis suffragia referant, longissimè ab antiquo Ecclesiæ universalis dogmate deviare.

Ex mediis etiam illis tabulis expungi erat fædissima nota: Innoxium expungere, aut noxium inscribere erat gravissimum crimen. Etenim inter Timothei Æluri & Petri Apameensis facinoræ numeratur. Et ad Atticum Constantinopolitanum Episcopum scribit Sanctus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus: *Legens litteras à vestra Reverentia missas, cognovi nomen Joannis in sacris dypticis scriptum. Interrogans autem inde venientes cognovi non in ordine laicorum, sed in Episcoporum taxari. Præsciens autem, & apud me ipsum cogitans, si regulis sanctorum Patrum, qui Nicæam convenerunt, conveniant qui hæc fecerunt, & paululum mentis oculum ad magnam illam congregationem eorundem sanctorum Patrum extendens, video omnem illam congregationem velut quibusdam oculis abluentem, & omni virtute prohibentem nos concurrere in hujusmodi consensum. Qualiter enim Sacerdotibus Dei connumeretur, & induatur illorum sortem, qui de Sacerdotio pulsus est? vel quæ in ordine erit Pontificum, qui ab Ecclesiasticis munitis exclusus est? Et infra. Jube ex catalogo no-*

men Joannis auferri. Si enim nihil hoc esse arbitramur, non contristet etiam Apostolicum chorum Judas eis connumeratus. Introducto autem Judæ nomine, ubi nobis Matthias ponitur? Si ergo nemo excludens Matthiam scribit Judam in Apostolorum choro, maneat & servetur rogo post beatæ memorie Nectarium secundus gradus beati Arsacii, ut non per violentiam introductum hujus nomen excludat beati memoriam. Theophilus Patriarcha Alexandrinus Sanctum Joannem Chrysofomum de gradarat, de Episcoporum tabula raserat, inscriperatque nomen Arsacii, intrusi ac superordinati successoris. Et ante & post Joannis mortem intercessit Romana Ecclesia, mandans radi Arsacium, & Joannem reponi: Et Atticus Arsacii successor, jussus à Theodosio Augusto, obedivit. Theophili nepos & in Alexandrina cathedra successor proximus Sanctus Cyrillus id improbat, volens Joannem fuisse legitime de gradatum & abjectum ad laicos, adeoque nomen ejus non plus inter Episcoporum nomina posse scribi, quam nomen Judæ inter nomina Apostolorum. Arsacium esse Sancti Matthiæ similem, proindeque nomen ejus non posse radi. Ea omnia repugnare quinto Canoni Nicæno, vetanti legitime damnatum non reparari, nec vivum, nec mortuum, atque ita Joannem scribi non posse, nisi ad summum in tabulis laicorum. Erudita, & lectu dignæ sunt istæ Attici & Cyrilli Epistolæ, quarum partem Facundus Hermianensis Episcopus, integras adduxit Nicephorus Calixtus. Joannis nomen recipere, aut Romanæ Ecclesiæ gratiam & communionem perdere debuit Cyrillus, ideoque tandem recepit. Etiam Eustatiani schismatis pacem habere ab Apostolica Sede non potuit Antiochena Ecclesia, nisi Paulini & Evagrii defunctorum Episcoporum nominibus receptis. Et Acacianum schisma in eo dudum hæsit, quod Euphemii & Macedonii Episcoporum, qui orthodoxi Acaciano nomini dumtaxat communicarant, nomina radere nollet Ecclesia Constantinopolitana. Hæreticorum præsertim nomina radebantur.

Porro fervente trium Capitulorum lite, intellexit Justinianus Augustus Theodori Mopfuëstiensis Episcopi nomen jam pridem fuisse rasum in propria Ecclesia, atque ita illum convincere sperans de hæresi & damnatione post mortem, Joanni Anazarbi Episcopo, secundæ Ciliciæ Metropolitæ, & Cosmæ Episcopo Mopfuëstienfi per Marthanium Domesticorum Comitum scripsit Divales Epistolas & jussiones, fieri mandans istius Provincie Synodum, inquiri originem & causam rasi nominis, & sibi fideliter referri. Datæ fuerunt litteræ decimo Calendæ Junias, post consulatum Basilii nono, Christi Domini quingentesimo quinquagesimo, Vigili Pontificis quarto decimo: Justiniani Augusti anno vigesimo tertio. Facta fuit Synodus quinto decimo Calendæ Julias à Joanne Metropolitæ & octo Episcopis in Ecclesia Mopfuëstena.

Prokata sunt in medium sancta Evangelia, lætæ Divales ad Joannem Metropolitam & Cosmam Episcopum litteræ, adducti omnes civitatis seniores Clerici & nobiles laici, compulsi ad solenne de dicenda veritate juramentum, discre-

L. 4. G. 1.
L. 14. G. 26.
27.

ti in suos ordines, atque tunc præsentibus Episcopis dixere: *Reverendissimus sacrorum custos vasorum istius sanctissimæ Ecclesiæ adferat ad considerationem nobis & recitationem sacra dyptica, in quibus sanctæ memorie Sacerdotum ipsius optime civitatis continentur vocabula.* Ea mox protulit Joannes eisdem Ecclesiæ Presbyter, & dixit: *Secundum jussionem vestre Sanctitatis inter sacra vasa, quæ à me servantur, habentes dyptica illa protuli, & ad recitationem porrigo. Habeo autem & duos alios membranceos quaterniones veteriores istis, quæ nunc sunt & recitantur, quos & ipsos protuli, sicut videtis. Ex quo liquet sacras hæc tabulas ad sacra vasa spectasse, & fuisse quaterniones membranceos, quales etiamnum videmus in Sacrificiis disciplinatorum monasteriorum. Constantinopolitanorum formam describit magnum Belgii Chronicon: *In Ecclesia Sancti Laurentii prædictæ civitatis erat columna tota marmorea, cooperta ad modum Scaorum, sic ordinata ut incipiendo à principio in uno Scao poneretur nomen Imperatoris, & in sequenti nomen Patriarchæ, qui præsedebat. Prædixit verò Philocephus quidam nomine Leo, columnæ Scacis omnibus expletis perditum iri civitatem Constantinopolitanam, & sic de facto accidit. Quia præsentibus Imperatore Constantino, & Patriarcha Gregorio, quorum tempore capta fuit civitas à Turcis, facta fuit impletio ultimorum Scaorum columnæ. Imperator ille fuit Constantinus Palæologus, Joannis, qui in Florentina Synodo adfuit, filius; Patriarcha erat Gregorius, eidem Synodo præfens, Proto-Syncellus, appellatus Gennadius secundus: Nam & Patriarchæ Constantinopolitani, imitati Romanos Pontifices in sua promotione nomen mutant, semper tamen retinentes initialem litteram nominis sui Baptismalis.**

Mopfuëstena defunctorum Episcoporum dyptica ita habebant: *Pro requiescentibus Episcopis, Protogene, Zoimo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Bastiano, Auxentio, Palatino, Jacobo, Zoimo, Theodoro, Symeone.* Quæstio erat, quinam erant Cyrillus ille, ac ille Theodorus? Respondit verò Martyrius Ecclesiæ Mopfuëstienæ Presbyter, ætatis octuaginta, in istius autem civitatis Clero habens annos plusquam sexaginta: *Neque scio, neque audivi, quod recitatus est Theodorus, olim factus istius civitatis Episcopus, in sacris dypticis, sed audivi, quod Sanctus Cyrillus, Alexandrinæ magnæ civitatis Episcopus, pro Theodoro taxatus est in sacris dypticis, quibus inscripti sunt defuncti sanctissimi Episcopi, & usque huc ipse inscriptus est, & prædicatur cum aliis Episcopis; Episcopum enim in nostra civitate nomine Cyrillum neque scio, neque audivi factum. Qui autem nunc insertus est Theodorus, ante tres annos obiit. Et de Galatia erat. Ægypti Alexandriam vocat civitatem magnam, distinguens contra Alexandriam secundæ Ciliciæ oppidum, cujus Episcopus nomine Urbicus præfenti Synodo adfidebat. Quod ipsum de raso Theodori, & suffecto in ejus locum Cyrilli nomine alii decem Presbyteri, quinque Diaconi, & septemdecim honorati seniores laici sunt attestati, dicentes ita se audisse à suis majoribus, primamque originem & causam ignorare. Ex quibus*

F. 379.

sibi lætis conclusit quinta nostra Synodus: *Sufficit, quæ prolata & dicta sunt Ecclesiasticam traditionem demonstrare, eò quod oportet hæreticos & post mortem anathematizari.*

Verum fuit conclusio infirma. Causam dat Synodus Eliberina: *Energumeni nomen ad altare cum oblatione non recitetur. Et de his, qui animo jam deficientes penitentiam accipiunt, & ante communionem, id est, Sacramentalem reconciliationem moriuntur, scribit ad Theodorum Foro-Juliensem, & ad Rusticum Narbonensem Episcopum Sanctus Leo Magnus: *Horum causa Dei iudicio reservanda est, in cujus manu fuit, ut talium obitus usque ad communionis remedium differatur. Nos autem, quibus viventibus non communicamus, mortuis communicare non possumus. Eo in ipso seu communionis seu penitentia gradu, in quo vivus fuerat & à nobis decesserat, quique olim etiam mortuus habebatur, atque ita qui vivus fuerat Flens, Audiens, Substratus, aut Consistens, etiam defunctus uti talis tractabatur. At verò Consistentis, quoniam sine oblatione communicabat, nomen ad altare recitari non poterat: Recitandi nominis & faciendæ oblationis Jus semper fuere connexa. Non solus adductus Eliberinus Canon, sed & Sanctus Cyprianus in variis Epistolis, in litteris ad Decentium Eugubinum Episcopum Sanctus Pontifex Innocentius primus, alique antiqui Patres semper connectunt. Recitatio nominis, non minus quam oblatio, erat pars plenæ & perfectæ communionis. Quocirca ex raso è sacris Ecclesiæ dypticis alicujus nomine nequaquam ejus anathematizatio aut degradatio, sed sola ad Consistentiam dejectio, à mysteriorum celebratione suspensio, aut quæpiam alia laicæ seu Clericalis communionis mutilatio rectè inferebatur.**

Dura fuit hæc in mortuorum disciplina, ideoque postmodum mitigata. Etenim statuit quarta Synodus Carthaginensis: *Penitentes, qui attentè leges penitentia exequuntur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis subveniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur. Hoc est, recipiatur vivorum pro ipsis oblatio, celebretur pro ipsis sacrificium, & eorum nomen ad ipsum recitetur. Nota non cunctis, sed solis in mari aut alio itinere, ubi eis subveniri non poterat, defunctis gratiam hanc fuisse impensam; & quidem solis penitentia leges strenuè executis, ubi rei iudicium Episcopo deferretur. De cunctis in penitentia ante acceptam absolutionem defunctis statuit in suo Capitulari ex undecima Tolerana Synodo Isaac Episcopus Lingonensis: *Quamquam diversitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, eorum tamen nobis sententia placuit, qui multiplici numero de hujusmodi humanis decreverunt, ut & memoria talium in Ecclesiis commendetur, & oblatio pro eorum dedicata spiritibus accipiatur. Undè eidem suo Penitentium Capitulari inferuit non solummodo jam adductum Carthaginensem, sed & hunc ex quinto libro Capitularum Caroli Magni defunctorum Canonem: *Placuit his, qui accepta penitentia ante reconciliationem migrant ad Deum, communicari, pro eo quod honoraverint penitentiam. Est duodecimus, at verbis parumper-***

Ep. 91. c. 3.
Ep. 92. c. 10.

Cap. 79.

L. 1. c. 14.

Cap. 15.

Immutatus, secundæ Arelatenfis Synodi Canon, *Altere addens: Oblatio illius recipiatur. Multo largior est gratia secundæ Synodi Aurelianensis: Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse. Et hoc jure nos hodie vivimus.* Attamen sui ipsorum homicidis addimus etiam in duello cæcos, & quovis in notorio mortali delicto extinctos.

Porro defuncti Theodori tempore apud Græcos omnino vigeat primævi Canonis rigor, atque ita nominis ratura illum Nestorianæ hæreseos aut de illa damnationis reddebat solummodo suspectum, non convincere. Hæreseos istius domitor Sanctus Cyrillus, ejus in locum suffectus, augebat suspicionem: Sed solummodo augebat. Ratura tamen evincebat Theodorum in Ecclesiæ pace defunctum post mortem fuisse vocatum in judicium, convictum delicti, & communione mutilatum. Etenim Cyrillus non nisi in pridem defuncti Theodori locum potest fuisse suffectus. Rectè verò Sanctus Athanasius ex retento constanti & semper recitato nomine conclusit Antecessorem suum Dionysium nunquam fuisse de hæresi damnatum aut graviter notatum: Quod illa inscriptio & recitatio sint infallibilis character perfectæ ac plena communionis.

CAPUT NONUM.

Elucidantur Acta quinta generalis Synodi.

COLLATIO PRIMA.

Primæ Collationis, factæ post Basilii Confulatum tertio decimo, Christi Domini quingentesimo quarto, Vigili Pontificis decimo octavo, Justiniani Augusti anno vigesimo septimo, præfuderunt Eutychieus Constantinopolitanus, Apollinarius Alexandrinus, Dominus Antiochenus, & Eustochii Patriarchæ Hierosolymitani legatio Stephanus Raphiæ, Georgius Tiberiadis, & Damianus Episcopus Zozufenus. Synodum hanc fuisse vigesimo septimo Justiniani anno factam dixere ad sextam Synodum etiam Legati Apostolici, adeoque Onuphrius Paninus, anno vigesimo sexto assignans, (a) est lapsus. Memoratos Præfides regebat à Theodoro Cæsarensium in Cappadocia Archi-Episcopo reclus idem Imperator Justinianus, atque ad præsentem Collationem intromitti mox postulavit vir spectabilis Theodorus Silentarius, & ad Eutychiei Patriarchæ interlocutionem intromissus dixit: *Piissimus & Christianissimus noster Dominus misit me ad vestram Beatitudinem dare vobis piissimam formam legendam ante vestram sanctam Synodum.* Eam continentem Divales litteras ad Dominum Patriarchæ Antiocheni interlocutionem legit Stephanus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Dia-

conus, Notarius, atque Instrumentarius, id est, Commentariensis, Memorialis, aut sanè Monitor, quorum officia deseribit antiqua notitia ejusdem Ecclesiæ.

Sacra Divales profitebatur ac edicebat varia. Primò, dicit avitam Romani Imperii pietatem esse, ut orthodoxam fidem & Ecclesiarum pacem Augustus Princeps defendat, procuret, & ab Erronibus læsam restauret per generalem Synodum, uti adversus Arium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychetem fecerunt per Nicenam, Constantinopolitanam, Ephesinam, & Chalcedonensem Synodum Augusti Constantinus, Theodosius primus, Theodosius secundus, & Marcianus. Laudatis Synodos illi coegere, earum judicata legibus confirmarunt, & illis rebelles hæreticos compulerunt ad obedientiam, aut everterunt. Et hocce reverà est officium Christiani Principis. Istos sese imitari Justinianus proficitur. Proficitur mox à suscepto Imperio unicuique sibi fuisse votum & conatum pacificare Occidentis & Orientis Ecclesias, longo Acaciano schismate, & horrendis Nestorianorum ac Eutychanistarum adversus Synodum Chalcedonensem turbulentis laceratam, & addit: *Fecimus predicari eandem sanctam Synodum cum tribus aliis sanctis Conciliis in Dei Ecclesiis. Quod ipsum in libellis Agapeto Pontifici adversus Antimum sedis Constantinopolitanæ in favorem exhibitis, & in Synodo Constantinopolitana sub Menna Patriarcha lectis, adfirmant Episcopi Orientales: Imperator noster, tamquam Christi*

*discipulus approbatam animam habens, statuit quatuor sanctas Synodos in Divinis ac Sacris initiationibus magna voce predicari, quæ fortificant corda fidelium, & hæreticorum compungunt, sperans eos, qui errore ex simplicitate subducti sunt, converti. Uti ad Francis suis, ex priorum Episcoporum & Regum Merovingiorum focordia nimium rudibus, reddendam necessarium fidei mysteriorum firmam notitiam Carolus Magnus cantari Symbolum, ita ad eliminandam omnem, ex Nestorianorum ac Eutychanorum turbulentia natam, fidelis populi de Synodo Chalcedonensi suspensionem, omnes quatuor generales Synodos solenniter ad Missarum Sacrificia recitari iussit Augustus Justinianus. Opus laude veraciter dignum. Hinc enim quatuor illa Concilia, quod frequenter prædicat Sanctus Gregorius Magnus, tamquam quatuor Dei Evangelia crepit novo modo omnis sub cælo Ecclesia venerari. Etenim venerationem esse avitam & antiquissimam, solamque inscriptionem ac recitationem novam, quam novi scandali & dissensionis perperam accusant Eutychanistæ insigniter in Collatione Constantinopolitana cum Episcopis Severianis demonstravit Hypatius Archi-Episcopus Ephesiorum. Illam tamen Justino Augusto adscribit in litteris ad Hormisdam Pontificem Epiphanius Patriarcha Constantinopolitanus: *Quatuor Conciliorum pro fide constantia prædicatur, & hoc ipsum omnibus sacrorum dyptichorum recitatione manifestum est.* Eo autem tempore necdum Justinianus, sed adhuc Justinus regnabat. Et orthodoxorum monachorum ad Joannem secundum Patriarcham, Epiphani Antecessorem, adversus Acacianum schis-*

Act. 8.

ma publica in Ecclesia adclamatio & postulatio habuit hoc tertium Capitulum: *Ut pro majori Scripturarum auditorio quatuor Synodi ponantur in sacris dyptichis.* Et ejusdem Joannis Constantinopolitana Synodus reposuit: *Quoniam honesta petitio est, dignum judicavimus juxta exclamationes populi, & acclamationem vestre Beatitudinis, & secundum porrectum libellum à venerabilibus Archi-Mandritis & Monachis, ipsas Synodos in dyptichis prædicari.* Rei series largè refertur in Actis Synodi sub Menna Patriarcha, tandem concludentibus: *Et post lectionem sancti Evangelii ex more sacra Catechumenorum Missa finita, & januis post eosdem Catechumenos & Pœnitentes ejectos, clausis, ac sancta lectione juxta consuetudinem lecta, tempore dyptichorum cucurrit omnis multitudo cum magno silentio circumcirca altare, & audiebant. Et cum solum lectæ fuissent à Diacono appellationes sanctarum quatuor Synodorum, voce magna universi clamaverunt: GLORIA TIBI DOMINE. Uti solet & lecto Evangelio acclamari. Et hinc difscimus Missæ locum, quo apud Græcos sacra dypticha recitabantur. Proinde hanc Synodorum inscriptionem & recitationem Monachi à Joanne Patriarcha postularunt, Joannes ac ejus Synodus instituerunt, pro Ecclesia Constantinopolitana confirmavit Justinus Augustus, ejus successores & nepos Justinianus ad omnes Orientis Ecclesias extendit, atque ita justo titulo boni operis laudem uterque sibi adscripsit. Videatur apud Laurentium Surium vita Sancti Sabbæ Abbatis.*

Secundò, adductæ Divales litteræ in Theodori Mopsuestiensis Episcopi personam & dogmata, in Theodoretæ Cyrensis Episcopi adversum duodecim Sancti Cyrilli anathematismos scripta, ac in Iba Edesseni Metropolitæ famosam ad Marim Persidis Antistitem Epistolam graviter & acerbè invehantur, addentes tria hæc Capitula à quibusdam defendi ea intentione, ut Deus verbum non dicatur homo factus, & sancta virgo non prædicetur Deipara, atque ita evertatur Chalcedonenfis Synodus, & virus Nestorianum stabiliantur.

Tertiò dicunt eadem tria Capitula esse jam pridem non solum à quatuor Græcorum Patriarchis, sed etiam à Vigilio Romano Pontifice & verbis & scriptis anathematizata. Istic hærebant nodus. Etenim sine Romano Episcopo nihil definiti potest: Sine ipso factus Episcoporum Conventus nequaquam Christiana Synodus esse possit, sed schismatica conspiratio, & factio seu parasynagoga. Hinc addunt litteræ Vigili in eadem sententia semper persistisse, probantque ex ejus actis in Rusticum nepotem suum, & Sebastianum Romanæ Ecclesiæ Ex-Diacos Cardinales, degradatos ea de causa, quod Apostolicum tria Capitula condemnans judicatum, prius laudatum & probatum, improbassent, & ad Capitulum Defensores adversus proprium Pontificem apostataissent.

Verùm à suo judicato resilierat etiam ipse Vigilius, & à Justiniano firmam tandem harum contentionum definitionem rogatus noluerat adesse huic Synodo, promiserat tamen scripto mentem suam aperire. Hinc pergunt litteræ Divales: *Adhortamur etiam vos de his disceptare.* Proficitur

Justinianus quatuor Generales Synodos cum cunctis suis definitionibus, & omnes Ecclesiæ Patres cum suis dogmatibus, Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Nazianzenum, Gregorium Nyssenum, Theophilum, Joannem Chrysostrum, Cyrillum, Augustinum, Proclum, & Sanctum Leonem. Affererat se rectis animi passibus gradi in hoc negotio, credereque non posse tria ista impiissima Capitula per Synodum Chalcedonensem fuisse probata. Præsertim profani Theodori personam & dogmata, de quibus prosequitur: *Hortamur vos considerare ea, quæ à Theodoro impiè tam in aliis, quam in Judaico Symbolo, quod & Ephesi & Chalcedone prolatum, anathematizatum est ab utraque Synodo, cum his qui ita sapuerunt aut sapiunt.* Adjungit eorundem Scriptorum causa Theodorum pessimè notari à plerisque sanctis Patribus, & de propriæ Ecclesiæ dyptichis fuisse ejectum. At loquitur sine competentis testimonio. Etenim Judaicum istud Symbolum est usque huc incerti auctoris.

Quartò, Divales litteræ inquiri mandant, an in Ecclesiæ pace defunctus Episcopus ob comperita post ejus mortem crimina, maximè hæresin, possit damari. Verum sibi ipsis non coherent. Nam quod Synodaliter inquiri mandant, ut definitum posse fieri adferunt, eamque esse doctrinam & praxim sanctorum Patrum, qui non solum viventes hæreticos condemnaverunt, sed & post mortem anathematizarunt, sicut eos, qui iniussè condemnati sunt, revocaverunt post mortem, & in sacris dyptichis scripserunt, quod factum est in Joanne & Flaviano Episcopis Constantinopolitanis. Quod quidam Patres doceant occultos in vita hæreticos posse damnari post mortem, verum est; quod aliquos damnarint, nullo exemplo ostendere possit Justinianus. Quosdam tamen, quoniam alia damnandi, alia absolvendi est ratio, iniquè in vita damnatos post mortem omnino absolverunt.

Quintò, Divales litteræ difcetti mandant etiam Theodoretæ Cyrensis Episcopi scripta adversum duodecim anathematismos Sancti Cyrilli; item famosam Epistolam Iba Episcopi Edesseni, accusatam de variis. Primò, quod Deum Verbum neget factum hominem. Secundò, quod sanctam Virginem inficitur Deiparam. Tertiò, quod damnet Ephesinam Synodum, tamquam quæ sine quæstione & judicio Nestorium degradavit. Quartò, quod Sanctum Cyrillum ac ejus duodecim Capitula calumnietur esse hæretica. Quintò, quod Nestorium & Theodorum, eorumque impietates probet ac laudet. Hæc cum Synodo Chalcedonenfi conferri, & an consonent definiti mandati Justinianus.

Post lectas hæc litteras Theodorus Silentarius, utpotè officio perfunctus, à Stephano Raphiæ Episcopo, Eustochii Patriarchæ Hierosolymitani Vicario & Legato, è Synodo dimissus est, ac Stephanus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus ac Notarius legere iussus quasdam Vigili Pontificis & aliorum Patriarcharum de hac re litteras, primùmque legit Epistolam Eutychiei Patriarchæ Constantinopolitani ad laudatum Pontificem, qua proficitur quatuor generalium Synodorum fidem & legitimas definitiones, nomi-

Act. 3.

(a) Vide Notam Noris, supra ad cap. 6.

Post Ep. 72. Relat.

nominatim Ephesinum Chalcedone confirmatum Canonem de non addendo ad Symbolum Nicænum, à Synodo Constantinopolitana sufficienter auctum, rogat motas de tribus Capitulis quæstiones pacificè inquiri, & tandem aliquando finiri. Utraque pars quatuor Synodos, Chalcedonensem præsertim, adidue profitetur, quod altera alteram de hujus prævaricatione adidue accusaret. Ephesinum istum Canonem nominatim profitetur Eutyechius, quod illum cum Justiniano Augusto existimaret editum adversus Judaicum symbolum Theodori. Inquiri & definiri supplicat Vigilio Pontifice præsidente. Ex quo vides manifestum mendacium contineri in hisce Græcorum Episcoporum apud Sylvestrum Sguropulum verbis. *In quinta Synodo Eutyechius Patriarcha Vigilio Papæ locum non cedit.*

C. 2. C. 22.

Exindè idem Stephanus Diaconus legit ad hæc Eutyechii litteras & preces Responsum Vigilii Pontificis probantis ejus fidem & zelum, opantis Apostolico officio citra ullam paternarum traditionum prævaricationem fungi in scabrosa hac contentione, & addentis: *Annuimus, ut de tribus Capitulis, factò regulari conventu, collationem habeamus.* Data erat Epistola hoc ipso inchoatæ Synodi anno, octavo Idus Januariæ. At mentem interim ex causis mutaræ Vigilii, Chalcedonem fugerat ad sanctæ Euphemie corpus, (a) affectus podagra & variis per Justiniani Augusti violentiam illatis calamitatibus, sese istic quasi in asylo clauserat, & fieri Synodum nolebat.

Quare ad ipsum Legati sunt Eutyechius Constantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus, Dominus Patriarcha Antiochenus, Benignus Heracleæ in Paphlagonia Episcopus, Eliæ Thesalonicensis Archi-Episcopi Vicarius & Legatus, Theodorus Cæsarensis primæ Cappadociæ & totius Ponti, Andreas Ephesinus totius Asiæ, Megerthius Heracleensis universæ Thraciæ Dioceseos Primas, Joannes Nicomedienfis Bythinia, Stephanus Nicænus, Constantinus Chalcedonensis, Eusebius Tyrius primæ Phœnicæ, Joannes Cæsarensis primæ Palæstinæ, Amazonis Edeffensis Provinciæ Osrhoenæ, Thomas Apameensis secundæ Syriæ, Episcopi Metropolitanæ, Pompejanus nescio cuius in Byzacio sedis, Phocas Staliensis in Provincia Prævalitana, Theodorus Leontopolitanus, Stephanus Clyfmatis, & Emilianus Antipyrgi Episcopus, supplicaturi ut Synodo adesse dignaretur, & præsidere. Nestorium Constantinopolitanum, Joannem Antiochenum, ac Dioscorum Patriarcham Alexandrinum per tres dumtaxat Episcopos citarunt Synodi Ephesina & Chalcedonensis; verum ad Vigilium Pontificem omnes præsentem Patriarchæ, omnes autocephali Primates, & nobiliores quique Metropolitanæ legantur, non cum citatoris mandatis, sed cum supplicibus precibus. Liquet ex relatione facta per reduces Patriarchas: *Pervenientes ad Sanctissimum Papam senioris Romæ Vigilium, petivimus ejus Beatiudinem convenire, & disceptare nobiscum de tribus Capitulis.* In tan-

to sem per autoritatis apice apud omnes Patriarchas & generales Synodos fuit primatus Episcopi Romani. Reposuit verò Vigilium *se propter corporis infirmitatem non posse ad hanc petitionem respondere, in postero autem die pollicitus esse manifestare quod ei de tali conventu placuerit.* Et Patriarchæ: *Oportet igitur præsentem differre diem.* Norant enim sese sine Romano Episcopo non Synodum, sed conciliabulum facturos. Quod nosse, & quintam hanc Synodum diligenter evolvere debuerat etiam Conventus Basileensis.

COLLATIO II.

BIduo post, pridie nonas Majas, iidem Patriarchæ, Primates, Metropolitanæ, Episcopi rursus accesserunt Pontificem, rogantes istud ipsum, urgentesque tandem satisfieri quæstionibus, de quibus Imperator & ipsum & omnes Patriarchas in Scriptis interrogabat. *Ille verò respondit non posse unà convenire, eò quod plurimi hic quidem sint Orientales Episcopi, pauci verò cum eo; facere autem per semetipsum in scriptis suam sententiam, & offerre piissimo Domino, idè enim & inducias postulasse ab ejus Serenitate, ut intra eas voluntatem suam manifestaret.* Contra Synodorum regulas & morem violenter omnia Justinianus egerat: Hinc adesse & præsidere Vigilium noluit, nisi Latini Episcopi cum Græcis in pari numero adessent. Ad quæ Episcopi legati: *Scit vestra Beatiudo, quod in his, quæ inter nos in Scriptis facta sunt, promissistis unà cum Episcopis, qui nobiscum & communicant & uniti sunt, convenire & requirere de his tribus capitulis.* Nos verò & communicamus, & uniti sumus vobiscum, & non decet omnium nostrum conventum differri propter Occidentales Episcopos. *Nec enim in quatuor sanctis Synodis multitudo Occidentalium Episcoporum inventa est unquam, sed duo vel tres Episcopi, & certi Clerici.* Nunc quidem adest vestra Beatiudo, multi etiam alii ex Italia præstunt Episcopi, sunt etiam ex Africa, & ab Illyrico, & nihil est quod prohibeat convenire vos unà nobiscum secundum ea, quæ inter nos in scriptis facta sunt. *Et melius est cum charitate decente Sacerdotes convenire, & unam pro causa sententiam statuere, ut tunc quæstio communem in scriptis definitionem suscipiat.* Dixere hanc esse firmam voluntatem Principis, & adjunxerunt: *Si non vultis secundum ea, quæ nobis in scriptis placuerunt, convenire, cognoscat vestra Beatiudo, quod oportet nos in unum convenientes nostram manifestare voluntatem.* Promissam, indictam, & adunatam semel à Pontifice Synodum dixere ab ipso postmodum non posse revocari, suspendi, dissolvi, sese sine illo processuros sunt minati, atque ita effigiarunt vivam speciem Synodi Basileensis ex quatuor priorum Synodorum generalium exemplo: Præsertim cum hic adesset ipse Pontifex, caput & virtus omnium Occidentalium Episcoporum. Addiderunt esse varios Ita-

liæ, Africa, ac Illyrici Episcopos, omnes spectantes ad Occidentalem Ecclesiam, seu Patriarchatum Romanum. Ex quo lucet numerosos Epiphani Patriarchæ Constantinopolitani ad invadendam Illyricianam diocesein conatus à Bonifacio secundo Pontifice fuisse plene reutos, & exufflato. Quales verò essent isti, Africa præsertim Episcopi, supra audivimus à Cleri Italici litteris, & omnino optimè norat Vigilium, atque ita meritò noluit in Synodum consentire.

Quapropter altero die, septimo mensis Maii, ad illum Justinianus Augustus legavit Liberium patricium, Petrum patricium & magistrum officiorum, Patricium patricium, Constantinum Quæstorem sacri Palatii, Bellisarium, Certhegium, Rusticum, & cum illis varios Metropolitanas ac Provinciales Episcopos, ex sua Augusta parte supplicatos, ut conveniret ad Synodum, & tractaret de tribus capitulis, his qui volunt fiduciam, id est, plenam libertatem, habentibus contradicendi, ut per communem consensum omnium finem susciperet causa trium Capitulorum. Eidem calendis Maii ipsum cum eisdem precibus accesserant; verum Pontifex perstitit immobilis, & plurimis de hoc motis postulavit inducias accipere, ut solus suspedeat. Norat qualiter jam à Justiniano tractatus fuerat, & qualiter foret in Synodo tractandus. Et ad illum Legati: *Solus quidem sepius in scriptis condemnasti ista tria capitula, piissimum autem Dominum in communi vult Te unà cum aliis convenire, & sic de his iudicium fieri.* De induciis verò & per alios suggestit tua Beatiudo piissimo Domino, & respondit ejus Majestas, quod si quidem conveniat cum beatissimis Patriarchis, & religiosissimis Episcopis, secundum quod inter vos visum est, debentes tractare & communiter de tribus capitulis disponere, præbeo non solum quantas nunc dicitis inducias, sed etiam longiores; sin autem per semetipsum tua Beatiudo vult suam manifestare voluntatem, necesse est nos etiam ab his, qui propter hoc vocati sunt religiosissimi Sacerdotes, & tantum tempus hic commemorati sunt, synodicè discere, quam de his habent voluntatem. Nos autem non possumus Dei Ecclesiam ulterius in tanta confusione relinquere, maxime hæreticis calumniantibus ejus Sacerdotes, tamquam Nestorii sequaces: Utique ob tria capitula necdum ab illis damnata. Verum etiam tunc Vigilium perstitit, & iterum promisit solus facere, & transmittere piissimo Principi. Et merito: Etenim ante omnem Episcoporum conventum, ante invocatum Spiritum sanctum, jam à Theodoro Cappadociæ Archi-Episcopo intructus Justinianus norat quid esset in Synodo facturus, ideoque talem conventum Vigilium averfatur.

Secunda igitur Collatio, facta octavo Idus Majas, audivit hæc duas ad Vigilium legationes, & gloriosissimi iudices concluderunt: *Nos hoc, quod iussi sumus à piissimo Imperatore, implevimus, & inus ad sacrum ejus Palatium, in ejus obsequium permansuri.* Vos autem Dei timorem præ oculis habentes, celerem finem causæ imponere agramini, conveniensem his, quæ à sanctis quatuor Conciliis de una eademque fide definita sunt. Mandant Episcopis, ut sine Vigilio, citra rationem refragante, faciant Synodum, finiantque trium

capitulorum litem, verum conformiter ad quatuor priores generales Synodos, præsertim Chalcedonensem. Capitulorum patroni adfirmabant illa probata per Chalcedonensem Synodum, sine ejus injuria retractari non posse, longè minùs damnari, & à Theodoro Cappadoce circumscriptum Principem degenerasse in manifestum ejus prævaricatorem. Adversum istos volvere gloriosi Iudices causam ex Chalcedonensi Synodo iudicari, addideruntque Justinianum esse ejusdem, uti & aliarum trium, zelosissimum custodem, utpote qui omnes quatuor sacris Ecclesiæ dyptichis inseri & prædicari fecit, quod ante imperium Divinitus ei datum in sancta Ecclesia non procedebat.

Post eorum egressum Græci Episcopi iudicaverunt obediendum Principi, faciendam Synodum sine Pontifice, advocandos tamen ipsi adherentes Romani Patriarchatus Episcopos, Primasium ex Africanæ dioceseos Provincia Byzacena, Sabinianum, Projectum, & Paulum ex diocesi Illyriciana. Fuere invitati per Theodorum Lybironem, Anatolium Cymæ, & Diogenianum Episcopum Zozopolitanum, nec non Ammonium, Petrum, & Theodorum, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyteros ac Defensores; verum Primasium Episcopos Adrumentinus respondit: *Papa non præsentem, non venio.* Et Sabinianus Episcopus Zyparensis: *Venire non possum, eò quod præstò non est Archi-Episcopus meus Benenatus.* Et Projectus Episcopus Naizitanus: *Archi-Episcopum Benenatum accedo; & ad eum, seu juxta eum, respondeo.* Eodem modo respondit Paulus Episcopus secundæ Justinianæ. Et Synodus ad ista sibi relata: *De Primasio secundum Ecclesiasticam traditionem opportuno tempore quæ oportet disponantur; Sabiniano autem, & Paulo, & Projecto, reverendissimis Episcopis, licebit, secundum quod petierunt, ad Benenatum religiosissimum Episcopum accedere, qui communicat nobis, & consentit his, quæ ab hac Synodo aguntur, sicut ostendunt ea, quæ sæpius scriptis & fecit: Et quod Phocas, religiosissimus Episcopus, sub ejus diocesi constitutus, præstò est huic sancto Concilio, & vices ejus agit. Et hæc quidem sic ordinentur. Incongruum autem Sacerdotibus esse putantes protrahere dandum à nobis responsum Christianissimo Imperatori, Deo juvante, futuro die convenientes quæ oportet agemus. Phocas ille erat Episcopus Staliensis.*

Tunc factum est, quod in suo de tribus Capitulis Constituto scribit Vigilium Pontifex ad Principem Justinianum: *Ad fratres & Coepiscopos nostros, quibus similiter de eadem causa Responsum vos flagitare dixistis, filium nostrum Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Diaconum Pelagium cum hujusmodi mandato direximus, dicentes: Ut quia constitutus Collationis faciendæ modus fuerat prætermittendus, saltem viginti dies pro nostri corporis imbecillitate, quam norant, nostrum deberent definitum de tribus Capitulis suscinere Responsum, antiquum & regularem custodientes ordinem, ut ante nostra, id est, Sedis Apostolicæ, cui per Dei gratiam præsidemus, promulgationem sententiæ quidquam proferre tentarent, unà scandali rursus, quæ sopita fuerat, ori-ri posset occasio. Prætermitti constitutum collationis faciendæ modum veraciter est questus Pontifex: Eam enim in scriptis, & à pari Latino-*

(a) Ex subscriptione Constituti colligitur tempore Synodi Vigilium fuisse in Constantinopolitana civitate; unde Lupus lapsus est scribens Pontificem post datas ad Eutyechium litteras mensè Januario iterum Chalcedonem se recepisse, ubique tempore Synodi moratum. *Noris in dissert. de V. Synodo cap. VII.*

sum & Græcorum Episcoporum numero faciendam stipulatus fuerat ante Pascha Justinianus, è quavis Latina Provincia evocandorum Episcoporum nomina acceperat à Pontifice, atque isti stipulationi Vigilii innixus in Synodum, quam in Italia aut certe Sicilia fieri instantissimè & frustra postularat, Constantinopoli celebrandam confenserat. Adeo ejus de pari Episcoporum numero exceptio non fuit frivola, aut vana: Vana fuit Justiniani & ejus Episcoporum expostulatio, qua promissam semel, & quidem taliter Synodum dixerunt à Pontifice non posse retrahi aut suspendi. Laudata Constituti verba evincunt omnium in generali Synodo tractandorum propositionem, ac primum de illis suffragium competere Sedi Apostolicæ, eumque esse antiquum & regularem ordinem, cujus transgressio Synodum transformat in scandalosum conventum.

COLLATIO III.

Collatio tertia, facta septimo Idus Majas, solemniter professâ est quatuor generalium Synodorum fidem & cunctas legitimas definitiones, nec non & doctrinam Sanctorum Patrum, Athanasii, Hilarii, Basilii, Gregorii Nazianzeni, Gregorii Nysseni, Ambrosii, Augustini, Theophili, Joannis Chrysostomi, Cyrilli, Procli, ac Leonis. Et subjunxit: *Hac recta confessione in sancta Dei Ecclesia servanda & prædicanda, si quis ab ejus communione semetipsum separet, contraria ei sapiens, talis semetipsum alienans rectæ fidei, & hæreticis connumerans, jussu à sancta Dei Ecclesia condemnatur & anathematizatur.* Subjunxit adversum illos, qui tria Capitula sine Chalcedonenis Synodi, confirmatæ per Sanctum Leonem Pontificem, prævaricatione ajebant non posse damnari. Promisit proximo conventu adgredi eorum causam.

COLLATIO IV.

Collatio quarta, facta quarto Idus Majas, adgressa est primum & palmare capitulum, causam dogmatis & doctrinæ Theodorianæ, & urgente Diodoro Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archi-Diacono & Notariorum Primicerio, per Calonymum ejusdem Ecclesiæ Diaconum ac Notarium legi sibi jussit loca varia ex ejusdem Theodori libris deslorata. Eorum hæ erant præcipuæ blasphemiarum. Primò, quod Sanctus Thomas Apostolus, Christo Domino nostro à mortuis resuscitato dicens, *Dominus meus, & Deus meus*, non dixerit id de eodem Domino tamquam Deo, sed quasi de puro homine stupefactus illum resuscitatum, & ideo offerens Deo glorificationem. Secundò, quod baptizari in Christi nomine sit simile cum baptizari in Moyse, & vocari nos Christianos, uti quidam à dogmatum inventoribus vocantur Platonici, Marcionitæ, Manichei. Tertio, quod Christus Dominus fuerit imago Dei Verbi, & sicut imperialis imago adoraretur. Quarto, quod Christus Domi-

nus ab antiquo testamento non esset prophetatus. Quintò, quod Verbi cum carne unitas non secundum hypostasim aut idiomatum communionem, sed facta esset dumtaxat secundum bonam voluntatem. Sextò, quod Deus creasset contraria, & bona & mala: *Quod docuisset peccantia, & mortem induxisset.* Septimò, quod Angeli, homines, dæmones essent similiter mali. Octavò, quod Deus omnia mutabilia & mortalia creasset. Nonò, quod Deus peccata hominibus expedire sciens, fieri disposuisset. Decimò, quod Salomon non accepisset Prophetiæ gratiam, sed Ecclesiastæ & Proverbiorum libros ex humana prudentia scripsisset. Undecimò, quod Canticum canticorum esset fabula amatorum, mensalis & lasciviæ cantus, Judæis & Christianis semper interdicitus, similis convivio Platonis de amore. Duodecimò, quod liber Job paganicis fabulis feateret, adeoque à spiritu Sancto non esset. Quibus omnibus varium anathema Synodus adclamavit.

Exinde legi sibi jussit etiam Judaicum Symbolum, à Charisio Philadelphienis in Lydia Ecclesiæ Presbytero & Œconomio accusatum; & ab Ephesina Synodo damnatum, vocans *Sceleratum Theodori Symbolum*, & adclamans: *Hoc Symbolum satbanas composuit; anathema ei, qui hoc Symbolum composuit; hoc Symbolum Ephesina prima Synodus unâ cum auctore ejus anathematizavit. Unum tantummodo fidei Symbolum scimus, quod Nicæni sancti Patres exposuerunt & tradiderunt: In hoc omnes baptizati sumus, & baptizamus.* In Næcæno Symbolo aucto per Synodum Constantinopolitanam. *Anathema Theodoro Mopsuesteno. Iste Dispensationem injuriavit. Anathema illis, qui non anathematizant illum. Defensores ejus Judæi sunt; sequaces ejus Pagani sunt. Multis annis Imperatorem, Christianum Imperatorem multis annis. Et hoc hominem tibi servatur. Zizania tu ejecisti, Ecclesias tu emendasti. Theodorum Mopsuestenum omnes anathematizamus. Confirmant damnatum hoc à Facundo Hermianensi Episcopo anathema: Si quis non anathematizet Theodorum Mopsuestenum, & ejus dogmata, eosque, qui aut similia sapuerunt aut sapiunt, anathema sit.* Fuit indigna acclamatio: Utpote qua Episcopi Ecclesiam à Laico Principe doctam & purgaram profitentur. Et hinc ipsi acquiescere, & in Theodori personam definire noluerunt Synodi Primate, interlocuti causam in proximo confessu latius disquirendam.

COLLATIO V.

Examinari pergitur causa Theodori Episcopi Mopsuesteni.

Quintæ Collationi, factæ tertio Idus Majas, Diodorus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archi-Diaconus & Notariorum Primicerius legenda obrulit sanctorum Patrum, legum Imperialium, & Ecclesiasticarum in Theodorum

ad Mopsuestenum Scripta & Decreta, & ex Synodi jussu primum legit loca varia ex Sancti Cyrilli Patriarchæ Alexandrini libris, editis diserte adversus Theodorum. Culpat istic Cyrillus varias ejus propositiones, præsertim has: *Deus verbum est dumtaxat abusus homo; Homo adsumptus est sola gratia, non natura Deus; Non Deus, sed solus homo est natus à Virgine, crucifixus, mortuus, à morte suscitatus; Sancta Virgo non est Deipara, quod hominem genuerit, non Deum.*

Exinde lectus est libellus Sancto Proclo Patriarchæ Constantinopolitano à majoris Armeniæ, Persidis, & vicinarum gentium Episcopis exhibitus contra Theodorum, accusans de multis. Primò, quod esset homo pestifer, fera diabolicam hominis formam & vacuum Episcopi schema habens, latitans in obscuro orbis loco, vili oppido secundæ Ciliciæ, descendens è dogmate Pauli Samosatensis. Secundò quod Photini Syriensis in Illyrico Episcopi & aliorum Hæresiarum verbus usus fuerit in suis scriptis, & dogmata sua ex illis confirmasset. Tertio, quod virum suum spargere volens, Mopsuestensis oppiduli angustia non fuerit contentus, sed contra Canones prædicatum abierit ad alienas parochias, præsertim Patriarchalem civitatem magnæ Antiochiæ. Quarto, quod istic adsumptum hominem esse Deum negans, & Sanctam Virginem non esse Deiparam è suggestu blaterans, Ecclesiam illam scandalis, litibus, scissuris impleverit, ideoque à Joanne Patriarcha fuerit ad palinodiam compulsus. Quintò, quod venena hæc vomuerit sub fuce evertendi Arii, Eunomii, ac Apollinarij, atque ita simplicem plebem doloso hamo captivarit. Sextò, quod tunc Nestorium Ecclesiæ Antiochenæ Presbyterum instruxerit, seduxerit, sibi colligarit. Hinc libellus concludit & rogat, ut Proclus Ephesinam Synodum, quæ Nestorium degradavit, imitatus dignetur etiam illius magistrum & fontem Theodorum, sine expresso nomine jam antea condemnatum, nunc nominatim condemnare, & condemnationis sententiam omnibus per Syriam & Ciliciam Ecclesiis notificare.

Addit Actonum Synodali Digestor: *Porrecta sunt & impia capitula ex Theodori codicibus Proclo ab Armeniis, quorum multa in ante latis continentur. Quæ omnia latè in Nestorianæ ac Eutyriani hæreseos Breviario resert Liberatus, Ecclesiæ Carthaginensis Archi-Diaconus, insinuans palmare capitulum fuisse: Unus è Sancta Trinitate non est crucifixus.* Hinc eam in suo ad Armenios rescripto tomo illius contradictorium Proclus strenuè defendit. Et tomi illius quædam hic ad Synodum fuere lecta.

Lectâ item est Sancti Cyrilli ad Lamponem Presbyterum Epistola, Orientalis diocesis Episcopos durè accusans de multis. Primò, quod Nestorii nomen tacentes, & averfari simulantes, retinerent dogma, idque ex Theodori, qui Nestorii magister fuerat, libris, habentibus blasphemias Nestorianæ majores. Secundò, quod Joannem Antiochiæ Patriarcham desuper omnino monuisset, sed frustra: Etenim Maximus ejusdem Ecclesiæ postmodum Patriarcha, tunc Diaconus & Archi-Mandrita, palam Alexandriæ

questus est orthodoxis istic nullum locum esse, nec fiduciam loquendi de recta fide. Tertio, quod Nicænum Symbolum nequissimè interpretarentur, atque ideo illius orthodoxam expositionem, extantem in tertia parte Ephesini Concilii, ad eisdem Maximi preces conscripsisset.

Lectâ quoque est ejusdem Cyrilli ad Accium Melitæ in secunda Armenia, Theodorum Ancyræ in prima Galatia, & Firmum Cæsareæ in prima Cappadocia Archi-Episcopos Epistola, Orientales Episcopos denuò accusans, quòd deslorata ex Theodori codicibus capitula, à Sancto Proclo in rescripto ad Armenios como anathematizari jussa, anathematizare noluerint, dicentes ex tali anathemate derivandam maculam etiam ad Sanctos Patres, Athanasium, Basilium, Gregorios Nazianzenum & Nyssenum, Theophilum, & reliquos, qui familia cum Theodoro docuissent.

Lectâ est & ejusdem Cyrilli Epistola ad Rabbulam Edeffenum Episcopum, Osrhoenæ Provincie Metropolitam, illum laudans uti Orientalis dioceseos columnam & veritatis firmamentum, utpote qui solus istic Collegarum suorum pravitati adversus expugnaret veraciter Nestorianam hæresin, procedentem ex radice ejus, qui de Cilicia erat, id est, Theodori. Hic est ille Rabbulas, quem successor Ibas vocat suæ civitatis tyrannum, dureque notat, quod palam in Ecclesia Theodorum anathematizasset.

Lectâ est ejusdem Rabbulæ ad Sanctum Cyrillum Epistola, Nestorium & Theodorum accusans de vario communi dogmate. Primò, quod inter Domini naturas unionem secundum hypostasim penitus averfarentur. Secundò, quod Sanctam Virginem negarent esse Deiparam. Tertio, quod hominem & Deum unitos dicerent, non hypostasi, sed sola bona voluntate. Quarto, quod unionem secundum hypostasim dicerent penitus impossibilem, propter omnimodam Divinæ naturæ incircumscriptionem. Quintò, quod Christum Dominum, non tamquam Deum, sed sola relatione ut quandam imaginem vellent adorari: Relatione Dei extrinsecè adfumentis. Sextò, quod etiam de sancto Eucharistiæ Sacramento, & contenta istic Dominicæ carne fentirent pessimè, dicentes etiam de ipsa verum esse: *Caro non prodest quidquam.* Septimò, quod garerent non supra Deum Verbum, sed supra patrum hominem esse ædificatam Ecclesiam. Octavò, quod ipsorum etiam de gehenna ratiocinationes non sit tutum per litteras significare. Addit quod hæc omnia omnino docuerunt, sed clandestinè, & dolosè, *timentes pias aures populi.*

Lectâ item est Hesychie Presbyteri Hierosolymitani Ecclesiastica historia, accusans Theodorum de multis. Primò, quod semper Photini fuisse imitator, lingua maliciosus & paratissimus, & voluntate semper versatilis, utpote qui ab Ecclesiæ Antiochenæ Clericali ad carnis libidines & sæculum apostatasset, & per condiscipuli Sancti Joannis Chrysostomi Epistolas, quarum etiam nunc hodie Epigraphe est: *Ad Theodorum lapsus, fuisse ad sanam mentem; & clerum, utique infirmum, reductus.* Secundò, quod Antiochia Tarsum, primæ Ciliciæ metropolim,

ac inde Mopsuestiam, secundæ Ciliciæ oppidum, migrans esset contra Apostolicos Canones factus Episcopus; Etenim Episcopum oportet esse sine crimine, commissio post baptismum, quod de quovis præsertim carnali lapsu antiqui Canones intellexerunt. Theodorum fuisse natalibus illustrem Sanctus Joannes Chrysostomus in dictis Epistolis adumbrat. Tertiò illum accusat Hefychius, quod judaicam impietatem æmulatus statim in Episcopatus exordio ediderit in Psalmos commentaria, garruens nullas istic esse de Christo Domino prophetias: Et quod ob fidelis populi gravissimas de tanto facinore querelas Episcopatum perdere periclitatus promiserit delere, & igni tradere simulatim impium codicem, & tamen ut impietatis viaticum clanculo conservavit. Quartò, quod verbis orthodoxis, ac æquivocis, adeoque apud simplicem populum recta docere visus, secretos errores dilectis discipulis privatim instillarit; atque ita multis annis plurimos corruerit. Quintò, quod senex varios de Dominica Incarnatione libros ediderit, in quibus cunctis blasphemavit Dominum Jesum Christum fuisse purum hominem, qui propriis creati arbitrii viribus & meritis per vitam sanctitatem & libidinum victoriam, profecerit tandem in conjunctionem cum Deo Verbo, & nomen filii Dei.

Ex inde lectæ sunt duæ leges, Ephesini Concilii confirmatrices, quibus Theodosius secundus & Valentinianus tertius damnant Diodori Tarsensis Episcopi, per primam Ciliciam Metropolitanæ, nostri Theodori, ac Nestorii, hominum impiorum ac pestilentium abominandam doctrinam; eorum sequaces deinceps nominandos statuunt, non Christianos, aut Nestorianos, sed à Simone mago Simonianos, illis omnia conveniunt, ac Nestorii libros vetant legi, describi, detineri, jussos exuri. Imitari se gloriantur Constantinum Magnum, qui Arianos à profano & nequissimo Porphyrio vocari jussit Porphyrianos. Eisdem vocari Valentinianos, Marcionistas, ac Manicheos mandat in Epistola ad Adelphium Episcopum & Confessorem Sanctus Athanasius, & dat causam: *Par est, ut quorum pravam opinionem receperunt, eorum quoque vocabula & titulos accipiant. Forsitan ex putore, gravevolentiaque istorum nominum fieri potest, ut pudore commoventi tandem intelligant, in quantum voraginem impietatis delapsi sint.* Diodorus ille fuerat Theodori magister: Hinc suspectus.

Lectæ est & Theophili Patriarchæ Alexandrini ad Porphyrium Patriarcham Antiochenum Epistola, conquerens à Theodoro, tunc vivente & prædicante, resuscitari deliria Pauli Samosatensis, cum suo non tantum dogmate, sed & Baptismate damnati à Synodo Nicæna. Quod est insigne pro decimo nono Nicæno Canone testimonium. Quod porrò Paulus iste cum Judæis docuerit Christum Dominum esse purum hominem, testatur Sanctus Athanasius in secunda, tertia, quarta, quinta oratione contra Arianos, in secunda Epistola ad Serapionem Episcopum, in Epistola de Synodi Nicæna contra Arianos Decretis, & in speciali opusculo de Dei

Verbi Incarnatione adversus Paulum: quod hic dictatum adversus ultimam Pauli impietatem à Sancto Athanasio tomum Theophilum appellat. Rectè dicit, *Ultimam Pauli impietatem*: Etenim Paulus etiam sacrosanctam Trinitatem confudit cum Sabellio, quod vius nunquam forbuit Nestorius aut Theodorus.

Porrò Arianorum fuerunt classes variae. De ipsarum una scribit in quarta adversum illos oratione Sanctus Athanasius, loquens de Deo Verbo: *Homo factus est, non in hominem, qui jam erat, supervenit. Nam & hoc quoque cognitu necessarium est, quando qui hic ruinam passi sunt impii, etiam alios secum eodem præcipiant: Quippe qui existiment eum, quemadmodum prisca temporibus in unumquemque ex Sanctis descendit, ita tum quoque in Mariæ Filium descendisse, ut eum sanctificaret, & in eo se ostenderet, uti in cæteris sanctioribus hominibus fecit.* Eam omninò fuisse quorundam inter Arii blasphemias & Nicænam Synodum circa Dei Verbi cum Patre consubstantialitatem fluctuantium Arianorum Judaicam & Cayphaicam sententiam, disertè testatur in priori ad Adelphium Episcopum Epistola, & adversus illam in multis locis scribit sanctam Virginem veraciter Deiparam fuisse. Erroris fundamentum erat, quod duarum naturarum secundum hypostasim unio induceret adsumptæ carnis, quod sine idololatria fieri non potest, adorandæ necessitatem. Quod argumentum enodare necessiens Apollinarius desideravit Domini carnem fuisse, non temporalem & à Virgine sumptam, sed æternam, caelestem, Divinam, Deo Verbo identificatam, utpotè de qua in Symbolo proficitur Synodus Nicæna: *Consubstantialem Patri.* Ità in libro de Domini adversus illum Incarnatione testatur idem Athanasius, in Epistola ad Episcopum Corinthi Episcopum exclamans: *Quis infernus ista cruciavit? Naturarum, inquam, confusionem ac identificationem delirabat Apollinarius, ideoque non solummodo plenas & perfectas naturas; & solum unionem adversus ipsum prædicare, sed & hanc extenuare, & liberioribus de ipsa verbis uti cœperunt quidam Doctores Catholici, atque ita Apollinaristis ansam dare istius in Ecclesiam calumniam, de qua ad Theophilum Alexandriæ Patriarcham Sanctus Gregorius Episcopus Nyssenus: Proferunt quod aliqui quasi Catholicae Ecclesiae existentes duos colunt filios in dogmate, unum secundum naturam, alterum secundum adoptionem postea acquisitam. Cœperunt, inquam, Apollinaristæ Ecclesiam de soluto Jesu Christo & adserta ejus divisione accusare, quin & sese mutuo accusare ipsi Catholici, & quidam non sine fundamento esse suspecti. Etenim de sua Alexandrina Synodo, in qua natam inter orthodoxos de hac propositione, *Tres Divinae persone sunt tres hypostasies*, periculossissimam contentionem sedavit, addit Sanctus Athanasius in litteris ad Ecclesiam Antiochenam: *Etiā de negotio & dispensatione carnis nostri Salvatoris, cum super ea re quoque nonnulli cum aliis contentionem moverent, & sese mutuo confusionis aut divisionis infamarent, & hos & illos examini subjecimus, & quod isti protestabantur; hoc & illi quoque suffragio ad sensuque prosecuti sunt, nempe non**

ea ratione, qua ad Prophetas factum est Verbum Domini, factum esse Verbum & advenisse in Christum sub finem seculorum, sed ipsum Verbum carnem esse factum, & cum esset in forma Dei, formam servi adsumpsisse, & ex Maria, quantum ad carnem attinet, hominem esse genitum hominum gratia, eoque modo humanum genus solidae & integrè liberatum in ipso à peccato, & à morte vivificatum introduci in regna caelorum. Adversus istum partim errorem, partim erroris suspensionem disputat frequentissimè idem Athanasius, hanc propositionem, *Deus Verbum est crucifixus*, defendens constantissimè, & exponens quomodo adsumpta in Verbi hypostasim humanitas adoretur sine idololatria, aut quavis Divinae Majestatis injuria: Quod nempe Deus benedictus, qui sese à Judæis in arca testamenti, ideoque & arcam istam secum adorari jussit, longè magis in adsumpta carne, quæ est prophetantis arcæ adimpletrix veritas, jusserit & jubeat adorari. Latria nostra in solum Deum, non in arcam aut humanitatem tendit: Adoramus Deum carne vestitum. Porrò ex suspectis istis fuisse Diodorus ac Theodorus: Ex ipsis postmodum emergens Nestorius suspensionem graviter auxit, eamque pro certa scientia nostra Synodus accepit. Et addit: *Porrecta sunt Theophilo & impia capitula ex codicibus Theodori.* Ità ostendit Theodorum etiam in vita sua fuisse graviter de hæresi suspectum.

Sequitur in Actis Synodalibus: *Ex his, quæ Theodoretus defendens Theodorum contra Cyrillum scripsit, per quæ testimonium perhibet idem Theodoretus, quod Theodori sint istæ impietates, contra quas Sanctus Cyrillus scripsit.* Agit Synodus contra Liberatum Diaconum Carthaginensem, constanter adseverantem libros, qui sub Sancti Cyrilli nomine adversus Theodorum circumferuntur, esse per nescio quem confictos. Et adversus Facundum Hermianensem Episcopum, conatum multis ostendere, quod Diodorum Tarsensem quidem reprehenderit, nequaquam tamen damnarit Sanctus Cyrillus, Theodorum autem nec reprehenderit, sed laudari variè & probari. Hinc igitur Synodus sibi legit quædam testimonia Theodoretæ, Cyrillum culpantis ob scripta in Theodorum, ideoque illa esse germanum Cyrilli opus confidentis.

Adversus eundem Facundum perrexit Diodorus Ecclesiae Constantinopolitanæ Archidiaconus & Notarius Primicerius: *Quoniam quidam dicunt, quod sanctæ memoriæ Cyrillus laudavit Theodorum Mopsuestenum in quodam Scripto suo, in quo dicunt quod scriptum est, BONO THEODORO. Et super hæc quod sanctæ memoriæ Gregorius Nazianzenus litteris usus est ad Theodorum Mopsuestenum, laudans eum.* Ostendere voluit Synodus à nullo penitus Patrum laudatum fuisse, sed ab omnibus damnatum. Hinc Theodulus Ecclesiae Constantinopolitanæ Diaconus & Notarius legit integrum Cyrilli locum, habentem inter alia: *Quoniam in libris Theodori inventa sunt quædam ultima impietatis plena, quomodo erit consequens velle tacere? Eum accusat, quod Dominum Jesum Christum in duos filios dividat, quod eum dicat purum hominem & abusive ap-*

pellari Deum, quod sanctam Virginem esse Deiparam inficietur. Ex quo conclusit Synodus verba hæc, *Bono Theodoro*, à Sancto Cyrillo dicta fuisse per ironiam. Laudatus Theodulus legit item varias Sancti Gregorii Nazianzeni ad Theodorum litteras: ast Thyanenensis Ecclesiae Metropolitanæ, nequaquam Episcopum Mopsuestenum. Lucidissimè id fuit demonstratum. Confirmavit Euphranta Thyanenensis Episcopus, secundæ Cappadociæ Metropoli: *Semetipsos decipiunt, qui putant quod Gregorius ad Theodorum Mopsuestenum scripsit veritates Epistolæ. Ego enim, ut & Thyanenensis Episcopus, & ipsa ortus Provincia, veritatem expono. Theodorus Episcopus fuit in mea civitate temporibus beati Gregorii: Prædicatur enim in sacris dyptichis. Quod ipsum Theodosius Mociiffi seu Justiniani Episcopus, tertie Cappadociæ Metropoli, est attestatus. Et per adducta huc usque testimonia existimavit Synodus Theodorum de hæresi esse abundè convictum.*

Longa & odiosa est hæc quaestio, de qua Facundus Hermianensis Episcopus scripsit duodecim libros verè facundos, adfirmans Theodorum de toto Christiano dogmate, Dominica præsertim humanatione, rectum per omnia sapuisse & scripsisse, factus interim quædam adversus Apollinarium, Domini naturas confusentem, dixisse liberius ac durius, quibus tamen varia liberiora atque duriora reperias in sancto Eustatio Antiocheno, Dionysio Alexandrino, Athanasio, pluribus Patribus, ac ipso etiam Sancto Cyrillo. Ejus omnia asserit trahi posse in sanum sensum longè facilibus, quam dicta Sancti Dionysii Alexandrini, ità tracta à Sancto Athanasio. Quidquid ità trahi non possit, ait non esse Theodori, sed ejus libris dolose immissum ab Apollinaristis, peritissimis similibus artium, ac in Diodorum atque Theodorum calumniosissimè inimicis. Antiqui testamenti, Davidicorum præsertim Psalmorum, de Christo Domino Prophetias & promissiones constanter adfirmat à Theodoro neque negari, neque evacuari. Adversus defuncti, quam quidam machinabantur, damnationem, & collecta quasi ex ejus libris heretica capitula ostendit Antiochiæ fuisse solenniter tumultuatum à populo, ipsam à nullo unquam Patriarcha aut Synodo attentatam, quin & Divali lege ad Sancti Procli Constantinopolitani Patriarchæ preces à Theodosio Augusto interdixit.

Palmare accusationis caput erat profanum ac judaicum Symbolum, ab Ephesina & Chalcedonenfi Synodo damnatum, de quo pergit Facundus adversum trium capitulorum damnatores: *Ahuc aliud magnum & duplex eorum mendacium publicamus, quod non Ephesini tantum, verum etiam ipsius Chalcedonenfi Concilii judicio notabile esse voluerunt, dicentes: Theodori Symbolum & in Epheso sub Sancto Cyrillo Synodus, & in Chalcedone condemnaverunt, atque anathemati subdiderunt cum conscriptore ejus. Primum mendacium esse ait, quod Symbolum istud ab Ephesina & Chalcedonenfi Synodo adfirmat tamquam Theodori fuisse agnitum atque damnatum, Et reverà fuisse mendacium ostendit Sancti Cyrilli ad*

C. 10.

L. 3. C. 3.
L. 4. C. 2.

L. 3. C. 2.

C. 2.

ad Joannem Antiochiæ Patriarcham Epistola, per eundem Facundum ac etiam Vigilium Pontificem in Constituto ad Justinianum Augustum laudata: *Prolata est in sancta Ephesina Synodo definitio, velut à Theodoro deponita, sicuti offerentes dicebant.* Accusator Charisius dixit ipsum esse Theodori, verum de Ephesina Synodo pergit Facundus: *Nec adfirmat ipsum Theodori fuisse.* Noluit Synodus istud inquirere, longè minùs definire. Causam dat in laudato Constituto Vigilium Pontifex: *Beatus Cyrillus sua providentia Ecclesiasticam moderationem circa mortuum sacerdotali sapientia servans noluit nomen ejus ne momentis quidem synodalibus, propter regulam, quæ de mortuis in Sacerdotio servanda est, contineri.* Reverà enim Ephesina Synodus nullam penitus fecit Theodori mentionem: *Et in Chalcedone, inquit Facundus, non alibi mentio Theodori facta est, nisi ubi ex Epistola venerabilis Ibe recitatum est nomen ejus.* Secundum mendacium esse dicit, quod Capitulum inimici dicant judaicum Symbolum & Ephesi & Chalcedone fuisse cum suo Conscriptore damnatum. Conscriptorem ait non fuisse inquisitum, auditum, aut citatum, atque ita non potuisse damnari. Quod ipsum jam audivimus à Vigilii Pontificis Constituto. Pro eadem re nobilioris Ecclesiæ Africanæ Episcopi degradationem, exilia, miserandas ærumnas sustinuerunt. Et Acephalis de Synodo Chalcedonensis, quod neque Theodorum neque Ibe Epistolam illius laudatricem damnasset, conquerentibus respondet in libro de Scetis Leontius Scholasticus Byzantinus: *Hoc potius de Sancto Cyrillo queri debent, quàm de Synodo. Nam sanctæ memoriæ Cyrillum, cum nonnulli hoc ipsum quaererent ut Theodorus anathemati subjiceretur, ad Proclum scripsisse constat minime Theodorum anathematizari debere. Nam Orientales, inquit, universi Theodorum pro magno Doctore habent, quem si anathemati subjecerimus, in Orientalium Ecclesia dissidium ingens excitabimus, quorum unus est Ibas, qui cum anathematizari non patietur. Quod ergò Sanctus Cyrillus fieri prohibebat, quo pacto Synodus facere poterat? Qua pacis providentia usum etiam jam audivimus Concilium Ephesinum. Est scabrosa quaestio, circa quam à Romana Ecclesia, Gregorii præsertim magni Decretis, non licet nos discordare.*

Altera palmaris adversus Theodorum accusatio erant sexaginta superius memorata capitula, per Rabbulam Edeffensem ac Acacium Melitinensem Episcopum ex ejus libris desolata, judicanda missa ad Sanctum Proclum Episcopum Constantinopolitanum, & per ipsum in rescripto ad Armenios tomo damnata. De quibus duo quaeruntur: Primò, An reverà fuerint Nestoriana, & damnari digna? Secundò, An reverà in sensu Nestoriano fuerint tradita à Theodoro?

Ad primum respondeo affirmativè. Etenim capitula ista, sibi à Sancto Proclo per Theodorum Diaconum cum congruentibus Epistolis transmissa, damnavit in sua Synodo etiam Joannes Patriarcha Antiochenus, perpetuus Theodori Encomiastes, Joannes, inquit Carthaginensium Archi-Diaconus Liberatus, & qui cum eo

erant congregati Episcopi, legentes tomum, & ejus laudantes compositionem, subscripserunt in eo, & Proclo transmiserunt. Damnarunt etiam Synodus Chalcedonensis, dictum tomum in relatione ad Martianum Augustum laudans & confirmans, in suo ad Justinianum Augustum Constituto Vigilium Pontifex, & omnis semper sub cælo Ecclesia: Etenim capitula ista, prout jacent, sunt palam impia atque Nestoriana. Nec unquam id Facundus Hermianensis, Victor Tonnonensis Episcopus, Liberatus Carthaginensium Archi-Diaconus, aut ullus Theodori defensor fuit ausus inficiari.

Omnis nodus est in secunda quaestione. Partem negativam constanter sustinuerunt Ciliciæ Episcopi, Theodori Comprovinciales, de quibus idem Liberatus: *Insimulant Rabbulam & Acacium, quod capitulorum collectionem, non ex charitate, sed ex emulatione atque contentione fecissent.* Rabbulam enim in nescio quo congressu fuisse à Theodoro de nescio qua quaestione convictum & confusum, ideoque vindictæ spiritu semper illi adversatum, ejus successor Ibas in famosa Epistola testatur. Et à Sancto Proclo per Maximum Diaconum rogatus, cujus illa, quæ Theodori dicebantur, essent capitula, Joannes Antiochenus pro ejus excusatione ignorare se dixit. *Quin & Synodo congregata tres pro Theodoro distulit Epistolas. Et unam direxit Theodosio Augusto, aliam Cyrillo, & tertiam Proclo, laudans in eis Theodorum, & exponens ejus sapientiam.* Et harum Epistolarum primam & tertiam, plenas Theodori laudibus, in relatione ad Marcianum Augustum suscepit & confirmavit Synodus Chalcedonensis, adeoque suscepit & Theodorum, nullatenus credens Capitula ista ab ipso processisse. Hinc etiam Sanctus Proclus in suo tomo capitula damnans, nullam penitus Theodori fecit mentionem. Et Joannis Antiocheni Epistolæ Sacram remittens Theodosius Augustus Theodori derogatores contra sententiam propriam venire judicavit. Similem ejusdem Principis legem, Sancti Procli precibus datam, supra laudavimus ex Facundo Hermianensi. Quin immò & sanctus Cyrillus in suo ad Joannem Rescripto laudavit Theodorum, ejus adversarios culpans, quod mendaciis uterentur, ac in Ephesina Synodo etiam judaicum Symbolum ipsi imposuissent.

Pro parte autem affirmativa facit Basilius, nescio cujus Ecclesiæ Diaconus, qui in Sancti Procli ad Armenios tomo Theodorum non notari indignatus scripsit libellum, in quo docuit Theodori libros vitandos, sicut Arii & Eunomii blasphemias. Alexandriam ivit, & Sanctum Cyrillum in Theodorum accendit, atque ita ab illo permotus Cyrillus quatuor libros scripsit, tres adversus Diodorum & Theodorum, quasi Nestoriani dogmatis auctores, & alium de Incarnatione librum. Et licet in eis libris Theodori dicta laudentur contra Arianos edita, ipsum tamen magistrum Nestorii fuisse contendunt. Eodem tempore surrexerunt quidam monachi ab Armenia, duo vel tria portantes capitula excerpta ex libris Theodori, quæ damnanda esse cum suis auctoribus clamabant, accusantes ea Nestoriano sensu esse conscripta: *Quia si Nestorius jusse damnatus est, damnentur, dicebant, & ista cum*

cum suis auctoribus. Omnem Orientem, Regiam civitatem, Ecclesias plures, Clericos, populos, monachos, monasteriorum quietem hisce clamoribus conturbabant. Adversum illos Joanne Antiochenus adunavit Synodum, scripsit tres laudatas synodales Epistolas, purgavitque Theodorum; convincens monachos istos esse Apollinaristas. Sed & dictos Cyrilli libros quidam ajunt sub ejus nomine esse confictos. Joannis vestigia secutus est successor Dammus, & de Basilio, qui sub Flaviano secundo Patriarcha & Anastasio Augusto floruit, Ecclesiæ Antiochenæ Presbytero habet in Bibliotheca Ptolemy: *Diodorum atque Theodorum Patres laudat.* Ab eodem culpa ait Capitula Sancti Cyrilli. Ex quo perspicis hisce de Theodori mente & sensu quaestionibus Ecclesiam dudum fuisse arietatam. Rectè enim in libro de utilitate credendi scribit Sanctus Augustinus: *Quibus argumentis absentis vel mortui hominis voluntatem ita colligam, ut de illa jurare possim? Cum etiam præsens interrogaretur, multa esse possent, quæ, si malus non esset, officiosissime absconderet.* Res istæ utique ad Justinianum Augustum, & motus de tribus Capitulis. Tum plenè discussus fuit ex suis scriptis Theodorus, & non tantum verba, sed & sensa Nestoriana habuisse judicatus. Istud nostræ Synodi judicium confirmavit tandem omnis sub cælo Ecclesia, à qua quisquis discordavit, manifestus est temeror ac rebellis. Redeamus ad Acta synodalia.

Tractatur, An Episcopus in Ecclesiæ pace defunctus possit damnari post mortem.

Post Theodoretum ex tot testimoniis probatum hæreticum, examine Synodus, cepit jam dictam quaestionem. Et quoniam partem negativam ex Sancto præsertim Cyrillo, Ephesinam Synodum per vices Apostolicas moderante, probat in suo Constituto Vigilium Pontifex, Phosinus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus & Notarius ante omnia legit ex primo ejusdem Cyrilli adversus Theodorum libro testimonium, adseverans recusandos hæreticos, sive in vivis sint, sive non. Legit item illius ad Martinianum & alios monachos Epistolam, adfirmantem ab Ephesina Synodo fuisse non solum Nestorium damnatum, sed & omnes, qui aut post aut ante illum, quos inter omnino Theodorus, similia sapuerint aut sapuerunt. Quod sanè argumentum non est infirmum. Nam & Sanctus Hieronymus ad Pammachium & Oceanum scribit de Patribus Synodi Nicænæ: *Latenter Origenem,*

Epist. 65.
c. 14.

fontem Arii, percusserunt. Damnantes enim eos, qui Filium de Patris negant esse substantiam, illum pariter, Ariumque damnaverunt. Licet Origenem non nominarint. Alioquin hoc argumento nec Valentinus, nec Marcion, nec Cata-Phyrges, nec Manichæus damnari debent, quia Synodus Nicæna eos non nominat, quos certè ante Synodum fuisse non dubium est.

Exindè Sextilianus Tunensis in Africa Episcopus, ac Primus Carthaginensis Archi-Episcopi Vicarius ac Legatus, prodiit in medium, & adduxit varia Sancti Augustini testimonia, quibus Cæcilianum Carthaginensem olim Archi-Episcopum, in Ecclesiæ pace defunctum, dummodo à Donatistis nocens deserviret, protestatus est sese anathematizare paratum. Et reverà inter Sanctum Augustinum, immò omnem Catholicam Ecclesiam, & Donatistas fuit quaestio hæc agitata. Adversum assiduos horum in defunctum Cæcilianum criminationes fuerat frequens Sancti Augustini querimonia, *Arguis apud me eos, quos jam olim defunctio mea cognitio non judicavit; reposuit verò Cresconius Donatista: Licet tibi & hodie judicare, & judicium non tantum de vivis, sed etiam de mortuis haberi potest. Licet enim sit mortuus, qui peccavit, nunquam illud moritur, quod admisit.* Et Responsum istud Sanctus Augustinus omnino probavit: *Ecce volo judicare, sed vos causam ipsam non vultis agere. Quæ læta verba grandi præconio excepit Benignus Heracleæ*

(a) in Paphlagonia Episcopus, ac Eliæ Thessalonicensis Archi-Episcopi Vicarius & Legatus, addens hanc esse perpetuam traditionem Ecclesiæ, probansque exemplo Valentini, Marcionis, Basilidis, Eunomii, Apollinaris, & plurium Eusebianorum, quos nulla Synodus damnavit vivos, defunctos verò omnes Deo Ecclesia anathematizat. Verum ad rem id non erat. Istorum quippe nullus fuit in Ecclesiæ pace defunctus. Perrexit Benignus: *Sed etiam Romanorum Ecclesia ante paucos annos Dioscorum, qui fuit Papa ejusdem Ecclesiæ, & post mortem anathematizavit, cum nec in fidem peccasset. Et hoc sciunt omnes qui degunt Romæ, & maxime qui in dignitatibus existunt, qui etiam eidem Dioscoro communicatores permanserunt usque ad mortem.* Hic est ille Dioscorus, Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis, qui ab Hormisdæ Pontifice ad Justinum Augustum, Acaciani schismatis componendi causa, cum quibusdam Episcopis Legatus, adversum Schytia monachos & eis faventem Justinianum Comitem strenuè egit, cui ex tunc Romanum Papatum ambiens Patriarcham Alexandrinum promissit idem Pontifex, & de quo in Bonifacii secundi vita habet liber Pontificalis: *Bonifacius cum Dioscoro ordinatur sub contentione. Qui Dioscorus ordinatur in Basilica Constantiniana, Bonifacius verò in Basilica Julii. Et fuit dissensus in Clero, & Senatu*

(a) Nulla hujus nominis urbs unquam fuit in Paphlagonia, quæ cum sit in extrema parte Galatiæ in Asia, non video, quomodo illius Provincie Episcopus vices gerere poterit Metropolitanæ Macedoniæ. Erat Benignus Episcopus Heracleæ in Pelagonia, quæ est parva Macedoniæ regio inter Axium, & Erigonum sita. Et jam olim tum in latrocinali conventu Ephesino, tum in Synodo Chalcedonensi legitur subscriptus *Quintillus Heracleæ Macedoniae agens vicem Anastasi Episcopi Thessalonicensis.* Ita & in Synodo V. Benignus Heracleæ Macedoniae gessit vices Eliæ Thessalonicensis. *Notis in Dissert. de V. Synodo Cap. IV.*

natu dies viginti novem. Eodem tempore defunctus est Dioscorus, pridie idus Octobris. Quocirca etiam Dioscorus extra Ecclesie pacem fuit defunctus, atque ita iterum hic à scopo Benignus deviauit. Unicum ab ipso adductum Rabbulæ Edeffeni Episcopi, defunctum Theodorum anathematizare ausi, exemplum proposito serviebat: At licet illum in Sacerdotibus esplenduisse adfirmet, modicæ istud erat auctoritatis.

Suprà à Facundo Herimianensi Episcopo, & Vigilii Pontificis Constituto laudari audivimus Sancti Cyrilli ad Joannem Antiochiæ Patriarcham & ejus Synodum litteras, vetantes damnari Theodorum, & adherentes profanum Symbolum sub ejus quidem nomine fuisse Ephesini Concilio oblatum, at rem indiscussam sub incerto remansisse. Etiam de aliis hæreticis capitulis, quasi defloratis ex ejus codicibus, Theodorum non fuisse convictum. Admodum momentosa pro ipso erat hæc Epistola, ideoque & illam legi postularunt, lectamque esse fictam, utpotè stylo & sensu ab aliis Cyrilli scriptis alienissimam, adfirmarunt Theodorus Cæsarensis in Cappadocia Archi-Episcopus, Joannes ibidem Nyssenus, & Basilius Episcopus novæ Justinianæ. Probarunt ex aliis ejusdem Cyrilli ad eundem Joannem Patriarcham, ad Acacium Melitine Episcopum, & ad Theodosium Augustum Epistolis, quibus Diodorum Tarfensem, & ejus discipulum Theodorum ait fuisse totius mali Nestoriani Fontes, & pergit: *Scripterunt ad me Orientales, quod non oportet quæ Theodori sunt accusari, ne, sicut dicunt, & beati Athanasii, & Theophili, & Basili, & Gregorii dicta accusentur. Quæ enim locutus est Theodorus, eadem & illi. Ego verò scribentes ista non sustinui, sed fiducialiter dixi, quod Theodorus quidem blasphemam habuit linguam, & calamum ministrantem illi; isti autem fuerunt totius orthodoxie Doctores, & splenduerunt in ea. Persuaserunt verò illa Orientalibus, ut exclamaciones in Ecclesia à populis ferent, CRESCAT FIDES THEODORI, SIC CREDIMUS, SICUT THEODORUS, cum eum aliquando lapidassent, in sua Ecclesia autem subloqui aliquid breve: Nempè quod sancta Virgo non esset Deipara. Sed sicut Doctor vult, sic scripsit grex. Ego quidem non cessavi increpans ea quæ scripserunt: nec cessabo. Eadem repetit in litteris ad Theodosium Augustum, & concludit: Inviolatas animas vestras conservetis ab impietatibus Diodori & Theodori. Et ex isto ejus consilio Diodorum & Theodorum unà cum Nestorio Theodosius omninò ad hæreticos proscripsit. Quæ omnia cum laudatis per Facundum & Vigilium Epistolis non quadrare dixerunt Theodorus, Joannes, & Basilius Episcopi, atque ita Epistolas has esse confictas.*

Perrexerunt eidem: *Theodori defensores circumcidunt verba quædam dicta à Sancto Cyrillo contra Synustasas, per quæ etiam volunt offendere illum dicentem, quod non oportet defunctis insultare. Utique defunctis in pace Ecclesie. Omne verò contrarium continent ea, quæ ab ipso in eodem libro dicta sunt. Dicit enim, quod sine causa quidem ferret adversus defunctos non oportet, ne inimicitie hoc esse videatur; dogmatica verò proposita questione, licet defuncti sint illi, de quibus dicitur aliquid*

tale, non oportet tacere, sed convincere ea, quæ illi malè dixerunt. De Diodoro ac Theodoro quidem Cyrillus loquitur, attamen sola eorum prava dicta, non ipsas personas adfirmat posse damnari, atque ita adsertos ab ipso limites dicti tres Episcopi excedunt.

Lectæ quoque fuit Sancti Cyrilli ad Sanctum Proclum Constantinopolitanum Antifitem Epistola, habens capita varia. Primo, ex Joannis Patriarchæ Antiocheni ad se litteris exponit ferentissimum pro Theodoro adversum æmulos, ipsum & scripta ejus damnare machinantes, zelum populi Antiocheni, clamantis magnum esse ejus nomen per Orientem, & mirificari nimium conscripta ejus, ideoque virum nobilem in Ecclesiarum communione defunctum non posse anathematizari. Secundò ait: *Quod in Theodori conscriptis invenimus quædam nefariè dicta, & nimia plena blasphemias, nulli dubium est rectè sapientium. Tertio, dicit profanum Symbolum sub Theodori nomine fuisse Ephesino Concilio delatum, damnatumque uti impietatis plenum, & addit: Nullam Theodori memoriam fecit Synodus dispensativè, nec ipsum nominatum anathemati subiecit propter dispensationem, ne quidam ad existimationem virtutis respicientes sese ipsos ab Ecclesia segregarent. Quarto, dicit Theodorum tamen à Synodo Ephesina fuisse omninò damnatum: Damnati enim sunt quotquot ante Nestorium eadem cum ipso sapuere. Quintò, dicit Antiochenos, si quidem sine turbandæ Ecclesie periculo fieri possit, ad ipsum nominatum anathematizandum posse cogi. Sextò, addit sine gravissimo motu fieri id non posse, quod Antiocheni eligant magis comburi, quam aliquid ejusmodi peragere. Septimò, suadet cessari potius à Theodori anathemate, quam Ecclesiam Antiochenam taliter confundi. Quædam Epistolæ partes Theodoro, & omnibus generaliter occultis hæreticis in Ecclesie pace defunctis favebant, verum ejus integritas oberat gravissimè, adfirmabatque Theodorum, suppresso tamen nomine, omninò fuisse à Synodo Ephesina damnatum. Hinc adversum trium Capitulorum defensores, ejus partibus abutentes, totam legi curavit Theodorus Cappadociæ Archi-Episcopus, & adjunxit: *Quoniam ejusmodi dispensationem de dissimulando Theodori anathemate, quam Joanni Antiocheno permisit, & Sancto Proclo Constantinopolitano persuasit Sanctus Cyrillus, non suscepimus, seu rectè usi non sunt Capitulorum defensores, è contrariò verò permanserunt defendentes etiam ipsas blasphemias Theodori, & dicentes eas consonare scriptis à sanctis Patribus, videns Sanctus Cyrillus crescentem impietatem, & inde simpliciorum læsionem timens, coactus est libros scribere adversus Theodorum, & adversum ejus blasphemias, & post mortem ejusdem Theodori & hæreticum & impium, & super Paganos & super Judæos blasphemum eum offendere his verbis. Et ista Sancti Cyrilli verba ad Synodum fuerunt lecta. Lecta sunt etiam Sancti Procli ad Armenios tomus, & ad Joannem Antiochiæ Patriarcham Epistola, ubi & Theodori, suppresso tamen nomine, capitula, & ipsorum defensorem Ibam Edeffenum Episcopum graviter perfringit. Quapropter di-**

fin.

stinguenda sunt tempora: Priora, quibus ob turbandarum Ecclesiarum periculum à Theodori damnatione cessari dispensativè censuit Sanctus Cyrillus; & posteriora, quibus illum damnandum censuit, quotidiano Nestoriani veneni incremento permotus. Et hinc Cyrilli ad Joannem Antiochiæ Antifitem Epistolam, à Facundo Herimianensi Episcopo & Vigilii Pontificis Constituto laudatam, existimo non esse fictam. Existimo scriptæ ad Sanctum Proclum Epistolæ coevam, & ad priora ista tempora referendam.

Addidit Theodorus Cappadox hæc duo dispensationis & liberæ justitiæ tempora etiam ab aliis Ecclesie Patribus erga alios Eroneos fuisse exercita. Etenim de Apollinario Ecclesie Laodicensis Episcopo hæretico scribit ad Ecclesiam Antiochenam Sanctus Athanasius: *Aderant nostræ Synodo Alexandrinæ & aliquot monachi, Episcopi Apollinarius in hoc ipsum Missi. Eos laudat, quod cuncta istic edita Ecclesiarum pacificatoria decreta plenissimè comprobarint. Et tamen postea eum ipsum Apollinarium scripto & verbo durissimè infestatus est idem Athanasius, exclamans in ejus dogmata: Quis infernus ista eruditavit? Ambobus illum modis tractavit Sanctus etiam Basilius, de nimia cum ipso familiaritate sese apud plurimos expurgare compulsus. Etiam Leo sanctæ memoriæ Papa antiquioris Romæ & suscepit Eutychem, & tamen postea condemnavit, & anathematizavit tamquam hæreticum. Eodem modo jam tempus, quod circa Theodori damnationem dispensatione indigeret, præterisse dixit Theodorus Cappadox. Eum jam ab omni Ecclesia, & istis ipsis, qui prius laudant; Patribus haberi palam hæreticum, ideoque penitus anathemate feriendum. Exemplum Eutychetis ad rem non faciebat: Eum quippe, postquam malè olere cœpit, Sanctus Leo Pontifex nunquam toleravit, longè minùs probavit.*

Præcipuus quæstionis nodus erat, An Theodorus post mortem possit ab Ecclesia damnari? Possè respondit idem Theodorus Archi-Episcopus, probavitque exemplo Origenis, quem & olim cum sua Ægyptiaca Synodo Theophilus Alexandriæ Patriarcha, & nuper ipsi huic Synodo præsentis Episcopi damnarant, & Vigilium Pontifex confirmarat. Verum erat causa dispar: Etenim Origenes extra, Theodorus intra Ecclesie communionem & pacem dicebatur esse defunctus. Reposuit verò idem Archi-Episcopus: *Quod dicitur à quibusdam, quia in communionem & pace Ecclesiarum defunctus est Theodorus, mendacium est & calumnia magis adversus Ecclesiam. Ille enim in communicatione & pace Ecclesiarum defunctus est, qui usque ad mortem recta Ecclesie dogmata & servavit, & prædicavit. Quod verò Theodorus non servavit, neque prædicavit recta Ecclesia dogmata, certum est etiam ex eis blasphemias. Probavit ex Sancti Gregorii Episcopi Nysseni ad Theophilum Alexandriæ Patriarcham litteris, Apollinario quosdam Ecclesie Catholicæ Episcopos de introductis duobus Dei filii arguenti respondentibus: Nullum est ejusmodi dogma apud Cbristianos, nec prædicatur. Hæc in Theodorum Mopsuestensi*

stestenu fuisse ab Apollinario dicta, & à Gregorio Nysseno responsa afferit Theodorus Cappadox, adeoque adfirmari à Gregorio Theodorum non vixisse in Ecclesiarum dogmate & pace, & proindè nec esse defunctum. Ecclesiam Catholicam, quousq; Theodori memoriæ & nomini comminicit, ait eisdem Apollinaristarum criminatio- nibus manere obnoxiam, atque adeo per ejus synodalem damnationem rogat tandem liberari.

Verum enim verò argumentum hoc erat ex duplici capite infirmum. Primò, non constat Apollinari accusationem in Theodorum processisse. Patet ex ipsis verbis Sancti Gregorii Nysseni: *Nescio à quo tale audierint, & ad quam personam relucantur. Nondum enim cognovi eum, qui talia loqui ausus est. Deindè, postquam quis à recto Ecclesie dogmate devius mori in ejus pace: Nec enim quivis, sed solus pertinax error Ecclesia expellit. Et à multis dicitur Theodorus sensisse rectum, & liberius dumtaxat fuisse locutus.*

Post hæc Diodorus Ecclesie Constantinopolitane Archi-Diaconus & Notarius Primitivus legi postulatam Synodum Mopsuestensem, superius explanatam, quæ demonstrabat Theodorum fuisse post mortem eisdem à sacris propriæ Ecclesie tabulis, locum istic cessisse Sancto Cyrillo, atque ita à propria Ecclesia aut propriæ Provincie Synodo damnatum. Eam legit Theodulus Ecclesie Constantinopolitane Diaconus atque Notarius, & ad lectam nostram Synodus est interlocuta: *Sufficiunt quidem, quæ dicta & probata sunt, Ecclesiasticam traditionem demonstrare, eò quod oportet hæreticos & post mortem anathematizari. Et reliqua omnia, quæ nota sunt, ostendunt quemadmodum ex prolixis temporibus Theodorus Mopsuestensis propter impia sua conscripta & post mortem à Catholica Ecclesia ejectus est. Sed de his quidem paulò post sententiam manifestemus.*

Examinatur causa Theodoretii Cyrensis in Eufratesia Provincia Episcopi.

EXindè Synodus adgressa est secundum capitulum, causam Theodoretii Cyrensis Episcopi, qui Joanni magnæ Antiochiæ Episcopo, suo Patriarchæ, Ephesi adversus veram Synodum adhæserat, faverat Nestorio, duodecim Sancti Cyrilli capitula acerrimè impugnarat, & quædam scripsisse atque egisse dicebatur pro Theodoro. Certè Ecclesiasticam suam historiam clausit Theodori laudibus, dicens triginta sex annis ab illo gestum Episcopatum, pugnatum insigniter ac fructuosè adversum Arianos, Eupnomium, atque Apollinarium, & sanctis Christi ovibus optimam herbam suppeditatam. Historiam suam ab Arii rabie inchoatam finiri ait in morte hominum probatissimorum, Theodori ac Theodoti, Patriarchæ Antiocheni. Fuit is Domini

annus quadringentesimus vigesimus quartus. (a) Et hic memoria lapsus est in Epistola ad Eulogium Alexandrinum ac Anastasium Patriarcham Antiochenum Sanctus Gregorius Magnus, dicens Hermia Zozomeni historiam finiri in laudibus Theodori: Theodoretum factum adscribit Zozomeno.

Itaque Photius Ecclesie Constantinopolitane Diaconus ac Notarius ad presentem Synodum legit varia Theodoretum adversum Sancti Cyrilli anathematismos loca, item ex litteris ad monachos quaedam, in quibus dictos anathematismos dure exagitat, uti plenos impietate Arii, Eupnomii, Apollinarii, Valentini, Manichæi, & Marcionis, & adferentes inter Domini naturas factam esse unionem secundum hypostasin, ac unitatem naturalem, id est, mixtionem, temperaturam, confusionem. Dicta Epistola Sanctum Cyrillum etiam arguit, quod adseveret Spiritum sanctum non ex Patre, sed ex Filio procedere, & addit: *Isse verò Apollinarii seminum fructus est, propinquat verò & Macedonii malignæ culturæ.* Tres dispares essentia gradus in Deo posuit Apollinarius, æque ita Spiritum sanctum à solo Filio, non à Patre dixit proximè, sed dumtaxat per Filium procedere: Et hujus erroris Sancto Cyrillo adfricandi libidine seductus Theodoretus Apostolicum de ejus ex Patre & Filio, seu ex Patre per Filium processionem dogma non erubuit verbis potius, quam sensu arietare. Nunquam enim credidero Theodoretum de Divinis processionibus errasse.

Exindè lecta est Theodoretum ad Andream Samosatensem Antistitem Epistola, scripta ex civitate Ephesina post veræ Synodi Acta à Theodosio Augusto confirmata. Et Synodum & Principem culpam gravissimè, periclitari dicit fidem Christi & omnem Ecclesiam, ac adjungit: *Talem Synodum ludunt Ægyptii, & Palestini, & Pontici, & Asiani, & cum his Occidens, seu Occidentalis Ecclesia, præsertim Romana.* Etenim Sancti Cyrilli, Juvenalis, Firmi, & Memnonis, per Ægyptiacam, Palestinam, Ponticam, & Asiaticam dioceses Patriarcharum seu Primate Acta synodalia Sanctus Celestinus Pontifex confirmarat.

Lecta item Theodoretum ad degradatum & relegatum Nestorium Epistola, dicens iniquè damnatum, lenocinantibus verbis consolans, spondens perpetuam amicitiam & adstantiam, & adjungens de duodecim Sancti Cyrilli anathematismis, factaque inter ipsum & Ecclesiam Orientalem pace: *Nemo persuadeat Tuæ Sanctitati, quod ego Episcopalem Sedem cupiens, cobibendo oculos meos, tamquam orthodoxas suscepti Ægyptii litteras. Ut enim cum ipsa veritate dicam, sæpius eas perlegi, & subtiliter discussi, & hæretica illas amaritudine liberatas esse inveni, & timui quandam*

maculam eis imponere. Loquitur de fidei professione, quam cum Joanne Patriarcha pacem intuerus Sanctus Cyrillus ad Antiochenam Synodum miserat: *Istas professionis litteras dicit ab hæretica duodecim capitulorum amaritudine liberatas, ideoque pacem sine veritatis injuria factam.* Hinc pergit de eisdem litteris in Epistola etiam hic lecta ad Joannem Patriarcham: *Ægyptiacas litteras invenimus palam contrarias duodecim capitulis, quibus usque ad presentem, ut alienis à pietate, repugnantes permansimus.* Ea damnat tamquam Apollinaristica, quæ dicunt Deum Verbum esse carnaliter carnem factum, adstruantque unionem secundum hypostasin & unitatem naturalem.

Lecta tandem est Theodoretum ad Joannem Antiochiæ Patriarcham de Sancti Cyrilli morte infamis & scelerata Epistola, nequamquam Theodoretum, sed gentili quopiam nebulone digna, ideoque radenda potius ex actis synodalibus, quam hic recitanda. Et post lectam Synodus est interlocuta: *Ex his, quæ Theodoretus impiè conscripsit, miranda est subtilitas sancti Chalcedonensis Concilii. Sciens enim ejus blasphemias, prius quidem multis sæpius usa est contra eum exclamationibus; postea verò non aliter eum suscepisset, nisi prius anathematizasset Nestorium & ejus blasphemias, pro quibus antea scripsit defendens eas.* Labi in quibusdam interlocutionem, infra patebit.

Fateor in hisce Scriptis lapsus esse etiam Theodoretum. Distinguenda sunt tempora: Tempora inita inter Sanctum Cyrillum & Joannem Antiochenum pace priora, & tempora ipsa posteriora. Prioribus variè in Sanctum Cyrillum, ejus capitula, Ephesinam Synodum, Romanamque Ecclesiam verbo, scripto, opere deliquit omninò Theodoretus; posterioribus nihil penitus, nisi quod Sancti Cyrilli anathematismos probare, & sua in ipsos dicta & scripta noluerit damnare. Et quidem de ista scelerata Epistola rectè advertit Scholiastes marginalis: *Hæc Epistola non videtur esse Theodoretum, sed potius ab hæreticis conficta, & vel ex eo falsitatis convincitur, quia Joannes Antiochenus obiit ante beatum Cyrillum. Nam existat cum Epistola ad Dominum Joannis successorem lecta in Concilio Chalcedonensis Actione decima quarta, qui Dominus suffraganeus fuit in locum prædicti Joannis jam defuncti.* Agit ista Cyrilli Epistola de causa Athanasii Episcopi Parrhensis. Et de familiaribus inter Theodoretum ac degradatum Nestorium litteris scribit in libro de Sectis Leontius Scholasticus Byzantinus: *Sciendum & illud, circumferri quasdam Theodoretum & Nestorii Epistolas, in quibus sese mutuo recipiunt, sed fictitæ sunt, & fingunt eas hæretici, ut earum ope Synodum Chalcedonensem oppugnent.* Quod à Nestorio plenè recesserit, ipsum ex animo damnari, & pacem integram cum Sancto Cyril-

Cyrillo fecerit, testatus est in Constantinopolitana cum Severianis Episcopis collatione Hypatius Ephesiorum Episcopus, ac ipse Theodoretus in litteris ad Sporatum, in litteris ad Dioscorum Sancti Cyrilli Successorem, & in litteris ad Sanctum Flavianum Episcopum Constantinopolitanum. Etiam cum Romana Ecclesia plenam pacem iniiit. Liqueat ex ejus ab iniquo Ephesini latrocinii judicio ad Sanctum Leonem Magnum Pontificem appellatione, variis ad eundem & Dominos Cardinales Epistolis, Romanum Primum insigniter profitentibus, nec non egregio ejusdem Pontificis ad ipsum Responsio. Quod Sancti Cyrilli Capitula seu Anathematismos recipere, & à suis in illa Scriptis recedere nunquam voluerit, non est mirandum. Ad istud à Synodo Chalcedonensi coactus non fuit. Rationem dat laudatus Leontius: *Obticiunt Acephali, cur Chalcedonensis Synodus à Theodoretum non postulaverit, ut scripta sua, quæ adversus duodecim Sancti Cyrilli capitula composuerat, anathematizaret? Respondemus ob id non tam accusandam Synodum, quam ipsum Cyrillum, hominem sanctum. Nam is, communicatione cum Orientalibus & ipso Theodoretum constituta, non postularit ab eo, ut anathemate scripta sua, quæ contra duodecim capitula facta fuissent, execraretur. Quod igitur ipse Cyrillus, vir sanctus, non fecit, ob ejus intermissionem an Synodus culpam meretur? Quocirca licet Theodoretus omninò graviter excesserit, omnia tamen presentis Synodi in ipsum fundamenta non sunt penitus firma.*

COLLATIO VI.

A Sexta Collatione, facta quarto decimo Calendas Junias, Diodorus Ecclesie Constantinopolitane Archidiaconus & Notariorum Primitivus tractari postulat tertium capitulum, Ibas Episcopi Edeseni famosam Epistolam, quam quidam præsumebant dicere susceptam à sancto Concilio Chalcedonensi, verbis usi unius vel duorum religiosissimorum Episcoporum, qui in eodem sancto Concilio convenerunt, quasi pro eadem Epistola dictis, cum alii omnes non ejusdem facti sint voluntatis. Eam synodaliter examinandam & judicandam mox legit Theodorus Diaconus & Notarius Ecclesie Constantinopolitane.

Epistola varia habet capita. Primò, dicit scriptis ac ubique sparfis ultrò citroque nocivis libellis atque Epistolis scandalosè inter se pugnas Nestorium & Cyrillum. Ab illo Pauli Samosatensis, ab hoc Apollinarii virus fuisse resuscitatum. Hic etenim scripsit, quod ipse *Deus Verbum factus sit caro, & non sit differentia inter adsumptæ humanitatis templum, & inhabitantem in eo.* Secundò, arguit Cyrillum, quod duodecim capitula impietatis plena scripserit, utpotè dicentia ex Domini nostri Divinitate & humanitate constaret esse unam naturam. Etenim tertium capitulum inter ipsas factam dicit, non unionem, sed unitatem naturalem. Tertiò ait, quod ad frændanda hæc scandalosa certamina Theodosius Augustus indixerit Ephesinam Synodum, mandaus & Nesto-

rii libros & Cyrilli Anathematismos æqua sorte, discuti & judicari. Quartò, quod Cyrillus re-pertos Ephesi ante inchoatam Synodum Episcopos auro corruperit, ante Joannis Patriarchæ Antiocheni adventum ex ipsis Pseudo-Synodum coegerit, & Nestorium degradare ut hæreticum attemptarit *judicio & questione non facta.* Quintò, quod post duos dies adveniens cum suis Episcopis Patriarcha Joannes Cyrilli Capitula damnari ut hæretica, ipsum ut hæreticam degradarit, & illi cooperatos Episcopos excommunicarit. Sextò, quod post tantam confusionem uniusquisque Episcopus in suam civitatem sit reversus. Excepto tamen Nestorio: *Quoniam odio habebatur suæ civitati,* Septimò, quod exindè manserit *Orientalis Synodus non communicans Episcopis communicantibus Cyrillo.* Et propter hoc tribulatio multa facta est inter eos, & in certamine Episcopi ad Episcopos facti sunt, & populi ad populos. Et ex hoc maleloquia multa contra nos facta sunt tam Paganorum, quam hæreticorum. Nec audebat aliquis de civitate in civitatem, & in provincia in provinciam ire, sed unusquisque proximum ut inimicum prosequeretur. Orientales Episcopi & populi Ægyptios uti Apollinaristas, Ægyptii conviciabantur Orientales uti Nestorianos. Et hæc occasione quidam abusi privatas inimicitias sub religionis prætextu fuerunt ulsi. Quorum unus fuit nostræ civitatis tyrannus, Rabbulas Edesenus Episcopus, ausus Theodorum Mopsuestie Episcopum, celeberrimum totius Orientis Doctorem, palam uti Nestoriani dogmatis fontem anathematizare. Octavò, Epistola accusat eundem Rabbulam, quod audaciam purgatus à Theodori libris varia capitula collegerit, & ad varias Ecclesias examinanda & damnanda miserit. Rei feriem habes apud Liberatum Archidiaconum Ecclesie Carthaginensis. Nonò, quod hæc ex vetusto in Theodorum odio Rabbulas attemptarit, utpotè olim ab ipso in nescio qua Synodo confusus de nescio quo argumento & convictus. Decimò, Theodorum variè laudat: Quod fuerit beatus veritatis Prædicator, & Ecclesie Doctor; quod non solum in vita sua percusserit hæreticos in veram fidem suam, sed & post mortem arma spiritualia filiis Ecclesie in suis libris reliquerit; quod suam civitatem ab errore ad veritatem converterit; quod etiam longè distantes ac ægrotantes Ecclesias sua doctrina erudiisset. Et hæc sunt Theodori laudes, quas suscepisse dicitur sancta Synodus Chalcedonensis. Nulla enim Theodori istic facta est mentio, nisi ab hac lecta ad Patres Epistola, quæ undecimò ait tandem factam esse pacem inter Cyrillum ac Joannem, & communicantes illis Ecclesias, & veram Dominicæ Incarnationis fidem jam plenissimè apud omnes vigere.

Exindè Calonymus Ecclesie Constantinopolitane Diaconus ac Notarius legit Sancti Procli Episcopi Constantinopolitani ad Joannem Patriarcham Antiochenum litteras, quibus illud de nimia circa fidem orthodoxam & subjectos Episcopos negligentiam arguit, quoniam Ibas Edesenorum Episcopus quædam impiissima capitula, suo ad Armenios tomo subnexa, fido testimonio asseratur transtulisse in linguam Syriacam, & variis Ecclesiis transmississe cum scandalis.

(a) Ad an. usque 424. Theodoti vitam protrahit hic P. Lupus. Refert Photius à Cod. 52. Epistolam Sisinnii C. P. & Theodoti Antiocheni ad Episcopos Pamphiliæ cum hac inscriptione: *Sisinnius, ac Theodotus, & universi S. Synodus, quæ Dei gratia in magna urbe Constantinopolitana coacta est celebrandi gratia Dei amatissimi Episcopi Sisinnii.* At Sisinnius consecratus est Episcopus post obitum S. Attici an. 426. die 28. Febr. ex Socrate lib. 7. cap. 26. Ex his moritur Theodotus an. 427. Sisinnio Constantinopoli sedente, qui nondum biennio exacto 24. Decembr. Hierio & Ardabure Coss. eodem 427. decessit. Hinc Photius Codice 31. agens de Theodoretum mortuum Theodotum scribit, quando Constantinopoli sacrorum Antistes Sisinnius fuit. *Noris bist. Pelag. lib. 2. cap. 4.*

dalo & periculo plurimorum: Cum gravi obloquio totius Regiæ civitatis, ac nominatim viri longè eminentissimi, Sancti Dalmatii, Presbyteri & Archi-Mandritæ. Rogat induci & cogi ad subscribendum suo ad Armenios tomo, damanda subscripta capitula, purgandum sese apud Ecclesias, & ipsarum scandalum auferendum. Capitula ista erant deslorata ex libris Theodori, adeoque uti illa, ita ipsorum laudatricem Epistolam Sanctus Proclus damnavit. Fundamentum hoc adversus Epistolam esse insigniter validum præfens Synodus judicavit.

De Theodori capitulis in linguam Syriacam translatis, & ad varias Ecclesias transmissis, reverà fuerat Ibas frequenter accusatus. Primò ab Ecclesiæ Edeffensæ Clericis & militibus Constantinopoli apud Theodosium Augustum & Sanctum Proclum Episcopum, qui tunc scripsit ad Joannem Antiochiæ Patriarcham litteras jam dictas. At Joannes eis motus non fuit, nec movit Ibam. Quare iidem Clerici & milites secundo accusarunt Ibam apud Domnum Patriarcham, Joannis successorem. Quo etiam negligente, aut potius Ibas partibus favente, facta est tertia accusatio apud memoratum rursus Principem, & Sanctum Flavianum, Sancti Procli successorem, qui Photio Tyri, Eustatio Beryti, ac Uranio Himerorum Episcopo causa delegarunt, ac iudicii adstantes & executores dedere Damascium virum spectabilem, Notariorum Tribunalium, & Eulogium Diaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui Ibam & ejus accusatores ex Edeffa Osihoenæ Provincia Tyrum in primam Phœniciam judicandum transportarunt, iudicium fuit Beryti institutum; Et quoniam de preta Ephesina Synodo, culpatisque Sancti Cyrilli persona & duodecim Capitulis præcipua erat quæstio, duplicitera purgatione utens Ibas adseruit se post factam Ecclesiarum pacem nihil mali de illis sensitse aut dixisse. Ità absolutus fuit, remissisque in sedem, eà tamen lege, ut palam in sua Ecclesia anathematizaret Nestorium cum omni suo dogmate, & Ephesinam Synodum, ut directam à Spiritu sancto, & Nicæenæ per omnia parem profiteretur. De Cyrilli Capitulis nihil fuit exactum, quod ipse in pacis transactione Sanctus Cyrillus nihil de ipsis ab Orientalibus Episcopis exegisset. Et hinc sedi redditus Ibas non cessavit damnare Capitula, atque ideò ab Ephesino latrocinio fuit tamquam Ephesinæ Synodi prævaricator degradatus unà cum Domino suo Patriarcha, & in ejus locum Nonnus est ordinatus. Damatus fuit ob duo. Primò ob damnata Cyrilli Capitula etiam post Synodum Berytensem. Secundo, quod in eadem Synodo adserens se post Ecclesiarum pacem nihil mali de Sancto Cyrillo, ejus Capitulis, aut Ephesina Synodo dixisse, esset palam mentitus. Etenim famosa ad Marim Epistola, tria ista nigerrimè culpans, est ista pace manifestè posterior. Verùm à latrocinii sententia ad Chalcedonensem Synodum appellavit Ibas, retractata fuit istic ejus causa, absolutus ipse, sedique & dignitati restitutus. Lecta ibidem fuit famosa Epistola, nec damnata, ideòque Capitulorum defensores dixere probatam, & à nostra Synodo

sine Chalcedonensis prævaricatione non potuissent damnari. Palmare id erat pro ipsa fundamentum.

Verùm apud præsentem Synodum intercesserunt Theodorus Casarensis in Cappadocia, Andreas Ephesiorum, Megethius Heracleæ in Thracia, & Eusebius Tyriorum Archi-Episcopi, dicentes unius aut paucorum Episcoporum in generali Synodo interlocutionem haberi non posse pro synodali iudicio, Dixere paucissimos Chalcedone Episcopos Ibas uti innoxio fuisse suffragatos; Plerosque ejus senium & longam calamitatem miseratos, atque ità illum ut poenitentem, aut certè ut imposita crimina abnegantem fuisse ab ipsis in gratiam susceptum. Susceptam dixerunt solum ejus personam, non verò Epistolam, idque & à Berytensi Synodo & à Chalcedonensi. Etenim ab utraque juxsus est egerare Nestorium, & profiteri Ephesinam Synodum, quod quid fuit aliud quàm Epistolam egerare? Et sanè Berytensis Synodus Epistolam quidem sibi recitari audivit, atramen in iudicium dimisit, immò & indiscussam. Omnem Ibas litem tamquam mediatrix pacificè transegit. Et vix aliud fecit Synodus Chalcedonensis.

Quæ omnia largiùs probari volens Synodus nostra per Calonymum Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconum & Notarium legi sibi jussit præcipua Ecclesiæ monumenta pro Dominica Incarnatione: Acta Ephesinæ Synodi, decretum fidei & reliqua Acta Concilii Chalcedonensis, Symbolum Nicænum & Constantinopolitanum, Sancti Cyrilli Capitula, & duas ad Nestorium Epistolas, Sancti Celestini Pontificis litteras adversus Nestorium, litteras dogmaticas Sancti Leonis Magni ad Sanctum Flavianum Episcopum Constantinopolitanum; & quoniam contraria ad invicem posita clariùs elucescunt, etiam Nestorii litteras ad Sanctum Cyrillum. Illis regulis, Synodo præsertim Chalcedonensi, contulit Ibas Epistolam, in undecim capitulis discordem ostendere conata est, & solennissima acclamatione damnavit: *Hæc omnes dicimus, Ibas Epistola hæretica est; Epistolam, quæ dicitur Ibas, omnes condemnamus. Ista omnes anathematizamus. Epistola aliena à Synodo est, Epistola contraria definitioni est, tota Epistola hæretica est, tota Epistola blasphemata est. Qui hanc non anathematizat, hæreticus est: Qui illam suscipit, hæreticus est. Epistolam Sancti Chalcedonensis Concilii definitio condemnavit. Qui eam suscipit, non consistit Deum Verbum hominem factum. Qui eam suscipit, Cyrillum non suscipit. Qui Epistolam suscipit, Sanctos Patres Chalcedonenses rejicit. Acclamatum est etiam huic articulo: *Scriptor Epistolæ hæreticus ostenditur & calumniator.**

Dixi de Synodo nostra: *Ostendere est conata.* Reverà enim de singulis undecim capitulis non ostendit. In quibusdam derorsim Epistolam in sensum à Scriptoris mente alienum, & injuria adfecit. Facilliter id ostendi possit, sed res longa est, & odiosissima, Remitto ad Facundum Herimianensem, at cum discretionis spiritu, recta à curvis prudenter discriminante, legendum, Nestorii, licet non dogma, tamen personam omnino defendit, sanctamque Ephesinam Synodum

Cap. 6.

& Sancti Cyrilli duodecim Capitula omnino pessimè calumniatur Epistola, ideòque justissimè est damnata. Errat Leonius Scholasticus etiam Ibas personam fuisse damnatam. Lapsum credo ex hisce adclamationis verbis: *Epistola hæretica est; Scriptor Epistolæ hæreticus ostenditur.* Quod si verum fuerit, non minùs Ibas, quàm Theodorus potuit damnari. Utrumque conciliare conatur Cayphaici contra sacras imagines conciliabuli orthodoxa refutatio, lecta & probata per septimam Synodum: *Sacratissimi Patres, qui in quarta & universali sancta Chalcedonensi Synodo congregati sunt, Epistolam quidem, quæ dicitur Ibas Episcopi Edeffa ad Marim Persam, anathematizaverunt, veluti Nestorio concordantem; similiter & quinta Synodi Patres: Ibas autem nequaquam. Non enim verum apparuit, quod Ibas fuerit Epistola. Hinc in anathematizatis non Ibas anathemati submiservunt, sed Epistolam, quæ dicebatur Ibas. Dicebatur enim, sicut non esset. Scabrosam quæstionem relinquamus.*

COLLATIO VII.

AD trium Capitulorum damnationem videntur omnia abundè parata ac instructa, verùm duo oberant; Auctoritas Romani Pontificis adversa & contradicens, atque Ecclesiæ sub Justino Augusto, Acaciani schismati extinctore, pacificus status, sub quo Capitulorum damnatores neq̄ mutire ausi fuerant, sed suppressi tamquam Synodi Chalcedonensis prævaricatores. Justinianum Capitula damnantem multi dixerunt à paterna pietate degenerasse. Et reverà sine Romano Episcopo adunati Episcopi sunt oves sine Pastore, nec Synodum faciunt, sed damnatum conventum. Hinc igitur ad septimam collationem, factam septimo Calendas Junias, Justinianus Augustus legavit Constantinum sacri Palatii Quæstorem, exhibiturum documenta, ex quibus luceat & Justinum Augustum, Justiniani Antecessorem & patruum, & præsertim Vigilium Pontificem, fuisse semper constantes ac firmos capitulorum damnatores.

Primò itaque Constantinus Quæstor exhibuit, & Diodorus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archi-Diaconus & Notariorum Primiticus legit Edictum, quo Vigilium Pontifex Rusticum, suum ex fratre nepotem, & Sebastianum, Romanæ Ecclesiæ Diaconos Cardinales, nuper degradat. Unica damnationis causa fuerat, quod qui trium Capitulorum damnativum iudicatum, scriptum à Pontifice ad Mennam Regiæ civitatis Patriarcham, probassent, laudassent, ubique terrarum seminassent, jam à Felice Gillitani in Africa monasterii Hegumeno seducti damnarent, tria Capitula defenderent, ad varios Episcopos scripssent Vigilium cecidisse in Synodi Chalcedonensis prævaricationem, atque ità omnes sub celo Ecclesias & Romanam Rempublicam turbassent insigniter, ac etiamnum turbarent. Et quidem Rusticus Theodorum non solummodò damnari, sed & exhumari, atque cum toto territorio incendi dignum, & Vigilii de illo judi-

catum esse quasi celo lapsum, plenis ubique buccis cantarant.

Lecta etiam est ejusdem Pontificis ad Valentinianum Tonitanæ in Schyria civitatis Antistitem Epistola, trium Capitulorum damnativum iudicatum confirmans, & expurgans à calumnia, qua per Rusticum & Sebastianum, tunc nequè degradatos, sed à ministerio dumtaxat suspensos, spargebatur etiam Theodoretum ac Ibas personas damnare. Quam calumniam nostræ etiam Synodo malè impingit in libro de Sectis Leontius Scholasticus Byzantinus. Valentinianum Vigilius rogat, ne deceps Rustico & Sebastiano, aut eorum complicitibus per litteras communicet, aut ipsorum mendaciis credat.

Lecta est & similis ad Aurelianum Arelatenis Ecclesiæ Metropolitanam Epistola, quæ Vigilium præstat istud ipsum, & serio profiteretur sese, quod Rusticus & Sebastianus garriebant, à Synodi Chalcedonensis fide, aut aliis legitimis definitionibus in suo iudicio non recessisse. Ex hisce Epistolis abundè patere Vigilii Pontificis ac omnis Romanæ Ecclesiæ mentem, & ipsum Episcopum in hac Synodo congregatis, licet non per Legatos, tamen per hæc litteras præfere exitimavit Justinianus. At fallebat semetipsum. Etenim iudicatum dumtaxat usque ad futuram Synodum & pleniorum indaginem interloquebatur de tribus capitulis, & postmodum Vigilii definitivum Constitutum emiserat, quo iudicatum jam cassatum cassabat denuò, & constanter edicebat tria Capitula, Theodori præsertim personam, non posse damnari.

Lectà tandem sunt Acta publica, apud Antiochenæ civitatis Defensorem confecta, accusantia Andronicum Ecclesiæ Cyrensis Presbyterum, ac Georgium ejusdem Diaconum, quod Theodoretum sui olim Episcopi imaginem impoississent rhedæ, ac solenni per civitatem processione deduxissent, psallentes & ostendentes se esse ejusdem fidei: Accusantia item Sergium ejusdem civitatis Episcopum, quod ad Episcopatum evectus mox Diodori, Theodori, Theodoretum, ac Nestorii, quasi martyris, festum instituisset, celebratum insigni synaxi. Factum id fuerat sub Justino Augusto, qui indignatus Sergium Episcopatu ejecit, & nunquam voluit restitutum. Ità Dionysius Seleuciensis, Hermogenes Constantinopolitanæ, ac Heraclius Antiochenæ Ecclesiarum Presbyteri coram præsentem Synodo sunt testati, atque indè Constantinus Quæstor intulit etiam Justinum Augustum tribus Capitulis fuisse adversatum, adeoque Justinianum à piissimi Patrum vigiliis non declinasse. Hinc interim vides sacrarum imaginum venerationem semper in Ecclesia viguisse.


COLLATIO VIII.

Octava & ultima Collatio, facta quartò Nonas Junias, tandem processit ad definitivam trium Capitulorum condemnationem, promulgavitque Decretum elegans, eruditum, habens capita varia. Primò, protestatur sibi non deesse

esse Romanum Episcopum, adeoque sese à verà & legitima Synodo emanasse. Secundò, profitentur quatuor priorum, Chalcedonenfis præsertim, Synodorum fidem, cæterasque legitimas definitiones: Profitetur adversus Capitulorum defensores clamantes ea sine Synodi Chalcedonenfis prævaricatione non posse damnari. Tertiò, damnat tria Capitula, personam præsertim Theodori, à quo plusquam à demonibus Christus Dominus fuit blasphematus. Quartò, definit Episcopos in Ecclesiæ Catholicæ pace defunctos posse omninò damnari post mortem, & edicit fundamenta: *Augustini religiose memoriæ, qui inter Africanos Episcopos respiciendus, diversæ Epistolæ recitatae sunt, significantes quod oportet hereticos & post mortem anathematizari. Talem autem Ecclesiasticam traditionem & alii Africani reverendissimi Episcopi servaverunt. Sed & Romana sancta Ecclesia quosdam Episcopos & post mortem anathematizavit, licet pro fide in vita sua non essent accusati. Et utrumque apud nos habita gesta significant. Et huc præsertim respexit Andreas Rhodiorum Metropolitica dicens ad Synodum Florentinam: Augustinus præclarissimus Doctor Latinorum, quem sancta quinta Synodus recepit. Neque enim modica laus est à generali Synodo produci in ipsius principalis Decreti confirmatorem.*

Romanæ Ecclesiæ, Episcopos in Ecclesiæ Catholicæ pace defunctos post mortem damnatis, exempla non adduxit hæc Synodus, aut sanè synodalia Actorum Digestor prætermisit: Vellemus ipsa audire. Quidam adducunt exemplum Marcelli Episcopi Ancyrani: Verùm ille adhuc vivus à Sancto Athanasio abjectus fuit, adeoque licet in Romanæ ac Latinæ, non tamen

in Orientalium Ecclesiarum pace defunctus. Sanctus Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in duodecim adversum Iconoclastas capitulum libello adducit Eusebium Cæsareensem Episcopum, Cap. 1. primæ Palæstinæ Metropolitam, quem à Nicæna receptum damnavit post mortem Synodus Alexandrina. Verùm nec ille est mortuus in pace Ecclesiæ, utpotè *qui fuit Ariane insanie Princeps, & plura ac pejora, quam omnes Ariani, in Filium Dei & Dominum nostrum & Deum contumeliosè & impiè protulit, & eum creatum ac factum esse malè & impiè docuit.* Fuit Dux omnium tragædiarum in Sanctum Athanasium, ac in Sanctum Eustatium Patriarcham Antiochenum. Nostræ tamen Synodo palàm favet Arcadii & Honorii Augustorum Lex ad Senatorem Prætorio Præfectum, existans in codice Theodosiano, statuensque hæresin esse crimen publicum, & quidem lætæ majestatis, ac proindè post mortem accusari posse: *Nam in criminibus majestatis licet memoriæ accusare defuncti.* Palàm etiam in Epistola de Ariminenfi ac Seleucienfi Synodis favet Sanctus Athanasius, adloquens factionem Eusebianam, de erroneo dogmate suos Antecessores Episcopos, in Ecclesiæ pace defunctos, inverecondè damnantem: *Quod si illi malè senserunt, & suis scriptis orbem terrarum seduxerunt, cesset omninò eorum memoria, & Scripta eorum abjiciantur. Itæ vos ipsi, & eruite reliquias eorum de monumentis, ut ab omnibus intelligatur & illos fuisse seductores, & vos esse parricidas.* Quod nempe Eusebiani Patres suos falsò accusarent. Decreto suo nostra Synodus adjunxit quatuordecim Capitula, laudata & lecta in Sancti Martini primi Pontificis Lateranensis Synodo, ac superiùs explanata,



BENEVOLO LECTORI

Ephesini & Concilii & Latrocinii, nec non & Synodi Chalcedonenfis Actiones edisserere destiti, ipsarum compendio contentus, Lectori studens de brevitate placere. Verùm amici suaserunt eas largiùs exponi. Et reverà in ipsis latent non spernenda Ecclesiasticæ eruditionis arcana. Hinc persuasus adjunxi Appendicem.

A P P E N D I X

Ad sacrosanctum Concilium Ephesinum.

A C T I O I.

Ad primam Actionem, factam post decimum tertium Theodosii secundi & tertium Consulatum Valentiniani tertii Augustorum, anno Domini quadringentesimo trigesimo secundo, Celestini Pontificis quinto, decimo Calendas Julias, in Deiparæ Virginis Ecclesia Primatiali, loqui cœpit Petrus Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyter ac Notariorum Primicerius. Omnia huc usque inter Nestorium ac Sanctum Cyrillum Acta & Disputata, eorum ad Romanam Ecclesiam & Celestinum Pontificem ultro citroque querelas ac legationes, nec non Celestini de illis judicium exposuit, ideòque litteras judicium istud continentes postulavit Legi.

Verùm Juvenalis Hierosolymæ Episcopus intercessit: *Legatur primum Christianissimorum nostrorum Imperatorum Edictum ad omnes Metropolitanos, rebusque, quas nunc tractare incipimus, veluti fax quedam præluceat.* Erant sacræ litteræ Episcoporum ad Synodum tractoriæ, in prima hujus Synodi parte existentes cum hac subnotatione: *LECTA sunt hæc publice, & relatæ inter Acta, quæ gesta sunt Ephesi à sancta & generali Synodo, propter impium Nestorium congregata.* Eas legit laudatus Petrus. Romanum Imperium summopere olim venerata est Ecclesia ex causis variis, ideòque Divales Augustorum, dummodò sacris Ecclesiæ Canonibus essent conformes, & illos dumtaxat exequerentur, ante dogmaticas

Romani Pontificis litteras in generalibus Synodis permittit legi.

Hinc Firmus Cæsaræ in Cappadocia Archiepiscopus, Ponticæ Dioceseos Primas, est locutus: *Reverendissimus Ephesina civitatis Episcopus Memnon nobis exponat, quot elapsi jam sint dies post nostrum in hanc civitatem adventum.* In sanctum Pentecostes Festum, diem septimum Junii, fuerat convocata Synodus; verùm ob adfectatas Joannis Patriarchæ Antiocheni moras huc usque dilata. Hinc Memnon reposuit: *A præfinita die in piis & religiosis Augustorum Principum litteris præterierunt sexdecim dies.*

Exindè Sanctus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, Sancti Celestini Pontificis Legatus & Vicarius Synodi Præfès, edixit Joannem jam abundè expectatum, Episcoporum multos infirmari, ex tædio quosdam jam discessisse, ideòque Nestorianarum quæstionum examen tandem inchoandum. Et addidit: *Chartulæ illæ, quæ ad præsens institutum faciunt, ordine recitentur, maxime verò cum alterum jam Christianissimorum nostrorum Imperatorum Decretum, per Candidianum illustrem Domesticorum Comitem prælectum, severe jubeat, ut quæ ad fidei quæstionem spectant discutiantur, & citrà omnem cunctationem desinantur.* Ex quo lucet non solam tractoriam fuisse lectam, sed & sacras Divales ad Synodum litteras, quarum Epigraphæ: *Sacra ad Sanctam Synodum missa per Candidianum Comitem Domesticorum, cui ser-*

vandi ordinis cura demandata erat. De hac, nequaquam de tractoria dictum fuit à Juvenali Hierosolymæ Episcopo: *Veluti fax quedam præluceat*. Neque enim tractoria, sed sola Divalis Sacra Synodo præscribere gerendorum ordinem, ideoque sola tantquam fax poterat præluce. Et ita patet tam Acta synodalia, quam Juvenalis interlocutionem esse hic mutila & manca.

Suppleri debent ex Candidiani Comitis apud Joannem Patriarcham Antiochenum querimonia: *Optabam equidem, Pietate tua coram constituta, totaque Synodo in unum simul coacta, Divinorum nostrorum Imperatorum litteras exhibere, ut omnia, quæ ab ipsis mandata sunt executioni mandarentur. Ceterum cum ante quinque proximos hodie dies reverendissimus Episcopus Cyrillus, & Memnon hujus civitatis Episcopus, & qui cum ipsis sunt reverendissimi Episcopi, in Ecclesia convenissent, à me prohibiti sunt, ne contra Dominorum nostrorum & piissimorum Imperatorum Decreta confessum inter se facerent, atque moniti ut omnium vestrum expectarent adventum; illi autem ut Sacram prælegerem, efflagitarunt. Cum vero id recusarem propter Sanctitatis tuæ absentiam, quodque multi præterea Episcopi & Metropolitæ necdum advenissent, coegerunt me illi, se ignorare adserentes quid à Dominis nostris præceptum esset. Metu ergo coactus, ne turbæ cujuspiam aut seditionis occasionem præberem, ipsis congregatis Sacram legi. Verumtamen etiam decessurus & præsens ipso contestatus sum, ne præceptis aliquid agerent, quemadmodum multi sanctissimi Episcopi, qui unâ mecum ad ipsos introierant, compertum habent. Illi vero contestationem eam nihil morati, omnia pro suo arbitratu egerunt.*

Pergit Candidianus: *Lecta Sacra, omnes applauserunt, ita ut non dubitarem, quin verè omnibus, quæ à piissimis Imperatoribus nostris sancita fuerant, morem essent gesturi: Et eam ob rem gaudio perfunderbar. Verum cum posseà rogarem, ut litteris parerent omnes, nullus audire me sustinere voluit. Sed & religiosissimos Episcopos, quos sanctissimus Nestorius miserat, ceterosque qui comites ei adjuncti fuerant, non absque ignominia eegerunt. Me quoque cum precibus obnoxius inflarem, veluti cui cum ipsorum placitis nihil commune esset, à suo confesso expulerunt. Sed neque Admonitorium, quod religiosissimi Episcopi ad ipsos destinant, legi permisit: Quemadmodum sanctissimi Episcopi norunt, quibus mecum hisce interesse contigit, qui testantur etiam quæ à me convenienter gesta fuerunt. De his autem omnibus orbis terræ Dominos certiores fecimus, significantes Sanctitatis tuæ, sanctissimorumque Episcoporum, qui tecum sunt, adventum nos expectare.*

Quod ipse Domesticorum Comes, Principis in Synodo Vicarius ac Legatus, diretricem Synodi Sacram legat, est res inaudita. Quis inferior Imperii minister legere consuevit. Episcoporum discordiæ debemus hanc novitatem. Sanctum Cyrillum Synodo præsidere oderat pessimè omnis Secta Nestoriana, ideoque coactam ab illo primam Actionem ingressus est cum aliquot Nestorianis Episcopis Comes Candidianus, adseverans sine Principis Sacra non posse inchoari Synodum, & de omnium agendorum, utpotè sacris mandatis adversaturorum, nullitate protestatus. Verùm Principis mandata à se ignorari

allegarunt omnes Episcopi, & addisci non posse nisi ex Sacra, ideoque postularunt atque impertrantur legi. Ità astutum Candidianum, qui suspensa Sacra lectione sperarat suspendere & Synodum, in ejus ipsius astutia ceperunt. Etenim Sacra mox post lapsum Pentecostes diem mandabat sine mora discuti ante omnia ac definiti fidei orthodoxæ negotium, & Candidianum, utpotè hominem laicum, soli paci & ordini servandis attentum, illi nullatenus misceri. Hinc licet ille Sacram nec alteri legendam, nec Actis inferendam vellet tradere, proclamans ad Joannis Antiocheni adventum, procedendum censuerunt Primates Episcopi, & processerunt. Indignatus ille exivit cum Episcopis Nestorianis, & quia protestatus exivit, ubique ebuccinavit se fuisse Synodo expulsum. Nestorianæ factionis Admonitorium seu protestatio legi ad Synodum certè non merebatur.

Sanctus itaque Cyrillus ex Comitis Candidiani & assecularum Episcoporum insolentia judicavit abundè patere Nestorii contumaciam, ideoque non citandum ulterius, sed ex Sacra præscripto inchoandum fidei examen, & ante omnia legendas chartas præsentis scopo necessarias. Verùm Theodotus Ancyræ Episcopus, primæ Galatiæ Metropolitæ, intercessit. Schedorum lectione suo tempore servetur, nunc verò curandum est, ut piissimus Nestorius Synodici Actis præsto sit, ut ea, quæ ad religionem pertinent, communi omnium sententia & consensu constituantur. Cum calumniosis hominibus agi norat Theodotus, ideoque nullum voluit prætermitti juris apicem, contumacem & turbulentum Nestorium citari juxta Canones, & antea nihil litterarum legi, nihil discuti quæstionis, nihil definiti. Quod consilium placuit & Synodo, & Sancto etiam Cyrillo.

Hesterno die per Hermogenem Rhinocururæ in Ægypto, Athanasium Paralæ in Pifidia, Petrum Parembolorum, & Paulum Lampæ in Creta Episcopos citatus fuerat in diem hodiernum Nestorius, responderatque: *Mecum deliberabo, & si quidem venire me oportuerit, veniam. Aderant ipsi & sex aut septem alii Episcopi, iidem dicentes: Deliberabimus, & si quidem ita visum fuerit, crastina die accedemus.* Ex quo vides primam Synodi Actionem fuisse heri indictam.

Verùm nullus Nestorius aut Nestorianus comparuit. Hinc ad quatuor laudatorum Episcoporum de facta citatione attestationem respondit Flavianus Archi-Episcopus Philippenfis: *Abeant rursus alii nonnulli ex religiosissimis Episcopis, qui Nestorium denuò adesse, nec non ad sanctam Synodum accedere moneant.* Et missi sunt Theodulus Helusæ in Palæstina, Anderius Cherronesi in Creta, ac Theopemptus Cataborum in Ægypto Episcopus, unaque Epaphroditus Lector ac Notarius Hellanici Rhodiorem Metropolitæ, cum syngrapha seu scripto citationis instrumento, per dictum Notarium ad Nestorii faciem legendo.

Rei successum audiamus à Theopempto regresso ad Synodum: *A sancta & magna hac Synodo ad religiosissimum Nestorium destinati in domum ejus venimus. Et videntes multitudinem militum cum*

fustibus, nostrum adventum ei indicari rogavimus. Illi autem, ne id fieret, impediabant, dicentes: scorsim non nihil quiescere, seque, ne quemquam omnino conveniendi illius causa intrinmitterent, jussos esse. Post multa Episcopi isti hoc solum à Florentino Tribuno, Candidiani Comitis assecla, & quodam Nestorii Clerico, impetrare responsum: *Mibi Nestorium videre non licuit, per alios tamen significavit, cum omnes simul Episcopi convenerint, tum se quoque adfuturum.* Ad Joannis Antiocheni adventum provocavit. Quibus omnibus etiam Theodulus & Anderius Episcopi sunt attestati.

Hinc Canones sequens Flavianus Philippenfis decerni voluit tertiam citationem. Et missi sunt Anysius Thebarum in Hellade, Domnus ibidem Opuntis, Joannes Ephæsi in Augustanica Ægypti Provincia, Daniel Darnensis in Lybia Pentapolitana Episcopus, nec non Anysius Firmi Cæsarensis in Cappadocia Archi-Episcopi Lector & Notarius, cum anagnostico seu patentali citationis scripto instrumento. At nihil profecerunt. Repererunt & ipsi domum Nestorii vallatam milite, à quo dudum prætolantes ne sub umbra quidem consistere permitti sunt, immò & insolentè ac impudenter hinc inde trusi, nec loci tantillum consecuti, ubi pedem figerent. Et tandem dixere milites nullum aliud responsum eos ablaturus, etiamsi ad vesperam usque in domus vestibulo immorarentur, & ea de causa se vestibulo adhibitis custodes, illud quoque fidei à sancta Nicæorum Patrum Synodo exposita consentanea est, an verò secus, singuli proprio suffragio Episcopi responderunt esse impiam, hæreticam, monstrosam, fidei Christianæ capitaliter inimicam, anathemate & omni apud Deum & homines pœna dignam.

Obstupuit Sancta Synodus. Decreverat illum honorare etiam quarta supererogatoria citatione; verùm quod milite stipatus non faceret sui copiam, edixit læsæ per ipsum fidei examen tandem inchoandum. Et Juvenalis Hierosolymæ Episcopus ante omnia postulavit legi Symbolum Nicænum, cum illo ut infallibili regula conferri & Nestorii & Sancti Cyrilli Dicta & Scripta, & ex isto de hisce judicari. Mox ipsum legit Petrus Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyter & Notariorum Primicerius, manu tenens ac legi item postulans secundam Sancti Cyrilli ad Nestorium Epistolam, quam & legit ad interlocutionem Acacii Melitenensis Episcopi, per secundam Armeniam Metropolitæ. Et de lecta Synodum rogavit Sanctus Cyrillus: *Sanctitatem vestram rogatam cupio, ut coram exponat, rediens & inculpate, sanctoque Nicæno Concilio convenienter scripserim hæc, an secus.* Omnes Patres proprio suffragio judicaverunt conformem per omnia, & ut fidei regulam susceperunt.

Flavianus Philippenfis Archi-Episcopus habuit duo suffragia: Alterum pro se, alterum pro Rufo Theffalonicensium Metropolitæ, & omnibus Episcopis Illyricanis, quorum erat Vicarius & Legatus. Et tamen Gregorius Cerazuntis Episcopus, licet Eleusii Neo-Cæsarensis Episcopi, sui per Pontum Polemoniæ Metropolitæ Vicarius & Legatus, habuit dumtaxat unicum: Nescio aliam causam, nisi Ecclesiæ Theffalonicensis ob Apostolicas per omne Illyricum vices dignitatem. Eadem de causa Flavianus Rufum vocat suum Patrem. Plures, licet alterius Dialectos, Episcopi ita vocant & Sanctum Cyril-

Christi. Lupi Oper. Tom. II.

lum: Quod nempe Romani Pontificis Vicarius Synodo præsideret. Sidas Phænis in Palæstina salutari Episcopus sese confirmat suffragio Archi-Episcopi sui Juvenalis: Quem honorem suo Metropolitæ deserunt frequenter in Synodis generalibus Provinciales Episcopi, ac suo item Patriarchæ. Cur bis suffragium dixerit, ignoro. Forsàn sit error ejus, qui digessit Acta synodalia. Prothymius Comanenensis Episcopus profutur se in ea fide baptizatum, adolevisse ordinatum, & Sacerdotii dignitate insignitum. Ex quo liquet Episcopatu ac aliis Ecclesiasticis gradibus præmissam etiam olim fuisse fidei professionem.

Post hæc Palladius Amasenus Episcopus, Helenoponti Metropolitæ, est interlocutus: *Consequens est, ut & reverendissimi Nestorii Epistola legatur, cujus religiosissimus Presbyter Petrus initio mentionem fecit, ut hinc intelligamus, num & illa quoque sanctorum Patrum Nicænorum expositioni consentiat.* Acta synodalia ajunt à Petro Presbytero factam fuisse mentionem de sola Sancti Cyrilli Epistola: *Quare & hic sunt decurata.* Porrò Petrus mox legit secundam Nestorii ad Sanctum Cyrillum Epistolam, cui Actorum synodali Digesto merito adposuit hanc Epigraphen: *Exemplar Epistolæ Nestorii ad Cyrillum Episcopum, quæ omnibus in sancta Synodo displicuit.* Etenim de ipsa lecta roganti Sancto Cyrillo, *Quid videtur sanctæ huic & magnæ Synodo de Epistola modò recitata, nunquid hæc ipsa quoque fidei à sancta Nicænorum Patrum Synodo exposita consentanea est, an verò secus, singuli proprio suffragio Episcopi responderunt esse impiam, hæreticam, monstrosam, fidei Christianæ capitaliter inimicam, anathemate & omni apud Deum & homines pœna dignam.*

Acacii Militianensis Episcopi suffragium eleganter expressit singulas Epistolæ ineptias. Primo, quod humanæ infirmitatis idiomatica, *Natus, passus, crucifixus, mortuus, quæ Deo Verbo palam adscribit Nicæna fides, Epistola adscribat puro homini.* Secundò, quod Divinæ Scripturæ imponat mendacium, dicens eadem idiomatica per ipsam non Deo, sed soli homini adsignari. Tertio, quod Sancti Cyrilli Scriptis imponat impietatem Apollinarij ac Eunomij, blasphemantium ipsam Dei Verbi Deitatem esse passibilem. Quarto, quod fidei dogma garriat jam prius à se esse illustratum: *Quasi verò usque ad Nestorii apostasiam veritas latuisset.* Ea est omnium hæresiarum verusta cæcitas & superbia, quam in Marcione Tertullianus, nos hodie rideamus in Luthero & Calvino. Hinc intulit Acacius non esse mirum, quod domum suam milite vallasset, & Synodum accedere timeret Nestorius, utpotè sciens quantas & quales blasphemias in Christianum dogma vomuisset.

Dictis suffragiis adclamarunt voce una omnes Episcopi. *Quicumque Nestorium non anathematizat, anathema sit. Hunc verba fides anathematizat. Hunc sancta Synodus anathematizat. Quicumque Nestorio communicat, anathema sit. Omnes Nestorii Epistolam & dogmata anathematizamus. Omnes hæreticum Nestorium anathematizamus. Omnes eorum qui cum Nestorio communicant, anathematizamus. Totus terrarum orbis impiam Nestorii religionem anathematizat.*

Facto silentio, dixit Juvenalis Hierosolymæ Episcopus: Legantur & literæ sanctissimi & reverendissimi Celestini Romanæ Ecclesiæ Archi-Episcopi, quas de fide perscripsi. Et statim Petrus Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyter ac Notariorum Primicerius legit primam laudati Pontificis ad Nestorium Epistolam, qua damnavit ejus exegeses, ac ipsi Ecclesiastica communione privato, nisi intrâ decem dies respiciens placaret scandalizatam profanis erroribus Ecclesiam, minatus fuerat perpetuam degradationem & spoliolum nominis Christiani. Actorum synodali Digestor illi adposuit hanc subnotationem: *Hæc Epistola à Synodo Ephesina lecta est post depositiones contra Nestorii Epistolam factas, quæ & relata est in commentariis. Lecta fuit post memoratas Cyrilli & Nestorii Epistolas, quod de illis judicaretur, ideoque ipsarum notitiam omnino prærequireret.*

Exinde laudatus Petrus etiam tertiam Sancti Cyrilli ad Nestorium Epistolam, utique famosissimam & à tota Ægyptiacæ dioceseos Synodo probatam duodecim Capitulorum Epistolam, postulavit legi, à Flaviano Philippensium Metropolitam jussus legit, atque addidit: *Non ea solum, quæ Celestinus sacratissimus Romanæ Ecclesiæ Episcopus ad reverendissimum Nestorium scripserat, missa & tradita sunt eidem, verum etiam, quæ sanctissimus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus Cyrillus & universa Ægyptii Synodus per Theopemptum, Daniëlem, Patamonem, & Macarium, religiosissimos Episcopos, ad eundem destinaverant. Quamobrem rogo, ut Theopemptus Cabaforum, & Daniel Darnensis Episcopi, hic presentes ea de re interrogentur. Nestorio dura infligebat, ac duriora minabatur utraque Epistola, proindeque de utriusque traditione merito oportebat Synodum certiorari.*

Quare mox à laudato Flaviano evocatus Theopemptus est in hæc verba attestatus: *Die Dominico, cum synaxis ageretur, ad Episcopale palatium ascendimus, ibidemque toto præsentem Clero, multisque ex illustribus adstantibus, litteras, de quibus sermo est, Nestorio tradidimus. Quibus acceptis, constituit nobis ut sequenti die reverteremur, sermonemque cum eo haberemus. Abivimus ergo. At postero die reversos non admisit, neque quidem satisfecit litteris, sed publicè pro concione eadem quæ antè, & his deteriora dogmata proposuit, & usque hodie docere non desinit. Daniel Episcopus est eadem contestatus. Nota Episcopo Constantinopolitano fuisse palatium & Capellam palatinam, ubi Dominicis diebus cum primæ Clero & illustri nobilitate agebat synaxim, quomodo etiam hodie agit Episcopus Romanorum. Perperam igitur id à quibusdam typhi ac fastus notatur.*

Posteriora Theopempti verba, *Et usque hodie docere non desinit*, discussa volens Fidus Joppenis Episcopus est interlocutus: *In suane doctrina etiamnum ad præsens tempus persistit Nestorius, id piissimi Episcopi Acacii Melitenensis, secundæ Armeniæ Metropolitæ, & Dominus Theodoretus Ancyranus, Metropolitæ primæ Galatiæ, qui coram adjunt, & non sine alicujus ex ipsis periculo cum eo disseruerunt, optimè nobis explicare poterunt. Hos proinde omninè rogamus, & per sacrosancta Evangelia hic proposita obsecramus, ut in præsen-*

*tium actorum fidem & confirmationem nobis exponant, quidnam ante proximum hoc triduum ex ipso Nestorio audiverint. Uterque iste Metropolitæ erat Nestorio amicissimus, & ut proprio Patriarchæ quasi subiectus: Uti enim Thraciam & Asiaticam, ita & Ponticam, in qua Galatia & Armenia, diocesein sibi subjugare ex tunc cœperant Episcopi Constantinopolitani. Hinc istorum alter per Nestorii argutias notasse videtur ac titubasse, ideoque dicit de ipso Fidus: *Non absque alicujus ex ipsis periculo. Erat accusatio gravissima, atque ideò Sanctus Cyrillus utrumque Metropolitam supra sua synodalis auctoritate ad juratam attestationem coegit. Contra amicum, licet compulsi, tamen deposuerunt, & quidem blasphemias nimium horrendas, superius in dissertatione adductas. Et hinc vides ad sancta Evangelia juramentum esse in Ecclesia vetustissimum, & in fidei causa fuisse etiam ab Episcopis exactum.**

Amicorum Metropolitaram jurata testimonia pro authenticis accepit Synodus, perrexitque Flavianus Metropolitæ Philippensis: *Consequens est, ut beatorum Patrum nostrorum sententia, ad præsens institutum facientes, in medium proferantur, prolataeque & lectæ in Acta referantur. Etenim generales Synodi nova non revelant, sed Prophetica & Evangelica dogmata partim ex facris litteris, partim elucidant ex sanctis Ecclesiæ Patribus, utpotè fidis Spiritus sancti Scripturis, & firmis custodibus Apostolicarum traditionum, seu arcani istius Depositi, de quo ad Timotheum Apostolus: *Depositum custodi.* Hinc igitur Petrus Presbyter legit testimonia Sancti Petri Episcopi & Martyris Alexandrini, ejus successoris Sancti Athanasii, Sancti Julii Romani Pontificis, ejus successoris Felicis secundi, Theophili Patriarchæ Alexandrini, Sancti Cypriani, Sancti Ambrosii, Sancti Gregorii Nazianzeni, Sancti Basilii Magni, Sancti Gregorii Nysseni, Attici Episcopi Constantinopolitani, & Sancti Amphilochei Metropolitæ Iconiensis. Ubi nota Julii Pontificis Epistolas, de quibus postmodum litigari cœptum, fuisse ab hac Synodo in Canonem receptas. Eas esse ab Apollinario Laodicensis confictas probare multis conatur in libro de Sanctis Leontius Byzantinus. Est questio longa.*

Etiam varia ex Nestorii Scriptis deslorata loca legit laudatus Petrus, blasphemis plenissima, in quibus impudenter ille adfirmabat neminem ex Doctoribus, qui ante illum existerunt, ea populis locutum, quæ ipse locutus est. Ità sese Filium sine Patre, tyronem sine magistro, novumque in Ecclesia dogmatisten, id est, manifestum hæreticum est palam professus. Et hinc adversus ulteriorem lectionem Flavianus Philippensis intercessit: *Quandoquidem horrenda & blasphema sunt Nestorii dicta, neque aures nostræ hisce amplius inquinari ferunt, blasphemæ illius voces ad perpetuam auctoris accusationem & notam singularem Actis inserantur.*

Exinde Capreoli Carthaginensis Archi-Episcopi dogmaticas litteras, per Bessulam ejusdem Diaconum & totius Africanæ dioceseos Vicarium ac Legatum ad Synodum missas, legit idem Petrus, & de lectis Sanctas Cyrillus pro-

nunciavit: *Hæc reverendissimi piissimique Carthaginis Episcopi Capreoli Epistola, cum dilucidam in se sententiam contineat, fidei Gestorum inseratur. Vult enim antiqua fidei dogmata confirmari, nova verò & absurdè excogitata, & impiè divulgata reprobari & proscribi. Res semel ab Ecclesia definitas nec à generali Synodo retractari posse ostendit eleganter Epistola, ideoque Sancto Cyrillo Episcopi omnes adclamarunt: *Hæc omnium voces, hæc omnes asserimus, hoc omnium est votum.* Exponit Epistola meram Sancti Augustini de Dominicæ Incarnationis Sacramento doctrinam, de qua ejus hostis, utpotè homo Semi-Pelagianus, Faustus Regensis Episcopus in litteris ad nescio quem Gregorium Nestorianum: *In Scriptis sancti Pontificis Augustini etiam quid in Divinæ gratiæ materia putatur apud viros doctissimos esse suspensum, ex his, quæ damnanda judicasti, nihil noveris reprehensum, sed fidei sensum, maxime de duabus substantiis vel naturis Dei & hominis, Domini & Redemptoris nostri, scito apud Catholicam non solum Patrum auctoritate susceptum, sed etiam Apostolicis oraculis consecratum.**

Et hinc tot attestationibus de Nestorii contumacia ac blasphemio dogmate certificata, nec non per sacros Canones & sancti Patris sui Celestini Pontificis litteras compulsa Synodus ipsum degradavit, laudati Pontificis sententias ex Synodorum generalium more confirmans. Et insigni tunc sermone Deiparum Virginem prædicarunt Sanctus Cyrillus & Reginus Cypriorum Metropolitæ Constantinensis. Facta item est, sed sequenti die, sententiæ insinuatio ac publicatio, Relatio ad Principes, divulgatioque per omnes Ecclesiæ Dioceses. Eamdem Sanctus Cyrillus nec non & ipsa Synodus ad Constantinopolitanam ac Alexandrinam Clerum & populum, monachorumque in Ægypto Patres, alii ad alios transcripserunt. Ecclesiæ Constantinopolitanæ Œconomis, ne ejus bona diripienda Nestorio permitteret, est specialiter demandatum. Quas omnes Epistolas Actorum synodali Digestor adjunxit. A solis ortu usque ad noctem duravit Actio, cujus gloriosum cum processione exitum supra audivimus à Sancto Cyrillo. Ad Ecclesiæ valvas adfixam, & à Candidiano Comite reflexam sententiam quomodo per compita ebuccinarii jufferit Synodus, supra est abundè dictum.

Actio schismatica Joannis Patriarchæ Antiocheni.

Joannes Patriarcha Antiochenus Synodi locum, civitatem Ephesinam intravit hostili animo, uti nuper Constantinopolitanam Theophilus Patriarcha Alexandrinus, de quo ad Sanctum Pontificem Innocentium primum scribit Joannes Chrysothomus: *Theophilus collecta multitudine Episcoporum non paucorum huc venit, quo præludio quasi declarare volebat se ad bellum & actum pergere. Cūque in magnam urbem Constantinopolim ingressus esset, juxta consuetudinem & Christ. Lupi Oper. Tom. II.*

constitutionem hactenus observatam non intravit in Ecclesiam, neque ad nos accessit, neque participem se fecit vel sermonis, vel precum, vel communionis, sed egressus è navis, & prætercurfus Ecclesiæ vestibulis, alicubi extra urbem diversatus est, tametsi nos plurimum obsecraemus & ipsam, & eos qui ante ipsum advenerant, ut apud nos diverterent. Erant enim diversoria, & omnia alia, quæ oportebat, benè instructa. At neque illi, neque illis nobis morem gerebant. Hæc omnia fraternæ charitatis & honoris officia etiam Joanni Patriarchæ impenderunt Sanctus Cyrillus & Memnon Ephesiorum Episcopus; ast ille est Theophilum imitatus. Hinc interim discimus advenas Episcopos fuisse olim primum ad Ecclesiam deductos, & in Episcopali palatio hospitatos.

Joannes igitur ex itinere adhuc pulverulentus mox in suo diverforio fecit schismaticum conventiculum, & Comitum Candidiani adversus primæ Actionis gesta mendacis auditus edixit: *Legantur & nobis pia litteræ. Sacram Divalem spretam, sese expulsum, ac sua & multorum Episcoporum protestatione non attenda vanam Synodi speciem fuisse à Cyrillo attentatam questus fuerat Candidianus, ideoque quasi novam Synodum inchoaturus Joannes iussit sibi ante omnia Sacram directricem legi. Sanctissimis autem Episcopis, inquit pseudo actorum Digestor, consurgentibus, magnificatissimus Comes Candidianus legit. Ad Sacræ lectionem surrexisset stetit Episcopus, res est inaudita: Ad exequendas suas pro Nestorio adversus Deum machinas violenta laici Principis & Comitum manu egubat Joannes Patriarcha, ideoque isto peccatoris oleo, synodalis majestatis oblitus, utriusque caput perfudit.*

Lectam Sacram faustissimis acclamationibus honorarunt Episcopi, ac in ejus prævaricatores graviter invecus est Joannes, eam adamussum fervare professus, & de damnato Nestorio Candidianum percunctatus: *Convidiumne, an verò indicta causa virum condemnarunt? Ad quæ Candidianus: Sine ullo prorsus examine, & absque aliquo judicio hæc ab illis constituta sunt. Ubi rectè Scholias marginalis: *Impudentissimè hic mentitur Candidianus. Liqueat id abundè ex huc usque dictis.**

Mendacium mendacio addidit Joannes Patriarcha: *Sanè etiam illa, quæ in nostra præsentia gesserunt, his maxime fuerunt consentanea. Cū enim oportuisset, ut illos, qui è tam longinqua peregrinatione jam tum recens advenerant, fratervè complecterentur, pulverequè aduc conspersos fratervè & comitèr exciperent, ac refocillarent fratervè adfectu, tumultuario impetu statim ad nos perturbandos irruerunt, consuetamque insolentiam & immodestiam apertis indicis declararunt. Verumtamen sancta Synodus, quæ mecum aderat, nec aures his adhibuit. Ea quoque in ipsos statuet quæ in eos decerni par erit, qui adeò illegitimè tyrannicèque omnia conturbarunt. Ad quæ etiam rectè Scholias marginalis: *Falsa quoque est hæc expostulatio. Quod enim advectum Joannem summo honore & modestia excipiendum curavit Sanctus Cyrillus, ac ille ipsi & ipsius ac totius Synodi Legatis effrænes contumelias reddiderit, est supra ostensum,**

Post suas de orthodoxa Synodo mendaces querimonias Pseudo-Synodo exivit Comes Candidianus: Quod nempe non de fide solum, sed primum de regularibus Sancti Cyrilli & Memoribus Ephesini Episcopi criminibus examen & iudicium, cui laici adesse non poterant, agere Joannes vellet, Sacram Divalem, tot exceptam encomiis & plausibus, de cujus pravaricatione uti crimine capitalissimo arguebat Synodum, patenter pravaricatus: Primum enim de fide definiri, deinde de criminalibus aut civilibus personarum causis illa mandabat.

Egresso itaque Candidiano, Sacræ pravaricator Joannes suos Nestorianos Collegas est de eadem percunctatus, *Quid vestras Pietæ in eos statuendum censet, qui litteras adeo pias tam indignis modis contempserunt?* Et illi, qui Iudices huc usque simularant, Cyrillum & Memnonem ceperunt de multis accusare. Primum, quod sibi ante Joannis adventum, in ipso etiam sanctæ Pentecostes Festo, clausissent omnes Sanctorum Martyrum ædes, ipsamque omnibus semper patere consuetam Sancti Joannis Evangelistæ Basilicam, ideoque festivitatem istam sine Christiana Synaxi transire fuissent compulsi. Secundò, quod armata Asiaticorum rusticorum & Ægyptiorum nautarum confusa caterva ad hæc exequenda fuissent usi, atque ita & civitatem & venerabile istud festum insigni rerum omnium tempestate sædassent. Tertio, quod addictos Nestorio Episcopos minis ac terroribus, synodali gravitati ac libertati adversis, conati essent factioni suæ adjungere. Quarto, quod Divales Principis litteras pravaricari sprevisent. Quintò, quod duodecim Capitula, Arii, Eunomii, atque Apollinari blasphemias plena, composuisset Cyrillus, eaque & ipse & Memnon ubique, etiam per Regiam civitatem, disseminassent, ac etiamnum disseminarent. Sextò, quod dictas violentias ad defendenda eadem capitula, & impediendum synodale de ipsis iudicium concitassent. Septimò, quod horum malorum dux Cyrillus, Memnon esset satelles, ideoque ambos ut hæreses & factionum Principes perpetua & irreparabili degradatione plecti ex antiquo Ecclesiæ Canone & more, ab illis autem circumscriptos aut seductos Episcopos subdi pœnitentiæ postularunt.

Joannes lata à Synodo in tribus citationibus contumacem Nestorium sententias culpabat uti attentatas in hominem inauditum, & ecce sui immemor Cyrillum, Memnonem, & omnem legitimam Synodum ne citavit quidem, & tamen in ipsos pronuntiavit: *Tu Cyrille Alexandrine, & tu Memnon hujus civitatis Episcopo, scitote vos depositos esse, & ab Episcopatu alienos, ut qui causa fuistis, ut Patrum Canones conculcarentur, & Imperatorum Decreta contemnerentur, omniaque confusione & turbis miserentur, ac totius sceleris auctores & duces exististis. At vos reliqui omnes, qui seditionis & iniquæ contra Ecclesiasticas sanctiones, Regiaque Decreta agentibus consensistis, anathemati subjacete, donec agnita culpa vestra respiscatis, fidemque à sanctis Patribus in Nicæna civitate congregatis expositam suscipiatis, nihil illi extraneum aut peregrinum adtemeris: Capita præterea hære-*

tica à Cyrillo Alexandrino exposita, quæ & Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ aperte repugnant, anathematizatis. Hæc est illa infelix sententia, quam Joannes, vir aliàs eruditus & probus, cæco Nestorii amore circumscriptus, in Sanctum Cyrillum Alexandriæ Patriarcham, sese majorem, & quidem per Apostolicæ Sedis vices generalis Synodi Præsidentem, omnesque ipsi synodaliter adjectos Episcopos, latrare non erubuit degradationis & excommunicationis convicium, & apud omnem posteritatem hocce abominabili facinore reddere sese pessimè famosum. Et quia Ephesi nulla ipsi patebat Ecclesiæ, sententiam in suo diversorio concepit, publicavit autem fixam ad amphitheatri parietes. Uterque locus facinorè congruebat. Subscribere Episcopi quadraginta tres, superius depicti.

ACTIO II.

Actio secunda, facta eodem anno, sexto Idus Julias, in Episcopali palatio, præderunt Sanctus Cyrillus, Arcadius & Projectus: nescio quarum in Italia Ecclesiarum Episcopi, nec non Philippus ad Sanctos Apostolos Romæ Presbyter Cardinalis, Celestini Pontificis unicum Cyrillo Vicarii & Legati. Omnes Ephesiorum Basilicas clauserat, aut milite stiparat, & Ephesinum Clerum ac populum ad novi Episcopi electionem urgebat Comes Candidianus, ideoque in Episcopales ædes Actio hæc fuit coacta. Verbi ostium aperuit laudatus Philippus: *Gratias agimus sanctæ & adorandæ Trinitati, quod nos humiles sancto vestro conventui dignata est. Dudum quidem sanctissimus, beatissimusque Papa noster Celestinus, Sedis Apostolicæ Episcopus, per suas Epistolæ ad Cyrillum sanctum virum, ac piissimum Ecclesiæ Alexandrinæ Episcopum, de presenti hac causa & negotio definiuit, quæ litteræ sacro vestro cœtui sunt exhibitæ. Et nunc aliàs rursum ad corroborationem fidei Catholicæ ad vestram pietatem per nos misit litteras, quas à nobis exhibitas decenter sanctæ Synodo jubete legi, ac inter Ecclesiasticos commentarios referri.* Quod ipsum Projectus & Arcadius Episcopi postularunt, & Sanctus Cyrillus confirmavit.

Sacras Augustorum Principum ad generalia Concilia jussiones directrices dudum quidem toleravit Romana Ecclesiæ, semper tamen excutere est conata: Dogmaticas ac definitivas sui Pontificis de mota quæstione litteras esse voluit Synodi facem & regulam, aliudque à Synodo non fieri, quam illas omnium Episcoporum suffragio comprobari. Et jure merito. Omne enim hujus Synodi scandalum è sacris jussionibus fuit enatum. Palmare crimen, Sancto Cyrillo & ejus in Nestorium synodali iudicio impositum à Joanne Antiocheno Patriarcha, erat pravaricatio Sacræ Divalis, ipsamque ad Juvenalis Hierosolymitani Episcopi interlocutionem etiam Sanctus Cyrillus in Synodi legem admiserat, ante dogmaticas Sedis Apostolicæ litteris iustam recitari. Hoc damnant, & in Cyrillo notant Legati Romani, ipsumque correcturi voluere jam adductas à sese

Roma

Roma litteras esse omnium deinceps agendorum duces, & solas recitari.

Eas à Siricio Romanæ Ecclesiæ Notario latine recitatas probavit, & in Acta referendas censuit, errorem priorem corrigens, dictus Juvenalis, verum omnes Græcorum Episcopi intercesserunt, postulantes ut litteræ græcè redderentur, & ita quoque recitarentur. Erat postulatio æqua, ideoque Philippus Legatus reposuit: *Veteri consuetudini satisfactum est, ut Apostolicæ Sedis litteræ latine imprimis legantur. Nunc verò quoniam Beatitudo vestra efflagitat, ut græcè etiam legantur, necessarium est, ut Sanctitatis vestræ desiderio satisfiat. Faciendum curavimus ut Romana oratio in græcam convertatur.* Arcadius & Projectus Episcopi Legati dedere causam: *Quia sanctorum fratrum Episcoporum non pauci sunt, qui latine nesciunt, propterea allata Epistola græcè quoque est reddita, & si jusseritis legetur.* Eam ad Flaviani Philippentis Metropolitæ interlocutionem legit Petrus Alexandriæ Presbyter ac Primicerius Notariorum.

Paternas traditiones ac Divinum Christiani dogmatis depositum eleganter commendat Epistola, & concludit: *Direximus pro nostra sollicitudine sanctos Fratres & Consecratos nostros, unanimes nobis & probatissimos viros, Arcadium & Projectum Episcopos, & Philippum Presbyterum nostrum, qui iis quæ aguntur intersint, & quæ à nobis antea statuta sunt exequantur. Quibus præstandum à vestra Sanctitate non dubitamus ad sensum, quando id quod agitur videatur pro universali Ecclesiæ securitate decretum.* Et omnes simul Episcopi adclamarunt: *Novo Paulo Celestino, Novo Paulo Cyrillo, Celestino custodi fidei, Celestino cum Synodo concordi, Celestino universa Synodus agit gratias. Unus Celestinus, unus Cyrillus, una fides Synodi, una fides orbis terrarum.* Profitentur palmare generalis Synodi officium esse dogmaticas Romani Episcopi litteras probare, eisque adnexa exequi mandata.

Placuit hoc Legatis, ideoque Arcadius Episcopus suum & Collegarum adventum tardum ex adversa maris tempestate & navigationis incerto excusans egit Synodo gratias de tanta in Romanam fidem & Ecclesiæ pietate, & addidit: *Vestram Beatitudinem rogatam cupimus, ut quæ à vestra Sanctitate decreta sunt, ea nobis exponi jubeat.* Uti que disquirenda, num consonent dogmaticis litteris novi Pauli Celestini. Etiam de factis adclamationibus gratias egit Philippus Presbyter Romanus, utpotè non tam Celestino Pontifici, quam Sancto Petro totius fidei & Apostolorum capiti impensis, & perrexit: *Rogamus ut ea patefieri nobis mandetis, quæ ante adventum nostrum in sancta hac Synodo acta sunt, quò juxta beati Papæ nostri, præsentisque hujus sancti cœtus sententiam nos quoque confirmemus.* Peractam Synodi Sessionem, dataque in Nestorium sententias confirmare nolunt, nisi prius dogmaticis Celestini litteris & mandatis videant conformes, ideoque sibi omnia referri postulant & ex integro recitari. Esse conformes reposuit Theodotus Ancyranus Metropoli, & adjunxit: *Quoniam justa ratione permota vestra Beatitudo ex ipsis Actorum commentariis intelligere quæsit de Nestorii depositione iustam sententiam, sanctæque Synodi zelum & consensum in*

fide, quam piissimus & sanctissimus Episcopus Celestinus magna voce prædicat, vestra Reverentia planè certòque cognoscat tum è plena fide, quam nos faciemus, tum è reliquis, quæ præsentibus adduntur Actioni.

Actorum synodali Digestor adnexuit duas alias Celestini Pontificis Epistolas missas per eodem Legatos. Prima est ad Theodosium Augustum, orthodoxam fidem uti Romani Imperii unicam tutelam ex animo commendans, rogansque ut his, qui Divinæ Majestatis potentiam in humanæ dispositionis rationem arcere contentundum, nulla tributaur facultas Divinæ inhumanationis Sacramentum, unicam humani generis spem, dialecticis hæreticæ versutis sophismatibus arietandi, Etenim Divinam unius præsertim sine altera personæ incarnationem esse impossibilem tutelestus à vanis suarum cogitationum subtilitatibus Nestorius delirabat. Decem dies illi à Celestino Pontifice ad respiciendum præfixi jam pridem ante inchoatam Synodum exspirarent, ideoque Apostolicam degradationis sententiam ille incurerat, & erat omnino degradatus. Ad generalem enim Synodum interposita appellatio Romanam sententiam devolvere ut summum potuit, apud veraciter orthodoxos nunquam suspendit. Hinc futurus Synodi Præsens Sanctus Cyrillus, an Nestorium uti degradatum tractari istic oporteret, proindeque, licet pœnitens redire ad mentem, nunquam reparari in gradum Episcopalem, ab Apostolica Sede efflagitavit. Huic dubio respondet secunda Epistola: Suprà edixi ejus sensum. Neutra fuit lecta aut Actis inserta: Quod utriusque utilitas jam transisset. Contumax adversus Synodum Nestorius nec disputare volebat, longè minùs respicere aut pœnitere.

ACTIO III.

In tertia Actio, facta quintò Idus Julias, ad Romanos Legatos loqui cœpit Juvenalis Hierosolymæ Episcopus: *Hesternò die vestra Pietas postulavit, ut commentarii acti in depositione Nestorii hæretici legerentur, idque consequenter sancta Synodus præcepit. Sanctitas igitur vestra docere dignetur, num legerit ac perceperit vim eorum.* Acta igitur heri non fuerant lecta, sed Legatis tradita, legenda privatim ac discutienda. Et hoc demonstrant hesterni Theodoti Ancyran ad ipsos verba: *Tum è reliquis, quæ præsentibus adduntur Actioni.* Reposuit verò Philippus Presbyter Romanus ac Legatus: *Ex Actorum lectione cognovimus, quæ in Nestorium constituta sunt in sancto vestro Concilio. In quibus commentariis intelleximus omnia canonice & ex Ecclesiasticis disciplina judicata esse. Ac nunc quoque petimus à Corona vestra, quamvis supervacaneum seu non necessarium sit, ut quæ in vestra Synodo lecta sunt, rursum nobis etiam eadem legantur, ut obtemperantes formulæ sanctissimi Papæ Celestini, qui hanc curam nobis commisit, vestræ etiam Sanctitatis iudicia confirmare possimus.* Quod ipsam petierunt Projectus & Arcadius Episcopi, atque ita primam Actionem integrè ac solenniter legit Petrus

tris Presbyter Alexandrinus ac Primicerius Notariorum.

Legatis Romanis admodum placuerunt hæc datæ in Nestorium sententiæ verba: *Coacti per sacros Canones & Epistolam sanctissimi Patris nostri & Coadministri Celestini*. Ostendunt à generalibus Synodis nihil posse fieri, nisi ex mandato Apostolicæ Sedis. Palmare generalis Synodi officium est Romani Episcopi de mota quæstione suffragium, per litteras ac Legatos transmissum, confirmare, & in executionem ducere. Hinc adiunxit Philippus Presbyter Legatus: *Nulli dubium, immò seculis omnibus notum est, quod Sanctus Petrus Apostolorum Princeps & caput, fideique columna & Ecclesie Catholice fundamentum, à Domino nostro Jesu Christo claves regni caelestis accepit, qui ad usque tempus & semper in suis Successoribus vivit, & iudicium exercet*. Damnandi Nestorii & stabiliendæ fidei potestatem adfirmat Synodo à Celestino Pontifice fuisse. Synodum hanc, quod illi Orientalis & Occidentalis Ecclesie Sacerdotes vel per se vel cerè per suos Legatos inserunt, ait esse verè œcumenicam, ideòque ejus omnia in Nestorium judicata amplissimè confirmat. Etiam datum illi elogium *Novi Jude*. Ei enim adscribitur forte illius, de quo scriptum est: *Episcopatum ejus accipiat alter*. Confirmarunt etiam Arcadius & Projectus, addentes: *Secuti formam Celestini sanctissimi Papæ, qui nos dignatus est hujus negotii executores suos mittere*.

Acta sua tam solenniter à Romanis Legatis probari & stabiliri gavisus plurimum est Sanctus Cyrillus, ideòque illos rogavit, ut eidem ad perpetuam firmitatem dignarentur subscribere. Et subscriperunt. Et quoniam Comes Candidianus & Joannes Patriarcha Antiochenus pessimis adversus Sanctum Cyrillum & ejus in Nestorium Acta mendaciis inquietabant Principis aures, Palatiū, Regiam civitatem, ac omnes Orientis præferim Ecclesias, nova Relatione Principem instruxit hæc Actio, adseverans Cyrillum nihil auctoritate sua, sed omnia per Apostolicas Celestini vices egisse in Nestorium, Apostolicam illius in hunc sententiam dumtaxat confirmasse & fuisse executum. Addidit dubitari non posse de constanter perseveranti mente Pontificis, utpotè ejus tres novi Legati cum confirmantibus litteris ac mandatis advenerint, omniaque in Nestorium Acta plenissimè confirmarint. In hæc omnia consentire dicit omnem orbem Christianum, *exceptis paucis qui Nestorii amicitiam pietate potiore ducunt*. Hocse supplicavit compesci, sua Decreta cum executoriis litteris publicanda mitti ad Prætorium & Provinciarum Præfectos, sacris pro Nestorio jussionibus non vexari Ecclesiam, sibi fieri licentiam novi Episcopi Constantinopolitani ordinandi, & sic ad propria redeundi. Regiæ namque civitatis Episcopum sine sua licentia eligi aut consecrari Græcorum Augusti vix unquam permisere. Eamque consuetudinem fuisse pro ipsorum reverentia toleratam à Romana Ecclesia audivimus alibi ex sancto Pontifice Nicolao primo. Etiam è celebratis in Oriente generalibus Synodis sine Principis licentia recedere Episcopi olim non potuerunt. Qua violentia Constantius Augustus fuit usus & in Synodum Ariminensem.

Similis Relatio facta est ad Clerum & populum Constantinopolitanum, pro futura novi Episcopi electione mandans fundi publicas preces, ad densque tantæ suæ pro ista Ecclesia sollicitudinis causam. *Si Regia civitas piè gubernata fuerit, ceteræ quoque omnes Ecclesie sanctæ Dei commodum hinc reportabunt*.

Quæstio est, Quomodo Philippus Romanæ Ecclesie Presbyter ac Legatus passim loquatur & subscribat ante Arcadium & Projectum Episcopos, etiam Legatos: Neque enim illo tempore Cardinales Romanorum Presbyteri Episcopos præcedebant. Quidam existimant Acta synodalia esse vitata & confusa in statum Ecclesie præsentem. Etenim Celestinus Pontifex ab ipsis discordat in suis ad Synodum & Principem litteris, ultimo semper loco nominans Philippum. Quod ipsum frequenter faciunt Sanctus Cyrillus, ac variz synodales Relationes. Alii volunt Philippum Sedis Apostolicæ, Arcadium & Projectum Romanæ Patriarchalis Synodi fuisse Legatos, ideòque hos non solum post Philippum, sed etiam post Juvenalem Hierosolymæ Patriarcham sedisse & subscripsisse. Arcadius semel, Projectus aliquoties post Juvenalem subscripsit. Ità etiam in sexta Synodo Agathonis Papæ ante, Romanæ Synodi Legatio post Patriarchas ac Primates subscripsit. Et hæc favet Sancti Cyrilli de præsentibus Legatis interlocutio: *Supplentes locum Sedis Apostolicæ, totiusque Synodi sanctissimorum Occidentalium Episcoporum*. Verum obest synodalis ad Principes Relatio, ajens de omnibus tribus: *Celestini sanctissimi Episcopi locum supplent*. Et hinc video rem esse perplexam. Facile crederim subscriptionis ordinem esse à quopiam sciolo interpolatum. Etenim Arcadius semel ante, semel post Juvenalem subscribit, ac non solum post illos, sed etiam post Projectum & Flavianum Philippensem ipse Philippus.

ACTIO IV.

Actiōnem quartam, decimo septimo Calendas Augusti celebratam, alloqui cepit Hefychius Diaconus: *Cyrillus per omnia sacratissimus Ecclesie Alexandrinæ Episcopus, & sanctissimus Memnon Ephesorum Episcopus sanctissime ac œcumenicæ Synodo libellum exhibuerunt, quem, si vestra Sanctitas jusserit, recitabimus*. Ipsum ad Juvenalis Hierosolymitani Episcopi interlocutionem idem Hefychius legit. Libellus habet tria. Primò, synodalis in Nestorium manifestè hæreticum ac trinz citationi contumacem datæ sententiæ justitiam acriter commendat. Secundò, Joannis Antiocheni, nullam per Canones aut Imperiale Rescriptum potestatem habentis, solis triginta schismaticis aut degradatis Episcopis associati, & nihilominus Cyrillum ac Memnonem, omnemque cum illis generalem Synodum, & quidem nec auditos nec citatos, damnare ausi, audaciam ac insolentiam graviter exaggerat. Tertiò, supplicat Joannem ac ejus in hac tragædia socios citari ad Synodum, redituros suæ temeritatis rationes. Et quoniam ju-

stus confidit ut Leo, & Cyrillus & Memnon adseverant sese sibi metipsis in hac causa non defuturos. Ex verbis, *Nullam per Canones aut Imperiale Rescriptum habentis potestatem*, D. Petrus de Marca Archi-Episcopus Parisiensis in opere de Sacerdotii ac Imperii concordia infert Augusti Principibus olim fuisse morem criminales Episcoporum causas delegandi peregrinis alterius dioceseos Episcopis, idque etiam in Synodo generali, ac istud probari hinc à Memnone ac Sancto Cyrillo. Fateor morem illum olim fuisse; ac Canonibus adversum, & in nulla unquam generali Synodo, nisi in solo Ephesino latrocinio visum atque damnatum. Quem absit hinc probari à Memnone aut Sancto Cyrillo. Ajunt Joanni Patriarchæ nullam fuisse in se aut per Canones potestatem, aut per Imperiale Rescriptum potestatis fucum, quem solum à Principe conferri posse suo loco ostenditur.

Quomodo ab Acacio Berrhænsi Episcopo inductus Theodosius Augustus omnem primam Actiōnem, adversas utriusque partis sententias, & Nestorii & Cyrilli ac Memnonis Ephesini damnationem missis per Joannem sacrarum largitionum Comitum Divalibus litteris confirmavit, est supra ostensum. Post advestas ac publicatas istas litteras fuit celebrata hæc Actio, atque ità ipsis obediens Cyrillus è Præsidis cathedra descendit in degradati rei humilem locum, & directè per solos Romanos Legatos Synodo obtulit unà cum Memnone jam dictum libellum. Acacius Melitenensis Episcopus repositus Joannis Antiocheni, hominis palàm ab œcumenica Synodo schismatici, & damnati Nestorii hæretica communione polluti, in Cyrillum ac Memnonem, autocephalæ diocesis Primates Episcopos, gesta non fuisse Sacerdotale ac synodale Judicium, sed attemptatum impotentis animi conviciū, adeòque nullis hic opus esse libellis, nullo retractationis strepitu, nulla absolutione. Quod judicium Synodus est omninò secuta. Et hinc Astorum synodaliū Digestor scripsit Cyrillum huic etiam Actiōni præfedisse. Jus, non factum attendit. Quia Joannem Antiochenum per Archelatum Myndensem in Caria, Paulum Lampensem in Creta, & Petrum Parembolarum in Palæstina Episcopos ad judicium & dandas temeritatis rationes Synodus evocavit.

At ille Nestorium imitatus domum suam armato milite cinxit, à quo malè excepti Episcopi sine responsu redierunt. Hinc secundam citationem fieri institit Cyrillus, & ipsi ac unà Romanis Legatis caput oleo peccatoris perfundens Juvenalis Hierosolymæ Episcopus edixit postulationem esse justissimam, quod Synodo adessent & Hierosolymitana & Romana Ecclesia, apud quas Antiochena ex Apostolico Canone fuit semper judicata. Ad Antiochenam Hierosolymitanæ subdendam, & ejus nobiliores provincias in suum Patriarchicum jus transferenda partim occasione temporis, partim mendacio viam stravit homo versatilis. At ejus nugamentis nemo respondit. Missa verò est secunda citatio per Timotheum Termesi & Eudocidias, Eustatium Docimii, & Eudoxium Chomatris in Lycia Episcopum, quibus etiam Joannem videre non licuit, sed ab ejus

inter milites Clericis impropertum: *Nos hominibus per nos depositis & excommunicatis responsum nullum damus*.

Quare tertiam quoque ex synodali more citationem fieri efflagitarunt Cyrillus ac Memnon, addens plerosque Joannis in patrato facinore ac præsentis contumacia a seclis esse homines hæreticos, degradatos, aut degradari dignos. Ità & ex priorum Actorum tabulis, & ex præsentis contumacia Synodus vidit Joannis in Cyrillum & Memnonem attentata ex animi impotentia processisse, ritè tamen Anonum via gradi volens decrevit omnia referenda Principi, Joanni faciendam tertiam citationem, & tunc pronuntiandum in contumacem.

ACTIO V.

Actiōnem quintam, facta decimo sexto Calendas Augusti in Ecclesia Metropolitana, Sanctus Cyrillus urist Joanni Antiocheno mitti tertiam citationem ac peremptoriam, graviter querens se ab illo fuisse, idque per sententiam publicè adfixam, traductum de Arii, Eunomii, ac Apollinarii erroribus, virum qui à prima ætate sacras litteras in monasterio didicerit, in sanctorum ac orthodoxorum Patrum manibus & disciplina educatus. Loquitur adversum Joannis Antiocheni calumnias, qui illum in Relatione ad Principem scriperat natum & educatum ad perniciem Ecclesiarum. Et adversum quotidianam Candidiani & Irenæi Comitum mendacia & falsas ad Principem Relationes addidit: *Sanctitati vestræ summoperè curæ esse debet, ne piæ Principum aures per fallaciam capiantur*. Erant justissimæ preces, ideòque missa mox fuit tertia citatio per Danielem Coloniensem in secunda Cappadocia, Commodum Tripolitanum in Lydia, ac Timotheum Termensem in Helleponto Episcopum, quibus adjunctus Muzonius Notarius, citationem lecturus.

Per viam offenderunt Asphalium Ecclesie Antiochenæ Presbyterum, ejusdem Ecclesie negotia curare consuetum Constantinopoli, virum bonum, de quo ad Synodum Daniel Episcopus: *Hic ad ades, in quibus piissimus Episcopus Joannes commoratur, propius nos adduxit, nobisque conjunctus irruentes prohibebat. Ceterum militibus gratias agimus. Hi enim, cum piissimum Episcopum Commodum agnoscerent, eò quod in illius civitate sint constituti, omnes Clericos, qui in nos impetum faciebant, represserunt*. Episcoporum interim adventum Joanni Patriarchæ nuntiavit Asphalius Presbyter, quos ille videre nolens mittit suum Archi-Diaconum, sedum homuncionem supra descriptum, cum nescio qua scheda & hæc verbis: *Sacra Synodus hanc ad vos mittit; ut eam accipiatis*. Sese non ad schedas accipientes, sed ad pacificam Synodi mandata intimanda missos adherentibus Episcopis consultus per eundem Nanum Joannes reddidit: *Neque vos ad nos mittatis, neque nos quiddam ad vos mittemus, sed quidem posteaquam Decreta nostra semel ad Imperatorem detulimus, quid opus sit factu ut ipse nobis præ-*

prescribat, expectamus. Ità miserabilis Patriarcha, cum Palatii causæ transferatur ad Ecclesiam, Ecclesie causam ad Palatium transferebat. Quod etiam in laico Principe reprehendit merito Faundus Hermianensis. Episcopis audiri saltem rogantibus reposuit Homuncio: Vos scbedam respicistis, ego Synodi verba non ausculto.

L. 11. C. 4.

Quæ omnia audiens à regressis Episcopis, & à Memnone ac Sancto Cyrillo iustitiam expostulata sancta Synodus in Joannem ac triginta quatuor, quos inter Theodoretus Cyrensis, illi cooperatos Episcopos pronunciavit: Ab Ecclesiastica communione alieni sint, nullam habentes facultatem tamquam ex auctoritate Sacerdotali, qua aliquibus vel detrimentum vel adiumentum adferre queant, donec seipsos condemnantes proprium delictum confiteantur, id interim pro certo habentes, nisi celeriter hoc præstiterint, fore ut perfectam degradationis sententiam juxta Canonum decreta incurrant. Quin & illud quoque certò constat, nempe quæ jam ante illegitimè contra Canones & contumeliosè contra Cyrillum & Memnonem sanctissimos Episcopos & Ecclesie Præsides machinati sunt, ea nullam firmitatem habere, quemadmodum & besterna die satis declaratum est.

Hæc est illa sententia, adversus quam acerrimè apud Principem quæstio facta est schismatica Joannis factio, & conclusit: Si Memnonis & Cyrilli depositio à nobis facta valida non fuisset, nec libellos exhiberi, nec depositos absolvi oportebat; sin autem ea exauctoratio verè justa legitimæque fuit, horum, utique Episcoporum eos absolventium, quoque excommunicatio justa validaque existet. Ab eisdem enim hæc & illa manarunt. Non solummodò Cyrillum ac Memnona degradarat, sed & omnem illis communicantem Synodum excommunicarat Joannes, ideòque hanc illius sententiam arguit contradictionis: Utpotè quæ Cyrilli & Memnonis degradationem, simulque suam uno ejusdem potestatis ictu inflictam excommunicationem debuerit aut validam ducere aut invalidam, atque ità excommunicata degradatos non poterit, aut sana sanos non debuerit reparare. At sententiam factio non intellexit. Nequaquam enim Synodus absolvit aut sanavit, sed sanos dumtaxat declaravit Cyrillum & Memnonem, secuta iudicium Acacii Episcopi Melitenensis. Frivola item fuit alia Joannis exceptio, qua suam paucorum Episcoporum factionem gloriatus est nullo pacto cum imperita Asiaticorum & Ægyptiorum turba conferendam.

F. 449.

Addidit sententia: Quæ acta sunt, omnia ad pissimorum Imperatorum aures referantur, ut Divinæ aures cognoscant ea, quæ sunt consecrata. Ità secundæ Cyrilli ac Memnonis postulationi satisfacit. Et mox facta est Relatio ad Theodosium & Valentinianum Augustos, adseverans hæc in Cyrillum & Memnonem attentata processisse à solis triginta Nestoriorum adhzrentibus Episcopis, quorum alii jam pridem depositi, alii etiam pravæ Celestii doctrine sectatores, quidam etiam, ut qui cum Nestorio sentiant, anathemati subditi erant. Hic ait ducem & caput fuisse Joannem, ejus temeritates & contumaciam exponit, atque concludit. Quæ temerè varique fuerant nugati, & contra omnem Canonum ordinem adversus Cyrillum

& Memnonem scripto mandaverant, ea irrita & prorsus vana esse judicavimus. Etenim iudicium, quod lege & iustitia ex nulla parte nititur, aliud nihil est nisi merum convicium.

Facta item est Relatio ad Celestinum Pontificem, de qua scholion marginale: Exemplum Epistolæ scriptæ à sancta Synodo ad Celestinum urbis Romæ Archi-Episcopum, qua ea omnia explicantur, quæ in ipsa sancta & magna Ephesina Synodo gesta sunt. Relatio ad Principes exponit sola pro Memnone & Cyrillo adversus Joannis factionem gesta, quod nempe prima Actio jam pridem sua omnia illis retulisset. Etiam ad Papam Relatio habet de Joannis attentato: Ludicra scripta abrogavimus, invalidaque ac prorsus infirma pronunciamus. Nihil enim erant aliud, quam mera contumelia. Et edicit causam: Quod fideibus minoribus in majores nulla sit potestas. Ex sexto Canone Nicæno. Adfirmat Joannem & ejus asseclas fuisse degradatione dignos, & addit: Verum hoc Pietatis tue iudicio reservavimus. Romani Pontificis supra se ac omnes Patriarchas plenam potestatem profitetur, & concludit: Perlectis commentariis Actorum in depositione impiorum Pelagianorum & Celestianorum, Celestii, Pelagii, Juliani, Perfidii, Flori, Marcellini, Oreatii, & eadem cum illis sententiam, quæ à Pietate tua de ipsis decreta & constituta sunt, judicavimus & nos solida firmitate permanere debere, & idem omnes tecum statumus, eos pro depositis habentes. Ex quo patet Pelagianam hæresin fuisse in hac Actione discussam ac damnatam. Ita sub Celestino adversum ipsos Acta aut latent aut perierunt, grandi Christianæ eruditionis damno. Hac item Actione suas de subtrahendis Antiocheno Patriarchatu Provinciis nugæ proposuit Juvenalis Hierosolymæ Episcopus, à Sancto Cyrillo in Joannem offensos sperans auxilium.

ACTIO VI.

ASexta & postrema Actio, facta undecimo Calendis Augusti, in Ecclesia Metropolitana Petrus Alexandria Presbyter petiit licentiam legendi ac publicandi factam à Synodo de fide definitionem. Et legit Symbolum Nicænum cum hac appendice: Hinc sanctæ fidei omnes consentire convenit. Continet enim pietatem, & quæ sufficiant ad totius orbis utilitatem. Quoniam verò aliqui simulant quidem eam se profiteri, eique consentire, malè autem interpretantur sensum veritatem, sicut eis placet, & circumveniunt veritatem, existentes filii erroris ac perditionis, opus fuit ex sanctis & orthodoxis Patribus comparare testimonia, quæ satisfacere valeant, quemadmodum intellexerint eam, & prædicare consilii sint, ut palam sit quia omnes rectam & immaculatam habentes fidem sic intelligunt & interpretantur, & prædicant eam. Et ad Flaviani Philippensis Episcopi interlocutionem idem Petrus legit omnia Patrum testimonia lecta superius in prima Actio.

Ad Nicænam fidem adsiduè provocarat Nestorius, adseverans ab ea nihil dictum de Sancta Virgine, nisi quia Dominus noster Jesus Christus

L. 1. Conc. Ephes. c. 16

incarnatus est ex Spiritu sancto & Maria Virgine. Ob istam fidem gravia sibi ab Apollinarii resuscitatoribus moveri certamina, effugere non erubuit in litteris ad Pontificem Celestinum. Hinc nostra Synodus aliam fidei definitionem, longè magis aliud Symbolum noluit condere, volens sine fronte mendacem hominem confundere ex solo Nicæno, de quo in litteris ad Maximum Philosophum Sanctus Athanasius: Sufficit exterre omnes impias hæreses, & præcipuè Arianam, quæ in Verbum Dei blasphemias dicit. Ubi sub Ariana hæresi Sanctus Athanasius comprehendit omnino & Nestorianam, tot annis ante natum Nestorium. Etenim & in ista ad Maximum, & in proximè præcedenti ad Adelphium Episcopum & Confessorem Epistola Arianam perfidiam dicit fuisse diversam in factiones varias, quarum una Dominum nostrum Jesum Christum à Deo Verbo diviserit, cum Paulo Samofateni garricens esse hominem purum. Hæc propositiones, Christus est infans, puer, crescit, ejusque patitur, crucifigitur, moritur, professæ admisit; at verò ista infirmitatis idiomata Deo Verbo adscribere tamquam blasphemias esse detestata. Et hæc est ipsissima hæresis Nestoriana. Ne quis, inquit in litteris ad dictum Maximum laudatus Athanasius, irideat verba, dum audit puerum, etatem, incrementum, edere, liberè pati. Nam audit hæc non solum de voce Christus, sed & de voce Deus Verbum prædicari. Et infra: Hæc breviter ex tuis mutuatus sum, & nihil ad ea de meo adiectum volens solummodò Divinæ Crucis mentionem feci, ut quibus scandalizati sunt fastus, isti ipsi in diversum instituti Crucifixum adorarent. Ex quo vides ab Arianis blasphemiam fuisse hanc præsertim propositionem: Deus Verbum est crucifixus. Quocirca primus duræ de hac propositione, Unus è sancta Trinitate est crucifixus, contentiois fons est Paulus Samofatenis, de quo idem Athanasius in libello adversus ipsum: Dei ex semina procreationem irrisui habent increduli, eandem carnis esse, non Deitatis garrunt. Sacrosanctam quoque Crucem cavillis proscribunt ut Ethnici. Eius ipsissima, quibus postmodum & Nestorius fuit usus, dialectica sophismata producit Athanasius in Oratione de unico Domino Christo. Malum igitur à Paulo per Arianos in Nestorium cucurrit, atque ità rectè ex Sancto Athanasio credit ac definit nostra Synodus Nestorianam blasphemiam abundè convinci & damnari ex solo Nicæno Symbolo, palam proficiente istum ipsum, qui est Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, genitus, non factus, consubstantialis Patri, propter nos homines & propter nostram salutem descendisse, esse incarnatum, hominem factum, passum, mortuum, sub Pontio Pilato crucifixum. Passum & crucifixum, non in Deitate, sed in adsumpta ad propriam hypostasin carne, uti in locis longè plurimis Sanctus Athanasius contra Arianos ostendit. Nisi videres contra Arianos loqui Athanasium, loqui credas Sanctum Cyrillum adversus Nestorianos. Loquitur ex suo Antecessore Sancto Dionysio, scribente adversus Paulum Samofatenem: Qui ex Deo est ante secula genitus, ipse extremis temporibus ex matre natus est. Idcirco Deicide sunt Judæi, quia

Cbrist. Lupi Oper. Tom. II.

Dominum gloria crucifixerunt. Hæc est propositio, adversus quam in libro quæstionum laudato Dionysio propositarum Paulus excepit: Quæ à vobis scripta sunt, Deum habent crucifixum, & coeternum Patri. Eademque in suo ad quæstiones Rescripto Dionysius eximie defendit. Ex quo rursus vides omnem hanc impietatem à Paulo Samofateni ad Arianos, ab his ad Nestorium profuisse. Quin immò prius mali fons sunt impii Judæi, existimantes Dominum nostrum fuisse purum hominem, ideòque illius infantiam, passionem, mortem, & alia humanæ infirmitatis solennia prædicantes Apostoli statim subnectebant: Hic auctor est vitæ, aut Dominus gloria, uti in Epistola de Sancto Dionysii adversus Arianos sensu laudatus Athanasius insigniter demonstrat. Rectè addit istum Paulum, rectè nostra Synodus dicit Nestorium abundè damnatum à Symbolo Nicæno.

Rectè item ait nostra Synodus: Quoniam verò aliqui simulant, &c. Causam in suis synodalibus, post Synodum Chalcedonensem extantibus, ad Leonem Augustum litteris adducit Joannes Sebastianus Episcopus, Metropoli primæ Armeniæ, loquens de Chalcedonensi fidei definitione: Sunt quæ rectè intelligantur orthodoxa; sunt verò aliqui, qui si ea aliter velint aspiciere, inveniant hæc sensus dubios patientia. Multi quidem & Divinas Scripturas non intelligentes sicut scriptæ sunt, proprie blasphemie dogmata genuerunt. Nam & ipse omnium Hæreticorum pater & dux diabolus ex Scripturis disputavit, ipsi Domino nostro Jesu Christo conatus sua phantasma persuadere. Sacra Scriptura est ovina lana, qua etiam lupus suam rabiem possit in ovinam mansuetudinem transfigurare. Nicæni Symboli secundus articulus habet, Credo in unum Dominum Jesum Christum, ac dein utriusque naturæ idiomata de ipso profertur. Dolosus Nestorius ipsa non ultrò citroque de sese mutuò, sed dumtaxat de sola voce Christus censuit prædicari à laudato Symbolo, atque ità blaterationes suas esse illi conformes. Hocce phantasma damnat nostra Synodus, ostendens omnibus Ecclesie Patribus, Nicæna Synodo prioribus ac posterioribus, penitus adversam.

Est & alia ratio, ex qua propriam fidei definitionem condere noluit nostra Synodus, contenta solo Symbolo Nicæno. Legati Romani servatum voluere Canonem Sardicensem, de quo in litteris ad Antiochenam Ecclesiam Sanctus Athanasius, mandans & ipse ab Erronibus ad Ecclesiam accedentibus nullam exigi professionem, nisi solius Symboli Nicæni: Tabulas, quas nonnulli jactant quasi in Sardicensi Synodo de fide conscriptas, ne legi quidem semel, aut proferri sinatis. Nihil enim tale Concilium definiit. Quomodo enim certi homines nonnulla, quasi quæ deessent Nicæno Concilio, adscribere vellent, idque acriter contenderent, sancta tamen Synodus, quæ Sardicæ convenit, indignè id tulit, Decretoque sancivit, ne quid ulterius de fide scriberetur, & sese contentos esse Nicæna fide declaraverunt, ut cui nihil deesset, & in qua integra & solida pietas contineretur: Neque edendam esse aliam professionem fidei, ne illa, quæ Nicæna scripta est, suos numeros non habere

D d

vide-

Q. 10.

Epist. 48.

videretur, neve illis, quibus libido est semper nova
 statuere, occasio hujusmodi suppeditaretur, ut ite-
 rum atque iterum de fide desiniant. Ad hoc De-
 cretum respexisse nostram Synodum ostendunt
 hæc ejus de Symbolo Nicæno verba: *Continet
 pietatem, & quæ sufficiant ad totius orbis utilitatem:*
 Adversus profanum ac judaicum nescio quorum
 Nestorianorum Symbolum insignem de nullo
 deinceps ad Nicænum faciendi vel unius vocis
 additamento Canonem parabat, ideòque non
 solo verbo, sed & opere docere voluit, & solo
 isto etiam adversus Nestorium esse contenta. Et
 ex hoc fundamento Eutyches & omnis Eutychia-
 na factio blaterarunt additamenta, per Synodum
 Constantinopolitanam ad Symbolum Nicænum
 facta, esse per nostram Synodum damnata.

Exindè Petrus Alexandriæ Presbyter ac No-
 tario Primicerius aliud negotium Synodo
 proposuit. Presbyter quidam, nomine Charis-
 ius, Philadelphienis in Lydia Ecclesiæ Econo-
 mus, significat quosdam in sua Provincia hæ-
 reticos Quartodecimanos, dum ad matrem Ca-
 tholicam accedere existimant, in sædum magis
 errorem incidisse. Etenim Antonius quidam &
 Jacobus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presby-
 teri sub Episcopo Nestorio, à suis ibidem Com-
 presbyteris Anastasio & Phorio detulerant litte-
 ras commendatitias, unàque novum, profanum,
 judaicum, à Nicæno nimis diversum Symbolum,
 omnem Quartodecimanum ad illius professionem
 compellentes. Illustrat hæc Socrates dicens de
 Nestorio: *Quibus incommodis eos, qui Festum Pa-
 schatis ad decimum quartum diem mensis celebrant,
 in Asia, Lydia, & Caria affecerit, & quam multi
 Mileti & Sardis seditione propter eum constata inte-
 rierint, mihi omittendum arbitror.* Catholicæ fi-
 dei, at sine scientia & sale, zelum insuiffe Ne-
 storio, ostendunt ejus in Episcopum consecrati
 prima ad Theodosium Augustum verba: *Mihi,
 ò Imperator, terram Hæreticis purgatam tribue, &
 ego tibi cælum retribuam; Tu mihi in profigandis
 Hæreticis subveni, & ego tibi in profigandis Persis
 subveniam.* Per Antonium Germanem in Helle-
 sponto Episcopum Macedonianos, per quatuor
 memoratos Presbyteros persequi mox cœpit No-
 vationenses Quartodecimanos, in Asia, Caria,
 & Lydia admodum frequentes. Anastasius Pres-
 byter est ille ejus Antiochia conductus Syncler-
 us, qui in Ecclesia Constantinopolitana primus
 præsumpsit vocem *Deipara* circumseribere & abo-
 lere. Phorii meminit in litteris ad Clerum Con-
 stantinopolitanum, in prima præsentis Synodi
 parte exstantibus, Sanctus Cyrillus, atque ab
 illo compositam & vulgatam quandam chartulam

adversus commentarium, quem ipse de Nestorii
 impietate ad monachos scripserat. Antonius &
 Jacobus, solo facinore noti, erant ex illis Cleri-
 cis Constantinopolitanis, quos ibidem Cyrillus
 vocat *faces civitatis*.

Tres autocephalas dioceses ab Episcopis Con-
 stantinopolitanis, Sancto præsertim Joanne Chry-
 sostomo, invadi cœptas invadere & illarum sese
 Patriarcham ostentare perrexit etiam Nestorius.
 Hinc in Asiam minorem, Cariam, & Lydiam,
 dioceseos Asiaticæ provincias, legavit Anto-
 nium & Jacobum Presbyteros, qui omnes istuc
 Quartodecimanos aut ad Ecclesiam cogerent,
 aut de terra eliminarent. Rectæ fidei & delega-
 tæ potestatis litteras habebant ab Anastasio &
 Phorio Presbyteris, Nestorii Patriarchæ Vica-
 riiis & Syncellis; verum fabula sibi ipsi non co-
 hærebat. Etenim Novatianum ejectioni prædica-
 bant Nestorium, apertam Nestorii impietatem,
 unaque sædissimum Symbolum, cui dum resistit
 Charisius Philadelphienis Ecclesiæ Presbyter ac
 Economist, est ab istis Pseudo-Apostolis, nec
 non à quibusdam per ipsos seductis Lydiæ Epi-
 scopis tamquam hæreticus communionem & Cleri-
 cali gradu privatus. Hinc provocavit ad nostram
 Synodum, ejusque hæc omnia exponentem li-
 bellum Petrus Alexandriæ Presbyter ad Patres
 legit.

Legit & istud judaicum Symbolum, præter
 Nestorianam impietatem habens & hanc de Spi-
 ritu sancto blasphemiam: *Nec Filium illum puta-
 mus, neque per Filium substantiam sortitum.* Ipsum
 esse Theodori Mopsuestiensis Episcopi opus dixit
 Charisius; verum ob rationes supra adductas
 noluit Sanctus Cyrillus istud disquirere aut desin-
 nire. Ipsum Philadelphienfes Quartodecimani
 in Theopanis Episcopi sui, Jacobi Chorepiscopi,
 & Charisii Economi manibus fuerant profes-
 si, atque ita in Ecclesiam transcripti. Ubi
 nota Jacobum Chorepiscopum ab Eutychio Villæ
 Aulacis Principe seu Toparcha vocari simplici-
 ter Episcopum, quod nempe Chorepiscopi con-
 secratione non simplices Presbyteri, sed veri
 Episcopi essent. Et ad hæc Nestorii temerita-
 tes Synodus obstupuit, ediditque supra explana-
 tum Canonem de nullo deinceps condendo novo
 Symbolo, nulloque ad Nicænum, à Constanti-
 nopolitanam Synodo abundè auctum, faciendo
 vel unius voculæ additamento. Quid de Charisio
 & quatuor istis Nestorii Presbyteris actum
 sit, Acta synodalia manca non edicunt: Haud
 dubium ille fuit communioni & gradui resti-
 tutus.



A P P E N D I X

Ad Ephesinum Latrocinium.

CAPUT PRIMUM.

*Exponitur prima Constantinopolitana Sancti Flavianii Patriarchæ
 adversus Eutychem Synodum.*

A C T I O I.

Prima hujus Synodi Actio, facta Fla-
 vio Zenone & Posthumiano Con-
 sulibus, Christi Domini quadrin-
 gentesimo quadragesimo octavo,
 Leonis Pontificis nono, Theodo-
 sii Augusti quadragesimo primo & Valentiniani
 tertii anno vigesimo tertio, sextò Idus Novem-
 bres, in Secretario Episcopi, tractavit nescio
 quam causam Florentii Sardenfis Episcopi, Ly-
 dorum Metropolitæ, adversus Joannem Hircano-
 rum & Cosiniam Hiero-Cæsareensem ejus
 Episcopos Provinciales, Præsidem habuit San-
 ctum Flavianum, addidentes Episcopos triginta
 unum, Archi-Mandritas viginti duos. Istos in-
 ter fuit Sanctus Seleucus Amasenus Episcopus,
 Helenoponti Metropolita, cujus admirandas
 eleemosynas, repletorum Divinitus horreorum
 miraculis confirmatas, laudat Eustatius Presby-
 ter in vita Sancti Eutychie Patriarchæ Constanti-
 nopolitani. Florentius Metropolita non inter-
 fuit: Per Legatos Clericos misit suas actiones.

Data huic questionis forma, exurgens ac se-
 metipsum ex addidente iudice in accusatorem de-
 mutans Eusebius Doryleensis in Phrygia salutari
 Episcopus *Libellos sancto Concilio obtulit, conjura-
 rans eos relegi, & inseri monumentis Actorum.* Eos
 ad Sancti Flavianii iussum legit Asterius Presby-
 ter & Notarius Ecclesiæ Constantinopolitanæ.
 Eutychem Presbyterum ac Archi-Mandritam
 illi accusabant, quod inobseratam os & effra-
 nem linguam habens adversus Salvatorem om-
 nium nostrum Christum blasphemare, & Patres,
 qui inter Sanctos connumerantur, hæreticos no-
 minare non cessaret, etiam ipsum Eusebium,
 profitentem se esse ipsorum fidei sectatorem. Pro-
 fitetur Eusebius sequi se fidem magnæ Nicænae &
 nuperæ Ephesinæ Synodi, Sanctorumque Cyril-
 Chri. Lupi Oper. Tom. II.

li, Athanasii, Gregorii Thaumaturgi, Gre-
 gorii Nazianzeni, Gregorii Nysseni, Attici &
 Procli, postulans citari Eutychem, paratus
 eum convincere falsò habere Catholicum nomen, &
 alienum omninò esse à recta fide, ac præsentem Epi-
 scopos conjurans per Sanctam Trinitatem, &
 per salutem Theodosii ac Valentiniani Augustor-
 rum.

Per Principis Genium aut fortunam jurare
 semper apud Christianos fuit species idololatriæ.
 Etenim Sanctum Polycarpum Smyrnensem Epi-
 scopum & Martyrem, quod Asiæ Proconsuli
 mandanti, *Jura per Cæsaris fortunam, obedi-
 re noluisset respondens, Christianus sum,*
 apud Eusebium Cæsareensem scribit ad Ponticam
 Ecclesia Smyrnenfis. Etiam Judæos maluisse pati
 quidlibet, quam jurare per nomen Cæii Impera-
 toris, ex Josepho Judæo laudat idem Eusebius.

Et in libro Apologetico Tertullianus: *Citius
 apud vos gentiles per omnes Deos, quam per unum
 Genium Cæsaris pejeratur.* Et exponit suæ doctri-
 næ causam: *Sed & juramus, sicut non per Genios
 Cæsarem, ita per salutem eorum, quæ est augustior
 omnibus Geniis. Nescitis Genios demones dici, &
 indè diminutiva voce demonia? Nos judicium Dei
 suspicimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præ-
 fecit. Id in eis scimus esse, quod voluit Deus, &
 pro magno id juramento habemus. Cæterum demo-
 nas, id est, Genios adjurare consuevimus, ut illos
 de hominibus exigamus, non dejerare, ut illis ho-
 nozem Divinitatis conferamus.* Principis & Genium
 & fortuna, quos quidam discernunt, quidam
 confundunt, erant demonia & Dii falsi, quos
 dejectione honorare est omninò idololatria. Et
 Cajus Augustus non quovis modo per suum no-
 men, sed tamquam per Deum volebat jurari,
 ideòque sibi templa quoque erigi, & incendi
 thura:

L. 4. C. 14.

Cap. 28.

Cap. 32.



thura: Etiam Asiæ Proconsul Principem à Sancto Polycarpo volebat nominari Domitium & Deum. Et hinc apud Gentiles Romanos per Augustum aut per Jovem pejerare fuisse per læsæ Majestatis crimen testatur in primo Animalium libro Cornelius Tacitus. Eodem sensu Donatistas per suos Episcopos, præsertim Donatum magnum, jurare confuetos, gravissimè arguit, dicens eos à plebe pro Diis haberi velle, Sanctus Optatus Milevitanus. Africæ populum Donatus cum Christo Domino diviserat, suamque partem non à Christo Domino Christianos, sed à se Donatistas vocabat, istamque Divini honoris rapinam decepti populi juramento volebat firmari. Eundem in sensum hæc Domini apud Sanctum Mattheum verba, *Ego dico vobis, non jurare omnino, neque per cælum, neque per terram*, exponit Sanctus Hieronymus: *Hanc per elementa jurandi pessimam consuetudinem semper habuere Judæi, sicut Prophetas eos frequenter arguit sermo. Per Angelos, per urbem Hierusalem, & templum, & elementa jurantes, creaturas resque carnales venerabatur honore & obsequio Dei.* Et hinc isto loco Dominus solummodò per creaturas, non autem per Deum vetat jurari.

At verò per Principis, licet gentilis & impii, salutem jurare est antiqua observantia omnium justorum. Nam & Joseph Patriarcha juravit per salutem Pharaonis. Et piissimus Comes ac Martyr Marcellinus in Collatione Carthaginensi dixit ad utriusque partis Episcopos: *Per admirabile mysterium Trinitatis, per Dominicæ Incarnationis Sacramentum, & per salutem Honorii & Theodossi Augustorum Principum iusta me judicaturum esse promitto.* Et apud Hermiam Zozomenum eodem modo jurant Jovius Italix Hyparchus & cæteri Præfecti. Et in Ephesine Synodo omnes Philadelphenses Quarto-Decimani laudantur in Episcopi sui manibus abjurasse hæresin per sacrosanctam Trinitatem, perque pietatem, victoriam, & salutem Imperatorum. Et in Lausica Palladii historia sancta Virgo & Martyr Potamiæna, in ferventem lebetem mittenda, adjurat Paganum Judicem: *Per caput Imperatoris, quem tu times, ne jufferis me exui.* Et Histrix Episcopos, ex trium Capitulorum schismate ad Ecclesiam redeuntes, Sanctus Gregorius Magnus jurare jussit per Deum omnipotentem, quatuor sancta Evangelia, & salutem Geniumque illastrum Dominiorem Rempublicam gubernantium. Omitti debuerat vox, *Geniumque*, utpotè Pagani ac idololatrici juramenti significativa, ideòque cum vocibus, *Dies Lunæ, dies Martis, Mebercle, Me-Castor*, aliisque id genus variis etiam hodie nimium grassantibus, ab omni ore Christiano proscibenda. Uti ex pravo sæculi nostri more nos etiam hodie Sacerdotes frequenter hæc voces sine idololatria usitamus, ita & istam Gregorius. Rectè Tertullianus istud apud nos esse dicit magnum juramentum. Ejus enim sensus est: *Sic Deus adjuvet Domini Imperatoris victorias ac salutem.* Quare sic pejerare erat vindicis lætæ Divinæ Majestatis manus in Principis personam ac omnem Rempublicam devocare. Nihilominus de Episcopis statuit Synodus sub

Leonis quarti Pontificatu habita in Regia Tici-

nenfi: *Sit sermo Episcopi, juxta Evangelium, EST EST, NON NON. Si quid enixius adfir. Cap. 4. mandum dure forsitan audientium mentes exigunt, mox potius Apostolico more interponat sua locutioni, DEUS SCIT, aut CORAM DEO, quam PER IMPERATORIS GRATIAM, sicuti, sæculo militantibus jurare celebre est, sua dicta confirmet.*

Ad lectum Eusebii libellum attonitus Sanctus Flavianus reposuit: *Stupefaciant nos quæ lecta sunt, eò quod talis ingeritur reprehensio reverendissimo Presbytero & Archi-Mandrita Eutychei. Tamen dignetur tua Reverentia convenire eum, & disputare cum eo de recta fide, & si pro vero reperietur non recta sentiens, huc vocabitur in sancto Concilio, & aderit sibi.* Ob duo Sanctus Flavianus admirabatur: Primò, quoniam fama integerrimus fuerat huc usque Eutyches; Secundò, quod Eusebio fuisset palàm ac insigniter amicus. Hanc metamorphosin admiratur. Reddidit Eusebius: *Ego quidem amicus illi eram priùs; non semel autem, nec secundò, sed sæpiùs conveni ad eum pro causa, ex quo læsus est, & locutus sum cum eo, & irveni eum non recta sapere, & monui, & docui.* Dixit adfuisse multos testes, ideòque repetita adjuratione postulavit illum synodaliter citari. Grandes ex hac scintilla ignes & Ecclesiarum motus præfagiendi, ideòque Erronem pacificis amici verbis vel adhuc semel conveniri rursum postulantem Flaviano denuò respondit: *Impossibile est me jam, postquam perrexi frequenter & non persuasi, iterum ad eum accedere, & verba blasphemia audire.* Eum citari voluit, & inexamiatum tantum negotium non relinquit. Quare missi sunt Joannes Ecclesie Constantinopolitanæ Presbyter ac Defensor, & Andreas Diaconus, qui Eusebii libellum ei legerent, & ad Synodum citarent. Missi sunt Clerici: Antiquus enim Synodorum Canon Episcopos per Episcopos, Clericos per Clericos, laicos per laicos mandat citari.

ACTIO II.

A Secunda Actio, facta pride Idus Novembres, accusator Eusebius fieri postulavit futuri judicii præparamenta, legique ad quas adidè provocabat Eutyches, duas præsertim Sancti Cyrilli Epistolas: Secundam ad Nestorium, lectam in prima Actioe Concilii Ephesini, & Epistolam pacificatoriam ad Joannem Patriarcham ac ejus Synodum Antiochenam. Lectæ fuerunt. Et tunc ex ipsis se judicari velle Eusebius est solennissimè protestatus. Easdem, utpotè ab Ephesine Synodo, Romanaque & omnibus sub cælo Ecclesiis probatas, etiam probaverunt Sanctus Flavianus & omnes ei assidentes Episcopi, professi in Christo Domino esse omnino duas naturas: & unam Hypostasin, seu unam Hypostasin ex duabus naturis.

Aderant soli decem & septem Episcopi, ideòque ad Sanctum Flavianum Præsidentem Eusebius: *Quoniam*

Quoniam quidam reverendissimorum Episcoporum in hac Regia urbe degentium, aut propter infirmitatem, aut ignorantes convocationem sanctæ Synodi, non convenerunt, peto absentes per reverendissimum Presbyterum Asterium & per religiosissimos Diaconos & Notarios commoveri, quatenus & ipsi agnoscetes quæ acta sunt, suam manifestam faciant voluntatem. Erat æqua postulatio, ideòque huc usque Acta Sanctus Flavianus misit absentibus Episcopis legenda, discutienda, probanda, subscribenda.

ACTIO III.

A B Actioe tertia, facta quinto decimo die mensis Novembris, feria secunda septimanæ, postulavit accusator Eusebius inchoari judicium, & ante omnia audiri Joannem Presbyterum & Andream Diaconum, Eutycheitis citatores. Et à Sancto Flaviano advocatus Joannes exposuit rei seriem: *Cum pervenissemus ad Eutychem in ejus monasterio, libellos ei legimus, & exemplaria ei dedimus, & accusatorem manifestavimus, & vocationem denunciavimus, & satisfactionem apud vestram Sanctitatem.* Romanæ Reipublicæ formam in suis criminalibus judiciis dudum servavit Ecclesia, ideòque accusatorii libelli exemplaria data sunt Eutycheiti, & patefactus accusator, quò nempe adversus illum uti posset facultate exceptionum indultarum à sexto Canone Constantinopolitano. Verùm rea erat monachi conscientia, ideòque varia reposuit. Primò, *occurrere Synodo & satisfacere penitus abnegavit, dicens se non exire monasterio, sed degere in ipso tamquam in sepulchro.* Ea enim monachi mundo veraciter mortui est summa perfectio. Gyrovago per compita monacho nihil est perversius. Secundò, Eutyches Eusebium Dorylæi Episcopum esse dixit sibi jam pridem inimicum, ideòque detractionem ab illo, non Canonice accusationem processisse. Tertiò, professus est Nicænæ & Ephesinæ Synodi Decretis, sanctorumque Patrum interpretationibus se acquiescere, attamen cum hoc moderamine: *Si contigit eos in aliquibus dictis falli aut errare, hoc neque reprehendere, neque subscribere, solas autem Scripturas scrutari, tamquam firmiores Patrum expositionibus.* Ità prodidit latentem in corde suo nequissimum hæreticæ perduellionis spiritum, de quo ad Timotheum Apostolus: *Parentibus inobedientes.* Quartò, in Christo Domino post incarnationem adseruit esse unicam solummodò naturam, & hanc Dei incarnati ac inumanati. Quintò, protulit nescio quem librum propositiones istas propugnantes. Sextò, questus est diffamari se ab æmulis, quasi dixerit, *quia Deus verbum carnem secum de cælo reduxit; sese innoxium ab hac derogatione.* Septimò, Dominum nostrum esse unicam ex duabus naturis unitis hypostasin noluit admittere, quoniam id neque didicisset in Patrum expositionibus,

neque suscipere, si ab aliquo contigerit ei tale quid legi, quia Divinæ Scripturæ majores sunt Patrum doctrinis. Octavò, eumdem Dominum esse perfectum Deum, perfectumque hominem confessus est natum ex Maria Virgine, sed qui non habuerit carnem nobis confubstantialem. Quæ omnia Andreas Ecclesie Constantinopolitanæ, nec non & Athanasius Seleuciensis in Isauria Metropolitanæ Ecclesie, qui præfens adfuerat, Diaconus, & Basilii Metropolitanæ in Regia civitate socius, fuerunt attestati.

Ad illa audita ingemuit Sanctus Flavianus, & ad Eusebii accusatoris preces misit Eutycheiti secundam in scriptis citationem per Mamantem & Theophilum Ecclesie suæ Presbyteros, mandans quatenus ad sanctam perveniat Synodum, scandalizatam non solummodò ex accusatoriis Eusebii libellis, sed etiam ex jam factis relationibus per Joannem Presbyterum, ac Andream & Athanasium Diaconos. Eum adesse jussit ad respiciendum à tanta impietate, poenitendum, & Matris Ecclesie misericordiam promerendam. Et ante omnia ad Eusebii preces citatorius libellus fuit lectus Synodo, & Actis insertus habens hanc clausulam: *Nec enim rationabilis est satisfactio, dicere te decrevisse non procedere de monasterio, qui de talibus accusatus es.* Monastici silentii secretum ad acquirendam Christianæ Philosophiæ perfectionem est sacrosanctum, non ad criminum impunitatem.

Dum citatum abeunt, & reduces expectantur Presbyteri Mamas & Theophilus, sanctorum Patrum testimonia, præserti quæstioni definitivæ apta, legi & defforari ab adudentibus Episcopis jussit Sanctus Flavianus, & accusator Eusebius est interlocutus: *Nihil intemeratum relinquatur ab homine in Deum impiè agenti, & aliena à recta fide sapienti. Audacter pergit omnia facere.* Comperi enim, quia Eutyches Presbyter & Archi-Mandrita volumen direxit per monasteria, & ad seditionem excitat monachos. Has ejus adversus Deum machinas inquiri supplicavit, & nominatim examinari Abrahamium, Martyrii in Septimo Presbyterum, Synodo præsentem. Septimum erat septimo à Regia urbe lapide distans locus, palatio, Senatus congregationibus, Ecclesiis, ac monasteriis pluribus insignis, & alio nomine dictus Secundianus. A congregato apud Septimum Senatu electos fuisse Martianum & Phocam Augustos, ibidemque cum suis trucidatum Mauritium testantur Sanctus Gregorius Magnus & Nicephorus Calixtus. Istic leges à Principe & Senatu revideri solitas lucet ex variis legibus Justiniani. Earum quædam habent hanc clausulam: *Recitata septies.* Legendum est: *Recitata Septimi.* Imperialia ornamenta ibidem servabantur: Etenim incenso Septimi vestuario amissam fuisse Justiniani Augusti coronam, & repertam post octo menses, adfirmat Georgius Cedrenus. Addit ibidem factam Synodum adversus Sanctum Joannem Chrysostrum. Sancti Joannis Baptistæ caput Theodosius Magnus, Sancti Prophetæ Samuelis ossa ibidem condidit Arcadius Augustus. Videndus Procopius Cæsareensis in opere de ædificiis Augusti Justiniani.

Introductus verò in Synodum, ac à Sancto Flaviano rogatus Abrahamius Septimi Presbyter reposuit: *Emmanuel Presbyter & Archi-Mandrita direxit ad Aferium Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyterum hæc denunciare, quod Eutyches Presbyter & Archi-Mandrita direxit ei tomum de fide, & suadebat ei in eo subscribere, Et hæc mandavit, ut prædictus Presbyter Aferius vestra suggerat Sanctitati.* Etiam per alia circa Regiam urbem monasteria similes de læsa fide querimonias & subscribendos tomos direxerat inquietus Eutyches, atque ita ad accusatoris Eusebii preces Sanctus Flavianus ad urbis monasteria Petrum Presbyterum & Patricium Diaconum trans in Sycas Rhetorium Presbyterum ac Eutropium Diaconum, in civitatem verò Chalcedonensem legavit Paulum ac Joannem Presbyteros, veritatem inquisituros. Etenim subscribendos libellos per monasteria dirigere est pessima hæreticæ turbulentia nequitia, nitens subvertere firmiores fidei ac Ecclesiæ columnas. Patricium Diaconum laudat in litteris ad Anatolium Sancti Flaviani successorem Sanctus Leo Magnus.

Sycarum, in quas Rhetorius Presbyter & Eutropius Diaconus fuere Legati, meminit etiam Zozyms: *Ad Sycas, quod suburbii nomen est.* Et in Codice Justiniano ad titulum de Sacrosanctis Ecclesiis Anastasius Augustus: *Sycæ seu Sycorum transitus pars sunt civitatis.* Et Justinianus Imperator in lege novella ad Joannem Prætoriorum Præfectum: *Videtur intra novos muros & transitus Justinianarum seu Sycarum.* Et in Ecclesiastica historia Hermias Zozomenus: *Locus è regione civitatis jacet, Sycæque dicitur, atque decima tertia regio est urbis Constantinopolis.* Novatianensium Ecclesiam, à Macedonio Episcopo Constantinopolitano everfam, narrat miro istuc modo fuisse translata. Et antiqua Romani Imperii notitia tertiam decimam urbis regionem vocat Sycanam. Est peninsula, ex uno plana, ex alio latere montosa, sicubus plena, ac inde dicta Sycæna. Eam nobilibus ædificiis & muris Constantinus Magnus, theatro, foro, Ecclesiis, monasteriis alii Principes ornarunt, Justinianus à nomine suo vocavit Justinianam. Hodie dicitur Pera seu Peræa, id est, Trajectum, habet cymbarum millia ad homines assidue transportandos. Et hinc Sanctus Flavianus ad ejus monasteria legavit speciales inquisitores. Hodie item vocatur Galatha, quod inhabitetur præsertim à Latinis Europæis, quos omnes & Turci & Græci Christiani passim adpellant Francos seu Gallos, utique à sacro bello per Urbanum secundum instituto, cujus nobilior pars fuimus nos Flandri, & cæteri Franci.

Presbyteri interim Mamas & Theophilus ad Eutycheis monasterium reperierunt stantes in porta monachos constanter adseverantes: *Dominus Archi-Mandrita ægrotat, & videre vos non potest.* Prodiit postmodum Eleusinius monachus, de quo alii ad Legatos Presbyteros: *Quoniam Archi-Mandrita noster ægrotat, hunc suo loco direxit, ut ei quæ sunt mandata dicatis.* Verum enim verò Eutycheis videre, & Synodi mandata ipsi in faciem recitare voluerunt Presbyteri, atque ita

tandem à turbatis & multa inter sese susurrantibus monachis sunt ad hominem admissi, qui post lectam synodalis citationis chartam reposuit: *Ego apud me definitum habeo citra mortis necessitatem non egredi monasterium. Pervider & sancta Synodus, & Dei amantissimus Archi-Episcopus, quoniam senex sum & effæsus. Aliud extorqueri non potuit, quam hocce additamentum: Ne iterum dirigant. Quod volunt & ante tertiam citationem faciant. Mibi enim, ac si vocassent, sunt.* Tradere, aut saltem legere illis voluit quamdam à se scriptam, & Synodo porrigendam chartam; illi, utpotè non habentes mandatum, & accipere & audire recusarunt. Et hæc omnia reduces Synodo retulerunt.

Ad quæ rectè accusator Eusebius: *Excogitatio semper & occasio est obnoxii, ut dilationibus utantur.* Hæreticum & contumacem monachum potulavit invitum Synodo sisti. At illa violentia Sancto Flaviano non placuit, ideoque misit illi tertiam ac peremptoriam citationem per Memnonem Presbyterum, & Germanum Diaconum. Citatus fuit ad feriam quartam proximam, diem decimam septimam Novembris.

ACTIO IV.

AD quartam Actionem, factam feria tertia, die sexto decimo Novembris, Sanctus Flavianus disputavit de Ecclesiasticis dogmatibus, spectantibus ad præsentem quæstionem. Verum ab Asclepiade Diacono & Notario fuit interpellatus: *Quidam monachi ab Archi-Mandrita & Presbytero Eutyche directi, & Abrahamius reverendissimus Presbyter & Archi-Mandrita foris sunt, & postulant ingredi.* Erant Eleusinius, Constantinus, & Constantius Diaconi & monachi ex monasterio Eutycheis. Eos Sanctus Flavianus intromissit, verbumque fecit dictus Abrahamius: *Direxit nos Eutyches ægrotans. Per orationes enim tuas tota nocte dormire non potuit gemens. Nec ego quidem dormivi, eo gemente. A vesperæ enim propter hoc me vocavit. Dixit autem aliqua, ut dicere Domino. Voces, Per orationes tuas, sunt adjurandi Episcopi formula, similis huic: Per salutem & victoriam Imperatoris. Facit hunc sensum: Ita Deus exaudiat tuas orationes.* Ab Abrahamii dolorosis querimoniis mota fuerunt S. Flaviani viscera, & dixit: *Et intermittimus, sed imminemus, neque enim in abscessionem inspicimus, ne ad incrementum.* Divinæ misericordiæ se esse æmulatorem est multis protestatus. Abrahamio replicanti, *Mibi, per vestigia tua, & alia aliqua mandavit Eutyches, quæ, si interrogatus fuero, dico, respondit: Quomodo, rogo te, possibile est altero accusato alterum dicere?* Etenim criminaliter accusatus juxta leges & canones respondere nequit per procuratorem, quo munere pro Eutycheis Abrahamius fungebatur. Inducias illi obtulit Flavianus, & perrexit: *Adveniat hic, ad Patres veniet, & ad fratres,*

fratres, non ad ignorantes eum, immò hactenus in amicitia permanentes. Multi audierunt, & scandalizati sunt. Nam accusator ejus inflat, & debet satisfacere. Si enim tunc, Nestorio adversante veritati, pro veritate iste ingressus est, quantum magis nunc debet pro veritate & pro semetipso ingredi? Virum, qui pro veritate adversus Nestorium nuper timè generosus steterat, nunc peioris erroris agi reum doluit ex animo Flavianus, variè hortatus ad poenitentiam, dicens esse humanum imprudentiæ lapsum, spondens plenam veniam, & suam cum illo vetustam amicitiam denuò protestatus. Et Abrahamius: *Ita habet, per vestigia vestra.* Iterata suæ adjurationis formula adferuit sibi aliud non esse in mandatis, atque ita Actione finita Episcopi surrexerunt. Et ecce rursùm misericordiæ motus Flavianus ad latus tractis dixit: *Cognoscitis zelum accusatoris? Quoniam & ipse ignis frigidus illi videtur propter pietatis zelum. Et Deus scit. Et movi, & rogavi dicens, Noli obsecro, intermitte. Cum autem immineret, quid eram facturus? Numquid ego dispersionem vestram volo? Absit. Et non magis congregari vos? Inimicorum est dispergere, Patrum autem colligere.* Hæc adducta voluit, ut luceat quam iniquè de Flaviani judicio & animo Eutyches fuerit conquestus.

ACTIO V.

IN quem peremptoriè citatus Eutyches, die Novembris, Ætius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archi-Diaconus intromitti & audiri postulavit Memnonem ac Epiphaniam Presbyteros, ac Germanum Diaconum, Eutycheis citatores, qui intromissi per Memnona deposuerunt: *Pervenientes usque ad reverendissimum Presbyterum & Archi-Mandritam Eutychem, reddidimus ei scripta, quæ à vestra sancta Synodo transmissa sunt ei. Accipiens autem & perlegens dixit nobis: Quia direxi reverendum Presbyterum & Archi-Mandritam Abrahamium ad sanctissimum & beatissimum Archi-Episcopum nostrum, nec non & sanctum Concilium, quatenus ex persona mea consentiat omnibus, quæ dicta sunt à sanctis Patribus in Nicæa vel in Epheso congregatis, & omnibus quæ à sancto Cyrillo.*

Obstupuit ad hæc accusator Eusebius, & Memnonis relationi intercessit: *Nunc venit consentire? Ego non de futuris eum, sed de præteritis accusavi. Numquid modo si ei quidam ediderint aliquam expositionem, dicentes, Propter necessitatem consenti & subscribe, propterea ego victus sum? Postulo hanc vocem mibi non præjudicare. Ego enim fidelissimos testes habeo, sub quorum presentia per-versa docebat. Nam si dicas his, qui in carcere sunt, Ex hodie non latrocinemini, & omnes promittunt. Eutychei Flavianum connivere timuit, atque ita se ut calumniatorem subdendum talionis. Quare hæc indignè accipiens Flavianus est interlocutus: *Nullum præjudicium generatur Sanctitati tuæ in accusatione à te proposita, etsi milites sponsponderis subscribere expositionibus sanctorum**

Patrum. Et sine fundamento Eusebius metuebat. Neque enim cunctis, sed solis Nicænis ac Ephesinis Patribus promiserat consentire Eutyches, atque ita Constantinopolitanos & facta per ipsos ad Nicænum Symbolum additamentum dolosus Apollinariæ sectator resurabat, liberabaturque Eusebius ab omni periculo talionis. Quare Memnon referre perrexit ejus Responsum, cujus hic post multa erat epilogus: *Peto supplicari Domino Archi-Episcopo & sanctæ Synodo, quatenus inducias mibi tribuant presentis septimanæ, & secunda feria, Deo volente, ingredior, & satisfacio & Domino & sanctæ Synodo.* Quas inducias Sanctus Flavianus lubenter concessit.

Interim accusator Eusebius, ipso igne reverberentior, non quievit. Ecclesiæ Constantinopolitanæ Clericos, nuper de tomis per Eutycheis scriptis ac subscribi postulatis inquisitum missos ad monasteria, supplicavit intromitti atque audiri. Primi auditi sunt Petrus Presbyter & Patricius Diaconus, testantes de Martino ad Sanctum Dionysium Presbytero & Archi-Mandrita: *Respondit directam ad se fuisse chartulam præterita sexta feria, quæ est duodecima mensis Novembris, per quemdam Constantinum Diaconum, perentem ut subscriberem, & non acquievi, dicens: Non est meum subscribere, sed Episcoporum tantum. Et postulans dicebat Eutyches: Si nunc mibi conspirare noluerit, & humiliaverit me Episcopus, postmodum & vobis imposturus est.* Per plurima monasteria ita Eutyches miserat: *Miserat chartulam, dicens contineri solam fidem Nicænam ac Ephesinam, & dicentibus. Date nobis ad inspicendum, dare noluit, atque ita à multis est repulsus. Martini Archi-Mandritæ humilitatem imitatus egregiè est Archi-Mandrita Faustus, respondens: Nos Ecclesiæ filii sumus, & unum Patrem post Deum habemus Archi-Episcopum. Hinc & illos & illorum collegas insignibus litteris Sanctus Leo Pontifex postmodum honoravit.*

Perrexit verò accusator Eusebius: *Qualis adhuc satisfactionis locus Eutychei relinquitur? Pro quo peto quæ præcipiunt sanctæ Regulæ ad præsens in eum exerceri.* Eum dixit plenè contumacem, convictum de hæresi, turbulentum, reum conspirationis & perjurii, utpotè qui dixit, *Quia definitum est mibi non egredi, & sepulchrum mibi est monasterium, & jam venire promittat, ad dilationem respiciens, & alia aliqua machinans, quatenus fugiat comprobationes, & non sustineat poenam.* Eum Presbyterii gradu & Abbatis dignitate infisit privandum. Erat æqua postulatio, reposuit tamen mansuetissimus Flavianus: *Propter pleniorum examinationem postulas præstantius inducias, sic enim occurrens in faciem convincetur.* Contumacem spondit juxta canones tractandum.

ACTIO VI.

SEXTA Actione, facta die Sabbathi, vigesimo die Novembris, accusator Eusebius in proximam secundam feriam, qua Eutyches adf-

adesse sponderat, postulavit exhiberi & ad testificandum cogi Narferem Presbyterum ac Eutycheis Syncellum, amicum ejus Maximum Archi-Mandritam, Constantinum Diaconum ac illius Apocrifarium, & Eusebium ejusdem monasterii Diaconum, quibus illius blasphemias esse dixit exploratas. Et hæc est prima Syncellorum memoria, quorum dignitatem in octava Synodo expono. Hæc verba, *Monasterii Diaconum*, ostendunt à Chalcedonenfi canone, qui ad monastica professionis titulum permittit monachos in Clericos consecrari, nihil novi statutum, sed priorem Ecclesiarum consuetudinem, à monachorum æmulis impugnatam, fuisse dumtaxat confirmatam. Porro Eusebii postulatibus reddidit Sanctus Flavianus: *Inquisit ad reverendissimo Eusebio venturum ad occurrendum præfinito die.*

Perrexit Eusebius. A quibusdam comperi, quia secunda facta vocatione à sancta vestra Synodo, directi à vobis religiosissimi Presbyteri Mamas & Theophilus aliqua ab Eutyche Presbytero & Archi-Mandrita audierint, quæ sub fide monumentorum non sunt professi. Et hæc si manifesta fuerint, comprobatio est certa quid sapiat. Peto igitur vocatos Mamanem & Theophilum Presbyteros propostis sanctis Evangelis dicere quæ audierint ab Eutyche Presbytero & Archi-Mandrita. Etiam hæc postulatio erat justa, Theophilum Presbyterum, Mamas aberat, advocavit Flavianus, coegitque ad veritatem apud Acta profitendam. Et obediens ille exposuit, quomodo post acceptas Synodalis citationis litteras cœperit secum coram Narfere Presbytero, Maximo Archi-Mandrita, & aliis monachis disputare Eutyches, dicereque; *In qua Scriptura jacent duæ naturæ? Quis sanctorum Patrum exposuit Deum Verbum habere duas naturas? Responderunt Theophilus & Mamas: Et tu ostende nobis, ubi continetur. HOMOUSION, aut quæ Scriptura hoc dicit?* Et Eutyches: *Non continetur in Scripturis, in expositione verò Patrum jacet.* Et Mamas Presbyter: *Eo modo sicut HOMOUSION in sanctis Scripturis non jacet, sed à sanctis Patribus expositum est, ita de duabus naturis iidem Patres exposuerunt.* Addidit Presbyter Theophilus: *Perfectus est Deus & Verbum, an non? Resposuit. Eutyches: Perfectus.* Et denuò Theophilus: *Perfectus & homo incarnatus, an non? Et Eutyches: Perfectus.* Insticit Theophilus: *Si ergo Deus perfectus, & homo perfectus, duo perfecta unum persolvunt Filium, quid igitur prohibet nos dicere ex duabus naturis unum Filium?* Et Eutyches: *Abstine à me dicere ex duabus naturis esse Christum, aut de natura loqui seu disputare Dei mei. Si ergo me deponere volunt, aut si desiderant facere aliquid adversum me, secundum permissum Dei faciant. Ego enim in fide, quam accepi, steti, & consummari desidero.* Quæ omnia & alia id genus plura adveniens interim Mamas Presbyter amplissime confirmavit. Et ambo, cur hæc suo tempore non aperuissent, à Sancto Flaviano rogati responderunt: *Sci: vestra Beatitudo, quia non pro hac causa fuimus directi, sed tantummodo vacare Presbyterum Eutychem. Propter quod minime interrogati superfluum putavimus hæc dicere, de quibus mandatum non accepimus.*

ACTIO VII.

AD septimam & ultimam Actionem, factam die vigesima secunda Novembris, feria secunda, loqui cœpit Asterius Ecclesie Constantinopolitanæ Presbyter ac Notarius: *Advenit statutus dies, & Dei amantissimi Eusebii Episcopus præ foribus stans petit intronitari.* Et à Sancto Flaviano fuit idem Eusebius intronatus. Adeste ad Secretarii fores alicubi in Ecclesia Eutychem existimabat laudatus Flavianus, ideoque illum advocatos misit Philadelphium & Cyrillum Diaconos, qui hominem minime repererunt. Exinde ad loca vicina Crispinus & Diogenianus missi etiam non reperto redierunt. Hinc hæsit omnis Synodus, ad quam Joannes Ecclesie Constantinopolitanæ Presbyter & Defensor: *Occurrit reverendus Presbyter & Archi-Mandrita Eutyches cum magna multitudine militum, & monachorum, & Presbiterorum Apparitorum sublimissimæ potestatis Presbiterorum Prætorio. Et non aliter eum volumus dimittere ut ingrediatur in vestrum Sanctum Concilium, nisi promiseritis restituros ejus personam. Est verò pariter & magnus mirandissimus Silentarius & ipse unà cum eo præ foribus cupiens ingredi, utpote directus à piissimo & Christi amante Imperatore nostro.* Attonita fuit omnis Synodus. Divales ad ipsam litteras habebat Silentarius; intronatus legere postulavit, & legit. Juxta Nicæne ac Ephesine Synodi definitiones procedi in hac Eutycheis causa mandabat Princeps, ac interesse magnificissimum Patricium Florentium, fidelem, & testimonium probatum in recta fide, quoniam sermo de fide est. A solis regularibus, id est, criminalibus in Canones extra fidem causis ac in Episcopos & Clericos Judicis Laicos arceat Synodorum regula, fidei quæstionibus adeste permittit, aut in sola Synodo generali. Florentium hunc etiam huic particulari adeste impetravit Eutyches, unaque Regiam adversus Synodi violentias suæ personæ protectionem. Apud circumscriptum Principem Crysfaphius Eunuchus, vetus Sancti Flaviani hostis, procurarat. Adeo Eutyche per Abrahamium Archi-Mandritam indudias postulante accusator Eusebius rectè dixerat: *Aliqua alia machinatur, quibus fugiat comprobationes, & non sustineat pœnam.*

Divales litteras consuets adclamationibus honoravit Synodus, ad sui confessum admisit magnificum Florentium, ac est interlocuta: *Stent in medio accusator & accusatus, & legantur ab initio quæ acta sunt de negotio, quod vertitur inter Dei amantissimum Eusebium Episcopum, & venerabilem Presbyterum & Archi-Mandritam Eutychem, ut instructi ex his congruentem æquitati & sanctis Canonibus terminum demus.* Ea mox legit Aetius Ecclesie Constantinopolitanæ Archi-diaconus, & cum ex Sancti Cyrilli ad Joannem Antiochiæ Patriarcham & ejus Synodum Epistola legeret factam esse in Christo Domino duarum naturarum unionem, ipsarumque causa illum esse & perfectum Deum & hominem perfectum, uti Deo Patri; ita & matri ac nobis consubstantialem, exclamavit igneus accusator Eusebius: *Ille, per vestigia*

vestigia vestra, hæc non confiretur, ne his aliquando consensit, sed contraria illis sensit, & locutus est ad unumquemque ad se venientem, & docuit. At quæ magnificus Florentius est interlocutus: *Si placet vestrae Sanctitati, interrogetur Papas Eutyches, utrum his consentiat.* Papas seu Papa apud Græcos, uti & apud Belgas nostros, significat quemvis Presbyterum: Hinc Proto-Papa idem est quod Archi-Presbyter. Ita superius ad Memnona Presbyterum dixit Eutyches: *Expecto Papam Abrahamium.* Et in litteris ad Archi-Episcopum Thebanum Innocentium tertium rusticanam parochiam vocat Papatum. Et per Theodorum Balsamonem in Scholiis ad Phorii Nomo Canonem relata aurea Bulla Isaaci Comneni dicit de Episcopo: *Quando facit simplicem Papam, sive Letorem.* Etiam Walafridus Strabo, Latinus Scriptor, quemvis Clericum vocat Papam. Regii infantis Pædagogum ita vocat in litteris ad Lotharingæ Ducem Sanctus Petrus Damiani. Omnem Episcopum ita intulit fuit olim frequentissimum, ita tamen ut nomen istud specialiter obtinerent Pontifex Romanus ac Patriarcha Alexandrinus. Ipsum huic ob Sancti Cyrilli in Ephesine Concilio merita fuisse à Sancto Celestino Pontifice datum scribit homo græcus Nicephorus Callixtus. Alii ex alia causa autumant ita vocatum. Posterioribus sæculis statuit de illo titulo in dictatu suo Gregorius septimus Pontifex: *Quod unicum est nomen in mundo.*

Ne hæresin ad istam Florentii Patricii interlocutionem recantaret Eutyches, atque ita ipse ad talionem postuleretur, denuò timuit accusator Eusebius, proindeque agi flagitavit de solis præteritis, adleverans sibi esse testes plures etiam Episcopos, nempe Meliphontium Juliolopolitanum, Joannem Develensem, ac Julianum Mostenensem. Et Sancto Flaviano metum istum securanti reposuit: *Metuo ipsius concussorem. Ego pauper sum nihil possidens. Minatur mihi exilium: Divitias habet. Designat mihi jam nunc Oasim.* Etenim trecentorum, quorum plures ex nobili & opulenta domo, monachorum cœnobio præerat Eutyches, habebatque Apocrifarium & Syncellum, nomina magnæ dignitatis. Ex quo vides opulentos Abbates & pauperes Episcopos etiam tunc in Ecclesia fuisse. Quid sit alicui Oasin minari est supra dictum. Locum describit Zozyms, agens de viro illustri Timasio per Arcadium Augustum relegato: *Oasis est locus insigniter sterilis è quo nemo possit evadere, qui eò deportaretur. Nam terra in medio arenosa, vasta prorps, & inhabitata, notitiam tendentibus huc omnem admittit: Partim quod venti arena vestigia compleant & aboleant, partim quod nec arbor ulla, nec domicilium sit, quæ indicium aliquod iter facientibus ad coniecturam relinquere possint.* Quosdam Sanctos Episcopos fuisse eodem deportatos à Constantio Augusto scribit in apologia ad dictum Principem & in litteris ad Solitarii Sanctus Athanasius, vocans Oasin magnam, & Oasin superiorem. Distinguit ab inferiori ac minori, quam Arabiæ Petreæ fuisse vicinam scribit in libris de Bello Persico Procopius Cæsarensis. Et quidquid Sanctus Flavianus spondeat, licet millies ista perfereres dicendo, nos tamen nihil præponimus veritati, non desit timere

L. 5. f. 0.

L. 2.

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

Eusebius: *Si convictus fuero calumnia, amittam dignitatem.* Ejus metum non fuisse vanum docuit latrocinium Ephesinum, à quo uti calumniator fuit Episcopatu exutus.

At hæc ad rem non facientibus querimoniis lassus Florentius Patricius est interlocutus: *Interrogatio offeratur Eutychi Presbytero, ut exponat quemadmodum credit & dicit, & nunc rursus interrogetur, cur modò ista asserens antè aliter assererat.* Ex toties iteratis Eusebii querelis & protestationibus sperabat Florentius hæreticum senem ad mentem rediisse. At falebatur. Etenim ab Eusebio, An duarum in una hypostasi naturarum unionem, & à Sancto Flaviano, An ex duabus naturis unionem fateretur, simul interrogatus soli Flaviano dolose respondit: *Etiã ex duabus naturis.* At dolum intelligens Eusebius repetivit: *Confiteris duas naturas, Domine Archi-Mandrita, post incarnationem, & consubstantialitatem nobis esse Christum dicit secundum carnem, an non? Sese captum ille vidit, & dixit: Ego non veni disputare, sed suggerere Sanctitati vestre quid sentiam. Scriptum est in hac chartula quid sentiam. Eam jubete legi.* Addidit esse suam propriam dictionem, sanctis Patribus conformem. Et oretens fidem suam edicere, aut sanè chartam ipse legere à Sancto Flaviano justus reddidit: *Sic credo. Adoro Patrem cum Filio, & Filium cum Patre, & Spiritum sanctum unum cum Patre & Filio. Confiteor autem factam ejus in carne presentiam ex carne sanctæ Virginis, & incorporatum eum perfectè propter nostram salutem.* Hæc est illa Sancti Flaviani justio, adversus quam Dioscoro adulator dixit in Ephesino latrocinio Joannes Ephæsi apud Ægyptios Episcopos: *Quando adfuit Eutyches, & in Concilio venire minime sperabatur, omnis ei quasi promitti clementia videbatur; quando verò advenit, in omnem tentationem inhumanitatis adducitur.*

Æquivoca ac in omnem partem versatilis erat ista Eutycheis professio, ideoque accusatoris Eusebii interlocutionem prosecutus Sanctus Flavianus perrexit: *Confiteris consubstantialitatem Patri secundum Divinitatem, & consubstantialitatem matri secundum humanitatem, eundem ipsum unum Filium Dominum nostrum Jesum Christum? Nunc Christum confiteris ex duabus naturis? Et ille: Quoniam confiteor Deum meum Dominum cæli & terræ, hæcenus de ejus natura disputare mihi non persuadebam. Consusubstantialitatem autem nobis hæcenus nunquam me dixisse confiteor. Et rursum eadem rogatus: Usque ad hodiernam diem non dixi corpus Domini & Dei nostri consubstantialitatem nobis, sanctam autem Virginem confiteor nobis esse consubstantialitatem, & quoniam ex ipsa incarnatus est Deus noster. Hæc sibi ipsis non cohærebant, ideoque iterum Sanctus Flavianus: *Consubstantialis ergo nobis est Virgo, ex qua incarnatus est Dominator Christus? Et Eutyches: Dixi, quia Virgo consubstantialis est nobis.* Ad quæ Basilii Seleuciensis Iaurorum Episcopus Metropoli. *Si mater est nobis consubstantialis, & ipse; quoniam filius hominis vocatus est. Si ergo mater ejus consubstantialis est nobis, & ipse secundum carnem consubstantialis est nobis. Derisit hæc impius monachus, & perrexit: Quoniam modò dicitis, omnibus consentio. Quare illum Floren-**

E e tuis

ius Patricius est adgressus: Cùm mater nobis consubstantialis sit, sine dubio & filius consubstantialis est nobis. Et rursùm homo in cecitate pertinax: Hæc enim non dixi: Nam quia corpus Dei ipsum esse confiteor, animadvertis? Ideo non dixi ipsum Dei corpus esse corpus hominis, sed humanum corpus: Et quoniam ex ipsa Virgine incarnatus est Dominus. Si autem oportet ut dicatur ex Virgine & consubstantialis nobis, & hæc dico, Domine. Tamen Filium Dei unigenitum, Dominum cæli & terræ, con- dominantem & conregnantem Patri, cui confidet & collaudatur, non dico consubstantialem, negans quod ipse sit Filius Dei. Ante quidem non dicebam, dico quidem modò tibi quod puto. In exortatio non dixi, nunc autem, quia vestra Sanctitas dicit, dico. Et Sancto Flaviano interloquenti, Ergò per necessitatem, non per voluntatem veram fidem confiteris? denuò reddidit: Nunc Domine me ita habeo. Et à Florentio Patricio iterùm rogatus, Consubstantialitatem & ex duabus naturis post incarnationem Dominum nostrum, qui ex Virgine est, dicitis, an non? blasphemavit apertius: Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post adunationem verò unam naturam confiteor. Gloriatu est se Sanctos Patres sequi, & nihil à se dictorum corrigi posse aut damnari, atque ita exurgens universa Synodus exclamavit: Anathema ipsi.

Hinc Sanctus Flavianus est interlocutus: Dicat sancta Synodus quid meretur iste præsens, neque apertè confitens rectam fidem, neque consentire volens his, quæ hæc sancta Synodus sentit, sed in sua perversa & iniqua malignitate persistens. Respondit Sanctus Seleucus Amatenus Episcopus, Metropolita Helenoponti: Dignus est quidem damnatione iste, in vestra tamen Sanctitatis humanitate solum consistit. Hinc Canonum in pertinaces Errorum rigorem urgens, & pœnitenti veniam spondens, ipsum ad meliora sapienda, sanctorum Patrum ac Nicænae & Ephesinae Synodorum traditiones profitendas, erroreque damnandos adhortatus est in vanum Sanctus Flavianus; ille enim reddidit: Dico quidem ista, quoniam & vos nunc iussistis, non autem anathematizo. Quod enim dico, in veritate dico. Quare delirum senem Florentius Patricius est rursùm adlocutus: Duas naturas dicit, & consubstantialitatem nobis? Dic. Et iterùm: Confiteris duas naturas post adunationem? Dic. Si non dixeris, damnaberis. Et ille: Ego legi scripta beati Cyrilli & sanctorum Patrum, & sancti Athanasii, quoniam ex duabus quidem naturis dixerunt ante adunationem, post adunationem autem & incarnationem jam non duas naturas, sed unam naturam dixerunt. Legi iubete Athanasii scripta, ut advertatis quoniam nihil tale dicit.

Illum molire tentavit etiam Basilius Episcopus Seleuciensis: Si non duas naturas post adunationem dixeris, communionem, & consensionem dicitis, Et magnificentissimus Florentius: Qui non dicit, Ex duabus naturis, & duas naturas, non credit rectè. Verùm ille in impietate mansit immobilis. Quare Augustus Principibus ex more adclamavit Synodus, & laudatus Patricius conclusit: Fides nostra semper vincit. Et Synodus: Non consentit, quod illi persuadet? Et Sanctus Flavianus pronuntiavit: Per omnia Eutyches, quondam Presbyter &

Archi-Mandrita, & ex his quæ acta sunt, & nunc ex propriis confessionibus, Valentini & Apollinaris perversitate repertus est ægrotare, & eorum blasphemias incommutabiliter sequi, qui nec nostram reverens persuasionem atque doctrinam rectis voluit consentire dogmatibus. Undè lacrymantes & gementes perfectam ejus perditionem, deprecavimus per Dominum nostrum Jesum Christum ab eo blasphematum, extraneum ipsum esse ab omni officio sacerdotali, & à nostra communione, & primatu monasterii, scientibus hoc omnibus, quoniam rei erunt & ipsi pœne excommunicationis, ut qui non declinaverint confabulationes ejus. Olim enim quævis cum excommunicato communicatio, non solum minorem, sed omnino majorem ac penitus eandem, uti solet contagiosa scabies, infligebat. Et adductæ sententiæ omnes præsentis Episcopi, & Archi-Mandrita subscripserunt.

Hanc Actionem postmodum culpavit Sanctus Leo Pontifex, quod non satis discussisset hæc Eutycheis verba: Ante adunationem fateor duas naturas. Apertè enim errare videntur humanam Domini naturam hypostatice unioni præexistisse, & ac proinde de adserta per Origenem præexistentia etiam meritò suspecta, Nempe in solum Apollinarii virus utrumque oculum intenderat Sanctus Flavianus. Hac item in Actione Romanum Pontificem fuisse à se appellatum dixit postea Eutyches, at mentitus.

CAPUT SECUNDUM,

Exponitur secunda Sancti Flaviani Synodus adversus eundem Eutychem.

Solennis adeò Synodi & damnationis elidenda omnem ansam quæsit versipellis Hæreticus. Ante omnia accusavit Sancti Flaviani Notarios, dicens Acta synodalia ab illis viciata. Hinc ab Augusto Theodosio postulat secundam Synodum, & obtinuit, atque ita Flavianum Præsidis throno dejectum inter reos collocavit. Facta fuit hæc Synodus consulatione Flavii Protogenis, & ejus qui fuerit renunciatus, Domini quadragesimo quadragesimo nono, Sancti Leonis Pontificis decimo, Theodosii secundi quadagesimo secundo, Valentiniani tertii anno vigesimo quarto, sexto idus Aprilis, in Baptisterio Ecclesiæ Patriarchalis. Habuit Episcopos viginti octo, nec non & Florentium Patricium, Mamam Comitem & Proximum sacri Scrinii libellorum & sacrarum cognitionum, & Macedonium Tribunum, Notarium, ac Referendarium,

ACTIO I.

AD primam Actionem loqui cœpit Florentius Patricius, mandans legi Eutycheis ad Prin-

Principem preces, ac per Macedonium Tribunum & Notarium inquiri missos ab illo procuratores, roganque de hisce Synodum: Quid pro hoc placet reverendissimi Episcopi? Reposuit accusator Eusebius: Si per Procuratorem dicit, me jubete recedere. Hanc Synodum esse criminalis causæ prosecutionem volebat Eusebius, ideoque Procuratori non esse locum. Opposuit Patricius: Quod Imperialis præcepit auctoritas, omnibus modis observandum est. Undè si consentiunt reverendissimi Episcopi, ut suscipiantur hi, qui pro persona reverendissimi monachi agere parati sunt, dicant. Per Procuratores agere, atque ita sese de criminalium Reorum classe extrahi, quin & latam in se sententiam sacra iustione suspendi impetrat à circumscripto per Chrysfaphium Eunuchum Theodosio versuto Eutyches, atque hinc ipsum Florentius reverendissimum monachum appellat. Verùm Meliphongus Juliopolitanus Episcopus generosissimè intercessit: Tali facta accusatione consequens est adesse eum qui accusatur, præsertim quia hujusmodi accusationes non sine periculo fiunt. Nec enim leve est ac transitorium quod vertitur, & ideo alterum pro altero decertare non licet. Quoniam igitur piissimus Imperator ex avita traditione consuevit orthodoxam continere fidem, & in nullo sanctas regulas irrumperere, postulamus ejus referri Clementiæ. Et si iusserit in criminali causa alterum pro altero decertare, & hoc suscipimus, præsertim quia universalis præcepit fieri Synodum, & necesse est majores causas in illud reservare Concilium. Et vocati sunt multi, & iustum est, quæ à piissimo Principe præcepta sunt, effectui mancipari. Aurea & veraciter Episcopalia sunt ista Meliphongi verba. Edocent sacras iustiones oportere sacrorum Canonum esse dumtaxat executorias, adeoque illis conformes; disformes posse liberè refutari ab Episcopis, præsertim synodaliter congregatis, eamque esse avitam Romani imperii consuetudinem & pietatem. Hanc iustionem ait Meliphongus adversari Canonibus, ideoque suspendendam ab executione, ac ejus vitium Principi referendum. Addit hac Synodo non esse opus, quoniam jam generalis secunda Ephesina Synodus sit indicta ad damnati Eutycheis causam tractandam, & hæc omnia ipsius iudicio fore definienda. Mirum est, quomodò Theodosius ab uno palam hæretico & turbulento monacho permiserit Romanum imperium & omnem Ecclesiam tot Synodis & motibus arietari.

Florentius Patricius vidit Meliphongum loqui ex firmis fundamentis, ideoque istius, licet sacre, tamen iniquæ iustionis odio sese liberans est interlocutus: Quid sibi de hoc spectabilis Tribunus, & Notarius, & Referendarius Macedonius mandatum esse cognoscit, exponat. Qui exposuit: Piissimus Dominus noster cognoscens damnatum esse Eutychem, iussit pro eo omnibus modis directos ingredi, ut cognoscant in relectione charitativam quæ ab Archi-Episcopo ad eum dicta sunt, & quæ ab eo ad sanctissimum Archi-Episcopum. Nempe Chrysfaphius Eunuchus, ad Sancti Flaviani damnationem quovis modo adhiñiens, regebat optimum Theodosium, atque ita illum ad sacris iustionibus lædendos Canones, & avitam Romanorum Principum pietatem apertè prævaricandam facile

circumscriptis. Sanè imbellem Theodosium non fuisse Regii sanguinis virum, sed nescio cuius Joannis filium Arcadio suppositum Zozymus suspicatur. Ut ut sit, Florentius Patricius, Eunucho recalcitrare non ausus, iniquitatem moderari ac fucare est conatus: Simplex est quod postulat, & propter hoc illi ingredientur, & sub eorum præsentia preces recitentur. Et ingressi sunt Constantinus, Eleusinius, & Constantius, monachi, in Eutycheis monasterio Diaconi, futuri ejus Procuratores.

Verùm hic non sistebat sacrarum iustionum iniquitas. Etenim monachis Procuratoribus ingressis, Macedonius Tribunus & Notarius protulit sacrum Evangelii codicem, & dixit: Oportet omnia, quæ à Principum pietate mandata sunt, dicere me: Jusse igitur eos, qui dudum in anni priorum Synodo præsentis fuerunt, sacratissimos Episcopos sub sacramento dicere, si veræ sint legendorum monumentorum professiones ab utraque parte illatæ. Nimiùm manifesta erat hujus iustionis iniquitas, ideoque de illa erubescens Referendarius fuit usus ista excusatoria præfatione. Et Basilius Seleuciæ in Isauria Metropolitanus Episcopus constanter intercessit: Hæc enim juramentum nescimus Episcopos oblatum. Sed & præceptum est nobis à Domino Christo non jurandum, neque per cælum, neque per terram, neque per caput suum. Unusquisque verò sicut ante altare stans Dei timorem habens ante oculos, & propriam conscientiam mundam servans Deo, quod in memoria retinet, nullatenus habet intermittere. Provocat Basilius ad antiquum Ecclesiæ Canonem, quem in lege ad Constantium Prætorio Præfectum, existente in codice Justiniano sub titulo de Episcopis & Clericis, laudat Marcianus Augustus, vetans & ipse à Clericis in causis civilibus exigi cautionem juratoriam: Ecclesiasticis regulis, & Canone à beatissimis olim Episcopis instituto Clerici jurare prohibentur. Et in Actis Synodi Chalcedonenfis Cassianus ex mercatore Ecclesiæ Ephesinae Presbyter à gloriosis Iudicibus in Bassiani Episcopi causa jurare compellus respondit: Negotium agens nunquam juravi alicui, & nunc dum Presbyter sum, cogitis me jurare? Et hinc varios Clericos & monachos, quod nec semel in vita jurarint, laudant in historia Lausiaca Palladius Helenopolitanus Episcopus, & in Prato spirituali Sanctus Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus. Et Viçorem monachum, qui Sancto Cyrillo Alexandrino detraxisse accusatus sublatis in cælum manibus per sacrosanctum

Baptisma & veneranda Christi mysteria nullius sese conscium jurarat, in professionem suam impigisse scribit idem Cyrillus in Apologia ad Theodosium Augustum. Et in Novella ad Petrum officiorum Magistrum lege Justinianus Augustus statuit Episcopos testimonii causa non evocari ad iudicium aut cogi ad juramentum, sed ut domi propositis sanctis Evangelis, secundum quod decet Sacerdotes, doceant quæ noverint. Innovat antiquum Canonem, de quo in Synodo Chalcedonenfi laudatus Basilius Episcopus Seleuciensis: Precor Lycæonia & Phrygiæ Metropolitanos Episcopos venire huc, & præsentibus sacrosanctis Evangelis dicere. Episcopi enim & Clerici præsumuntur ab omni spontaneo mendacio esse penitus liberi,

L. 3. Con. Eph. c. 13.

L. 123. c. 7.

L. 12

beri, & Evangelio, quod Christum Dominum repræsentat, præsertim coramposito non posse mentiri. Quod privilegium etiam ad Lectores in scholiis ad Photii Nomo-Canonem Theodorus Balsamon extendit.

Quæ disciplina constanter viguit etiam apud Latinos. Etenim in Epistolis per Ildorom Mercatorem in Franciam allatis, licet suppositiis, antiquis tamen & veram doctrinam continentibus, ad Rufum Episcopum scribit sanctus Pontifex Cornelius: *Sacramentum bac tenens à summis Sacerdotibus, vel Dei ministris, nisi pro recta fide, exigi minime cognovimus, nec spontaneos jurasse reperimus.* Et apud Jacobum Sirmondum in Gallicæ Conciliis habet Capitulare Episcoporum:

Cap. 2. *Nullus Sacerdos quidquam cum juramento juret, sed simpliciter cum puritate & veritate omnia dicat.* Et Concilium Meldense: *Nullus deinceps veritatis Episcopus solido super Sacra jurare præsumat.* Et Carisiacæ Synodi ad Ludovicum Germaniæ Regem Epistola multis ostendit omne ab Episcopis exactum juramentum adversari regulis Ecclesiasticis: Exigi non posse etiam ad Domino Regi profitendum, sed dumtaxat ut sese purgent ab incurra infamia criminis, atque ita auferant scandalum Ecclesiæ. Quod ipsum statuit Synodus Regiæ Ticinensis, & adnectit: *Si quid eni- usius adfirmandum dure forsitan audientium mentes excogunt, more Apostolico interponat Episcopus sue Jactationi, DEUS SCIT, aut CORAM DEO.*

Cap. 38. Ex quo vides verba ista non esse formulas juramenti. Et hinc supra laudatus Presbyter Cassianus, protestatus se nolle jurare, addidit: *Deus est, qui novit, quia nunquam juravi alicui.* Perperam aliqui illum accusant contradictionis. Etenim uti aliud est coram Evangelio, aliud per Evangelium, ita quoque aliud est coram Deo, aliud per Deum aliquid adfirmare. Solum posterior est juramentum. Et de Clerico ac laico liti-

Cap. 21. gantibus statuit Synodus Triburiensis. *Laicus per juramentum constringatur, Presbyter vice juramenti per sanctam consecrationem interrogetur.* Etiam de monachis statuit conventus Aquensis Abbatum: *Nemini liceat sermonem juramenti proferre.* Et hinc dum cuncti Germanorum Episcopi pro Henrico quarto Imperatore ab excommunicatione solvendo, & sancti deinceps victuro, apud Gregorium septimum Pontificem fide juberent, de Abbate Cluniacensi scribit Lambertus Schafnaburgensis: *Quoniam jurare monastica religionis obtentu detrahit fidem suam coram oculis omnia cernentis Dei interposuit.* Ex quo rursum vides aliquid coram Deo adfirmare non esse juramentum. Istud monachorum privilegium multis extollit etiam Chronicon monasterii Cassinensis.

A. 1077. Sunt tamen casus, in quibus Canones ab Episcopis, Clericis, & monachis permittunt, immo & jubent exigi juramentum. Primus est faciendi orthodoxæ fidei professio. Secundus est obedientiæ professio, Metropolitanæ, Patriarchæ, aut summo Pontifici faciendi. Et hinc Poloniæ Archi-Episcopus, huic professioni ex Canone Episcopalis juramenti prohibitorio recalcitrantem, graviter & merito arguit Paschalis secundus. Tertius casus est necessitas sese à criminis

infamia expurgandi, ex qua etiam Romanos Pontifices legimus ascendisse ambonem, & coram omni populo per sancta Evangelia jurasse. Sunt item casus, in quibus quasi per episcopales Canones istud dumtaxat permittunt. Ita in Act. 1. Ephesina Synodo Theodotum Ancyranum & Acacium Melitinensem Metropolitanas adversus Nestorium Sanctus Cyrillus jussit testari juratos, quod non de re vulgari, sed de omnium maxima, puta de recta in Christum fide ageretur. Et ab Iba Edeffensorum Metropolita, dum inter ipsum ac ejus Clericos pacem fecit, Synodus Berytensis exegit juramentum, quo omnium injuriarum sponderet plenam oblivionem. Et Ægyptios Episcopos, Synodo Chalcedonenfem nolentes subscribere ex causis, Constantinopoli arrestarunt Legati Apostolici, obligaruntque ad realem aut certe juratoriam cautionem de non violando arresto. Et Theodori Mopuestiensis Episcopi è Act. 4. sacris dyptichis rasi causam inquirens Mopuestina Synodus deposituros Clericos etiam coegit ad juramentum, & quidem tactis Evangelii corporale. Verum Eutyctetis causa non erat gravissima, ideoque adversus ipsum positum à Principe juramentum rectè ad Canones provocavit Basilius Episcopus Seleuciensis. Et huic provocationi detulit Florentius Patricius, violentas Chrysofthii Eunuchi pro Hæresiarca monacho artes filere jussit, procedere Synodum, & monachi ad Principem preces recitari.

Eas recitavit Joannes sacri Scrinii Exceptor, quarum hic fuit tenor: Nuperam Sancti Flaviani Synodum ajebant falsatam, ideoque omnes ejus Episcopos, Notarios, Clericos, Synodo cooperatos, sisti coram Thalassio Cæsareensi in Cappadocia Archi-Episcopo, & Acta revideri. Et precibus omnino annuerat Theodosius, adscripseratque hanc annotationem, seu apostillam: *Deponant reverendissimi Episcopi, qui dudum convenerunt, apud reverendissimum insuper Episcopum Thalassium, ut apud hos omnibus presentibus his, quos supplicatio loquitur, negotii veritas inquiratur.* Obstupuit ad hæc, Chrysofthio Eunucho potius, quam circumvento Principi inputanda Sanctus Flavianus, nihilominus suos Diaconos & Notarios, Asterium, Ætium, Nornium, Asclepiadem, & Procopium adesse jussit & respondere. Et statim Acta originalia, quibus propria manu Episcopi subscripserant, Patricius Florentius jussit produci.

Ecclesiæ Constantinopolitanæ Notarios commissi in tanta Synodo falsi accusare non erat res modica. Hinc Ætius Diaconus a tque Notarius intercessit: *Accusatio aliquando talis adversum nos emerit? Audimus autem, quia interpellatio adversum nos facta sit à quodam apud piissimum Imperatorem: Supplicamus has nobis declarari obiectiones, & causas agnoscere, & personam statui, & manifestam accusationem adversus certas personas fieri, atque ita respondebimus, & nos defendemus, presumentes de vestra justitia.* Erat intercessio justissima, nihilominus post multas de illa contentiones Sanctus Flavianus est interlocutus: *Cognoscitis, quia tunc sancta Synodo congregata voces ab utraque parte vos excepistis, & subtiliter cognoscitis, quæ à vobis scripta sunt. Et si hæc vera sunt, expressim & cum Dei*

Dei timore dicite; si verò aliqua falsata sint, quasi ante tribunal Christi nolite mentiri, & falsarium ne taceatis.

Interlocutio, palam profecta ex plena fiducia bonæ conscientie, placuit Florentio Patricio, ipsam ille laudavit, ac perrexit ad Notarios: *Monitorium lectio celebretur.* Verum Ecclesiasticæ potestatis zelosissimus, & laicis in particulari præsertim Synodo nullam potestatem esse sciens Ætius Diaconus denuò intercessit: *Postulo sanctam Synodum, quæ tunc fuit præsens, præcipere nobis potestatis monitorium scribem.* Ad quod Sanctus Seleucus Amasenus in Helenoponto Episcopus Metropolitanus: *Semel sanctissimo Archi-Episcopo nostro jubente proferri monitorium gesta, nullam dilationem convenit fieri, & quasi à reverendissimis Episcopis dictum sit, hæc eadem omnes dicimus.* Quare tandem Ætius Acta originalia, Constantinus Eutyctetis monachus & Notarius obtulit eorumdem exemplaria, tandemque ab Asterio Exceptore processum est ad eorum lectionem & collationem.

Ventum est ad Actionem tertiam, lectumque quod Eutyctes Joanni Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbytero ac Defensori, & Andreæ Diacono, ipsum ad Synodum canonicè evocantibus, in præsentia Athanasii Diaconi Seleuciensis dixisset de sanctis Ecclesiæ Patribus: *Si aliquid contigit eos in aliquibus dictis aut falli aut errare, hoc neque se reprehendere neque suscipere; solas autem Scripturas scrutari tanquam firmiores sanctorum Patrum expositionibus.* Quod dixisset adsumptam à Domino carnem nec matri nec nobis fuisse substantialem. Adversus utrumque exceptit Constantinus monachus, Joannem Presbyterum falsæ ad Synodum relationis insimulans, & addens de primo dicto: *Quoniam adversis modis locuti sunt sancti Patres, & omnia suscipio; in regula autem fidei non suscipio.* Facta est longa disquisitio, tandemque paruit Joannes Presbyter vera retulisse.

Plura item alia ex nullo fundamento cavillatus est Constantinus, tandemque adversus degradationis sententiam in Eutyctetem à Sancto Flaviano pronunciatam etiam intercessit: *Eutyctes, dum legeretur damnatio, appellavit sanctum Concilium Episcopi Romani, & Alexandrini, & Hierosolymitani, & Thessalonicensis.* Et hæc in gestis non sunt inserta. Omittit Antiochenum, quod istic præsideret Dominus Patriarcha, Eutycteti palam adversus. Non erat levis intercessio. Etenim Romana appellatio omnem synodalem sententiam ab executione suspendit, adeoque appellans Eutyctes debuerat non tamquam degradatus, sed tamquam integer adhuc Archimandrita & Presbyter per omnia tractari. Hujus appellations libellos etiam Romam ad Sanctum Leonem Pontificem miserat ipse Eutyctes, dicitur de illis Sanctus Seleucus Episcopus Amasenus: *Ante paucos dies litteræ sanctissimi Archi-Episcopi Romanorum Leonis insinuate sunt nobis, continentes quia questus est reverendissimus Archimandrita Eutyctes, & appellavit in tempore examinationis nostram audientiam per dationem libelli, & ideo post damnationem eum Archimandritam renominaverunt; quomodo nunc insans & dicens de fide esse libellum apud sanctissimum Romanorum Epi-*

scopum recusationem in Synodo appellationem nominavit? Et hinc doceri deberis, quoniam non in eisdem permanet reverendissimus Archimandrita. Libellum, in quo fidem suam exponi & contineri diceret, Sancto Flaviano obtulerat Eutyctes, tamen penitus de Romana appellatione: Et ipsum obtulerat ante latam ac pronunciatam sententiam. Hinc Seleucus miratur, quomodo in literis ad Romanum Pontificem præsumpsisset dicere illum fuisse libellum appellationis. Eum notat versatilis linguæ & mentis. Nec solummodo se appellasse, sed & appellationi delatum, & se à iudicibus Episcopis Archimandritam renominatum mentius fuit, eique, quod Sanctus Flavianus Synodi suæ Acta tempestivè non retulisset, Sanctus Leo aures & fidem præbuit. Ob eum etiam reverentiam Sanctus Seleucus degradatum Hæreticum adhuc vocat reverendissimum Archimandritam.

Hinc igitur momentosam appellationem discussam voluit Magnificentissimus Florentius, & dixit ad Patres: *Turba facta est, & dissoluto conventu dixit ad me stenter Eutyctes, appellans Romanum, & Ægyptium, & Hierosolymitanum Concilium.* Et ego arbitratus indecens latere hoc sanctissimum Archi-Episcopum Flavianum, abscedens dixi ei. Et Basilius Seleuciensis Episcopus, Metropolitanus Iaurorum: *Scio, quia dixit religiosus Archimandrita Eutyctes, si præceperint mihi Patres, Romanus & Alexandrinus, dico hoc ipsum. Hoc autem non quasi appellans dixit.* Et Sanctus Patriarcha Flavianus: *Non audivi ego ab illo, sed à viro magnificentissimo Patricio, ascendente me in superiora domus, post solutam Synodum. Quod & ceteri Episcopi sunt attestati.* Ita claruit Eutyctes in omnibus fuisse cavillatus. Sancti tamen Flaviani Notarios Patricius absolvere noluit, sed omnia edixit ad Principem referenda. Vides interim à Patriarchæ Constantinopolitani iudicio fuisse tunc liberè Romam appellatum.

ACTIO II.

Actio secunda, facta quinto Calendas Majas, fuit quasi nova Synodus ob novas Eutyctetis strophas & ad Principem preces, quibus degradationem suam questus est fuisse inimico animo dudum à Flaviano præconceptam, & demonstrari id posse ex ipsius ejus verbis, auditis per magnum Silentiarium, à quo uti protectore Regio fuerat in Synodum introductus. Supplicavit cogi Silentiarium ad verba ista in scriptis producenda. Et istas item preces Theodosius Augustus subnotarat: *Prostetur vir devotus magnus Silentiarius apud magnificentissimum Magistrum sacrorum officiorum omnia, quæ super hoc negotio subsequuta cognovit.* Tot apud laicam potestatem machinas, videns Episcopos à se non posse subverti, profanus Eutyctes usurpavit.

Attamen non sine fundamento magni Silentiarii examen postulavit fieri à Magistro Officiorum. Hujus enim tribunali & iudicio omnes Palatinos privativè subjiciunt in lege ad Joannem Officiorum Magistrum, extante in codice Justiniano,

nianzo, Leo & Anthemius Augusti. Et de illo Zozymsus: *Marcellino commissum erat in Palatinos ordines Imperium; Romani Magistrum officium vocant.* Et Procopius Cæsarensis in primo libro de bello Persico: *Ordinum in Palatio Præfectus, quem Magistrum Romæ appellant.* Et hinc Apollitorum Principes Petrum & Paulum ex Neronis Augusti delegatione, & ex officio Sanctos Processum & Martinianum, ab illis in Mamertino carcere ad Christum Dominum conversos, iudicavit Paulinus, quem laudatorum Martyrum apud Surium Acta vocant Magistræ potestatis & officii Magistrum: Quod nempe hi essent Palatini milites, & isti in Palatio præsertim novam legem Evangelicam prædicassent. Adeo antiqua est ista Augustæ domus disciplina. Quare Romanum Breviarium, Paulinum istum vocans militum Præfectum, intelligi debet de solis Palatinis.

Flavius itaque Ariobindus Martialis, sacrorum Officiorum Magister, coram tribunali suo discussit magnum Silentiarium, hæc pro Eutychete mentientem: *Sæpè directus sum à sacratissimo & piissimo Domino nostro ad Archi-Episcopum Flavianum, ut adesset magnificentissimus & gloriosissimus Ex-Præfectus & Consulibus, & Patricius Florentius Synodo, quæ futura erat in Episcopio hujus Regiæ civitatis, & dissiuit Archi-Episcopus dicens: Quia non oportet hic fatigari eundem virum magnificentissimum Florentium, quia jam de hoc forma data est, & damnatus Eutyches monachus, quoniam secundò vocatus non obedivit. Postmodum verò obtulerunt mihi chartam quamdam habentem damnationem ejus. Ad quæ Constantinus Eutychetis monachus & Vicarius: Postulo & hoc, ut profiteatur Dominus magnus Silentarius, quia ante Synodum damnatio facta est. Et ille: Et prius dixi, quod ante Synodum damnationem Eutychetis mihi ostendunt.*

Monachus examinari postulavit etiam spectabilem virum Macedonium, Tribunum, Notarium, ac Referendarium, & profiteri audita ab Asterio Presbytero ac Notario Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Hoc Eutyches à Principe non supplicavit, ideòque Martialis officiorum Magister est interlocutus: *Quamvis in precibus hæc petitionis pars minimè contineatur, attamen propria voluntate, si voluerit, spectabilis Tribunus, quæ cognoverit, profiteatur.* Et Macedonius: *Ante hoc sacratissimus & piissimus noster Imperator præcepit colligi tam Episcopos, quam magnificentissimum Patricium Florentium, precibus datis ab Eutychete reverentissimo Archi-Mandrita, & accusante Gestæ quæ acta sunt, tamquam malignè à Notariis immutata, & certa subsecuta sunt in facta Synodo. Cùm verò recederem, obviam mihi factus est Asterius Presbyter & Notarius, adjurans me audire ab ipso quæ effari volebat. Accusabat autem reverendum Abrahamum & Notarios; tamquam immutantes in Gestis quædam capitula: Et quia necessarium habet ipse, metuens hujusmodi malignitatem, illos quidem ostendere talia, sed sine ipsius scientia commississe. Hisce armis sese dolosus, ac malignus Eutyches ad impugandum in Ephesino latrocinio Sanctum Flavianum ac ejus Synodum præparabat.*

CAPUT TERTIUM.

Exponitur Antiochena, Tyria ac Berytensis Synodus in causa Ibas Metropolitæ Edeffeni.

Ibas Edeffenus Archi-Episcopus, qui Ephesi cum Joanne Patriarcha suo Antiocheno & aliis Orientalis dioceseos Episcopis in Sanctum Cyrillum & veram Synodum moverat notas turbas, post initam Ecclesiarum pacem Theodori Mopsuesteni libros vertit in linguam Syriacam, deflorata ex ipso prava Capitula esse ipsius agnoscere & sub ejus nomine damnare noluit, famosam ad Marim Perfidis Episcopum scripsit Epistolam, Sancti Cyrilli Capitula & Synodi Ephesinæ Acta arguerè & damnare perrexit, atque ita apud multos de retenta intra mentem Nestoriana lue reddidit sese graviter suspectum. Joannes Antiochiæ Patriarcha, à Sancto Cyrillo rogatus, neglexit illum corripere & corrigere, atque ita Samuel, Cyrus, Maras, & Eulogius, Ecclesiæ Edeffensæ Presbyteri, ipsum denuò apud Dominum Patriarcham, Joannis Successorem, accusarunt & de fide & de moribus. De fide, quod Sanctum Cyrillum etiam post initam pacem vocasset hæreticum, & quod palàm erupisset in hæc voces pessimè Nestorianas atque Pelagianas: *Non invideo Christo factò Deo, in quantum enim ille factus est, ego factus sum.* Eas in Breviario Liberatus Carthaginensis, & in supplicibus ad Synodum præsentem precibus Edeffeni Clerici lucidiùs exponunt: *Non invideo Christo factò Deo, quoniam & ego, si volo, possum fieri secundum illum.* Eam fuisse & Nestorianorum & Pelagianorum palmarem blasphemiam tradit in libro de Prædestinatione Sanctorum, & in libro de Dono perseverantiæ Sanctus Augustinus. Ibas de moribus accusatio habuit octodecim capita, superiùs abundè explanata.

Accusationis exordium & modum exposuit ipse Ibas in Synodo Berytensi, agens de sui accusatoribus Clericis: *Excommunicaverunt semetipsos, sua conscientia vulnerati.* Et rogatus, Quot essent, reposuit: *Sunt plùs minùs quindecim, qui seipsos à communione suspenderunt, nam ego non excommunicavi eos.* Maras Presbyter dixit sese solum cum Samuele Presbytero fuisse. Quidquid sit, seu veris seu putatis Ibas excessibus offensi alii quot Clerici sese, juxta temporis istius morem, ab ejus communione suspenderunt, quod quia sine competenti fundamento factum Ibas credidit, dixit ipsos non à sese, sed à semetipsis fuisse excommunicatos. Quod namque sine competenti fundamento semetipsos à sui Episcopi communione sese segregantes excommunicaverunt semetipsos, ad octavam Synodum in Photii causa est ostensum. In vicinæ Eufrateisæ provinciæ Metropoli, civitate Hieropolitana, mortuus erat Joannes Episcopus, Alexandri, qui Ephesinæ Synodo adfuerat, post Panolbium successor, atque ita Dominus Patriarcha versùs dictam Metropolim adornabat iter, Stephanum electum, qui post-

postmodum Synodo Chalcedonensi adfuit, consecraturus. Ex quo vides Antiocheni Patriarchæ Metropolitæ consecrationis gratia non semper Antiochiam ad Patriarchæ manus fuisse evocatos, sed Patriarcham quandoque ad ipsorum Ecclesias accessisse. Hac occasione factum est, quod dictus Maras Presbyter confessus est ad præsentem Synodum: *Nos quatuor libellos consecravimus adversùs Episcopum nostrum Ibam, Ego, & Cyrus, & Eulogius, & Samuel, duo tulerunt libellos, & profecti sunt Hierapolim, ut exspectarent Archi-Episcopum, seu Patriarcham, Dominus autem Samuel jam malè habebat.*

Ibas hæc omnia ignorabat. Auditò autem, quod Dominus Patriarcha Hierapolim advenisset, fecit quod dixit in eadem Synodo præsentis: *Sanctissimus Archi-Episcopus noster advenit in Hierapolim, ut Dominum Stephanum inthronizaret religiosissimum Episcopum. Nos volumus quæ consuetudinis sunt explere, & ire & salutare eum in Hierapolim. Dum egredimur, audio quia Samuel & Cyrus jam hic venerunt ad accusandum nos, subscriptiones nonnullorum Clericorum accipientes. Confiteor quia convocavi Clerum, & dixi me audisse, quia Samuel & Cyrus venerunt ad accusandum nos. Sed & vobis dixi, si quis in scriptis communicaverit eis in libellis, donec videat quem finem causa suscipiet, non communit.* Largiùs hæc & aliquantum aliter exposuit Maras Presbyter: *Convocavit Ibas Episcopus omnes in Secretario, & dixit, Quoniam audio, quia Cyrus & Eulogius profecti sunt ut me accusarent, eos à communione suspendi, ut cognoscatis quia excommunicati sunt. Si quis autem eis in libellis cooperatus est, vel conscius est, quoniam audio quod triginta sunt Clerici, qui eis consenserunt; eorum dimitto sententia.* Clerici se ab Iba excommunicatos, Ibas sibi ab illis communione subtraham esse questus. Ut ut sit, eos perperam egisse hic omnino creditur, ideòque omnes ipsis cooperatos aut cooperatos à communione & sua gratia suspendit, volens causam cum ipsis solis ventilari atque finiri. Ita turbas excludendas speravit, & Ecclesiæ paci fore consultum. Ex ejus erga Dominum reverentia discimus adventum in alienas suæ dioceseis Provincias Patriarcham consueisse à vicinis Metropolitibus visitari ac salutari, eamque esse antiquam Ecclesiæ disciplinam. Et hinc in Gallias advechi Joannis octavi Pontificis justa fuit querimonia de Teutramno Metropoli Tartariensi: *Miramur Fratritatem tuam, cur nostrum in has partes audiens adventum, nos ob reverentiam Beati Petri Apostolorum Principis & nostram, more ceterorum venerabilium Archi-Episcoporum, minimè consolari & occurrere studuisti.* Istud ipsum queritur de Theodorico Metropoli Vefontionensi, mandans ut omnibus postpositis statim occurrat.

Nota solum Dominum Patriarcham assidue hic vocari Archi-Episcopum, Ibas autem Edeffenum & Stephanum Hieropolitanum, licet Metropolitæ, dici simpliciter Episcopos. Ita in Chalcedonensis Synodi Actis Sanctus Leo passim titulatur Archi-Episcopus antiquæ aut magnæ Romæ. Etiam Patriarcham Constantinopolitanum vocant ibidem simpliciter Archi-Episcopum. Eunomius Metropoli Nicomedienfis & Anastasius Episcopus Nicæna. Et in litteris ad Leonem

Augustum, post eandem Synodum Chalcedonensem existentibus, Lucianus Byzientis in Europa Episcopus omnes Patriarchas vocat *Summorum* Episcoporum *Archi-Episcopos*. Et in Relatione ad Theodosium Augustum Ephesina Synodus Memnonem, totius Asiaticæ dioceseos Primatem, dumtaxat Episcopum, solum Sanctum Cyrillum Alexandriæ Patriarcham vocat Archi-Episcopum. Et in lege codicis ad Julianum Prætorio Præfectum Justinianus Augustus distinguit inter Provinciarum Metropolitam & Dioceseos Archi-Episcopum, id est, multarum Provinciarum Primatem. Et in lege novella ad Catellianum primæ Justinianæ Antistitem statuit istius sedis Episcopum deinceps non solummodò Metropolitam esse, sed & Archi-Episcopum. Et in lege novella ad Petrum Officiorum Magistrum confundit Archi-Episcopum cum Patriarcha. Et Sancti Basilii Liturgia orari mandat pro Archi-Episcopo, Metropoli, Episcopo: Ubi Archi-Episcopus est palàm idem, qui Primas vel Patriarcha. Et istas Justiniani leges secutus in Nomo-Canone Photius ait Archi-Episcopum esse Metropolitam majorem. Ex quo liquet recentiores Græcos, qui Archi-Episcopum esse statuunt solo nomine & honore Metropolitam, & vero ac reali Metropoli minorem faciunt, à phrasi antiqua plurimum recessisse. Notanda est superiùs adducta Ephesini Concilii phrasis, dicens Cyrillum Archi-Episcopum & Memnona Episcopum. Eodem modo in Synodo Chalcedonensi Dioscorum Alexandriæ Patriarcham gloriosissimi Judices dumtaxat Episcopum, Sanctum Leonem Papam appellant Archi-Episcopum. Etiam in libellis eidem Synodo oblati Theodorus Diaconus Alexandrinus, Nemptique, dum de Patriarcha & Papa, aut de Patriarcha & Primate loquuntur uno contextu, honoris causa frequentes foli digniori titulum Archi-Episcopi impartiuntur.

An Ibas Metropoli Hierapolim iverit, ignoro. Quatuor supra memorati Presbyteri Hieropolim etiam Antiochiam, bidui distantem itinere, cum suis accusatoribus libellis secuti sunt Dominum Patriarcham, de quo Ibas pergit: *Isti quatuor libellos obtulerunt religiosissimo Episcopo Domino, & dignata est ejus Sanctitas mandare ut occurreremus. Et quoniam Quadragesima erat, post Paschalis festivitate diem iussi occurrere. Qui scripsit mihi ut eos excommunicatione eos absolverem. Erant enim à me excommunicati. Ego omnia sententia Archi-Episcopi dereliqui. Qui Archi-Episcopus propter festivitatem ab excommunicatione eos absolvit, sub ea tamen definitione, ut non excederent Antiochia, donec sententiam causa perciperet. Si autem exirent, antequam finem causa perciperet, majori damnationis pena essent obnoxii.* Ex quo vides excommunicationis absolutionem ad reincedentiam fuisse etiam antiquis usitatam & notam. Et tunc factum est ab Ibas amicis, quod ad Synodum præsentem questus est Presbyter Eulogius: *Dum essemus in Antiochia, fecerunt dictationem laudum, & hanc circumferebant Clericis ut subscriberent. Quidam Clericorum, aut quindecim aut octodecim, subscribere noluerunt, dicentes: Fortè interrogamur aliquid, & nescimus quid dicere, & mentiri non possumus. Hos deducens in Ecclesiam violenter, in-*

Ep. 32.

Ep. 40.

Aq. 13.

Ep. 28.

L. 1. tit. 3.

C. 46.

L. 11.

L. 1123.
C. 10.

Tit. 1. c. 8.

Procop. l. 1. de bel. Peri.

clamari fecit quasi deberent foras mitti, quoniam minime subscripserunt. Et excommunicavit eos contra Ecclesiam, & misit eos foras, & ex hoc venerunt in Antiochiam. Ex quo autem viderunt, quia oppressi sumus, & non sunt nostrae allegationes susceptae, & quia rediit homo ille, qui quasi contra nos praevaluerat, timuerunt redire in civitatem, & ne se habuimus usque hodie eos pro testimonio pascere. Addidit Maras Presbyter: Multi eligunt Episcopum Ibas non offendere, ne moriantur. Cuidam enim Presbytero, nolenti subscribere in ejus laudibus, cum accusatorem in Antiochia adversus eum instituissemus, calumniatus est, & à viro ante annos quinquaginta catholico, nec lavanti aliquando ex quo conversus est, cui tota civitas testabatur, accusationem intulit contra ipsum per proprios dispensatores, quam nec ad exitum perducere valuit, quamvis Judex in ejus gratia ageret, illo stante & clamante: Ostendatur quae adversus me calumnia instituta est, aut absolvar. Et omnis civitas suscepit eum cum ceceis & lucernis. Et ob hoc omnes Clerici metuentes adversus eum testari non volunt.

Cum hisce laudum suarum testimonii Ibas post Pascha profectus est Antiochiam, quatuor suis accusatoribus responsurus. Verum antequam adveniret in civitatem, deserentes Samuel & Cyrus ad Comitatum profecti sunt, Maras autem & Eulogius remanserunt. Dominus Patriarcha, & omnes Orientalium, Edeffina excepta, Ecclesiarum Episcopi de Ephesina Synodo, Sancto Cyrillo, & ejus duodecim Capitulis idem cum Iba sentiebant, ideoque accusatores Clerici videntes se & opprimi huc usque, & deinceps opprimendos, legarunt duos ad Regiam civitatem, postulatores sacram delegationem ad alios judices; ne tamen de contumacia damnarentur, alii duo remanserunt Antiochia, quindecim illos aut octodecim Clericos, Edeffam regredi non aulos, suis impensis alentes ad testimonium.

Nihilominus decem Episcoporum Synodum coegit Dominus, à qua de absentibus Collegis rogati Maras & Eulogius responderunt: Ibae Episcopi calumnias cognoscetes, sicut & nos didicimus, nescimus quomodo discesserint. Et rursum Maras: Nescimus integrè. Sicut autem audivimus, Constantinopolim sunt profecti. Neque verò litteras eorum suscepimus, neque scimus integrè. Et indignatus Patriarcha Dominus: Quas calumnias mētebant, cum ego utique scripserim religiosissimo Episcopo Ibae ob hoc, & rescripserit omnia mihi relinquens, & absoluti vobiscum sunt ab excommunicationis poena sub hac definitione, ut vos quidem habeatis communionem, si quis autem vestrum causam desereret ante finem, Ecclesiastica disciplina subjaceret? Manifesti sunt igitur desertores, & excommunicationem & Apostolicum hunc thronum contemnentem, & seipso submittentem majori damnationis supplicio. Et huic sententiae novem partim Metropolitanæ, partim Provinciales Episcopi cum Domino Patriarcha subscripserunt. Eos magnum & sanctum Concilium vocat Synodus Berytenfis, fuit tamen ambigua sententia, non satis exprimens, an transfugas istos plenè degradaret, an dumtaxat excommunicaret. Quod dubium à Berytenfi Synodo rogatus elucidare Ibas reposuit: Occulta nosse non possum. Ego puto, quia perfectam

horum damnationem Antiochena Synodus fecit. Si autem videtur ex sententia eorum damnationem eorum non fecisse, vestrum est judicare. Nota recursum istum ad laicum Principem, & sacram ejus delegationem à Domino Patriarcha vocari contemptum sui Apostolici throni.

Quid porò Cyrus & Samuel in Regia civitate egerint, exposuit in Synodo Berytenfi, ac Ibae Metropolitanæ, Danielis Cartensis ac Joannis Theodosiopolitani Episcopi, nec non Samuelis, Cyri, Eulogii, Maræ, Ablavii, Joannis, Anatolii, Cajumæ, & Abelionis, Edeffinorum Clericorum, praesentia vir spectabilis Damascius, Notarius ac Tribunus: Cum praesentes reverendi Clerici admissum piissimum & divinissimum Dominum nostrum Imperatorem, & accusasset reverendissimum Ibas Episcopum, & reverendissimum Joannem Episcopum, & reverendissimum Danielem Episcopum, Pietas ejus sanxit, ut ii, qui accusati sunt, ab Osrhoena provincia ad Phœniciam advenirent, & ad illata crimina apud vestram Religiositatem responderent. Et deputatus sum eos adducere, & quae à vobis definita sunt executioni mandare.

Quocirca Samuel & Cyrus non suo tantum, sed etiam Eulogii & Maræ, Antiochiae remanentium, itemque aliorum jam memoratorum Edeffinae Clericorum nomine accusarunt Ibas Episcopum, nec non & nepotem ejus Danielem Cartensem, ac Joannem Theodosiopolitanum. Quod hocce duos antea apud Dominum Patriarcham non accusarint, liquet ex Antiochena Synodo, cui Daniel Episcopus adfedit judex, & subscripsit. De eisdem accusatoribus Clericis dixit ad Synodum Berytensem Eulogius Ecclesiae Constantinopolitanae Diaconus: Advenitibus reverendissimis Clericis sanctissimum Archi-Episcopum nostrum Flavianum, & accusantibus Ibas, Joannem, & Danielem, reverendissimos Episcopos, approbavit ejus Sanctitas vestram Religiositatem audire negotium, & de hoc litteras detuli, & dedi vestrae Sanctitati. Hi ergo accusatores Clerici non solummodo Theodosium Augustum advere, sed & Sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum, questi sunt à Domino Patriarcha, ad instar Ibae Nestorianizante, nul'am expectandam justitiam, postularunt alios judices, ac impetrarunt Phorium Tyri Episcopum, primae Phœniciae Metropolitanam, Eustatium Berytensem in eadem provincia Episcopum, & Uranium apud Osrhoenos Episcopum Himerorum. Quod nempe hic de causa & personarum merito esset plenè instructus, ac Domni Patriarchae Synodum, accusantiumque Clericorum negotiationes & Antiochia & Constantinopoli oculis spectasset. Addit in quinta Synodo Theodorus Casareensis in Cappadocia Archi-Episcopus: Et deputati sunt executores causae, ab Imperatore eisdem Theodosio Damascius Tribunus, à sancta autem memoria Flaviano Eulogius Diaconus Constantinopolitanae Ecclesiae, qui & accusatores & accusatos ex Osrhoena provincia in primam Phœniciam transportarunt, ac laudatis iudicibus in Tyriorum metropoli exhibuerunt.

Quid fuerit Notarius & Tribunus, edicit in Aureliano Augusto Vopiseus, vocans Secretorum Imperatoris Notarios, Et Zozyms: Praepositus

Notarii Principis, quos Tribunos vocant. Aliquando Notarii & Tribuni, aliquando Comites & Notarii, aliquando Notariorum Tribuni appellentur. Erant magnae dignitatis. Ipsos Provinciarum Vicariis, ipsorum verò Primitierum Proconsulibus aequant in legibus apud codicem Theodosianum exstantibus Gratianus, Valentinianus secundus, & Theodosius Augustus. Laudant item & Consularibus aequant Notarium Domesticum, de quo in libris de bello Vandalico Procopius Casareensis: Arcanorum omnium sociis, quem Romani Domesticum vocant. Et hinc vides, cur Subdiaconorum primus apud Graecos Ecclesias dictus fuerit Domesticus Subdiaconorum Romanam ad exequenda mandata sua, & Carthaginem ad solennissimam & momentosissimam Catholicorum & Donatistarum Episcoporum collationem cum Cognitoris potestate praesidentum Honorio Augustus legavit spectabilem virum Marcellinum, Notarium, & Tribunalum. Syagrius & Felicem Notarios, ad officiorum magistratum promotos, laudat Ammianus Marcellinus. Memorat & Theodorus Notarium, à quo mota res novae, & affectatum imperium. Quod ipsum de Procopio Notario Zozyms testatur. Laudat & Stiliconem, totius Imperii sub Honorio Augusto rectorem & arbitrum, quod unico filio suo hanc dignitatis metam statuerit, ut ad officium Tribuni Notariorum provellet nullum aliud imperium acquireret. Quae omnia sunt lucida signa magnae dignitatis. Jacobus Cujacius non confundit cum A Secretis, Jacobus Guthrieus censet distingui. Etenim Notarii Principis intra Consistorii secreta, extra A Secretis stabant. Est res alterius fori.

Ex dicta Ibanæ causae per Theodosium Augustum delegatione scribit in Sacerdotii ac Imperii concordia D. Petrus de Marca Archi-Episcopus Parisiensis: Si quis Episcoporum de Metropolitanis aut Patriarchae suspicione quereveret, Romani Imperatores litteris suis iudicium ab ea sede avocabant, & in aliam provinciam transferebant. Ibas Edeffinorum Metropolitanus, Joannes & Daniel de heresi à Clericis accusati coram Domino Patriarcha Antiochena, etsi lis contestata fuisset in Synodo Antiochena, Rescripto tamen & auctoritate Theodosii Imperatoris, ex sententia Flaviani Archi-Episcopi Constantinopolitani, ab Osrhoena provincia ad provinciam Phœniciae translati sunt, ut à Photio Episcopo Tyri, Eustatio Beryti, & Uranio Himerorum Episcopo, iudicibus datis, iudicium de accusatione ferretur. Itaque quandoque à Romanis Augustis fuisse factum negare non possum. Sed quero an rectè, & secundum Canones? Et constanter nego. Hinc enim Dominus Patriarcha Apostolicum suum thronum sperni est questus & verbo ad suam Synodum, & scriptis litteris ad Sanctum Flavianum. Et de Arcadio Augusto & Theophilo Alexandria Patriarcha, de gravissimis apud illum accusato, scribit ad Sanctum Innocentium primum Pontificem Sanctus Joannes Chrysostomus: Cum Theophilus causam dicere noller, neque urgentes accusatores ejus, vocavit nos Imperator piensissimus, & iussit ut iremus ad locum, in quo ille agebat, & illic ea, quae contra illum dicebantur, audiremus. Nos autem scientes leges Patrum, viroque honorem deferentes, habentes etiam super hac re

Christi Lupi Oper. Tom.II

ejus litteras, oportere in quibusque provinciis sua negotia tractari, neque extra limites illarum trahi, vehementer detestavimus, ne causam suscipere iudicandam. Et adversus similem Sacram, qua laudati Joannis criminalem causam dicto Theophilo delegavit postmodum idem Arcadius, pergit idem Joannes: Congruum non est, ut hi, qui in Aegypto sunt, iudicent eos, qui in Thracia. Et infra: Domini mei maxime venerandi & pii, studium vestrum & magnam diligentiam adhibete, quo retrudatur haec, quae in Ecclesias irrupit, iniquitas. Quippe si mos hic invaluerit, & fas fuerit cuivis in alienam parietem irrumperere, idque ex tantis intervallis, & eicere quos voluerit, & propria auctoritate quævis pro libidine sua facere, scitote quod brevi transibunt omnia, & totius orbis premetur bello non indico, omnibus ejectis, & omnibus civitatibus. Eiusmodi enim delegationes sunt palam peregrina iudicia, damnata à sexto Canone Nicæno.

Quaestio est, quomodo hisce sacris delegationibus, Alexandrinum & Antiochenum Patriarchatum tangentibus, sese miscuerit Sanctus Flavianus, & Sanctus Joannes Chrysostomus fuerit rogatus sese miscere. Quidam id spectare putant ad rapinas Episcopi Constantinopolitani, ex tunc conati etiam alios Patriarchas sibi subjugare. At fallunt. Rapina ista dudum postea coepit. Quocirca quaestionem enodat in prima sua Apologia Sanctus Athanasius, adloquens Constantium Augustum. Numquam sine comitibus aut arbitris Fratrem tuum Constantem Augustum vidi, neque ille mecum unquam solus cum solo verba miscuit, sed semper cum Episcopo ejus loci, ubi agebat. Istius loci Episcopus erat Augusti Principis pro tempore proprius Pastor, Pater spiritualis, Director in rebus Ecclesiasticis, quasi Archi-Capellanus, ideoque omnes de Ecclesiasticis quaestionibus sacrae Iussiones aut delegationes ejus consilio & iudicio disponebantur, nec sine illo ullus advena Episcopus ad Majestatis conspectum admittebatur. Quae auctoritas praesertim fuit Regiae civitatis Episcopo, de quo in secretis suorum ad Justinum Imperatorem Legatorum instructionibus Hormisdas Pontifex: Est consuetudo per Episcopum Constantinopolitanum omnes Imperatori Episcopos praesentari.

Itaque Damascius Notarius ac Eulogius Diaconus accusatos Episcopos & accusatores Clericos ex Osrhoena Provincia deduxerunt Tyrum, statueruntque Photio ibidem Episcopo, qui cum duobus Collegis Synodum fecit die vigesima quinta Februarii post consulatum Flavii Zenonis & Posthumiani, Christi Domini quadringentesimo quadragesimo nono, Sancti Leonis Pontificis decimo, Theodosii Augusti secundi quadragesimo secundo, Valentiniani tertii anno vigesimo quarto.

Ante omnia Divales sacrae delegationis litteras legi fecit, accusatorios libellos à Clericis suscepit Photius ac lictis contestationem, dumque ad audiendos testes procederet, factum est quod ipse postmodum dixit ad Synodum Chalcedonensem, Quaestione quadam de Iba Episcopo mota, adversus cum venientes Presbyteri ac Monachi à Mesopotamia dicebant de ipso, ille verò negabat. Nos tamquam

F f media

mediatores, & pro mole blasphemiarum, & pro im-
portunitate Monachorum Presbyterorum iussimus egre-
di eos à Tyro. Scandalizabatur enim civitas, qua
nunquam tale aliquid vel cogitaverat vel audiverat.
Tyrios fuisse adversus Nestorium ardentissimos
liquet ex nupero ipsorum zelo, quo ejus lepræ
suspectum suum Episcopum Irenæum deici imper-
trarunt ac relegari. Hinc similem motum timens
Photius Synodum transtulit ad civitatem Bery-
tentem.

Caepa hic fuit congregatio Calendis Septem-
bris ejusdem anni, (a) in Episcopio novæ Ec-
clesiæ, præsentè Damascio Notario ac Tribu-
no, atque Eulogio Diacono Constantinopolita-
no. Lecta item hic Sacra Divalis, utpotè quæ
præfulgere debebat his gestis; Antiochenæ Syno-
di Acta, & octodecim articulorum accusatorius
libellus, in quo accusantes Clerici protestantur
sefe invitos confugere ad Principem & sacram de-
legationem, compulsos à necessaria sibi justitia,
quam neque ab Orientali neque ab Occidentali
concilio obrinere potuissent. Istud namque re-
fugium nemo vel impudens unquam sine frontis
crispatione & rubore attentavit. Et hinc de illo
ab Eusebianis accusatus Sanctus Athanasius re-
posuit in Apologia ad Augustum Augustum:
*Profectus sum Alexandria, non ad castra fratris tui
Constantis, sed Romam dumtaxat, me meaque Ec-
clesiæ commendaturus.*

Palmaris adversus Ibam de fide accusatio non
erat libello inserta. Audiamus ipsam à Samuele
Presbytero: *Consuetudo est in Ecclesia Edeffena,
in die sancto Paschæ, aut ante diem dare Episco-
pum de manu Clericis quædam profestivitate. Hæc
daturus alloquitur prinitus, & sic dat. In ista
allocutione dixisse accusabatur Ibas: Non invi-
deo Christo factio Deo, quoniam si volo, & ego so.
Accusabatur & alia blasphemasse. Primò, quod
Sanctum Cyrillum appellasset hæreticum. Se-
cundò, quod dixisset de eodem Sancto: Nisi
anathematizasset sua Capitula, non recepissimus
eum. Bonæ memoriæ Cyrillum tamquam hæreticum
habui, & donec anathematizasset sua Capitula,
non recepi eum. Hæreticus fuit, donec anathematiz-
zasset. Non solummodò ante initam inter Ægy-
ptios & Orientales Episcopos pacem, sed & anno
superiori accusabatur hæc dixisse.*

Erat longa & operosa accusatio, ideòque Sy-
nodus probari sibi voluit solos tres capitales, &
ad Iba aut Collegarum degradationem sufficien-
tes articulos; Memòratas blasphemias, luxu-
riam, ac Ecclesiasticæ substantiæ rapinam. Ad
primum probandum accusatores prodixerunt fa-
mosas Iba ad Marim Persidis Episcopum litteras,
post Ecclesiarum pacem palam scriptas, in qui-
bus disertè dicit Sanctum Cyrillum fuisse hæreti-
cum, & ejus Capitula esse plena impietatis.
Alios Epistolæ istius excessus suprâ adduxi. Pro-
ducti sunt & tres auriti testes, David, Maras,
& Sabbas, vir inter Syros sapientissimus, Dia-
coni Ecclesiæ Edeffensæ. Verùm de primæ & pal-
maris blasphemiz verbo Ibas reposuit: *Ego non di-
xi, & anathematizo qui dixit. Ego enim nec à de-
mone audivi hoc verbum.* Et de secundo in San-
ctum Cyrillum calumniosò vocat: *Cum veritate
dico, non sum memor. Et si vocavi eum, quando*

*Concilium eum quasi hæreticum anathematizavit,
secutus sum Primatem meum Joannem Patriarcham
Antiochenum. Et de tertio verbo: Dixi, Quia
nisi Cyrillus semetipsum interpretatus fuisset, &
suscepisset eum Orientale Concilium, & ego eum cum
meo Principe abnegabam. Ego anathematizavi non feci
mentionem. Ego secutus sum Orientale Concilium.
Et iterum: Ego, postquam sua Capitula interpreta-
tus est, tantum abest ut eum virum anathematiza-
rem, ut etiam litteras ab eo acceperim, & litteras
ei miserim. Et communicatorem me habuit, & com-
municatorem eum habui. Cum Orientalis dice-
seos Episcopis pacem firmans Sanctus Cyrillus
sua duodecim Capitula ab illis admitti & probari
non exegit, ideòque ab ipsis semper judicatus
fuit ea tamquam hæretica aut hæreseos suspecta,
licet non anathematizasse, tamen interpretatus
fuisse & recantasse. Eorumdem admissionem aut
professionem etiam Chalcedonenis Synodus ne-
que ab Iba, neque à Theodoro, neque ullo
Orientali Episcopo exegit. Hinc ergo plerique
isti in prava de illis opinione usque ad mortem
permanerunt. Hoc in puncto se cum suo Patriar-
cha & omni ejus Synodo sensisse Ibas adseruit;
verùm post initam pacem de Sancto Cyrillo non
fuisse malè locutum.*

Accessit ipsi & Edeffeni Cleri libellus, cujus
hæc Epigraphe: *Instructio & deprecatio Dei aman-
tissimis atque sanctissimis Episcopis Phorio & Eusta-
tio, ab omni Clerico Edeffensæ Civitatis.* Subscri-
ptus erat à quatuordecim Presbyteris, quadra-
ginta & uno Diaconis, undecim Subdiaconis,
& duobus Lectoribus. Nempè Græci nullos ha-
bebant minores Clericos, nisi solos Lectores.
Porrò Edeffensæ Ecclesiæ Clerus erat amplissi-
mus. Fuisse ducentorum & amplius nominum
ipse ad Synodum præsentem Ibas est professus.
Dicti igitur Clerici Episcopum suum à suprâ me-
morata Pelagiana ac Nestoriana blasphemia pro-
testati sunt esse innocentissimum: *Omnes nos,
quos dicunt audivisse ea verba, manifestum faci-
mus vestræ Deo Amabilitati, tamquam coram Dei
clementia, quia neque ab eo, neque ab alio ullo tale
dictum aliquando audivimus, neque in aures nostras
ingressum est tale aliquid aliquando, anathematiz-
zantes nosmetipsos, & terribili gebenna obnoxios
facientes, si novimus tale aliquid ab eo dictum, aut
aliud aliquod contrarium catholicae Fidei. Si enim
tali aliquo dicto acquiesceremus aut communicare ei
qui dixit, aut comministrare in sacrificio, ultimo
supplicio fuisset obnoxii, tamquam communicantes
tali execrationi.* Hic esse ille laudum libellus,
quem vi fuisse per Iba amicos procuratum & ex-
tortum suprâ dixerunt ejus accusatores. Et per-
git: *Rogamus autem & deprecamur vestram Sapien-
tiam, ut eidem religiosissimo Episcopo suadeatis,
quatenus velociter ad suum gregem redire festinet,
qui periclitatur ab omnibus lacerari, cum nullus sit,
qui ei adesse prævaleat, & maxime festivitate salu-
tifera Sancti diei Paschalis imminente, in qua &
propter catechismos, & propter eos qui digni sunt
sancto Baptismate, opus est ejus presentia.*

Eadem de causa Ibam apud se in Quadragesi-
ma accusatum mox evocare noluit Dominus Pa-
triarcha, sed usque post Pascha dedit inducias.
Et Francorum Legatos, Constantinopolim ad
Justi-

Justinianum Augustum proficicentes, rogat
Italix Clerus: *Sancto Mediolanensium Episcopo
Datio adesse festinate, postulantes ut dictus Impera-
tor eum post quindecim vel sedecim annos ad suam
Ecclesiam redire concedat. Quia cum penè omnes
Episcopi, quos ordinare solet, sint mortui, immen-
sa populi multitudo sine Baptismo moritur. Et de
ejus Antecessore Sancto Ambrosio scribit Presby-
ter Paulinus: Erat in rebus Divinis implendis for-
tissimus, intantum ut quod solitus erat circa bap-
tizandos solus implere, quinque postea Episcopi vix
implerent. Et ad Romanum Italix Exarchum,
qui Blandum Ecclesiæ Hortensis Episcopum Ra-
venna detinebat, scribit Sanctus Gregorius Ma-
gnus: *Ecclesia sine Rectore, & populus quasi sine
Pastore grex deperit, & ibidem infantes sine Ba-
ptismate moriuntur.* Et adversus Odoacrum Ec-
clesiæ Beluacensis laicum invaforem ac detento-
rem scribit Hinemarus Metropolitæ Remensis:
*Quanti sine Canonico Baptismo relicti fuerint? Quod
nempe olim in civitate solus baptizare posset Epi-
scopus: Quod item in quibusdam regionibus
sola Cathedralis Ecclesia haberet fontem bap-
tismalem. Et quidem Edeffeni Cleri preces non
potuerunt exaudiri: Nam in Februario apud
Tyrum facta Synodus sui translata Berytium,
& Septembribus Calendis primùm inchoata.**

Erat causa difficilis. Etenim accusatores Cle-
rici nec plenè probarunt, nec ut calumniosè ad-
talionem postulari meruerunt. Hinc gloriosus
Judicibus postulantibus, *Ibas reverendissimus à
suis accusatoribus fuit convictus*, respondit in Chal-
cedonenis Synodo Photius Tyri Episcopus, pri-
mum judicium delegatorum: *Non.* Addidit testes
fuisse accusantium domesticos, palam obnoxios
exceptionibus, ac insufficientes. Quare tres de-
legati Episcopi sese ex judicibus in mediatores
verterunt, ac inter accusatos & accusantes fecere
pacem sub sequentibus condicionibus. Primò,
ut Ibas Ephesinam Synodum reciperet; & ut
magnæ Nicænae parem in omnibus veneraretur.
Secundò, ut initam à Sancto Cyrillo & Joanne
Antiochiæ Patriarcha pacem servaret ex integro,
atque de Sancto Cyrillo tamquam orthodoxo Ec-
clesiæ Patre sentiret & loqueretur. Tertio, ut
Edeffam redux Nestorium, ejus dogmata, Se-
quaces, libros, ipsorumque lectores palam ex
ambone anathematizaret. Quartò, ut sui accu-
satoribus Clericis, atque adversum se testatis
monachis & laicis remitteret omnem injuriam,
omnia huc usque A&A traderet perpetuè oblivio-
ni, eosque deinceps ut filios carissimos haberet,
nullum gradu privans, aut majorem minori post-
ponens. Quintò, ut hanc injuriæ oblivionem
firmaret juramento. Sextò, ut quatuor sui accu-
satores Presbyteros nec ob delicta forsitan futura
castigare ipse, sed Antiocheno Patriarchæ casti-
gandos transmitteret, atque ita se teneret libe-
rum ab omni suspitione læsi juramenti. Septimò,
ut Ecclesiæ suæ substantiam deinceps per Eco-
nomos regeret, uti fiebat in Patriarchali Ec-
clesia Antiochena. Et ex hoc articulo postmodum
prodiit Canon Chalcedonenis, mandans in om-
nibus Ecclesiis constitui Economos. Etiam de
cæteris Ibae objectis capitulis statutæ sunt regulæ,
& à parte utraque acceptatæ. Ità igitur ille ab

Christi. Lupi Oper. Tom. II.

omni impetitione absolutus est, & innocens de-
claratus. Ita sanè & hæc Berytentis Synodus,
nec non & magna Chalcedonenis istam pacifi-
cationem interllexerunt. Etenim Sancto Pascha-
fino, Lylibeti apud Siculos Episcopo, Sancti
Leonis Papæ Vicario & Legato, mandanti,
Sanctissimi Episcopi, qui Decreto proprio inculpabi-
lem & ab omni accusatione liberum Ibam reverendis-
simum declaraverunt, si propriam sententiam recognos-
cant, edicant, respondit Chalcedone Photius
Tyriorum Metropolitæ: *Etiā, nostrum est judi-
cium.* Et Eustatius Berytentis Episcopus: *Mea
est dictatio.* Et rursum Sanctus Paschasius: *Re-
lectis chartis agnovimus ex sententia reverendissimo-
rum Episcoporum Ibam reverendissimum innoxium
approbari. Porro de Iba Epistola videtur Bery-
tentis Synodus nihil judicasse.*

CAPUT QUARTUM.

Exponitur Antiochena Synodus in causa
Athanasii Episcopi Parrhenfis.

Athanasius Parrhenfis in Eufратesia Provin-
cia Episcopus de argentearum columnarum furto,
& nescio quibus aliis criminibus fuit
accusatus ab Ecclesiæ suæ Clericis apud Dominum
Patriarcham Antiochenum, qui causam delega-
vit Panolbio Hierapolitano Episcopo, ejus Me-
tropolitæ, atque amico. Ex quo videt primam
criminalis contra Provinciale Episcopum actio-
nis instantiam privativè non spectare ad Metro-
politam, sed fieri posse etiam apud Patriarcham.
Panolbius, Alexandri, qui Ephesinæ Synodo
adfuit, proximus successor, ad suam Synodum
tertiò evocavit Athanasium; at ille propria con-
scientia territus tertio non comparuit, quin &
nolle comparere professus tertio Episcopatum re-
nunciavit, & ad manus Metropolitæ posuit,
conjurans alium pro se Episcopum ordinari. Ita
in Antiochena Synodo Jamblichus Chalcedis
Episcopus est testatus. Theodoros Damasci Epi-
scopus, Libanensis Phœnicæ Metropolitæ addi-
dit: *Athanasius apud beatum Panolbium, qui fuit
ejus Metropolitæ & amicus, sicut ipse in repudiis à
se datis ostendit, repudiavit Parrhen Episcopatum,
& tertio ab eodem Panolbio evocatus audientiam il-
latorum sibi criminum refutavit, & propriam civi-
tatem reliquit, adiciens & hoc in repudiis sui litte-
ris, quoniam ante duos aut tres annos hoc apud se
deliberatum fuisset, ut ab Episcopatu recederet.* Et
iterum: *Dixit à se monasticæ Philosophiæ silen-
tium amplectendum, imitandumque Sanctum Gre-
gotium Nazianzenum, de quo Episcopatum
Constantinopolitanum deferente scribit in viro-
rum illustrium catalogo Sanctus Hieronymus:
Viro se, Episcopum in loco suo ordinans, ruri ut-
tam monachi exercuit.* Hinc de Athanasio dixit
ad præsentem Synodum Ibaicus Lectorum in Ec-
clesia Parrhenfis Primicerius: *Egressus est de civi-
tate, & in regione Samosatorum degebat solitarius
in proprio prædio, & denud descendit in civitatem
Samosatorum.* Adjunxit Theodoros Metropolitæ

F f 2 Da.

Damascenus: Ex illo regressus est Parrhen. Et iterum: *Istas ordinationes post repudia sua constituit. Quoniam Metropolita Panolbii Parrhenisibus non ordinat novum statim Episcopum, thronum suum & omne Episcopale ministerium; etiam Clericorum ordinationes, propria auctoritate refumpfit Athanasius: Titulum, seu tituli fucum, quod mutila sint hæc Acta synodalia, ignoramus.*

Verum zelosiores Clerici adversus præsumptionem istam intercessere apud Joannem Panolbii successorem, fuitque ab ipso Athanasius ad rationes evocatus. Hinc ille Constantinopolim & Theodosium Augustum accessit, Clerum suum accusans de multis. Primò, quod Clericorum quidam Patris sui senium & canos inhonorassent, in ipsum latrassent degradationis sententiam, ejus uti degradati nomen rassisent è sacris Ecclesiæ tabulis, ipsumque & Ecclesia & civitate ejecissent. Secundo, quod ejecissent & constitutos ab ipso Ecclesiæ Economos, & alios propria auctoritate substituisent. Tertiò, quod ista esset vetus eorum protervia ac tyrannis, ex qua etiam in suos Antecessores familia attentassent. Quarto, quod Joannes Metropolita esset suus inimicus. Hinc aliis iudicibus causam suam sacra Principis jussione delegari supplicavit. Eo tempore per nescio quam occasionem Sanctus Cyrillus erat Constantinopoli, & nescio quæ Synodus; atque ita Athanasii preces non soli Proclo Regiæ civitatis Episcopo Princeps ex more communicavit, sed cunctæ isti Synodo, de qua Sanctus Cyrillus. *Tanta passum se dicit Athanasius Episcopus, ut etiam congregata in Regia civitate Synodus lacrymas daret.* Hac via ille impetravit sacram delegationem, de qua in confirmatricibus ad Domnum Antiochiæ Patriarcham litteris laudatus Cyrillus: *Quia nimis incongruum est præsumi talia à Clericis adversum Episcopos proprios, & hæc despiciere nos impossibile est, dignetur tua Sanctitas, si ab Antiochia longè est civitas, cujus gubernationem sortitus est religiosissimus Episcopus Athanasius, quibusdam per proprias litteras audientiam delegare; quatenus evocati hi, qui accusati sunt, respondeant, & si inveni fuerint accusationibus rei, à sacro ministerio decident. Et infra: Asserit Athanasius eum se suspensum habere, qui nunc ius metropolitanicum Provincie obtinet, ex qua est, & nihil molesti est, si iis, qui ei suspecti sunt, judicare non liceat. Et in similibus ad eundem Domnum litteris Sanctus Proclus: Si longè ab urbe Antiochena civitas constituta est, in qua hæc perpetrata noscuntur, aliquos Dei amantissimorum Episcoporum ipsi urbi vicinos, personas non accipientes, ad audiendam hanc causam Sanctitas tua deputet. Formidat enim religiosissimum Metropolitanum Episcopum, tamquam vesane flammæ inimicorum ejus ex odio adversus eum vim præbentem atque materiam. Et post quædam: Tua Religiositas non arbitretur, quia tamquam ad injuriam sedis Antiochene maxime civitatis huc venit memoratus Dei amantissimus Episcopus, sed metuens quosdam seditionibus gaudentes, & passim propria militantes, dedit ad tempus locum ius. Nam aliqui patientiam, & mansuetudinem, & justitiam tuæ Religiositatis prædicare non cessat: Nec ut accuset, sed ut supplicet bo-*

nesiorem in se compositionem fieri. Ex quo rursum vides Episcoporum ad laicos Principes recursum semper, uti Ecclesiasticæ potestatis contemptum, sanctis Ecclesiæ Patribus displicuisse. Et quidem causam hanc alieno Metropolitæ aut Patriarchæ delegare non præsumpsit Theodosius Augustus, sciens ista esse peregrina judicia, Ecclesiasticæ disciplinæ nimium adversa. Apostolicum suum thronum per eas lædi supra in Ibæ Edeffeni causa questus est idem hic Patriarcha Domnus: Phrafin didicerat ab hisce litteris Sancti Procli. Sacra Divalis interiit, de ipsa verò ad præsentem Synodum dixit Sabbas Episcopus Paltenis: *Detulerat Athanasius Sacram, ut non sederet Domnus Theodorus Metropolita Damascenus in causa, neque Joannes, proprius ejus Metropolita Hierapolitanus.*

Ipsam mendaciis & obreptionibus plenam, nec non ejus confirmatrices Sanctorum Cyrilli & Procli litteras admiratus est Domnus Patriarcha; eas tamen veneratus fecit quod dixit postmodum in Synodo præsentis: *Quando suscepi litteras Dei amantissimorum Episcoporum Procli & Cyrilli, memor sum quia & Athanasium huc evocavi, & Dei amantissimos Episcopos Provincie, in hac causa examinaretur.* Fecisse hoc se dicit secundum Athanasii preces. Etenim Parrhen est Antiochiæ vicina, distans ad duas solummodo mansiones. Proclum Domnus Cyrillo præponit, quod nempe nuper, uti in litteris ad Sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum scribit Theodoretus, tertium Synodi Constantinopolitanæ Canonem, qui Regiæ civitatis Episcopo secundum Ecclesiæ locum attribuit, admisisset, solenniter cum Sancto Proclo de longa ista lite stipulatus.

Hæc Domni verba, *Quando suscepi litteras, &c.* Evincunt non statim à receptis litteris factam fuisse hanc Synodum. Rei ordinem aperuit in Synodo Chalcedonenis reus Athanasius: *Mea causa à longo tempore inchoata est, & hanc audiebant beatae memoriæ Cyrillus & Proclus, & certas formas scripsissent Domino, qui fuit Antiochenus Episcopus, promittique ille eas complere. Et cum cognovisset mortem beati Cyrilli, restitit, & ad judicium me vocavit. Ego rescripsi, quia si vellet permanere in datis sententiis ab Archi-Episcopis, paratus essem; si verò vellet aliud aliquid, non aude me ejus citationem. Semel enim præcedentes Episcopi rem certissimam decreverunt. Per sacram Divalem, ac ejus confirmatrices Sanctorum Cyrilli & Procli litteras esse restitutus, & non judicari amplius, sed datà tantis Patriarchis iudicii executionem dumtaxat accipere voluit Athanasius, quod merito refutans Domnus tandem coegit hanc viginti octo Episcoporum Synodum, quos inter fuerunt etiam Joannes Hierapolitanus, & Theodorus Damasci Metropolita, exclusi per sacram Divalem, & de quibus ad Synodum Chalcedonensem perexit Athanasius: *Accusavi eos, qui adversum me machinati sunt, & jusserunt Proclus & Cyrillus non interesse iudicio eos, qui à me fuerant accusati.* Hinc neque primæ neque secundæ evocationi parere, aut Synodo se sistere voluit Athanasius, ajens inimicos suos uti iudices adfidere. Quare pro ipso, tamquam*

Epist. 86.

recentior regula: *Renuncianti jus suum non datur regressus ad illud.*

Exindè Patriarcha Domnus legi jussit sacram Divalem, ejusque confirmatrices Sanctorum Procli & Cyrilli litteras, atque Valerius Anazarbi Episcopus, secundæ Ciliciæ Metropolita, sententiavit: *Reverendissimus Athanasius falsa docuit Dei amantissimos Archi-Episcopos, Proclum & Cyrillum, & tertiò à beatæ memoriæ Panolbii evocatus audientiam declinavit, usus etiam repudio, & propria voluntate civitatem deseruit, & non à propriis Clericis est expulsus.* Adfensa est omnis Synodus, atque ita Athanasius judicatus est cæteris suis criminibus etiam hocce solenne mendacium addidisse.

Restabat ejus præsens contumacia, de qua Domnus Patriarcha: *Quid perspicit vestra Sancta Synodus fieri oportere? Reposuit Theodorus Metropolita Damascenus: Ecclesiasticis sanctionibus placet eum, qui pro quibusdam rebus incongruis evocatus, & tertiò vocatus non venit, cadere honore quem habet. Manifestum est autem Athanasium non solum tertiò, sed etiam frequenter evocatum non obedivisse, neque illatis criminibus respondere voluisse.* Etenim non hujus solummodo Synodi, sed & Panolbii ac Joannis Metropolitanarum spreverat evocationes. Hujus contumaciæ ergò alienum illum à Sacerdotio secundum Ecclesiasticas leges decrevit Theodorus, & alium ejus loco Episcopum ordinandum, atque ita Parrhensem Ecclesiam à duorum annorum motu tandem liberandam. Quod suffragium firmavit omnis Synodus, etiam Domnus Patriarcha, concludens: *Præcipio Dei amantissimo Episcopo Joanni, & ipsius provincie religiosissimis Episcopis, alium pro eo Parrhenorum sanctæ Dei Ecclesiæ Episcopum ordinare.* In dejectorum Episcoporum sedes mox ordinarios Episcopos jussit etiam Sanctus Gregorius Magnus, volens illis adempta omni reparationis spe quietari animum ad peragenda pœnitentiam, & ipsorum civitates à turbis & vexationibus liberari.

Attamen Domni Patriarchæ præcepto Joannes Metropolita nescio ex qua causa non obedivit. Etenim Athanasii successore Sabiniano in libellis Sancto Leoni Pontifici & Chalcedonenis Synodo exhibitis adfirmat se ordinatum à Stephano, Joannis successore. In precibus Marciano Augusto exhibitis ait se à puero educatum in monasterio, de Episcopatu ne vel cogitasse unquam, violentè exindè extractum à dicto Metropolita & Episcopis comprovincialibus, ac invitum impostum cathedræ doctorali. Etenim monasteria sunt propria Clericorum ac Episcoporum seminaria. Ex illis sancti Ecclesiæ Patres, à Sancto præsertim Athanasio ita docti, ad reparandas à malis Pastoribus aut aliis calamitatibus vastatas Ecclesias passim Episcopos adsumpserunt.

Hujus Synodi tempus docet nos degradatus Athanasius, dicens ad Synodum Chalcedonensem: *Cum Domnus Patriarcha cognovisset mortem beati Cyrilli, ad judicium me vocavit.* At verò Sanctus Cyrillus obiit sub consulatu Falconii Probi Alypii & Flavii Aribindii, anno Domini

Act. 14.

qua.

Post Ep.
80.
Relat. 1.

quam fundamentum habente, ad Joannem Hierapoleos & Theodorum Damasci Metropolitas interlocutus est Sabbas Episcopus Paltenis: *Si iudices estis, audite negotium; si verò non subscribitis, egre dimini. Quare illi tandem simpliciter contentione facta subscribere noluerunt.* Attamen Synodo non exierunt. Hinc tertiò citatus est Athanasius, sed nec tum adesse voluit, dicens: *Quoniam inimicus meus est ipse, qui iudicat, Antiochenus.* Illum, cujus antea patientiam, mansuetudinem, justitiam apud Principem, Sanctosque Cyrillum & Proclum prædicarat, jam sibi inimicum ait, utpotè qui ejus inimicos, & quidem per sacram Divalem exclusos, ad Synodum tamquam iudices admisisset. Eundem supra arguit, quod Sancti Cyrilli jam defuncti pro se Decreta contempsisset. Adversus Domnum ità insurrexit in Synodo Chalcedonenis, quod ejus ab Ephesino latrocinio factam damnationem confirmasset Sanctus Leo Pontifex, adeoque ille ab omni reparationis spe alienus Ex-Patriarcha esset.

Ejus accusatores erant Tatianus Ecclesiæ Parrhenis Diaconus, & Isacius Primicerius Lectorum, accusantes de multis, præsertim de furto argentearum columnarum. At quoniam agebatur in reum absentem & contumacem, Panolbii Metropolita in ipsum Acta, Principi & Regiæ civitatis Synodo datas preces, ac in Divalius litteris expressa mendacia potiùs discutienda judicavit Domnus, ad Tatianum Diaconom interlocutus: *Habes exemplaria repudiū reverendissimi Athanasii Episcopi? Et Tatianus: Præcipio habeo & exemplaria & autentica, quæ accepti à Dei amantissimo Episcopo Joanne Hierapolitanorum metropolis.* Ex ipsis ad Domni Patriarchæ iussum lectis patuit, quod Athanasius Panolbio Metropolita tertiò ad iudicium evocanti fuisset contumax, & causæ suæ metuens Episcopatum per trina consequenter repudia ad ejus manus posuisset, Panolbium in ipsi repudiorum litteris professus sibi amicum, & conjurans ad alium suo loco Episcopum ordinandum. Quare Sabbas Paltenis Episcopus in ipsum pronuciavit: *Tertium repudiando reverendissimus Athanasius, & conjurando alium pro se ordinari debere, quam de reliquo rationem habet de Episcopatu Parrhenorum sanctæ Ecclesiæ nunc movere, & præcipue cum apud amicum suum beatae memoriæ Panolbium causam non dixerit? Istudque suffragium omnis Synodus comprobavit.* Ita Eustatium Pamphiliæ Metropolitanam, qui ab æmulis calumniosè traductus, non conscientia, sed solius litis metu Episcopatum deposuerat, reparare noluit, sed pro magna gratia ad nudum Episcopum nomen admisit Synodum Ephesina. Et de Paulo Patriarcha Antiocheno, criminaliter à suis accusato, scribit ad Hormisdam Pontificem Justinus Augustus: *Malæ suæ conscientie vitiosum testimonio, veritus insuper ne questione habita graviorem formam exitus rei posceret, recusatoribus libellos obulit, ut liceret ei recedere à suscepto Episcopatus officio.* Renuntiationem admitti postulat Princeps, & Pontifex admisit. Factam ex tali metu renuntiationem variaz Synodi definiunt ratam, atque hinc sumpta est

quadragesimo quadragesimo septimo, anno uno ante Synodum Berytensem. Labitur enim Onuphrius Panuinus, hancce Synodum & Ephesinum latrocinium adfirmans facta eodem anno. Et hinc de Iba Edeffeno Metropolita, & Andrea Samofatenfi Episcopo dixit ad Domnum Patriarcham, huic Synodo præsidentem Tatianus Diaconus, Athanasii accusator: *Habeo & Epistolas religiosissimorum Episcoporum, Domni Ibae, & Domni Andreae, quas miserunt evocati à tua Sanctitate, & occurrere non valentes.* Ibas, inquam, uti canonicus, integer, & à nemine huc usque culpatus Episcopus fuit invitatus ad hanc Synodum, adeoque facta ipsa fuit ante Synodum Berytensem, immò & ante factas illius apud Domnum Patriarcham accusationes. Factæ hæ fuerunt Hierapoli, quò Domnus Stephanum electum Metropolitanum consecraturus advenerat, at verò huic nostræ Antiochenæ Synodo Joannes adfuit, Stephani Antecessor. Hinc item colligitur ratio, ex qua Stephanus Sabianum mox consecravit in Episcopum Parrhensem. Ipsum in ejus consecratione ad dictæ Synodi Decretum mox exequendum Domnus Patriarcha obligarat.

CAPUT QUINTUM.

Exponuntur Acta latrocinii Ephesini.

AN hocce latrocinium habuerit dumtaxat Actionem unicam, an plures, res est incerta. Fuisse plures inuit in Synodo Chalcedonensi Theodorus apud Isauros Episcopus Claudiopolitanus: *Iustum est à Domino orbis terræ, ut Synodus de Flaviano prius iudicaret, ut Synodus in hoc ipsum facientes, &c.* Multæ istæ Synodi videntur non esse aliud, quam multæ synodales Actiones. Et Stephanus Ephesiorum Archi-Episcopus adfirmat quosdam Episcopos, non primo, sed altero prius die in Sancti Flaviani damnationem subscripsisse. Quare tunc factam oportuit secundam Actionem. At verò oppositum suadent verba Acacii Ariarathiensis in secunda Armenia Episcopi: *Usque ad vesperam tenuerunt nos.* Sancti Flaviani damnationem, postremum latrocinii actum, fuisse vespere post accensos cereos factum, infra liquet. Et hinc Chalcedonensis Synodus omnia & singula latrocinii gesta videtur discussisse unico die: Quod nempe illa in unico etiam essent peracta. Res est incerta. Claritatis ergo nos Acta longa in titulos distinguemus.



Latrocinii exordium.

Latrocinium factum fuit sexto idus Augusti, Consulatu Turcii Secundi Asterii, & Flavii Protogenis, Christi Domini quadragesimo quadragesimo nono, Sancti Leonis Pontificis decimo, Theodosii Imperatoris secundi quadragesimo secundo, Valentiniani tertii vigesimo quarto, secundo anno Dioscori Patriarchæ Alexandrini. Nec refert, quod Acta synodalia factum dicant tempore Zenonis & Posthumiani venerabilium Consulul: Etenim Græcus textus disertè habet, *Post Consulatum Zenonis & Posthumiani.* Factum fuit in Basilica Deiparæ Virginis, ubi convenerat & vera Synodus Ephesina.

Impurus Actorum Digestor mox in exordio prodidit suas ineptias, dicens primo loco sedisse Dioscorum Alexandriæ Patriarcham, secundo autem Julianum Coensem Episcopum, Leonis Papæ Vicarium ac Legatum. Cur item Sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum quinto loco post Domnum Antiochenum, & Juvenalem Hierosolymitanum locarit Dioscorus, supra in Dissertatione rationes adduxi. Etiam cur Domnum postponat Juvenali.

Ante omnia Dioscorus per Joannem Ecclesiæ Alexandriæ Presbyterum ac Notariorum Primitivum legi iussit Divales Theodosii Augusti ad Synodum tractorias litteras, *redditas unicuique Metropolitanano, seu Patriarchæ, mandantesque ut illi cum decem suæ dioceseos Metropolitanis & totidem Provincialibus Episcopis Ephesi adfuit Kalendis Augusti proximis, & à suo congressu excludant Theodoretum Cyri Episcopum, nisi cunctis totius Synodi Episcopis, nemine proteris refragante, placuisset admittendum.* Ex hac Divali usurpavit Dioscorus sibi Synodi præsidetiam; verum Julianus Coensis Episcopus, Sancti Papæ Leonis Vicarius ac Legatus, per Florentium Sardensem Episcopum, Lydiæ Metropolitanam, suum interpretem, constanter intercessit: *Eodem tenore à piissimis & Christianissimis Imperatoribus sanctissimus noster Papa Romanæ Ecclesiæ Præpositus Leo vocatus est.* Etenim, uti ad Synodum Chalcedonensem dixit Constantinus sacri Consistorii Secretarius, *eodem tenore scriptum fuerat & alius Episcopi Patriarchis, ut in Synodum convenirent.* Ex more: Eadem semper Tractoria scribi consuevit ad omnes Patriarchas. Juliani intercessionem lucidè exposuit per eundem interpretem Hilarus Romanæ Ecclesiæ Diaconus & Legatus: *Christianissimi Imperatores charitatem circa fidem catholicam & adfectum tenentes, beatissimum Episcopum nostrum Leonem, Apostolicæ Sedis Præsullem, ut huic venerabili & sancto Concilio adesset, dirigentes venerabiles Epistolas supplicarunt: Cujus Pietati placere potuit, si huius rei aliquod præcessisset exemplum. Nam melius vestra potest cognoscere Sanctitas, quia neque in Nicæna, neque in Ephesina sancta Synodo, neque in alio tali sancto Concilio Papa perpetuæ sanctissimæ Sedis adfuit. Pro qua re huius formæ sequens consuetudinem nos direxit.*

direxit. Qui sanctissimus non dubitans se in nobis hic adesse, quos præcipue cognoscit omnia, quæ ad fidei Catholicæ sinceritatem, & quæ ad Sancti Petri Apostoli pertinent reverentiam, agere, qui etiam per nos ad vestram Beatitudinem congruas sanctorum Patrum Concilio direxit Epistolas, quas suscipi & recenseri præcipite. Patriarchæ ad Synodum Legatos non esse ipsi Patriarchæ equiparandos, nec ejus loco & cæteris prærogativis donandos, ideoque Synodi Præsidetiam, Romano Episcopo per Canones debitam, ejus absentis Legatis non convenire, sed in sese esse devolutam adfirmabat Dioscorus, istoque furo violentè invasit. Hoc ejus phantasma Hilarus evertit, dicens Romani Pontificis personam usque huc nunquam prædidisse generalibus Synodis, sed ejus semper Legatos, Apostolicum de proposito quæstione suffragium & definitionem complectentibus litteris instructos, ipsos prædidisse, ac primos ejus vice fuisse suffragatos, adeoque & sibi & suis Collegis idem in hac Synodo jus omnino deberi. Et à sese allatas Sancti Leonis dogmaticas litteras, uti totius Synodi & omnium in ipsa suffragaturorum Episcoporum lumen & regulam, postulavit ante omnia legi.

Apostolica ista Epistola omnes in Eutychno atque Eusebiano Dioscori cerebro fabricatas machinas evertit. Erat enim dogmatica Sancti Leonis Papæ ad Sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum Epistola, Eutychetis errores, uti Apollinaris aut Manichæi furculum, condemnans, datas in ipsum anathematis & degradationis à Sancto Flaviano sententias confirmans, & laudatum Flavianum absolvens ab omnibus ejus appellationibus, libellis contestatoris, aliisque hæreticis nugamentis. Hinc Dioscorus nihil magis timuit, quam litteras istas Episcopis innotescere, & Synodo recitari. Omnino veraciter adversus illum dixit in Chalcedonensi Synodo Ætius Archi-Diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ: *Neque suscepta est Epistola, neque lecta. Dioscorus septies juravit coram omnibus eam facere recitari, & non est lecta. Et pejeravit, quia juravit.*

Apostolicas ad Synodum litteras palam refutare fuit apud omnem semper Ecclesiam gravius peccato ariolandi. Hinc arte & dolo fuit Dioscoro opus. Parere atque vetustam Synodorum regulam servatam se velle simulans ad Hilarum Diaconom postulata edixit: *Suscipiantur quæ scripta sunt ad hanc sanctam & universalem Synodum à sanctissimo fratre nostro & Coepiscopo Leone.* Sanctum Leonem, quem Patrem & Archi-Episcopum titulare debuerat, non sine dolo appellat Coepiscopum & Fratrem. Legendas nihilominus litteras Hilarus porrexit Joanni Presbytero Alexandrino & Primitivum Notariorum. Verum hic Episcopo suo Dioscoro colludebat, atque ita lectionem istam diversurus est verutè interlocutus: *Alie Divine litteræ redditæ sunt Sanctissimo Archi-Episcopo nostro Dioscoro, quæ præ manibus nostris sunt ad id quod placuerit Sanctitati Vestre.* Et Dioscoro etiam colludens Juvenalis Hierosolymæ Episcopus, grandem istic Patriarcham ostentans, sedereque præsumens ante Domnum Patriarcham

suum Antiochenum, reposuit: *Legantur, & inserantur fidei monimentorum.*

Divalis ista Epistola erat ad reverendissimum Archi-Mandritam, immò monachum longè hæreticissimum atque nequissimum Barsumam, Antiocheni Patriarchatus Episcopos Nestorianæ hæresis accusans pessimè, laudantque monachos Eutychnianos, qui monasticæ sanctitatis auctoritate abusi suis orthodoxis Episcopis communicare detestantur, rebellant contumaciter, & horrendis turbis omnem Orientem arietant. Barsumam uti hujus sacri belli ducem laudat Epistola, & addit: *Iustum esse auxilium tuam Sanctitatem, puritate vitæ & catholica fide probabilem, ad Ephesinam pergere civitatem, & locum tenentem omnium religiosissimorum Archi-Mandritarum Orientalium considerare sanctæ Synodo, & cum aliis sanctis Patriarchis & Episcopis quæ sunt Domino placita ordinare.* Hic est primus monachus, cui in generali Synodo datum est suffragium definitivum. Hæc ergo litteras legit Joannes Dioscori Presbyter, & mox reposuit Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus: *Hæc eadem & mihi scripta sunt de reverendissimo Presbytero & Archi-Mandrita Barsuma à piissimis Imperatoribus.* Undè rationabiliter interstit sanctæ Synodo. Ità infelix, & Apostolicorum Legatorum contemptrix Pseudo-Synodus profanum monachum ad iudicis sedem, solis Episcopis debitam, admittit.

Exindè Dioscoro rogati, num quæ Augusti Principis ad Synodum mandata haberent, Elpidius sacri Consistorii Comes, & Eulogius Tribunus ac Notarius Prætorianus dixere Nestorium fuisse, non Dei, sed diaboli sacerdotem, ac ministrum, iustissimè damnatum ab omni Ecclesia; Principis adversus impia ejus dogmata zelum laudarunt, adiditque Elpidius: *Qualia sint, quæ piissimus Imperator & vobis mandavit, & vobis scribere dignatus est, illic faciam manifesta, tantum ante dicturus quantum unus ex his constitutus, qui sub vobis pietate rectè imbuti sunt. Hodie enim cunctorum Dominus & Deus Verbum Salvator vobis se ad iudicandum tradidit, & patitur iudicantes, & honorat potestate decernendi, ut inveniens vos de se iusta iudicantes & hic honorificet, & coram Patre rursum confiteatur.* Egregie prædicat generalis Synodi dignitatem. Et quæ esse possit hominibus Episcopis major dignitas, quam ipsius Divinæ Majestatis esse iudices, & de tremendis Divini Consistorii mysteriis cognoscere & iudicare? Nempe in generali Synodo non soli homines Episcopi sunt, sed & sanctus Dei-Episcopi Domini Nostri Jesu Christi Spiritus adest, inducens illos in omnem veritatem. At in Comitibus Elpidii verbis dolosus anguis latuit: Veræ Synodi dignitates latrocinio adscripsit.

Hinc de Synodi licentia idem Comes legit sacram Divalem sibi ac Eulogio Notario inscriptam, habentem capita varia. Primò, mandat motæ quæstionis iudicium fieri *his, qui pridem Eutychetis religiosissimi Archi-Mandritæ iudices exstiterunt, presentibus quidem & tacentibus, nullum tamen iudicantium habentibus locum, sed communem omnium aliorum sanctorum Patrum sententiam expectantibus, quoniam ea, quæ dudum ab ipsis iudica-*

suus, nunc retractantur. Etenim per appellationem prior iudex demutatur in accusatorem, utque ita non dumtaxat Sanctum Flavianum, sed & qui huius sententias confirmarat, & a quo ad generalem Synodum Eutycheus impudentissimè etiam appellarat, Sanctum Leonem Pontificem exclusit è tribunali iudicis, atque ita in Præsidis throno Dioscorum firmavit miserabilis Augustus Theodosius, aut potius sub ejus nomine Chrysa-phius Eunuchus. Quis enim Christianus nesciat Romanum Episcopum nulla appellatione à suprema iudicis sede posse suspendi? Secundò, eadem Divalis mandat motas de fide quæstiones tractari ante omnia & plenè definiti; quævis alias, etiam pecuniarias, antea ne quidem moveri. Tertio, spectabilibus viris Elpidio & Eulogio dat Principis in Synodo vices ad accelerandum rebus finem, impediendas turbas, inquietos Episcopos coercedendos etiam per custodiam, synodales constitutiones mandandas executioni, & Principi referendas. Quarto, Proclo Afiæ Proconsuli jubet, ut Elpidium & Eulogium adjuvet, & omni sua apparitura illis assistat.

Lecta hic item fuit sacra Divalis ad Synodum Epistola, ab impuro synodali Actorum Digestore redacta in hoc compendium: *Sacra litteræ de sanctæ memoriæ Flaviano, utpotè innovante aliqua de fide contra Eutychem.* Ea, inquam, Epistola Sanctum Flavianum ac ejus Synodum de inquietato Eutyche, turbata per novas quæstiones Ecclesiæ, & frequenti Augustarum admonitionum contemptu arguit, trahit in suspicionem erroris Nestoriani, ideòque necessariam dicit generalem Synodum, iudicaturam ex solo Nicæno Symbolo, prout confirmato per Synodum Ephesinam. Constantinopolitanum quippe Symbolum varia adversum Apollinari erroris, Eutycheianæ blasphemiam fratres germanos & fontes, additamenta habet; ea Eutycheus pessimè oderat, ideòque ex solo Nicæno, sub cuius syllabis facilis latere possit dolosus lupus, Symbolo Chrysa-phius Eunuchus iusserat iudicari.

Exponitur Symboli Constantinopolitani damnatio, palmare latrocinii fundamentum.

AD lectas hæc Epistolas interlocutus est Thalassius Cæsarensis in prima Cappadocia Archi-Episcopus, Primas totius Ponticæ dioceseos: *Pissimus & Christianissimus Imperator desiderans fidem, quæ hætenus est, inconcussum manere, præcepit nihil aliud dicere, neque agere in sancta Synodo, nisi prius de fide statuatur. Undè omnia vacent, quæ sunt autem de fide provenientes.* Cur primus ad hanc Synodum Dioscorus, secundus Juvenalis, tertius sit locutus Thalassius, aperuit ipse in Synodo Chalcedonenfi Dioscorus, alloquens gloriosissimos Iudices: *Comperit vestra celerentia, quia non mihi soli sacratissimus noster*

Imperator commisit iudicium, sed & beatissimo Juvenali, & sanctissimo Episcopo Thalassio auctoritatem Synodi dedit. Dioscorus Sancti Flaviani, Juvenalis Domni Patriarchæ Antiocheni adversarius, Thalassius erat homo neophytus, ex palatio contra Canones in Episcopalem cathedram immisus, ideòque Chrysa-phius Eunuchus suis pro Eutyche adversus Deum & Sanctum Flavianum cogitationibus exequendis aptos iudicavit. Dominum & Sanctum Flavianum ob nuptera de tertio Constantinopolitano Canone servando pacta etiam Thalassius oderat: Oderat ubi Episcopis Constantinopolitanis invadi & subjugari dice-rem suam Ponticam, imitatus antecessorem suum Helladium, qui qualiter Sanctum Joannem Chryso-stomum in exiliis itinere tractavit ex eodem zelo, discere potes ex huius litteris ad Olympiadem Diaconissam. Hinc eundem Thalassium à Theodosio Augusto Eutyche impetrat in iudicem, coram quo Sancti Flaviani Synodus de falsi crimine discuteretur. Etiam in vigesimum octavum Chalcedonensem Canonem consentire Thalassius dudum noluit, solasque per primas Synodi istius Actiones detulit in Cappadociam. Ex quibus liquet fuisse virum propositi tenacem.

Ejus interlocutio erat æqua, ideòque ipsam adjuvit Julianus Coensis Episcopus, Sancti Leonis Papæ Vicarius ac Legatus, dicens per Florentium Sardanensem Episcopum, suum interpretem: *Neque enim aliud præceptum est.* Hic est ille Julianus, & Græci & Latini sermonis adeo peritus, ut ad Marcianum Augustum scriperit de illo laudatus Pontifex: *Quia quorundam hereticorum versuta nequitia, ad conturbandam aliorum simplicitatem, Epistolam meam, quam ad beatæ memoriæ Flavianum dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam litteris vel syllabis receptorem me Nestoriani erroris assereret, obsecro venerabilem Clementiam vestram, ut eandem Epistolam per fratrem meum Julianum Episcopum in Græcum sermonem jubetis integrè diligenterque transferri.* Cur igitur ille Julianus ad hanc Synodum est græcè per interpretem locutus? Propter maiestatem Romanæ Ecclesiæ, Legatos suos in generalibus Synodis permittentis uti solo sermone Latino. Porro Julianus & Hilarus Diaconus, licet præsidentiæ throno exclusi, manserunt Ephesi: *Ut viderent finem.*

Thalassii interlocutionem etiam Comes Elpidius confirmavit: *Quoniam fundamentum fidei est hæc fides, pro qua & congregati estis, dignemini quæ de fide sunt determinare, quatenus secundo in loco secundum ordinem temporum legantur ea, quæ in Regia urbe adversus reverendissimum Eutychem Archi-Mandritam acta sunt.* Verùm Dioscorus intercessit, dicens Eutycheis causam esse appellatam, ideòque ante omnia primum, à quo appellatum, Flaviani de illo iudicium audiendum, atque retractandum, si consonet statutis à sanctis Patribus, utique Nicænis & Ephesinis. Et adiunxit: *Aut vultis fidem sanctorum Patrum innovare? Ei iterum; Etsi Nicæna & Ephesina duæ dicantur Synodi, tamen ad unam pertinent fidem. Si quis præter ea, quæ acta sunt, aut præter ea, quæ*

plæuerunt Patribus; qui in Nicæa convenerunt, & qui hic Ephesi congregati sunt, aut inquirat, aut discutat, aut retractat, anathema sit. Si sanctus Spiritus confedit cum Patribus, sicut & manifestè confedit, & ordinavit quæ ordinata sunt, qui retractat ea, Spiritus cassat gratiam. Ita versatilis Ægyptius Eutycheianæ blasphemiam eversum Symbolum Constantinopolitanum dolosè anathematizavit, paravitque securam viam ad omnem Synodum in resuscitatas Apollinari impietates circumscribendam. Et omnino circumscripsit. Etenim circumscripta exclamavit: *Si quis innovat, anathema sit. Si quis discutit, anathema sit. Sanctorum Patrum fidem servemus. Plenè omnia stauerunt Nicæni Patres. Anathema prævaricanti ea. Nemo addat, nemo minuat. Omnes hæc dicimus. Anathema sit qui retractat. Ejectur retractans.* Magnus fidei custos Dioscorus Archi-Episcopus. Custos Regularum. Per te vivunt Patres. Custos fidei. Ita simplices nimium Episcopi orthodoxa Symboli Constantinopolitani ad Nicænum additamenta ignoranter anathematizarunt.

Exponitur restitutio Eutycheis.

PERRExit ad Synodi Præsidentem Dioscorum Comes Elpidius: *Patefactum est quod vobis visum est de sancta fide, cunctorum vocibus consentientibus, & laudantibus vestrum, qui præsidetis, Decretum. Jubete religiosissimum Archi-Mandritam Eutychem, super quo iudicata sunt quæ iudicata sunt, & qui est materia totius actionis, adesse, & quæ ei visa fuerunt docere vestram Religiositatem.* Totius Synodi materia erat reverè solus Eutyche: Materia indigna. Quis enim ferat ob frivolam & fictam unius monachi appellationem indici generalem Synodum, Romanam Ecclesiam uti ream vocari in iudicium, turbari omnes sub cælo Ecclesias, & omne Romanum imperium horrendis facinoribus arietari? Hæcæ tragædiæ debemus unico simplici Theodosii Eunucho. Porro per Juvenalis Episcopi Hierosolymitani interlocutionem intromissus, & à Thalassio Cæsarensi ad constantiam animatus Eutyche dixit ad Synodum: *Ego commendavi meipsum Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & verbo veritatis vestræ iustitiæ, & testes vos habeo meæ fidei, pro qua & laboravi cum sancta Synodo, quæ ante vos hic congregata est, sicut & vestra Sanctitas est testis.* Et reverè adversus Nestorium pro orthodoxa fide & Ephesina Synodo Eutyche cum aliis Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archi-Mandritis strenuè laboravit. Verùm enim verò suas ad Synodum apologias à propriis laudibus incipere est manifestum menti agræ & extremæ vanitatis indicium, à Sancto Basilio Magno & ejus fratre Sancto Gregorio Nysseno Episcopo graviter in Euno-mio damnatum.

Suz etiam fidei libellum Synodo Eutyche exhibuit, ejusdem vitii plenum, lectusque is per Joannem Ecclesiam Alexandrinæ Presbyterum ac Notariorum Primicerium, habens varia capita. Primò, adseverat in ipso delirus senex om-
Christ. Lupi Oper. Tom.II.

nia adversus se per Sancti Flaviani Synodum gesta fuisse commissa in rectam fidem. Deinde, gloriatur se à pueritia usque ad præsens senium citra omne negotium vixisse in monastico Philosophiæ silentio, sed ista beata quiete frui non permissum, utpotè pessimis insidiantium periculis circumdatum, quoniam recedere noluerit à Nicæno Symbolo, prout exposito per Synodum Ephesinam. Tertio, queritur sibi factas varias perfectiones. Quarto, profiteatur Nicænum Symbolum, & adjungit: *Sic ab initio à progenitoribus meis accipiens credidi & credo, in hac autem fide & genitus sum, & statim consecratus sum Deo, & suscepit me ipse misericordia. Et in hac fide baptizatus, & signatus, suo confirmatus sum, & usque hodie vixi, & in ea opto mori.* Quintò, professus est soli se Nicæno Symbolo inhærere, & ab omnibus inhærendum: *Quoniam sanctus Pater noster Cyrillus in Ephesina prima Synodo definitionem protulit, eum qui præter istud addiderit aliquid vel minuerit, aut docuerit, damnationibus, quæ hic scriptæ sunt, subjacere.* Decreti istius exemplar Eutyche dixit sibi ab ipso Sancto Cyrillo transmissum. Et hæc est causa, ex qua semper clamavit se adhærere soli Nicæno Symbolo, prout exposito per Synodum Ephesinam. Est & alia: Per Ephesinam Synodum intellexit Sancti Cyrilli Capitula, quorum tertium adfirmat inter Domini naturas factam esse, non unionem naturalem, sed unitatem. Existimavit stabiliiri Apollinarianum, à quo non unionem, sed identificationem somnari inter Domini naturas, adfirmat in libro de Domini Incarnatione Sanctus Athanasius. Sextò, libellus profiteatur omnes sanctos Ecclesiæ Patres, anathematizans Manichæum, Valentium, ipsum Apollinarium: omnes hæreticos usque ad Simonem Magum, & eos qui gariunt Domini nostri Jesu Christi carnem de cælo descendisse. De hac enim præsertim hæresi fuerat Eutyche diffamatus. Septimò, Eusebium Doryleensem & Sancti Flaviani Synodum accusavit in multis. Primò, quod Eutycheis per Eusebium accusatio facta fuerit apud Sanctum Flavianum & diversos Episcopos, qui tunc pro privatis causis in urbe degebant Regia. Eiusmodi Episcopos dixit non esse Synodum, adeòque de momentosis quæstionibus, hæresi præsertim, non potuisse iudicare. Secundò, quod Eutychem Eusebius quidem accusavit de hæresi, sed nullam ejus expresserit speciem, ideòque vaga, prævaricatoria, & irrita sit talis accusatio. Tertio, quod Flavianus cum accusatore Eusebio adduam pendente lite familiaritatem foverit, & palàm colluserit. Quarto, quod Flavianus ipsum, ex monastici silentii amore sperans non egressurum suo monasterio, paravit damnare in contumaciam, & ipso inaudito sententiam formavit: *Liquere id ex testimonio Magni Silentiarii.* Quintò, quod ipse Nicænam fidem, prout ab Ephesina Synodo confirmatam, & verbo & scripto fuerit profiteri paratus, Flavianus autem exegerit nescio quæ additamenta, Ephesino Canonis palàm adversa, atque ita damnatus fuerit propter observantiam laudatæ Synodi Ephesinæ. Sextò, quod Flaviani Synodus per tumultus & clamores egerit omnia: *Quod ejus canos, & pro orthodoxa fi-*

de pugnas & triumphos non reveritus Flavianus, quasi potestatem habens, solus cuncta egerit, spretoque ejus ad hanc sanctam Synodum appellationem. Septimo, quod ipsum uti damnatum Manichæum preparata multitudinē tradiderit, circumducendum publico ludibrio & scandalo Regiæ civitatis. Octavo, quod ejus damnationem per omnes etiam extra Constantinopolitanum Patriarchatum Ecclesias & monasteria miserit idem Flavianus, jubens subscribi ab omnibus: Quæ forma nec contra apertos hæreticos solet usurpari. Nonò, quod Acta synodalia fuerint falsata, nominatimque ejus ad sanctam hanc Synodum appellatio suppressa. Decimo, supplicavit auferri hocce Ecclesiarum scandalum, sese solvi à Flaviani calumnias & manifesta perfectione, fidem Nicænam, prout ab Ephesina Synodo firmatam, rursùm stabiliri, & innovari Ephesinum Canonem de non faciendis ad Symbolum Nicænum additamentis.

Ad libellum hunc stupere Episcopi plures. Damnari palam ab illo Nicæni Symboli per Constantinopolitanam Synodum facta additamenta advertit & stupit Diogenes Cyzicenus Episcopus, Hellepontici Metropolita, ac intercessit: *Dolosè proposuit Synodum sanctorum Patrum, quæ in Nicæa facta est. Accepit namque additamenta à sanctis Patribus propter perversum intellectum Apollinaris, & Valentini, & Macedonii, & qui eis sunt similes. Hæc prætermisit Eutyches sicut Apollinarista.* Qualiter adversum verba, quibus Domini carnem de cælo non venisse profitebatur Eutyches, idem cum Eusebio Ancyrano & Zozone Philippeniensi Metropolita Diogenes intercesserit, edixit postmodum ipse ad gloriosissimos iudices in Synodo Chalcedonensi: *Per Potestatem vestram, rogavimus eum, dicentes: Domine Eutyches, unde ergo? Dic. Et non concessit.* Et Basilii Seleuciensis Episcopus, Metropolita Isaurorum: *Rogavimus eum tunc, sicut memorat Dominus Eusebius, & Zozone Philippenis, ut diceret modum incarnationis & humane assumptionis, si secundum assumptionem carnis scit Deum Verbum factum hominem. Et jusserunt non investigatum dimitti illud, & non susceperunt prosecutionem nostram. Nempè erroris sui fundum detegere nunquam volunt Hæretici: Quoniam, uti rectè Sanctus Hieronymus, detexisse est convicisse. Et ob Dioscori violentias terri Episcopi prosecutionem suam urgere non sunt ausi.*

Unicus, videns in caput suum dirigi omnia, perrexit Sanctus Flavianus: *Eutyches accusatorem habuit Eusebium; jubete eum adesse.* At Comes Elpidius intercessit: *Sanctissimus Imperator, implens ipse primam ordinem legum, quarum est & inventor & custos, præcepit eos, qui dudum iudices fuerunt, in loco eorum esse qui judicandi sunt, neque habere tempus docendi, quoad ejus licentiam vos dederitis. Ad ea ergo, quæ nunc à religiosissimo Archiepiscopo Flaviano dicta sunt, & hoc doceo, quia accusator suam accusationem implevit, & ut arbitratus est, vicit, & iudex accusatoris causam jam in semetipsum transfudit, sicut & in publicis sententiis custodiatur. Nunc igitur vos convenistis, ut eos, qui judicaverant, judicetis, non ut iterum accusatoris personam suscipiat, & perturbationis rursus*

initium alterum fiat. Jubete ergo, si placet, secundum ordinem reliqua omnia, quæ in causa acta sunt, relegi ad id, quod vobis visum fuerit. Accusatorem ab appellationis judicio nulla lex, nullus Canon excludit; ast Eusebii pro fide orthodoxa impetum metuebat Eutyches, ideoque sacra justificatione impetravit illum à Synodo per Chrysofium Eunuchum excludi.

Elpidii igitur interlocutione fultus Dioscorus legi jussit Sancti Flaviani, in qua damnatus Eutyches, Synodum, omnemque Episcopi adfensere. Ad verò eundem adfensum rogatus Julianus Coensis Episcopus, Sancti Leonis Papæ Vicarius ac legatus, reddidit ac intercessit: *Hæc ratione volumus Gestis relegi, ut prius Papæ legatur Epistola. Et Hilarus ejusdem Pontificis Diocletiani ac Legatus: Quoniam sanctissimus Episcopus Romanæ Ecclesie, relictis sibi istis monumentis, quorum nunc queritis lectionem, transmisit Epistolam, quam scripsit, eam legi jubete.* Hæc namque Epistola Eutychetis damnationem, & istam omnem Synodum amplissimè confirmabat.

Hæsit ad hæc quasi inter incudem & malleum Dioscorus, Apostolicam, quæ dogmaticas Romani Episcopi litteras esse jubet generalis Synodi saltem & lumen, regulam non ausus palam prævaricari. Hinc igitur impudens Hæresiarcha Eutyches est locutus: *Directi religiosissimi viri à sanctissimo Leone, Archiepiscopo Romanæ Ecclesie, in sanctam vestram Synodum, suspecti mihi facti sunt. Manserunt enim apud religiosissimum Episcopum Flavianum, & præsi sunt apud eum, & munerati sunt, & omne obsequium eis præbuit. Postulo ergo sanctitatem vestram, si quis ab eis iniuste factum fuerit contra me, id præjudicium mihi non generare.* Et hæc est altera causa, ex qua Dioscorus Legatos Apostolicos non permisit præsidere. Ex composito agebantur omnia, ideoque Dioscorus est rursùm interlocutus: *Consequens & rationale est, primitus quæ in hoc negotio acta sunt relegi, & ita Epistolam sanctissimi Episcopi Romani. Undè, secundum quod placuit sancto Concilio, Acta percurrantur.* Ea legit Joannes Alexandriae Presbyter, ac Primicerius Notariorum.

Accusatoris Eusebii Sancto Flaviano ac ejus Synodo exhibitus contra Eutychetem libellus proficitur Nicænum Symbolum, prout confirmatum à Sancto Cyrillo & Synodo Ephesina. Istant Eutychetis phrasin, ne tamquam laudati Symboli alterator ab illo traduceretur, duxit Eusebius inferendam. Et ad eam sibi lectam exclamavit seducta hæc Synodus: *Semper memoria Cyrilli. Cyrillo æterna memoria. Si quis retrahat, anathema sit. Si quis ista inquirat, anathema sit. Maledictus qui addit, maledictus qui auferit, maledictus qui innovat.* Exclamavit pro Ephesino adversum Symboli additamenta Canone, ab illo dicit damnari additamenta Constantinopolitana, Nicæni Symboli sensum non posse inquiri curiosius, fistendum in Capitulis Sancti Cyrilli, & hæc omnia ab ipso etiam accusatore Eusebio confirmari. Ita in Sanctum Flavianum, quasi qui ab Eutychete exegisset additamenta, Dioscorus lethalem ictum parabat. At intercessit Julianus Coensis Episcopus, Romanus Legatus: *Apostolica Sedes sic sapit. Quam intercessionem probavit postmodum*

dum Synodus Chalcedonensis: *Et hæc universalis Synodus sic sapit.* Etenim non de seductæ exclamationis, sed de Episcopi Eusebii sensu, palam orthodoxo, locus fuit Julianus.

In Synodo sua Sanctus Flavianus legi inter cætera jufferat Sancti Cyrilli ad Joannem Antiochiæ Patriarcham & ejus Synodum litteras, Orientalis & Ægyptiæ dioceses pacificatorias, duas in Christo Domino plenas ac perfectas naturas, ipsarumque causa eundem Dominum & Deo Patri & homini matri integrè consubstantialem profitentes. Nullo testimonio Eutyches efficacius confutabatur. Hinc ad lectas in præsentī latrocinio eisdem litteras interlocutus est Eustatius Berytensis Episcopus, ajens Sancti Cyrilli Scripta fuisse à variis malè intellectæ & detorta in sensus pravos, illum ad eadem adversum calumnias interpretanda compulsam, & fecisse istud præsertim in litteris ad Acacium Melitensem, Valerianum Iconiensem, ac Successum Dio-Cæsareensem in Isauria Episcopum, ubi disertè hæc habet verba: *Non oportet duas intelligere naturas, sed unam naturam Dei Verbi incarnatam. Quin & istud Sancti Athanasii testimonio confirmavit. Hæc Epistolæ uni ad Joannem Antiochenum Epistolæ, utpote posteriores & acriori indagine scriptas, præferendas censuit Eustatius, ideoque Eutyches ad duas in Domino naturas profitendas fuisse iniquè à Sancto Flaviano compulsam. Quod suum devium judicium defendere perrexit etiam in Synodo Chalcedonensi. Etenim librum gestans, ac in medium transiens dixit: Si malè dixi, ecce codex, Liber Cyrilli anathematizetur, & anathematizer. Epistola sanctæ memoriæ Cyrilli sic habet. Memoriter recitavit tenorem Epistolæ habentis verba jam adducta, & perrexit: Qui dicit unam naturam ad negationem carnis Christi, quæ & consubstantialis est nobis, anathema sit; & qui dicit duas naturas ad divisionem Filii Dei, anathema sit. Professus est eadem se sentire, ac semper sentisse, quæ Sanctus Flavianus. Et certè hæc propositio, Christus Dominus est una natura Dei Verbi incarnata, licet æquivoca atque versatilis sit, & per Apollinaristas atque Eutychianistas detorta in pravum sensum, habet & sensum rectum, germanè orthodoxa. Non quod ipsam asseruerit, sed quod hanc, Christus Dominus habet duas naturas, negavit, deliquit gravissimè Eustatius Berytensis.*

Sancti Cyrilli, duarum in Domino naturarum prædicatrices, adversus Nestorium litteras, in Sancti Flaviani Synodo lectas, quisque præsens Episcopus sui suffragii elogio confirmavit. Basilii Metropolita Seleuciensis: *Adoramus unum Dominum Jesum Christum in duabus naturis agnoscendum.* De quo suo suffragio dixit idem ipse ad Synodum Chalcedonensem: *Dùm in Ephesino latrocinio legerentur Gestis, quæ in Eutychen acta sunt, mea interlocutio lecta est, & in medio prolata, quam feci sequens Patres, qui in Epheso primitus convenierunt, laudans Epistolam beatissimi Cyrilli, illius beatæ Synodi Præsidis per quam insanum Nestorium arguit, malè interpretantem trecentorum decem & octo Patrum fidem. Habebat autem interlocutio mea, sicut & hallenus habet: ADORO UNUM DOMINUM NOSRTUM JESUM CHRISTUM, POST INCARNATIONEM IN*

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

DUABUS NATURIS COGNITUM. Et infra. Quod dicebam, In duabus naturis cognoscendum post adunationem, Deitate perfecta & humanitate perfecta. Namque unam habebat ex Patre ante sæcula, alteram ex matre secundum carnem suscipiens, idem ipse unum sibi secundum substantiam, & Filius Dei vocatus est Filius hominis. Hæc lecta interlocutione, unus quidam nescio quis, etenim caligo causarum & anime oculos confundebat & corporis, projecit seipsum in medium, & dicere cepit, Quia hæc vox Ecclesiam conturbavit. Utique vox SECUNDUM HYPOSTASIN. Et surrexerunt postmodum omnes Ægyptii, & monachi qui sequebantur Barsumam, & omnis turba, & ceperunt dicere: Eum, qui dicit duas naturas, in duo incidite. Qui dicit duas naturas, Nestorianus est. Voces, Unio secundum hypostasim, ad Nestorianam Dominicæ incarnationis divisionem plenè excludendam invenerat Sanctus Cyrillus: Ea non contenti Eutychiani voluerunt adungi hanc Una Dei Verbi natura. Undè & adversus istam Basilii interlocutionem fuerunt etiam in Chalcedonensi Synodo durissimè altercati.

Sanctus Seleucus Metropolita Amasenus fuerat Constantinopoli ita interlocutus: *Credimus & nos unum Dominum Jesum Christum in duabus naturis post incarnationem prædicari. Ad quæ sibi lecta vociferatum est latrocinium. Nemo duo dicit Dominum post unionem. Non erat Amasæus Episcopus, non erat Amasæus; Sinopsis est. Expo nit Svidas scurrilem sarcasum: Sinope urbs & meretrix, quæ vetula facta, Abydos, quod fundo caret, opinor, dicta est. Undè, Σπορτικὸς, turpiter facere, à moribus illius muliercule. Erat, famosa Æginesium meretrix, nota etiam apud Athenensium, noxios & morbidos habens oculos. Hinc sinopiffare est lascivire, ineptire, ac indæceturie. Sarcasum Episcopo ab Episcopis dicti indignus. Perrexit Dioscorus: Tæete modicum, audiamus alias blasphemias. Quid culpamus Nestorium solum? Multi sunt Nestorii. Hoc est, ulterior synodalium ius Flaviano Actorum lectio pandet omnem istam Synodum fuisse Nestorianam. Natram cum hypostasi confundebat Dioscorus, ideoque à cunctis duarum in Domino, naturarum adfertoribus putavit solvi Jesum, inducique duos Dei filios, duas hypostasies, duas personas. Ejus Presbyter ac Notariorum Primicerius Joannes est hinc interlocutus: *Ex his, quæ lecta sunt, illud annotamus, quia alteram fidem præter eam, quæ in Nicæa exposita, & hic Ephesii prius confirmata est, exposuerunt qui ista dixerunt. Hoc est, Flaviani Synodus non fidem Nicænam secuta est, sed Synodi Constantinopolitanæ per Ephesinam damnata additamenta. Addidit Olympius Evazorum Episcopus: Si initium fides habet ex Gestis, qui dederunt initium, sunt anathema. Additamenta ista autem esse nova, ideoque anathematizanda.**

Æthericus Smyrnenis Episcopus Sancti Flaviani Synodo subscripsit in hunc modum: *Judicans subscripsi & defini. Si quis aliud sapit de fide præter ea, quæ in Nicæa ab omni sancta Synodo definita sunt, anathema sit. Hoc in latrocinio postmodum aperuit causam: Subito ut ingressus sum Constantinopolim, accedebant ad me auditores, du-*

G g 2

centes

venies hunc ipsum monachum cum ipse, qui dixit: Domine subscribe. Dico & ego: Sine interim videamus, si quæ audimus de eo, certa sunt. Postea dicit: Expone, Ego vero dixi: Exponere non possum. Verè quidem scio, sed non possum dicere. Tamen dico, si quis non credit sicut trecenti decem & octo, & qui in Epheso, anathema sit & hic & in futuro seculo. Est locus mendosus. Neque enim ab Eutyche in Synodum, sed à Synodo in Eutychem subscribere rogatus fuit Æthericus, & quoniam de causa plenè instructus non erat, non definitè in monachi damnationem subscripsit, sed sub conditione: *Si sentiat diversum à Symbolo Nicæno.* Synodalia Sancti Flaviani Acta addebant ipsum ad lectas duarum naturarum prædicatrices Sancti Cyrilli litteras fuisse etiam hæc interlocutum: *Sicut præsentés Patres consenserunt, & ego consensio & concordo, & ante, & nunc, & post hæc, & in futuro seculo.* Erat vir vertumnus, atque ita de istis suis verbis dixit ad latrocinium: *Ego ista non dixi.* Et frequenter à Dioscoro rogatus, *Non ea dixisti*, perstitit: *Non.* Hinc Dioscorus Sanctum Flavianum & ejus Synodum de falsi crimine & fabricato in Eutychem judicio inculpavit.

Ast Æthericus mentiebatur. Hinc illi, mendacium palliare perseveranti, coram plena Chalcedonensi Synodo in faciem dixit Thalassius Primas Cæsarensis: *Hæc, quæ scripta sunt, dixisti sine ulla necessitate, quid vis ea modo destruere? Et ad eandem Synodum Dioscorus: Calumniatus nihil patitur? Si ego essem deprehensus, non patierbar? Expostulat ut Synodus non minùs in mendacii convictum Æthericum, quam in suos excessus iusta sit & rigorosa. At in caput suum. Addidit namque Æthericus: Prius quidem consensisti, & subscripsisti tantum; abii Ephesum ad latrociniale conventum, statim adhefit mihi Dioscorus, & dixit: Quare subscripsisti contra Eutychem? Dioscorus ergo itius mendacii erat pater & auctor.*

Acta legere perrexit Joannes Notariorum Primicerius usque ad Actionem septimam, habentem hæc Eusebii Dorylaensis Episcopi ab Eutyche interrogata: *Confiteris duas naturas, Domine Archi-Mandrita, post incarnationem, & consubstantialem nobis esse Christum dicit secundum carnem, an non? Ad quæ latrocinium exclamavit: Tolle, incende Eusebium. Iste virus ardeat. Iste in duo fiat. Sicut partitus est, partiatur. Et latronum Princeps Dioscorus: Tolerabilis vobis est iste sermo, post inhumanationem duas naturas dicere? Et omnis latronum grex: *Anathema ei, qui dicit.* Et rursùm Princeps: *Quoniam & voces vestras necessarias habeo & manus, si quis non potest clamare, manum extendat.* Causam in Synodo Chalcedonensi postmodum aperuerunt Episcopi Orientales: *Nullus ista dixit. Ista soli Ægyptii Episcopi, Eutychiana lepra cum suo Patriarcha infecti, dixerunt.* Multi Episcopi Catholici fuere in latrocinio: Hos Eutychianis blasphemias acclamare nolentes ad manus saltem extensionem compulsi tyrannus Ægyptius, quò postea adversus latrocinium non possent reclamare.*

Exinde ventum est ad synodale Eutychetis examen, quo fidem suam non scripto exhibere

justus fuit, sed viva voce profiteri, aut sanè recitare ex charta. Quæ cum legerentur, Joannes Ephæsi in Ægypto Episcopus est interlocutus: *Quando absuit, & in Concilium venire minime sperabatur Eutyches, omnis ei quasi promitti clementia videbatur; quando verò advenit, in omnem tractationem inhumanitatis adducitur.* Sancti Flaviani Synodum latrones isti sunt omni ex parte conati decolorare. Hæreticos omni charitate & mansuetudine tractandos ab Ecclesia, & cæcæ iniquitatis, in ipsorum corde grassantis, glaciem commiserante fraternæ & luminosæ charitatis flamma solvendam docet frequenter Sanctus Augustinus: Et ita à Sancto Flaviano tractatum Eutychem liquet ex Actis synodalibus.

Lecta tandem fuit hæc Eutyches fides: *Confiteor factam Dei Verbi in carne præsentiam ex carne sanctæ Virginis, & inhumanatum eum perfectè propter nostram salutem.* Ad quæ Dioscorus exultavit: *Admittimus hanc vocem.* Et ejus Congerones: *Hæc fides Patrum.* Et rursùm ille: *Quoniam dicit Religiositas vestra, HÆC FIDES PATRUM, Quæ fides? Quam quis exposuit? Et isti: Eutyches. Nam Eusebius impius est.* Et ad has Eutychetis blasphemias, Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post adunationem verò unam naturam confiteor, iterum Dioscorus: *Consentimus hic & nos omnes.* Et latrocinium: *Consentimus.*

Basilium Isaurorum Metropolita contumacem monachum adgressus in Sancti Flaviani Synodo fuerat his verbis, *Si non duas naturas post adunationem dixeris, confusionem & commixtionem dicit.* Erant voces insigniter orthodoxæ. Verùm ille latronum Principem metuens cantavit palinodiam, & Christo Domino, & Sancto Flaviano calumniosam, mentitus: *Hanc vocem, quam dicunt me dixisse, ego non dixi his verbis, neque scio ista me dixisse.* Dicente autem monacho, EX DUABUS NATURIS DICO DOMINUM JESUM CHRISTUM, POST ADUNATIONEM VERO UNAM NATURAM, & non addente, INCARNATAM, scio hæc me dixisse: *Si dixeris, EX DUABUS NATURIS, POST ADUNATIONEM VERO UNAM, & non addideris, INCARNATAM, putaberis confusionem dicere & commixtionem; si autem addideris, INCARNATAM, eadem cum Patribus nostris dicit: Quia manifestè secundam expositionem Patrum aliud quidem est Divinitas ejus, & aliud caro ejus.* Et Juvenali Hierosolymæ Episcopo roganti, *Hæc ergo vox adulterata est, in mendacio persistens reposuit: Non sum memor, neque scio dixisse.* Mendacii causam edixit postmodum ad Synodum Chalcedonensem: *Recitata est vox mea post impiam & perversam Eutychetis vocem. Interrogatus namque Eutyches à reverendissimo Eusebio, DICIS DUAS NATURAS IN CHRISTO, dixit: Ex duabus quidem naturis scire Christum ante adunationem, post adunationem verò unam. Ego verò tunc, sicut nunc, intuens monumenta, recordatus sum, & dixi: Si non post adunationem inseparatas & inconfusas duas naturas dixeris, confusionem dicit & commixtionem: Lecta autem ad latrocinium hac voce, tantus ab illis factus est plausus, ut omnium nostrorum commoveren-*

tur animæ, qui judicabamur, & qui iussi sumus Synodi expectare sententiam. Caligine repletus dixi: Quia ego non recordor his verbis ista dixisse. Scio quidem dixisse, QUOD SI UNAM NATURAM DICAS ABSOLUTE POST ADUNATIONEM, CONFUSIONEM DICIS ET COMMIXTIONEM, si verò addideris, INCARNATAM, & intellexeris juxta Beatum Cyrillum, eadem nobiscum dicit. Manifestum enim, quia aliud est Divinitas ejus, aliud humanitas: Et qui prius reprehenderunt, postea approbaverunt me ista dixisse. Et Dioscoro ipsum, uti & Æthericum Smyrnensem, ad mendacii & prævaricationis pœnas postulanti reposuit: *Si apud Paganos judices habuisses, martyrium sustinuisses. Etenim apud Constantinopolim offendi fiduciam meam. A Patre autem, seu à superiori Episcopo, qui judicatur, seu ad iniqua cogitur, justis non utitur, seu vix postit recalcitrare Filius enim Patri etiam justa dicens moriatur. Hæc verba, Qui iusti sumus Synodi expectare sententiam, ostendunt non solum Sanctum Flavianum, sed & omnes ejus Synodi Episcopos fuisse ab hoc Latrocinio in reorum seu accusantium ordinem ob Eutychetis appellationem rejectos.*

Tunc item factum est, quod ad Synodum Chalcedonensem dixit Theodorus apud Isaurorum Episcopus Claudiopolitanus: *Dioscorus, Juvenalis, & quicumque primitus in Sancti Flaviani damnationem subscripserunt, quibus præceperat Dominus orbis terræ, sicut orthodoxis, judicare de fide, meditantes apud semetipsos dolosa consilia, nos simpliciter sedentes introduxerunt, quoniam homines judices ignorantes causam. Et legebatur quidem Actorum series, & laudabatur beate memoria Flavianus. Cum laudaretur autem, nos tacebamus, sicut benè gestis quæ acta sunt. Post hæc verò ut nos exterrerent, exclamaverunt de vicina Nestoriana hæresi insamantes nos: IN DUO SEPARATE EOS, QUI DICUNT DUAS NATURAS. DIVIDITE, INTERFICITE, EIICITE. Ut terrere Nestorianæ hæreses, non sicut Catholici judicaretur, sed ut hæretici damnarentur. Et unusquisque verberatur, ne ut hæreticus dejectus perderet quos baptizaverat. Et non est solum erat periculum, sed baptizatis etiam, & his qui in Christo crediderant. Et non oportuit quidem nos tunc tacere. Omnes tamen ex Dioscori metu tacerunt, atque ita & fidem orthodoxam & propriam conscientiam sunt sedè prævaricati. Episcopi Theodori civitatis adfidè hic vocatur Claudiopolis Isauriæ: Distinguitur contra Bythiniam Claudiopolim, provinciæ Honoriadis matrem.*

Sancti Flaviani Synodum, uti de Nestorii lue, ita de falsi crimine arguerat Eutyches, ideoque post ipsam lectam perrexit ad Latrocinium: *Certa ex Gestis, quæ lecta sunt, adulterata sunt, & sunt quæ in hoc negotio acta sunt, & peto ea recenseri.* Quare ad Juvenalis Hierosolymitani Episcopi iustum Ioannes Alexandria Presbyter ac Notariorum Primicerius legit Acta conventus Constantinopolitani, in quo Thalassius Cæsarensis apud Cappadoces Archi-Episcopus, & Flavius Ariobindus Martialis, Officiorum Magister, Sancti Flaviani Notarios & Acta synodalia discusserant, nihilque falsi repperant, nihil

damnatione dignum. Et post lecta rursùm Eutyches: *Pervidet vestra Reverentia, quia relectorum actio ostendit Gestis priora esse falsata. Habemus verò & nunc professionem viri laudabilis, magni Silentiarii, factam sub viro magnificentissimo Magistro, & postulamus hanc relegi.* Reposuit Sanctus Flavianus: *Falsa est.* Quod namque Silentiarium ille hac in causa insignitè fuerit mentitus, est supra ostensum. Et hinc iustum judicem fingens Dioscorus est interlocutus: *Si quid Dei amatissimus Episcopus Flavianus scit suo opinioni congruum, inscriptis dicat.* Ad quæ Flavianus. *Occlusisti mihi omnem justam allegationem.* Negatum sibi utque huc loquendi copiam flebiliter questus est, & addidit: *Secunda Acta nihil habent falsum. Scit Dominus Thalassius, & Dominus Eusebius, Metropolita Ancyanus. Nam & hic conventui adfuerat. Dicit, Acta secunda: Utrique coram Thalassio, Eusebio, ac magno Silentiarario revisa, correctæ, in novum scriptum relata, & probata. In priora enim Actorum instrumenta leves quidam nescio ex qua causa nævi irreperant, ideoque posteriora dumtaxat produci Flavianus voluit, & adjunxit: Me Acta nihil tangunt, propter Deum. Neque enim aliter glorificavi, aut sapui aliquando, vel sapiam. Reverà enim Actorum vitia solos Notarios tangunt, Synodi autem Præsidentem sola in Deum fides, in cujus rectitudine Sanctus Episcopus proficetur semper se fuisse constantem. Verùm ea omnia neglexit Dioscorus, & reposuit: Nemo te prohibuit loqui. Apertum mendacium Juvenalis Hierosolymitanus, Thalassius Cæsarensis, Stephanus Ephesinus, & Eusebius Ancyanus Episcopi ex metu confirmarunt.*

Subsequentia latrocinii Acta Synodo Chalcedonensi edixit Onesiphorus Iconiensis Episcopus, Lycaonia Metropolita: *Postquam lecta sunt hæc omnia, videlicet Constantinopoli coram Sancto Flaviano in Eutychetem gesta, Regula Ephesini Concilii de non addendo ad Symbolum legebatur, in qua continebatur nullum debere jam de fide querere aliquid, neque Episcopum, neque Clericum, alioquin eum esse condemnatum; si autem laicus est, ut excommunicatus existeret.* Lectus, inquam, est & Ephesini Concilii terminus, seu de fide Decretum; Symbolum Nicænum cum hoc additamento: *Huius sanctæ fidei omnes conventi consentire. Habet enim piè & sufficienter ad utilitatem istis, qui sub celo sunt. Quoniam verò quidam simulant quidem consensere eam, & consentire ei, falsè verò interpretantur intellectus virtutem ad id, quod eis placet, & circumveniunt veritatem, erroris & perditionis siliis constituti, necessarium visum est sanctorum & catholicorum Patrum proferre testimonia, quæ possunt satisficere, quemadmodum eam intellexerint, & prædicare consilii sint, quatenus & manifestum sit, quod omnes rectam & immaculatam fidem habentes sic intelligant, & interpretentur, & prædicent eam.* Lecta item sunt varia sanctorum Patrum loca, quæ pro recto Nicæni Symboli adversus Nestorium intellectu sibi legi iussit sexta Actio Concilii Ephesini.

Lectæ sunt & Judaicum Symbolum, laudatæ Synodo à Charisio Philadelphienis in Lydia Ecclesie Presbytero oblatum, synodalia tunc de ipso

ipso Acta, ac integer de non faciendū ad Nicænum Symbolum additamento Canon, de quo Dioscorus est interlocutus: *Existimo omnibus placere quæ sunt exposita à sanctis Patribus, qui in Nicæa olim congregati sunt, quæ & confirmavit & sola tenere definitur quæ hic Ephesi pridem sancta Synodus collecta est, Deo amabilia & sufficienter habentia. Quid vobis videtur? Unusquisque qualem habet voluntatem, subscriptis dicat. Non enim possumus hæc aut querere aut retractare. Si verò aliquis iniquaverit ultra ista, quæ dicta sunt, & ordinata, & placuerunt, nonne iussu subjacebit Patrum sententiæ? Dicat igitur unusquisque vestrum, si ejus est voluntas.*

Primus suffragium dixit Thalassius Cæsareensis, laudans Nicænum Symbolum, Ephesinumque de non addendo Canonem, & adjungens. *Eos, qui contraria iis sapiunt, abominor, sicut solventes rectam fidem. Quod iudicium & cæteri Episcopi confirmarunt.* Etiam Julianus Coentis Episcopus, Sancti Leonis Papæ Vicarius ac Legatus; *Hæc tenet Apostolica Sedes.* Et ejus Collega Hilarus Diaconus: *Quæ nuper lecta sunt de fide prolata, tam quæ in Nicæa est exposita, quam quæ à sancta Synodo pridem in Ephesia civitate à sanctis Patribus confirmata est, Apostolica Sedes & docet & veneratur. Hæc ergo scio sanctorum Patrum consonare dogmatibus: Hæc & propriis, à vos Sanctissimi, litteris, quas ad vos destinavit, Apostolica Sedes inseruit, quas si jussueritis recitari, cognoscetis esse consonas veritati. At istas audire litteras Dioscori scopus non permittebat.*

Hinc ad Eutychem, lectosque ejus libellos perrexit Dioscorus, interlocutus: *Manifestis factis, quæ relecta sunt, dicant singuli præsentis sancti Episcopi, quomodo sciunt Archi-Mandritam Eutychem credere, & quid de eo ordinant.* Primus, ante Dominum etiam Patriarcham Antiochenum, suffragium dixit Juvenalis Hierosolymæ Episcopus: *Cum frequenter confiteatur, eò quod sequatur expositionem fidei, quæ in Nicæa habita est, & ea quæ prius in magno Concilio apud Ephesum gesta sunt, Eutychem orthodoxum summè esse in his, quæ locutus est, comperi. Et ego autem decerno & volo eum in suo monasterio degere, & in proprio gradu.* Et latronum grex exclamavit: *Hoc iustum iudicium.* Et singuli suis suffragiis confirmarunt: *Etiam Dominus Patriarcha Antiochenus, Stephanus Ephesinus, Basilius Seleucienis, Eusebius Ancyranus, Sanctus Seleucus Metropolita Amasenus.*

Etiam Romanorum Legatorum amicus atque interpres, Florentius Metropolita Sardinis: *Ego similia præcedentibus decerno, decorari Eutychem nomine Presbyterii, & præesse secundum præcedentem consuetudinem fraternitati.* Vocibus, *Secundum præcedentem consuetudinem,* usus est etiam Athanasius Opuntis in Achaja Episcopus, utique desumptis ex quarto Canone Antiocheno. Ita liquet Canones illos tunc ut authenticos in Græcia viguisse. Nam & illum Canonum Codicem, quem Græci vocant Codicem Ecclesiæ univèrsæ, & à quo Canones illi uti authentici probantur, quidam volunt compositum à Stephano Ephesiorum Episcopo jam memorato. Julianus Tabienis Episcopus monasticam professionem

eleganter in suo suffragio vocavit *Melioris vite promissionem.* Pessimè in suo suffragio excessit Olympius Evazorum Episcopus, Dioscorum vocans Synodi Præsidentem, Primum, Patrem Episcoporum, *Archi-Episcopum universalem.* Huius vocis nescio memoriam vetustiorum. Et hinc discite causam, ex qua titulum istum Sancto Leoni Pontifici adscripsit Chalcedonenis Synodus, cur item Sanctus Leo refutarit. Honorem omnem, quem latrocinialiter apud Ephesum sibi arrogarat tumidus Dioscorus, laudata Synodus delatum voluit Romano, cui veraciter debebatur, Episcopo; at ille duxit non acceptandum ob rationes suo loco productas ex Sancto Gregorio Magno. Ultimò tandem loco suffragatus est & ipse Dioscorus: *Aliorum suffragia dumtaxat confirmavit, quò ipse iniquissima in Deum, Romanam Ecclesiam, & Sanctum Flavianum Attentata videretur non cudisse ut primus auctor.*

*Hæreticum Eutycheis monasterium
absolvitur ab Ecclesiastico
Interdicto.*

HINC processum est ad Eutycheis monasterium & monachos, lectusque ipsorum libellus, ab uno Presbytero, decem Diaconis, tribus Subdiaconis, ac viginti & uno laicis monachis subscriptus, habensque capita varia. Primò, ajunt sese monachos numero trecentos, omnes opulentos olim in sæculo & genere claros, qui cognationes, divitias, diversam militiam, humana omnia spreverint, & usque huc vixerint sanctissimè, sub dogmatica & monastica disciplina Archi-Mandritæ Eutycheis. Secundò, gravissimè queruntur & variè de Episcopo suo Flaviano. Primò, quod paternæ in ipsos pietatis oblitus, laudatum Archi-Mandritam calumniis circumscriptum de hæresi & blasphemia damnarit, non alia de causa, nisi quod egerare recusavit Nicænum Symbolum prout confirmatum à Synodo Ephesina. Secundò, quod Theodosium Presbyterum cum Clericis aliis ad ipsos miserit, qui omnem ipsis cum Eutyche, uti degradato & damnato, communionem interdiceret, & monasterii facultates, quas ipse sub pauperum furo venabatur, adversus eum curaret custodiri. Tertiò, quod sese huic mandato parere nolentes supposuerit Ecclesiastico interdicto, atque ita monasterii altare, sex ante insidias mensibus ab ipso consecratum, manserit usque huc sine Divino Sacrificio. Lamentantur Flavianum hinc in iniquitate fuisse inexorabilem, sese in hoc miserando schemate mansisse per novem menses, in eodem damnationis luctu transisse Dominice Nativitatis, Epiphaniæ, Passionis, ac Resurrectionis Festa, in quorum posterioribus quævis crimina donari solent ab Episcopis, & à laicis Imperatoribus quibus carceres aperti. Ajunt quosdam etiam ex suo gremio in hoc quasi damnata

im

impietatis statu esse defunctos. Sese prædicant, quod nihilominus omnem monasticam regulam & disciplinam ex integro servarint. Hinc supplicat sibi reddi communionem, & justum talionem Flaviano. Ex his discite modum, quo suas in Eutychem sententias Sanctus Flavianus fuit executus.

Lectò libello, Dioscorus est ad monachos interlocutus: *Quoniam excommunicatos vos dixistis factos esse, ignoratis verò culpam, & conjicimus nos pro quare, dicite manifestè propriam fidem quomodo habeatis. Hæc enim est vestra absolutio, confessio fidei.* Reposuit Eleufinius monachus & Diaconus, Eutycheis nuper in Sancti Flaviani Synodo Aporisarius: *Sicut per libellum Deo dignus Archi-Mandrita noster edocuit vestram Sanctitatem, sic sapimus fides trecenti decem, & octo sancti Patres in Nicæa sanxerunt, & sicut hic congregata sancta Synodus confirmavit. Et præter istam fidem nunquam intelleximus neque sapimus aliquid.* Et rursum Dioscorus. *De incarnati Salvatoris nostri præsentia sic sapitis sicut Beatus Athanasius, & Beatus Cyrillus, & Beatus Gregorius, & omnes Catholici Episcopi? Et Eleufinius: Omnes sic sapimus, sicut & qui in Nicæa convenerunt, & qui hic congregati sunt sancti Patres.* Et Juvenalis Hierosolymæ Episcopus: *Consequens est sic eos rectam fidem consentientes in Nicæa expositam, & in Epheso confirmatam, participes existere & sanctæ communionis, & propriorum graduum.* Et ita ad generalem istam Nicænae fidei professionem sunt & in communionem & in gradum restituti. Psalm contra Canones. Hi namque de fide accusatos purgari vetant, nisi professi atque ejuratis singulis speciatim articulis, de quibus fuerunt suspecti.

*Exponitur latrocinialis damnatio
Sancti Flaviani.*

DUM ista aguntur, ad Marinianum Synnadensem Phrygiæ Pacatianæ, & Epiphanium Pergensem Pamphylæ Metropolitam sibi adfidentes dixit Onesiphorus Iconiensis Episcopus, Metropolita Lycaoniæ: *Ista Ephesina de non addendo ad Nicænum Symbolum regula propter nihil aliud legitur, nisi ut Flavianus Episcopus damnetur.* Respondit Epiphanius: *Abst. Sed si aliqua fortè indignatio procedat, contra Eusebium Dorylæi Episcopum futura est.* Nam contra Flavianum nemo erit insanus, ut frustra tale aliquid faciat. Loquebatur ex decimo Canone quarti Concilii Carthaginensis: *Si à quibuscumque Judicibus Ecclesiasticis ad alios Judices Ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, provocatum fuerit, non eis obfit, quorum fuerit soluta sententia, si convinci non poterint vel inimico animo judicasse, vel aliqua cupiditate aut gratia depravati.* Ex qua regula etiam sese, qui Rothaldum Sueffionensem Episcopum, à Nicolao primo Pontifice in appellationis postea judicio absolutum, damnarat, esse immunem adseruit Hincmarus Metropolita Remensis.

Verùm Onesiphori conjectura non fuit vana. Etenim post lectam regulam, reparatumque Eutychem ac ejus monasterium, confestim allata ac relecta fuit damnatio beatissimi Flaviani. Et idem Onesiphorus, dictus Marianus, Nunechius Laodicensis in Phrygia Trimitaria Episcopus Metropolita, & Collegæ alii tenuerunt Dioscori pedes, & supplices oraverunt: *Quia & tu Presbyteros habes, non debet propter Presbyterum damnari Dominus Episcopus, qui licet perperam, tamen per errorem sine odio aut gratia illum degradavit.* Et pertinax Dioscorus: *Etiamsi lingua mihi præcidatur, aliam vocem non emittam.* Tragediæ successum edixit postea ad Chalcedonensem Synodum Marinianus Synnadenis: *Sic irruit multitudo, & permanebamus nos tenentes genua ejus, & rogantes eum. Et tunc emisit hanc vocem: UBI SUNT COMITES? Amans veritatem dico, ingressi sunt Comites, introduxerunt Proconsulem cum multitudine magna, & catenis. Post hoc unusquisque nostrum subscripsit.* Et Dioscorum in laudata Synodo reum alloquens Basilius Seleucienis: *Magnam nobis necessitatem imposuisti tunc, tum foris, tum intus, tum ex lingua tua. Irruebat enim in Ecclesiam milites cum armis, & inflabant monachi qui cum Barsuma, & Parabalani, & multitudo alia grandis. Et ad gloriosissimos Judices: Precor Magnificentiam vestram, singulos Metropolitanos Episcopos, & Lycaoniæ, & Phrygiæ, & Pergensem, & cæteros venire huc, & presentibus sacrosanctis Evangelis dicere, si non post damnationem beati Flaviani omnibus nobis tristibus effectis, & aliquantulis beatissimis emittentibus vocem, aliquantis autem fugientibus, exurgens ipse & stans in alto designabat & dicebat: Videte, qui non vult subscribere, ad me, seu contra me habet. Conjuretur Dominus Eusebius Ancyræ Metropolita, nisi periclitatus sit ipse damnari, quia parum distulit vocem. Et Episcopi Orientales: In damnationem beati Flaviani, & Eusebii Episcopi nullus voluntariè consensit. Violentia facta est, ut cum plagis: In pura charta subscripsimus. Minabatur nobis damnatio, minæ exilii tendebantur, milites cum sultibus & gladiis inflabant; timebamus & fustes & gladios. Ubi gladii & fustes, qualis Synodus est? Milites propter hoc accepit Dioscorus, ut terreret nos. Milites eos magis deposuerunt, quam nos. Quia quidquid egimus, timore compulsi fecimus.* Et Stephanus Ephesiorum Episcopus: *Per homines Dioscori & Comites non sum permisus egredi de Ecclesiæ Secretario, usquequò subscripsit sententiæ Dioscori, & Juvenalis, & Domni Thalassii, & aliorum Primatum Episcoporum, quibus à Principe scriptum fuerat, & Synodi regimen delegatum. Et rursum infra. In eadem die, in qua facta est examinatio, subscripsimus in charta. Et si qui Episcoporum non subscripsissent, ego eos in mea fide suscepi, & alio die subscripsissent. Pro ipsis, quod non fugerent, debuit spondere. Et à gloriosis Judicibus rogatus, in quali charta subscripsisset, respondit: In pura charta. In eadem enim hora, in qua damnatio facta est, mox & subscriptio subsecuta est. Et Acacius Ariarthæ in secunda Armenia Episcopus: *Puræ chartæ subscripsimus compulsi, & volentes haberi, & mala multa perpassi, nolentes, sed per potentiam oppressi sub-**

subnotavimus. Usque ad vesperam enim tenuerunt nos, recludentes in Ecclesia, & egrotantes nos neque quiescere permiserunt, neque recedere, ut aliquantulum recolleremur, sed milites nobis cum fustibus & gladiis imposuerunt, & monachos, & sic fecerunt nos subnotare. Et Theodorus Claudiopolitanus in Italia Episcopus: *Iustum est à Domino orbis terræ, ut Synodus de Flaviano prius iudicaret. Illi multas Synodos in hoc ipsum facientes, & neque subscribentes, neque prescribentes statuta, neque legentes alicubi, neque sciente aliquo, obtulerunt nobis puras chartas Dioscorus & Juvenalis, multitudinem habentes scditiosorum hominum, clamantium, & conturbantium, & commoventium Synodum. Centum triginta quinque eramus omnes, quinquaginta duo iusti sumus tacere, reliqui erant Dioscorus & Juvenalis, & multitudo scditiosorum. Jam quindecim tantum homines remanseramus. Quid essemus facturi? In sanguine nostro ludebant isti heretici constituti, una voce dicebant omnes, rerverunt nos. Hereticos nos dixerunt, & eiecimus heretici. Adduxi hæc omnia, ut videas Synodum hanc merito dici latrocinalem.*

Eutychemi & Barsumæ adhærentes monachos Stephanus Ephesiorum Episcopus dixit fuisse numero trecentos. Et ad vocem, *Parabalani*, habet Scholiastes marginalis: *Qui circa balnea æersantur. Quam expositionem in dissertatione abire sine examine permisi. Andreas Alciatus esse existimat adscriptos ad glebam, diminutam speciem fervorum. At certum est & ipsum & Scholiastem labi. Rectius noster Ambrosius Calepinus: *Parabalani dicuntur tenuis conditionis homines, famulatio Xenochiorum vel Ecclesiarum ita deputati, ut integrum eis non sit inde recedere. Loquitur ex Honorii & Theodosii Augustorum lege ad Monaxium Prætorium Præfectum, existant & in Theodosiano & in Justiniano Codice: *Parabalani ad curandam debiliam ægra corpora deputantur. Eos ad instar Clericorum statuit lex ab Episcopo eligi, & uti plenè subditos tam in criminalibus quam civilibus iudicari. Hinc ad verba ista scribit Dionysius Gotofredus: *Parabalanos medicos arbitrio Antistitis electos, hic locus apertissimo iudicio est. Unde Parabalanos non simplices medicos, aut medicinam exercentes fuisse suspicio est, sed eos potius qui certo genere voti, & quasi Religioso, curandis ægotis corporibus deputati publicè: *Qualis augusta Lutetia paucis ab hinc annis certo numero constituit. Fuere publici Xenochiorum servi, homines pauperes & viles, quales etiamnum in Italia, Romæ præsertim, videmus. Parabalanus idem est, quod temerarius obceptor, qui seipsum, uti ad tertiam Justiniani Augusti novellam legem advertit Jacobus Cujacius, multis ex ægrotorum corporum contagioso actu periculis objiciat: Ideoque lucri potius quam voti causa credo illos servivisse. Eos quippe laudatæ Honorii & Theodosii leges mandant esse non divites, qui istum servitutis locum possint redimere, sed pauperes à Corporatis. Prior quingentos, posterior lex Ecclesiæ Alexandrinæ permittit sexcentos. Nempe ob pauperum istic ægorum numerum, & magnitudinem & copiam Xenochiorum. Etenim quod Sanctus Eusebius, Ecclesiæ Edessene Diaconus, trecentorum*****

lectorum Xenodochium istic erexerit, scribit in historia Lausiaca Palladius Episcopus Helenopolitanus. Exstructum à se septuaginta lectorum Xenodochium laudat in Synodo Chalcedonensi Bassianus Episcopus Ephesiorum. Erant ibidem & alia, adeoque & multi Paralalani. Et hi Proconsulis militibus & Barsumæ ac Eutychemis monachis admixti fecerunt, quod ad Synodum Chalcedonensem dixit Diogenes Metropolitæ Cyzicenus: *Barsumas occidit beatum Flavianum, Ipse instabat, & dicebat: OCCIDE. Et universi Orientales Episcopi: Omnem Syriam Barsumas evertit. Duxit super nos mille monachos. In Syria, non Ephesi in latrocinio, ubi solos trecentos fuisse jam audivimus. Hæc igitur facinorosa turba expulit Episcoporum Notarios, eis digitos & thecas fregit, fustibus & baculis compulit Episcopos ad subscribendum, Sanctum Flavianum obrivit pedibus, atque ita infixit primum ictum lethalem. Et huc respicit laus, quam sibi in Chalcedonensi Synodo adscripsit Stephanus Episcopus Ephesiorum: *Si qui Episcoporum non subscriperunt, ego eos in fide mea suscepi, & alio die subscriperunt. Et quam sibi adscripsit Thalassius Cæsareensis: *In secretario fueram positus. Ego autem nescivi, quomodo sum positus. Tamen cum ferent aliqua, ego prohibui, & volui differre Sancti Flaviani damnationem, & festinavi, & sum testes.***

Aliam insuper iniquitatem operatus est doli-
sus Dioscorus, de qua adversum Orientales Episcopos in Synodo Chalcedonensi dixerunt Aegyptii: *Ipsi primi subscriperunt, post vos nos subscripsimus.* Et in Ephesino Concilio, & in hoc latrocinio, & in Synodo Chalcedonensi frequens est mentio Episcoporum Orientalium. Pro cuius intellectu notanda est duplex significatio vocis, *Ecclesia Orientalis.* Quandoque latè sumitur pro Orientalis Imperii Ecclesia, distincta contra Ecclesiam Occidentalem, Imperio Occidentali conclusam. Et sic vastissima est ista Ecclesia, ut potè à Thracia per Aegyptum & Asiam minorem usque ad Eufraatem & Tigrim protensa, complectens quinque vastissimas dioceses, Thraciam, Ponticam, Asianam, Aegyptiacam, & Orientalem. Etenim Orientalis & Occidentalis Imperii limites semper fuere Thracica diocesis & Illyriciana. Et hoc sensu Liberius Pontifex scribit Orientis & Occidentis Episcopos concordare. Et Celestinus Pontifex in litteris ad Nestorium Hæresiarcham: *Pelagianos unitæ sententiæ telis Oriens, Occidensque percussit. Et Siricius in litteris ad Himerium Metropolitam Tarraconensem: *Quod totus Oriens, Occidensque custodit.** Frequentissima apud antiquos Scriptores est ista vocis acceptio. Ecclesiam in duas suas principales partes dividit, at inadæquatas. Nam & apud barbaros extra Romanum Imperium semper fuerunt Ecclesiæ, adeoque Ecclesiæ in Occidentalem, Orientalem, Meridionalem, ac Septentrionalem divisio est etiam antiqua. Altera præfatæ vocis acceptio est longè strictior: Significat solum Antiochenum Patriarchatum, constantem quindecim provinciis, quæ in Romano Imperio fuere diocesis Orientalis. Hoc sensu loquitur secundum Constantinopolita-

politanus Canon: *Orientis Episcopi Orientem tantum gubernent.* Et in Ephesinæ Synodi Actis Joannis Patriarchæ Antiocheni factio frequenter vocatur Synodus Ecclesiæ seu diocesis Orientalis. Etiam hæc vocis acceptio est frequentissima. Porro isti Orientales Episcopi Eutychemis blasphemis fuere constanter adversati, ideoque ob ipsum nuper apud Ephesinam Synodum Acta quasi de retento etiamnum Nestorio suspectos ante Aegyptios, sibi Patriarchaliter subiectos, subscribere Dioscorum coegit. Ita Sancti Flaviani damnatio, non ab æmulis, sed ab amicis apud rerum ignaros visa est processisse.

Porro in Sanctum Flavianum & Eusebium Dorylaensem Episcopum datam sententiam lucidiùs præ cæteris Episcopis expresse suffragium Juvenalis Hierosolymitani. *Sepe alienus à Sacerdotio & gradu Episcopali monstravit Flavianus & Eusebius, qui conati sunt addere & minuere aliquid de sancta fide, quæ in Nicæa à sancto Concilio exposta est, quam & confirmavit sancta & universalis Synodus in hac Ephesina civitate pridem collecta. Quapropter iustum est eos, qui audent aliquid addere fidei aut minuere, alienos esse à Sacerdotio, & maxime qui tantam fecerunt confusionem.* Propter tertium Canonem, in itaque nuper inter Sanctum Proclum & Dominum de illo pacto oderat Dioscorus etiam Synodi Constantinopolitanæ ad Symbolum Nicænum facta additamenta: Et ipsa & omnem ipsorum usurpatorem dixit damnari ab Ephesina Synodo, istoque fucio Flavianum & Eusebium degradavit. Ad Romanam, à qua confirmata additamenta, Ecclesiam appellavit Flavianus, ast retulit quod in Breviario scribit Liberatus: *Flavianus & Eusebius custodia mancipantur.* Et Romanum Martyrologium: *Sanctus Flavianus Episcopus, cum fidem Catholicam Ephesi propugnaret, ab impia Dioscori factione pugnis & calcibus percussus post triduum moritur.* Et antiquus Codex Vaticanus: *Ducitur in exilium Flavianus, & apud Eppam, quæ est Lydia civitas, seu superveniente seu ingesta morte defunctus est.* Relegatus fuit juxta Gratiani Augusti legem, quæ per Arcadium, & Honorium Augustos in lege Theodosiani Codicis ad Adrianum Prætorium Præfectum laudata mandat degradatum Episcopum ad centum à sua civitate millia deportari.

Cap. 9.

L. 16. tit. 35.

Imitatus est Dioscorus factionem Eusebianam, de qua Sanctus Athanasius in prima Apologia ad Constantium Augustum: *Cum tua Humanitas non ultra, quam Extra civitatem, Provinciamve suam Episcopos amandari jufferit, isti præclari viri, supra mandatum tuum temerarii, longius quam tres Provincias in loca deserta, insolita, horribilia, homines senes & annosos Episcopos ejecerunt.* Etenim Gratiani lex non de quovis degradato Episcopo loquitur, sed de solo illo, qui aliquid contra custodiam vel quietem publicam moliri fuerit deprehensus, rursusque petere Sacerdotium, à quo videtur expulsus. Arcadii & Honorii legem, Gratianæ laudatricem, laudavit & Codici suo inseruit etiam Justinianus Augustus, at relegationem in monasterialem custodiam mutavit, & ad omnes degradatos Episcopos extendit. Hinc
Christi. Lupi Oper. Tom. II.


enim pœnam istam in varios, licet publicam quietem in nullo moventes, executus est Sanctus Gregorius Magnus. Antiquam Ecclesiæ regulam Sanctus Leo Pontifex rescribit Rustico Metropolitæ Narbonensi: *Alienum est à consuetudine Ecclesiastica, ut qui in Presbyterali honore, aut Diaconii gradu fuerint consecrati, ii pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant penitendi. Quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: *Sacerdos se peccaverit, quis orabit pro eo? Unde hujusmodi lapsus privata est expetenda secessio, ubi illi satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.** Voces, *Ex Apostolica traditione descendit,* respiciunt solum penitentialem manum, quam lapsis Episcopis, Presbyteris, aut Diaconis imponi Apostoli omnino noluerunt, ne tantis Sacramentis, uti in libris adversus Parmenianum Sanctus Augustinus scribit, tantæ abjectionis & humilitatis injuria irrogaretur. Et hinc in Romana sua Synodo Melchides Pontifex damnavit Donatum Episcopum in Casis nigris, quod confessus esset Episcopis lapsis penitentialem manum imposuisse, quod ab Ecclesia alienum est. Porro privatam istam secessionem Justinianus Augustus ex causis voluit deinceps in monasteriis fieri, & Romana Ecclesia comprobavit.

Exponuntur reliqua latrocinii Acta.

Post hæc etiam Episcopus, Sancto Flaviano in damnando Eutychemate synodaliter cooperatos, ad pœnas postulavit Dioscorus, & primitus Basilium Iaurizæ Metropolitam, insignem Eutychemis exagitatorem, qui aut laudatam Sancti Flaviani Synodum, dictumque istic pro orthodoxa fide suffragium damnare, aut ipse cum eodem Sancto Flaviano damnari compulsus, vexam latrocinalem redemit hac fœda palinodia: *Consentio fidei sanctorum Patrum, qui in Nicæa fuerunt, & qui in Epheso iterum eandem confirmarunt. Eos verò, qui contraria sentiunt in aliquo, vel his que in Nicæa, vel his que in Epheso ordinata sunt, averso, anathematizans dividentes post unionem in duas naturas, vel subsistentias seu personas unum Dominum nostrum Jesum Christum, accusans & reprehendens propriam vocem, quam de duabus naturis professus sum in Gestis habitis apud Regiam civitatem, & adoro unam naturam Deitatis unigeniti incarnati. Rei seriem aperuit postmodum in Synodo Chalcedonensi idem Basilium: *Non utor aliis testibus. Per beatum Joannem Sebastianem Episcopum, primæ Armeniæ Metropolitam, rogavi emendari interlocutionem meam, timens ac metuens Te reverentissimum Dioscorum. Magnam enim necessitatem tunc imposuisti nobis. Conjurantur omnes, conjuretur Auxonius, Sebenitenæ in Aegypto civitatis Episcopus, quia dicebam:**

ebam: Noli Domine, noli solvere totius mundi opinionem. Eamdem scdam palinodiam cecinit Sanctus Seleucus Amasenus Episcopus, Helenopontici Metropolitica, indubièque & alii omnes ad Sancti Flaviani Synodum cooperati Episcopi, quorum nullum videmus à latrocinio fuisse damnatum. Excipe tamen Julianum Coensem, cuius constantiam & Apostolicas vices reveritus Dioscorus non fuit ausus de palinodia tentare. Palinodia totius mundi fidem reverà solvebat: Etenim naturam & hypostasim in Deo confundit, quod est palmare fundamentum gentilismi, judaismi, hæreseosque Sabellianæ, Arianæ, Apollinaristicæ, Nestorianæ, arque Eutychnianæ. A nobis, qui Domini naturas, non identificatas aut confusas dicimus, sed in unam dum-

taxat hypostasim unitas, induci hominem solummodò Deiferum, committi antropolatriam, Deiferos Angelos homini Deifero mancipari, omneque Christianum dogma fursùm deorsùm verti blateravit Apollinarius. Ita in libro de Domini Incarnatione testatur Sanctus Athanasius, & in libello adversùs istum Sanctus Gregorius Episcopus Nyssenus. Hoc ipsum Eutyches & Dioscorus blaterarunt. Hinc ex metu illis consonuit Basilius, dicens: *Adoro unam naturam Deitatis Unigeniti incarnati.* Pessima Apollinarii lepra se scdavit ultimò tandem & Dominus Patriarcha Antiochenus, cum Iba Edeffeno & aliis in Dissertatione suprâ enumeratis Episcopis idcirco degradatus.



A P P E N D I X

Ad Synodum Chalcedonensem, exponens singulas ejus Actiones.

A C T I O I.

Actio prima facta fuit consultatu Marciani Augusti, octavo Idus Octobres, Christi Domini quadringentesimo quinquagesimo primo, Sancti Leonis Pontificis duodecimo, Valentiniani tertii Augusti vigesimo sexto, & collegæ Marciani anno primo, in civitate Chalcedonensi Provinciæ Bythinæ, in Ecclesia cathedrali sanctæ Martyris Eufemiæ. Ecclesiæ magnificam formam, & quotidiana sanctæ Virginis miracula, effluentis præsertim ex ejus sacris reliquiis adidui unguenti admirandam virtutem describit Evagrius Epiphaniensis. Videri possit Cardinalis Cæsar Baronius in Notis Romani Martyrologii ad diem sextum decimum Novembris. Acta synodalia magnificentissimum Senatum nominant ante Episcopos, etiam Patriarchas, quin & Sedis Apostolicæ Legatos, ideòque illum Synodo præfuisse garrunt Ecclesiasticæ dignitatis hostes. At vacuum fuisse illum Romano Imperio delatum honorem ostendit laudatus Evagrius, dicens Synodo adfuisse Legatos Romanos, & omnes Patriarchas, addensque: *Quorum numero adjuncti erant Senatores primarii.*

Synodum ac Senatum alloqui cœpit Sanctus Paschasius Lilybeti in Sicilia Episcopus, Sancti Leonis Pontificis Vicarius & Legatus, unà cum Lucentio Esculano apud Apulos Episcopo, & Bonifacio Romanæ Ecclesiæ Presbytero, suis in Legatione collegis, stans in medio: *Beatissimi atque Apostolici viri, Papæ urbis Romæ, que est caput omnium Ecclesiarum, præcepta habemus præ manibus, quibus præcipere dignatus est ejus Apostolatus, ut Dioscorus Alexandrinorum Archiepiscopus non sedeat in Concilio, sed audiendus inmittatur. Hoc nos observare necesse est. Si ergo præcipit vestra Magnificentia, aut ille egrediatur,*

aut nos eximus. Synodi præfidentiam, Romanæ Ecclesiæ debitam invaserat, ejusdem Ecclesiæ, uti per Eutychetis appellationem ex iudice in accusatricem aut ream demutatæ, Legatos in accusantium aut reorum locum dejecerat, & Apostolicam Sedem in communem Patriarcharum ordinem Eusebiano spiritu redigere tentarat in Ephesino latrocinio Dioscorus. Hinc prima Romanorum Legatorum vox, per omnem Synodum comprobata, fuit de eadem Sede Apostolica: *Quæ est caput omnium Ecclesiarum.* Quod ipsum quousque profiteantur Lutherani & Calvinistæ, quatuor primorum Christianorum sæculorum & quatuor primorum generalium Conciliorum fidem à se teneri mendaciter gloriantur.

Ephesini latrocinii Acta cassans Sanctus Leo Dioscorum, Thalassium Cæsareensem, Basilium Seleucensem, Eustatium Berytensem, & alios sædius istic lapsos Episcopos à Pontificali officio & communione suspenderat, ipsorum nomina vetans ad sacrificium recitari, attamen non degradarat: Hinc Sanctus Paschasius Dioscorum adhuc vocat Archiepiscopum Alexandrinorum. Eumdem vult non ut iudicem addidit Synodo, sed stare ut accusatorem & reum, de suo in Sanctum Flavianum & alios illustres Episcopos latrociniali iudicio daturum rationes, quoniam isti ab illo ad Sedem Apostolicam provocassent. Ita subordinatum iudicem, præsertim qui hostili animo latrocinialiter iudicasse accusatur, tractari reverà mandant. & Ecclesiæ Canones & Imperii leges. Sanctus Paschasius, utpotè Siculus Episcopus, omnino græcè norat, latinè tamen semper loquitur ad Synodum, habetque interpretem Beronicianum, sacri Confessorii Secretarium: Ob alibi expositam dignitatem & morem Ecclesiæ Romanæ. Lilybeti in

Epist. 40.

Sicilia situm multis exponit in libris de bello Wandalico Procopius Cæsarensis.

Pachasini postulationi reposuit gloriosissimus Senatus: *Quid specialiter ingeritur Dioscoro reverendissimo Episcopo? Et Pachasini: Cum intromissis fuerit, necesse est ut illi objiciatur. Et rursum viris magnificentissimis instantibus, Apostolici de Dioscoro mandati causam aperuit Lulentius Esculanus Episcopus, & Romanus Legatus: *Judicii sui necesse est eum dare rationem, quia cum personam judicandi non haberet, presumpsit, & Synodum ausus est facere sine auctoritate Sedis Apostolicae, quod nunquam licuit, nunquam factum est.* Duas adducit causas. Primò, quod ab ejus latrocinii judicio Sanctus Flavianus & alii Episcopi ad Sanctum Leonem, & indicendam ab ipso Synodum appellasset, ideòque ille ex judice transisset in reum & accusatorem. Secundò, quod generalis Synodi invasisset præsentiam, exclusis & in accusantium & reorum ordinem abjectis Legatis Apostolicis ob Eutychnæ appellationis fucum: *Quod nunquam licuit, aut fuit factum.* Addidit Sanctus Pachasinus: *Nos contra præcepta beatissimi atque Apostolici Papæ, gubernatoris Sedis Apostolicæ, venire non possumus, nec contra Ecclesiasticas regulas, vel contra Patrum instituta.* Ex quo videt generales Synodos Romani Episcopi mandatis semper fuisse subditas ac directas. Et hinc tandem de iudicis throno descendere, stare inter reos, ac de suis apud Ephesum Actis dare rationes Dioscorus est iustus.*

Mox tunc intravit zelosissimus Eutychetis accusator Eusebius Dorylaensis Episcopus, ejulans & clamans: *Per salutem vos Dominorum universi mundi, jubete preces meas legi, sicut placuit piissimo Imperatori. Lesus sum à Dioscoro: Lesa est fides. Occisus est Sanctus Flavianus Episcopus. Lacrymis implor. Simul mecum ab eo injuriam damnatus. Jubete preces meas perlegi.* Ex quo liquet per Principis salutem adjurandi morem fuisse tunc adeò solennem, ut magnus ille Episcopus Eusebius amplissimam hanc Synodum ita adjuravit. Quandoque fiebat tacto Principis capite, istudque juramentum nullo casu aut causa potuisse solvi Zozymus affirmat. Eusebii preces suscepit & legit Beronicianus sacri Consistorii Secretarius, quarum hæc epigraphæ: *Amatoribus Christi Imperatoribus nostris ab Eusebio humillimo Episcopo Dorylaei, faciente verba pro se, & pro orthodoxa fide, & sanctæ memoriæ quondam Flaviano, Episcopo Constantinopolitanae civitatis.* Quocirca existimavit Eusebius defunctorum Episcoporum causas posse synodaliter tractari & definiri, atque ita auctoritatem hanc pro se adducere quinta Synodus potuisset.

Preces habere hoc exordium: *Intentio & propositum est Clementiæ vestræ, universis quidem sibi subditis providere, & manum porrigere omnibus injuste oppressis, præcipue tamen fungentibus Sacerdotio, in hoc Divinitati placentes, à qua vobis imperare donatum est. Ergo quoniam multa & dira, & contra omnem consequentiam fides quæ in Christum est, & nos perpepsi sumus à reverendissimo Dio-*

scoro Episcopo Alexandria Magnæ civitatis, ad minus vestram Pietatem, supplicantes justitiam premereri. Quibus ex verbis rerum ab Episcopis male gestarum correctionem spectare ad Reges, eamque antiquam Romani Imperii praxim esse hodiernæ ab abusu appellationis similem conatur ostendere in Sacerdotii ac Imperii concordia Petrus de Marca Archi-Episcopus Parisiensis. Romani, inquit, *Principes injuriam illatam in iudiciis Canonis per Canonum violationem Decretis suis resarciebant, si quis querelam suam ad eos deferret. Cui rei ex officio incumbere, non solum quod Canonum custodia illis commissa esset, sed etiam quod omnium, & præcipue Clericorum, patrocinium, & publicæ tranquillitatis cura ad eos spectaret.* Eximie id doceri ait ex adducto Eusebii libello, & pergit: *Patet Eusebium fiducia patrocinii ductum, quod Marcianus Sacerdotibus oppressis præstare tenebatur, ad eum accessisse, ut Principis auctoritate jus suum consequi posset, ob ea quæ contra Canones gesta erant Ephefi.*

Eleganter respondit Facundus Episcopus Herimianensis: *Prædicatoribus veritatis, quasi bobus, de quibus dicitur, BOVI TRITURANTI OS NON INFRÆNABIS, nonnumquam contra stimulum calcitrantibus, videtur Ecclesia, cujus illi vestros Doctoresque, velut antiqui testamenti domum per Philistinorum boves remissa arca, nutare; sed non est Oza officii continere. Præcedit illam. Suis David, qui deducit exultans: Ipse manu fortis inviolabiliter eam regit, per quos eam regit constituit. Et ideò nutare quidem potest, cadere nunquam potest. Nihil igitur Oza, laice Princeps, habes, quod simulatione piæ sollicitudinis excuseris, quia Divino iudicio pro temeritate percuteris.* Dum synodalia sive de dogmate, sive de personis iudicia impingunt in regulam, reverè boves calcitrant, & arca titubat; verum ad alios Episcopos, Romanum præsertim, nullo pacto ad laicum Principem spectat ipsam continere. Nulla hic excusat piæ sollicitudinis simulatio; est istiusmodi rationibus atque exemplis edoctum fuisse, ne imperii sibi commissi decorem alieni officii usurpatione fæderet, Marcianum Augustum adfirmat idem Facundus. Eusebius Dorylaei Episcopus aliud non fecit, quam quod sese ab Eusebiana factione ejectum fecisse scribit in Apologia ad Constantium Augustum Sanctus Athanasius: *Profectus sum Alexandria, non ad castra fratris sui Constantii, aut alium quempiam, sed Romam dumtaxat, me meaque Ecclesiæ commendaturus.* Eusebiana factionis & militum illi famulantium violentis manibus elapsus Sanctus Athanasius Romam accessit & Julium Pontificem, suam à Tyrion conventu appellationem profecturus, fuitque tandem à Romana quinquaginta Episcoporum Synodo, Eusebianos in contumaciam damnanter, absolutus de criminatibus, ac in Sedem remissus. Verum, quod Orientalis Imperii Augustus Constantius profectum factionis satellitem ageret, difficilis, immò impossibilis erat executio. Hinc igitur Constantem Augustum adiit Athanasius, rogans permitti Sardicensem Synodum, quæ Romanum de se iudicium con-

L. 4. c. 1.

L. 11. c. 1.

firmaret, atque ita cogeret Constantium ad permittendam & Augusto brachio juvandam illius executionem. Ità Ephesini latrocinii carcere elapsus Eusebius, suam & Sancti Flaviani appellationem profecturus fugit Romam, fuitque per Sanctum Leonem Papam absolutus & restitutus. Verum sententiæ rebellabant omnes Dioscorum sequentes Episcopi, nec non & latrocinii confirmator, Theodosius Augustus, ideòque ad meliorem ejus successorem Marcianum mox accessit Eusebius, expositulans permitti, quam à Theodosio toties frustra petierat Sanctus Leo, novam Synodum, quæ Romanum de se iudicium confirmaret atque exequeretur. Nequaquam igitur ab Ephesini latrocinii abusu ad Principem appellabat, aut synodalis iudicii correctionem ab ipso flagitabat Eusebius, sed meram Theodosianæ violentiæ amotionem, & Augusti brachii pro Romano iudicio laicum auxilium, quod dum ab Ecclesia rogatus aut iustus Princeps impendit, remorissimus est ab Oza temeritate.

Eusebii libellus habebat duo præsertim capita. Primò, dicit ab Ephesino Dioscori latrocinio omnem mundum esse perturbationibus & scandalis repletum: Dioscorum antiquum, at occultum Eutychnæ impietatis factorem jam esse detectum, Ephefi per pecunia emptas seditionum turmas egisse omnia, damnasse fidem Catholicam, sese, ac Sanctum Flavianum, firmasse Eutychetis blasphemias, jam pridem à Patribus damnatas. Secundò, hæc omnia patere asserit ex ipsis latrocinii Actis, ideòque illa ad Synodum legi supplicat, ex illis iudicari Dioscorum, & concludit: *Provoluti precamur vestram Clementiam, ut præcipiatis reverendissimo Episcopo Dioscorum respondere de his, quæ à nobis ingeruntur, sacrum & venerabile vestrum mandatum dirigentes sanctæ & universali Synodo religiosissimorum Episcoporum, quò possit inter nos & presatum Dioscorum audire.* Ephesinum de Flaviano & Eusebio Pseudo-judicium, Leonis Pontificis cassatione sprete, confirmarat à Chrysofthio Eunucho circumductus Augustus Theodosius, & ad confirmationem istam pertinacissimè proclamabat Dioscorus, Eusebiano spiritu blaterans synodalia Orientalis Ecclesiæ iudicia cassari, immò & retractari non posse à Romana Ecclesia; quin & in Sanctum Leonem, uti istius Canonis prævaricatorem, postea ausus est latrare convicium excommunicationis. Hinc igitur, non à laudato Pontifice, sed à Marciano Augusto supplicavit Eusebius contumacem ac rebellem Dioscorum fuisse Synodo, & cogi ad respondendum. Quocirca rursum labitur Dominus Petrus de Marca: *Imperatores Romani à Sacerdotibus interpellati dare iudices poterant, sed Clericos, qui de negotiis Ecclesiasticis sententiam ferrent. Adducit præsentem Eusebii conclusionem, & pergit: *Inde etiam manavit, quod Eusebius Dorylaei Episcopus non antè cum Dioscoro congrederi voluerit in Concilio Chalcedonensi, & adversus eum instituisse accusationem, quam libello à Marciano contendisset, ut cognitionem illam Concilio demandaret.* Luce meridiana clarius est Eusebium de tali imperii jure ne vel somniasse.*

L. 4. c. 3.

Ejus libellum, & conformem sacram Divalem secuti gloriosissimi iudices jusserunt ante omnia recitari Acta Ephesini latrocinii. Nam & istud ipsum Dioscorus postulabat. Verum non perstitit. Etenim sibi de Actis istis pessimè conscius intercessit postmodum in ipso lætionis exordio, proclamans ad vetustam generalium Synodorum regulam: *Supplicio per vestram Magnificentiam, in primis quæ de fide sunt examinari.* Est antiquissima Patrum regula, de qua ad Eusebium Constantii Augusti Eunucho, uti Sanctus Athanasius refert in Epistola ad Solitarios, dixit Liberius Pontifex: *Fiat Ecclesiastica Synodus, ubi ante omnia Ecclesiastica fides asseratur, ac deinde iudicium de Athanasio fiat.* Non enim fas est prius questionem de factis alicujus, quam de fide religionis haberi. Primum enim omnis discordia fidei rescindenda est, & tum questionem de negotiis fieri oportet. Nam & Dominus noster Jesus Christus non prius sanabat ægrotos, quam ubi ostendissent & prolocuti fuissent, quam fidem in ipsum haberent. Hæc à Domino didicimus. At reposuit Dioscoro Senatus: *Adversus accusationem te convenit respondere.* Ergò sustine Actorum lætionem fieri quod, & ipse postulasti. Hoc enim iudicium erat appellatæ causæ retractatorium, ideòque ipsa ante omnia, & quidem ex Actis, præsertim de partium voto, poterat discuti & definiri. Nam & Sardicensis Synodus prius Sancti Athanasii & aliorum Episcoporum appellatam causam finivit, exinde fidem confirmavit.

Quocirca Constantinensis, sacri Consistorii Secretarius, legere cœpit Acta latrocinialia, & dum venit ad sacram Divalem, qua Theodoretum Cyrensem Episcopum Theodosius Augustus jusserat esse sola suæ Ecclesiæ communionem contentum, nec adesse Ephesino Concilio, gloriosi iudices dixerunt: *Ingrediatu reverendissimus Episcopus Theodoretus, ut sit particeps Synodi, quia & restituit ei Episcopatum sanctissimus Archi-Episcopus Leo, & piissimus Imperator sanxit eum adesse sanctæ Synodo.* Ab Ephesina latrocinialis in se damnationis sententia Romam appellatæ, & istuc cum accusatoribus ac damnatoribus suis cœtaturus evocari postularat Theodoretus, fueratque per Sanctum Leonem Pontificem suo Episcopatu ac pleno honore restitutus. Et iudicium istud mandavit executioni Martianus Augustus, ideòque Theodoretum, uti canonicum, & integrum Episcopum, jusserat præsentem Synodo cum pleno suffragio adfiedere. Verum Ægyptii, Illyriciani, ac Palæstini Episcopi intercesserunt: *Miseremini. Fides perit. Ipsum Canones eiciunt. Hunc foras mittite. Magistrum Nestorū foras mittite.* Reposuerunt Orientales, Asiatici, Pontici, & Thracæ: *Nos Theodoretum damnationem in Ephesino latrocinio in pura charta subscripsimus, cessi sumus, & ita subscripsimus.* Ex quo liquet latrociniales Dioscori violentias non in solam Sancti Flaviani damnationem processisse. Etiam ipse Dioscorus est interlocutus: *Cyrillus cur eicitur, qui ab isto est anathematizatus? Et reverè non sola duodecim Sancti Cyrilli Capicula, sed & personam anathematizata in Ephesino Concilio Theodoretus, & licet cum illo pacem postea*

postea fecisset, non desit tamen anathematizare Capitula, Domnum Patriarcham suum, proficiscientem ad Ephesium latrocinium, calidissime obtestans & adjuvans, ne ullo pacto aut colore in Capitula consentiret. Nihilominus Orientales, Pontici, Asiatici, & Thraces Episcopi reddiderunt: *Dioscori homicidam foras mitte, Dioscori Acta quis ignorat? Facta est dura inter Episcopos contentio, ideòque gloriosi iudices sunt tandem interlocuti: Theodoreus reverendissimus Episcopus, proprium recipiens locum à sanctissimo Episcopo Inchoe urbis Romæ, in locum nunc accusatoris ingressus est. Unde patiamini ea, quæ inchoata sunt, finiri, ut ne aliqua confusio Auditorio fiat. Præjudicium enim ex persona reverendissimi Theodoretii Episcopi nulli generabitur, reservata videlicet post hæc omni accusatione & vobis & illi, & quæ invocem exercere volueritis, quia rectam tenet fidem, maximè cum sine scriptis appareat ei testimonium catholice fidei perhibens reverendissimus Episcopus Antiochia magnæ civitatis. Non Domus apud Ephesium degradatus, sed Maximus, ejus successor. Theodoretii eruditio, eloquentia, Episcopalis constantia nullo egent testimonio. Ea in Dioscorum agere horrebat factio latrocinialis. Hinc ejus Romanam restitutionem subreptionis arguit, excludere conata etiam à loco accusatoris: Etenim degradatum Episcopum alterius Episcopi accusandi jure discretè privat sextus Canon Constantinopolitanus. Erat quæstio multi examinis. Hinc mediam viam ingressi gloriosi iudices, Sancti Leonis de Theodoretii iudicium, à Marciano Augusto & Maximo Antiochiæ Patriarcha comprobatum, partim sunt executi, partim plenè discutendum in aliud tempus rejecere: Theodoreum, inquam, ab integro adhuc suffragio & iudicis loco suspenderunt, admiscere tamen ad facultatem accusandi. Et quidem salva etiam hujus executionis retractatione. Ftenim uti Sanctus Julius Papa suum de reparato Athanasio per Sardicensem, ita Sanctus Leo suum de restituto Theodoretii iudicium permisit ac voluit per præsentem Synodum adversus obreptiones retractari, cassandum ex causis legitimis aut firmandum. Hinc retractationem istam spondentibus & stipulantibus gloriosissimis iudicibus Legati Apostolici non obtinere.*

Ita reddito Theodoretii Orientales & alii ipsi consentientes Episcopi solenniter acclamarunt: *Dignus, dignus.* Exponit Nicetas Paphlago, agens de degradatione Sancti Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani: *Procopius Hypo-Diaconus, ablati à Patriarcha Pallio, illud solenne proclamabat, INDIGNUS, uti degradato, Indignus, ita noviter consecrato Episcopo solenniter olim acclamabatur, Dignus.* Et huc in Romana Bonifacii secundi Pontificis Synodo, publicata per Illustrissimum Dominum Lucam Holstenium, respexit Stephanus Larifseus Episcopus, Thessaliæ Metropolitana, loquens de sua consecratione: *Probianus Demetriadæ civitatis Episcopus titulos nec laudis exercuit, exclamans ubique illud solenne, Dignus.* Ejus in Metropolitana consecratione acclamatio erat honor singularis, ideòque de illo cunctos suæ Provinciæ Episcopos certasse

idem Stephanus adfirmat. *Quocirca restitutum, licet non plenissime, Theodoreum Collegam suum Orientales Episcopi uti noviter consecratum Episcopum honorarunt. Ast Ægyptiursum intercesserunt: Nolite eum dicere Episcopum, non est Episcopus. Impugnatorem Dei foras mitte: Judæum foras mitte. Cyrillum Theodoreus accusavit. Cyrillum eiciamus, si Theodoreum acceptimus. Canones istum eiciunt. Hunc Deus averfatur. Ita illum tractant ob damnata Sancti Cyrilli Capitula, eademque de causa illum Ephesi damnarant. Adjunxit se Basilius in Rhodopes Provincia Episcopus Trajanopolitanus: Et à nobis Theodoreus damnatus est. Hæc omnia erant clandestinæ & culiculares Dioscori machinæ, ideòque Orientales Episcopi reddiderunt: Orthodoxum Synodo, Seditiosos foras mitte, Homicidas foras mitte. Quare lassus, & graviora metuentes gloriosi iudices sunt cum stomacho interlocuti: Acclamations istæ populares neque Episcopos decent, neque partes juvant. Patiamini universorum fieri lectionem. Et iterum Episcopi Ægyptii: Unum eiciite, & omnes audimus. Pro pietate clamamus. Pro Catholica fide hæc dicimus. Ex quo fundamento & isti & ipsorum successores, & omnis Acephalorum grex, per multos annos non desierunt impugnare præsentem Synodum, uti Nestorianorum communione pollutam, immò plenè Nestorianam, quæ Theodoreum, hominem manifestè Nestorianum, prius ad accusandi locum, deinde ad synodale suffragium & plenam Episcopi communionem admisisset. Tandem verò ad gloriosorum iudicum feriam iussuonem cunctis quiescentibus, Constantinus sacri Consistorii Secretarius in latrocinialium Actorum lectione perrexit.*

Et cum sacram Divalem, qua Theodosius Augustus Dioscoro, Juvenali Hierosolymitano, ac Thalassio Cæsareensi Episcopo Synodi Præsentiam ac Primatum detulerat, legeret, Dioscorus locutus est ad gloriosissimos iudices: *Comperit vestra Clementia, quia non mihi soli sacratissimus noster Imperator commisit iudicium, sed & beatissimo Juvenali, & sanctissimo Episcopo Thalassio auctoritatem Synodi dedit. Nos ergo iudicavimus quæ iudicata sunt, consensit nobis & universa Synodus. Quare in me solum ista extenduntur, quando auctoritas ex æquo tribus data est, & iudicatis à nobis consensit universa Synodus, & confessa est propriis vocibus, & subscripsit, & relatum est piissimo Imperatori Theodosio, & confirmavit omnia, quæ iudicata sunt à sancta & universali Synodo, generali lege? Confirmatam à Principe Synodum ait retractari non posse, aut sanè sese solum non posse agere, utpotè qui non solus, sed cum Juvenali ac Thalassio præfuderit Synodo, & omni pari potestate & consilio cum ipsis egerit. Addit omnem Synodum unanimi suffragio adfensisse. Et hinc Orientales Episcopi intercesserunt: In damnationem beati Flaviani, & Eusebii Episcopi nullus voluntarie consensit. Enunciare mysterium, fustes, gladios, milites, Parabaianos, Barsamæ monachos, Comites, quibus eos violentarant Dioscorus, & addiderunt: Homicidam Dioscorum foras mitte, Flavianum militem deposuerunt. Et quoniam cum Episcopis clamabant & Clerici, Epi-*

Episcopi Ægyptii reposuerunt: *Clerici nunc quare clamant? Synodus Episcoporum est, non Clericorum. Superfluos foras mitte. Qui subscriperunt, in medium veniant.* Et statim in medium prodierunt Stephanus Ephesinus, & Theodoros Claudopolitanus in Isauria Episcopus, enarrantes illatas sibi violentias, & Orientales cum sibi adherentibus Episcopi adclamarunt: *Omnes eadem dicimus, hæc ita se habent.* Et Ægyptii: *Christianus neminem timet, Catholicus neminem formidat. Ignis ponatur, & dicimus. Si homines timerentur, martyres non fierent.* Eos arguunt, quod ex metu, qui in Episcopum nullus cadere debeat, sese fuisse pravaricatos proprio ore confiteantur. Adjudicat Dioscorus: *Quia asserunt se non audisse quæ iudicata sunt vel disposita, sed simpliciter in oblata pura charta subscripsisse, maximè quidem non oportuit eos subscribere, quibus satisfactum non erat de his, quæ dixit Synodus, quia de fide erat sermo. Sed quia causantur in oblata pura charta subscripsisse, interlocutiones eorum quis ordinavit supplico dicere eos, præcipiat Magnificencia vestra. Eos arguit, quod fateantur, & quidem in re dogmatica, sese in pura charta ex metu subscripsisse. Reverà enim alienissimum id est à constantia Episcopali. Addit eos mentiri, istudque liquere ex ipsorum interlocutionibus, seu verbalibus suffragiis: Ut potè qui nihil subscriperint, nisi quod prius verbali suffragio firmassent. Produci hæc suffragia Dioscorus postulabat. Verum pergi in Actorum lectione voluerunt gloriosi iudices, & Constantinus Secretarius perrexit.*

Cum legeret Ephesi primo Dioscorum, secundo loco sedisse Julianum Coensem Episcopum, Sancti Leonis Pontificis Vicarium ac Legatum, Orientales Episcopi clamant: *Ejectus est, nullus suscepit nomen Leonis.* Et hoc reverà fuit palmare Dioscori crimen. Cum legeretur Sanctus Flavianus post Juvenalem Hierosolymæ, & Domnum Antiochiæ Patriarcham sedisse, iterum clamant iidem Episcopi: *Flavianus ut damnatus ingressus est. Hæc manifesta calumnia. Constantinopolitanum Episcopum quare quintum posuerunt? Et Sanctus Paschasius Lilybeti Episcopus, ac Sancti Leonis Papæ Vicarius & Legatus: Ecce nos, Deo volente, Dominum Anatolium, Flaviani successorem, primum habemus; hi quintum posuerunt beatum Flavianum. Et Diogenes Cyzicenus Episcopus, Helleponti Metropolitana: Quoniam vos regulas scitis, utique tertium Canonem Constantinopolitanum. Verum neque Paschasius, neque Orientales Episcopi illum solum respexerunt. Quomodo enim Romanæ Ecclesiæ doctissimus Legatus ex Canone per eandem Ecclesiam reprobrato iudicaret? Respexerunt neperat inter Sanctum Proclum & Domnum Antiochentem de isto Canone pacta, quæ Paschasius, etiam Canone non subsistente, existimavit rata & servanda. Quod ejus iudicium cassavit postea Sanctus Leo Pontifex, uti suo loco ostendit ex ejus litteris ad Maximum, Domni successorem.*

Ep. 61. c. 4. Venitum est ad intercessionem, qua Hilarus Romanæ Ecclesiæ Diaconus & Legatus dogmaticas Sancti Leonis ad Synodum litteras postulavit legi, atque tunc Ætius Ecclesiæ Constanti-

nopolitanæ Archidiaconus est interfatus: *Neque suscepta est Epistola sanctissimi Episcopi Leonis, neque lecta est. Et Episcopi Orientales: Non est nobis lecta. Et rursùm laudatus Archidiaconus: Septies juravit coram omnibus facere eam recitari, & non est lecta. Et pejeravit. Et Theodoros Claudopolitanus in Isauria Episcopus: Quia juravit, omnes scimus; & quia non est lecta, confitemur. Erat res momentosissima, ideòque ad Dioscorum, Juvenalem, ac Thalassium, latrocinii Primates, dixere gloriosi iudices: Reverendissimi Episcopi, quibus auctoritas tunc eorum, quæ agebantur, ab imperiali data est Clementia, dicant pro qua re Epistola sanctissimi Archidiaconi Leonis non est recitata, præsertim præcedente interlocutione, ubi eam iussu est recitari. Respondit Dioscorus: Gesta demonstrant, quia secundo interlocutus sum recitari Epistolam reverendissimi Episcopi Romani. Et rogatus, Ob quam causam post tuam interlocutionem lectio Epistolæ non est facta: aliud neficiens reposuit: Interrogentur & alii Episcopi, quibus fuerat & causa commissa, cuius rei gratia non est recitata. Interrogari petiit Thalassium ac Juvenalem. At gloriosi iudices non acquieverunt, iterum interlocuti: In primo loco ipse responde. Et rursùm adseverant, secundo interlocutus sum recitari eam, reddidit Eusebius Dorylænsis: *Mentitur. Quod nempe Dioscorus legendam Epistolam sola lingua, non mente iussisset. Etiam Juvenalis nihil competentis rationis dare potuit, & rogatus Thalassius hoc unum reddidit: Neque prohibui, neque tantam auctoritatem habebam, ut ego solus possem disponere fieri lectionem.**

Ephesium Canonem de non addendo ad Symbolum Nicænum firmari, & facta per Synodum Constantinopolitanam addimenta dolosè damnari curarat Dioscorus, & Acta latrocinialia adfirmant ab omni Synodo fuisse adclamatam; Si quis innovat, anathema sit. Quæ dum legerentur, Orientales & alii plures Episcopi intercesserunt: *Ista non diximus. Ista quis dixit? Et Theodoros Claudopolitanus apud Isaurios Episcopus: Deducat Dioscorus Notarios. Eiciens enim omnium Notarios, suos fecit scribere. Veniant Notarii, & dicant, si ista scripta sunt, aut nobis presentibus lecta sunt, aut si quis cognovit & subscripsit. Quare habita est quæstio, An istud violentiæ & falsi crimen Dioscorus reverà commisisset. Et quidem Juvenalis Hierosolymæ, ac Thalassius Cæsariæ, ac Erasistratus Corinthiorum Episcopus facti sunt suos ex synodali more Notarios excepisse. At longè aliter Stephanus Episcopus Ephesiorum: Excipiebant, inquit, Notarii mei, Julianus, qui nunc est Episcopus Lebedi, & Crispinus Diaconus, & venerunt Notarii Episcopi Dioscori, & deleverunt tabulas eorum, & digitos eorum penè frugerunt, volentes tollere & thecas eorum. Et neque eorum Actorum exemplaria accepti, neque novi de cætero quid actum sit. Quæ omnia etiam Acacius Ariarathæ in secunda Armenia Episcopus confirmavit. Etiam adversum factas tunc Dioscoro, tamquam fidei & regularum custodi, acclamations intercessit Theodoros Claudopolitanus: Hæc nullus dixit.*

Fidei libellus latrocinio ab Eutychete exhibitus

tus laudabat jam dictum Ephesinum Canonem, qui suæ justitiæ palmare fundamentum, & addebat: *Cujus exemplaria in codice designavit mihi Pater noster & Episcopus Cyrillus, quem & præ manibus habeo*. Adversum quæ, dum legerentur, obviavit Eusebius Dorylæensis: *Mentiri est, non est definitio talis, non est regula hoc præcipiens*. Reposuit Dioscorus: *Quatuor codices sunt, qui hanc definitionem continent. Quod definiunt Episcopi, non est definitio? Numquid habet, Quia regula est? Non est regula. Aliud est regula, aliud definitio. Accusa quinque Synodicos codices. Et ego habeo, & ille, & ille habet, omnes proferant codices*. Quid apud antiquos fuerit propriæ Canonis, exponit in sui Nomo-Canonis præfatione Photius: *Magni illi viri, Basilii & Gregorius in ea sunt sententia, ut existiment Canones Ecclesiasticos eos esse dicendos & habendos, quos non modo scriptis & privatim aliqui, sed plures sancti Patres in unum convenientes de communi sententia cum accurata & sollicita perquisitione decreverunt*. Et in Nomo-Canonis corpore hoc est primi tituli caput quartum: *Quod non ab uno Episcopo, sed à communi Episcoporum cætu Canones promulgantur*. Ita tradi ait à Sancto Basilio in quadragesimo septimo capite litterarum ad Sanctum Amphilo- chium Metropolitanam Iconientem, & à Sancto Gregorio Nysseno in sexto capite Epistolæ ad La- tojum Mitylenensem Episcopum. Eiusdem sententiæ fuit Facundus Episcopus Hermianensis: *Novos constituere Canones non nisi multis, & in unum congregatis primi ordinis Sacerdotibus licet*. Et hinc Sanctus Leo Magnus in litteris ad Campaniæ, Piceni, & Thuscianæ Episcopos distinguit Canones à decretalibus Sedis Apostolicæ Constitutis. Quæ distinctio in aliorum etiam Pontificum litteris est frequentissima. Et ex ipsa Hincmarus Remensium Archi-Episcopus in Epistola quinquaginta quinque capitum adversus Hincmarum, nepotem suum, Episcopum Laudunensem, docuit à solo extra generalem Synodum Romano Pontifice non posse condi novos Canones, immò nec nova Decreta, nisi ex prioribus Canonibus hausta. Primum est verum, lapsum fuisse in secundo est alibi ostensum.

Aliam Canonis essentialiam qualitatem adducit Pelagius secundus Pontifex in litteris ad Eliam Archi-Episcopum Aquilejensem: *Omnes novimus, quod in generali Synodo nunquam Canones, nisi peractis definitionibus fidei, nisi perfectis synodalibus gestis habeantur, ut servato ordine cum prius Synodus ad fidem corda edificet, hinc per regulas Canonum mores Ecclesie actusque componat*. Ita laudatus Facundus synodalia de Christianam fide Constituta à Canonibus distinguit. Et ipsa præfens Synodus suum de fide Decretum appellavit, non Canonem, sed Definitionem. Proinde Canon seu Regula est de moribus, Definitio de fide. Et hinc de Eutychemis libello rectè dixit Dioscorus: *Numquid habet, Quia Regula est? Non est regula. Aliud regula, aliud definitio*. Reverà enim Ephesinum Decretum est de fide, non de moribus, & illud à suis Canonibus etiam ipsa Synodus distinguit. Hodie tamen passim vocamus Canonem, quod ab antiquo loquendi rigore, & adducto Canonis & definitionis discrimine jam

pridem recefferimus, adeò ut sacrosancta Tri- dentina Synodo fidei anathematismos, Cano- nes; morum autem regulas appellet Decreta re- formationis. Secuta est hanc regulam: *Moribus antiquis, præsentibus utere verbis*. Antiquus est iste recessus: Nam & Photius Sanctorum Basilii & Gregorii, aliorumque Patrum decretalia Con- stituta Canonibus adnumerat, & assidue Cano- nes appellat. At quæstio est, unde Eusebius Dorylæensis Episcopus negavit Ephesi editam fuisse istam etiam definitionem? Aliud nescio, quam mancum illi codicem fuisse.

Et hinc definitionem istam esse omnino admit- tendam dixit Diogenes Metropolitanus Cyzicenus, arguens tamen Eutychemis libellum de ommissis & abjectis Synodi Constantinopolitanae ad Nicæ- num Symbolum additamentis: Ea dixit ab il- lo abiici ex Valentini & Apollinaris spiritu, per additamenta ista damnato, ideòque adversus eadem huc usque rebeli. Dixit ab Eutychemite re- suscitatum Apollinaris hæresim, ideòque & addi- tamenta ista, per Ephesinam Synodum nullatenus damnata, refutari. Verum Ægyptii Epi- scopi, ab Eutychemite & Dioscoro leprosi, in- tercessere: *Nemo suscipit adjectionem, nemo dimi- nutionem. Quæ in Nicæa constituta sunt, teneant, Catholicus Imperator hoc iussit*. Etenim & Theo- dosius Augustus ab Ephesina, & ejus successor Marcianus à nostra Synodo jusserunt Eutychemianes lites ex Nicæno Symbolo definiri. Quod à Chry- saphio Eunuchò circumventus Theodosius iano- xiè jusserat, Eutyches & Dioscorus in pravum Apollinarij sensum detorserunt. Et hinc repo- suerunt Episcopi Orientales: *Hæc Eutyches dixit*. Adversus illum Sanctus Proterius Alexandriæ post Dioscorum Archi-Episcopos laudata addi- tamenta inferuit professioni consecrandorum Epi- scoporum.

Eutychemis libellus anathema dicebat Mani- chæo, Valentino, Apollinari, Nestorio, cunctis hæreticis, etiam illis, qui Domini carnem garriunt de cælo venisse. De quo Valentiniano errore erat Eutychemis non modicè infamatus. Hinc illum Ephesi rogarat Diogenes Cyzicenus Epi- scopus: *Unde ergo est caro Domini? Dic*. Quæ cum ad præsentem Synodum legerentur, momentosissimam hanc quæstionem fuisse sine discussione à Dioscoro dimissam questus est Basilius Metro- polita Seleuciensis. At reposuit Dioscorus: *Religiosissimus Episcopus Basilius reprehendit in Gestis vocem suam, dicens, Quia sic non dixi, sed falsè scriptum est. Si verò Eutychemis præter dogmata Ec- clesie sapit, non solum parva dignus est, sed & igne. Ego verò fidei Catholice & Apostolicæ sollicitudinem gero, & non alicujus hominis. Ad ipsam namque Divi- nitatem mentem intentam habeo, & ad personam non attendo, neque pro quolibet curo, nisi pro mea anima & recta fide*. Ait Basilius, utpote proprium in Constantinopolitana Sancti Flaviani Synodo datum suffragium prævaricati apud Ephesum, tes- timonium esse fide indignum, additque nihil istic à sese actum pro Eutychemite, sed omnia pro solo Deo & ejus Evangelica doctrina.

Et hinc nata est occasio disceptandi, an Basi- lius suum suffragium fuisset reverà prævaricatus? Dioscorus constanter adseruit. Et omnino lectas

indicta Sancti Flaviani Synodo Sancti Cyrilli li- teras probat Basilius, & adjunxerat à se adorari Dominum nostrum Jesum Christum in duabus, etiam post adunationem, naturis; at verò Ephesi vocem istam reprehendens & recantans dixerat: *Adoro unam naturam Deitatis unigeniti inhumanati. Quare aliud nescivit, quam recantare recanta- tionem, allegare Dioscori violentias per milites & monachos, & non mentis, sed solius infirmæ carnis lapsus deprecari*. Etiam à gloriosissimis iudicibus rogatus, cur catholicè sentiens in San- cti Flaviani damnationem subscripisset, reposuit. *In iudicium centum viginti aut triginta Episcoporum traditus necessitatem habuit parere bis, quæ ab illis ordinabantur*. Ad quæ subannans, & ex proprio illum ore judicans Dioscorus: *Erubescens homines prævaricatus es quod bonum est, & fidem sprevisti? Ita illum ait Episcopatu ex propria confessione indignum. Quare & ipse, & omnes ejus Collegæ Orientales, necnon & Thalassius Cæsarensis, Eusebius Ancyranus, ac Eustatius Berytenis clamaverunt supplices una voce: Omnes peccavimus, omnes veniam postulamus*.

Eusebius Dorylæensem, Eutychemis accusa- torem, uti officio perfunctum, à prosequendo iudicio appellationis retractatorio excluserat Dio- scorus, onus istud injectum volens Sancto Fla- viano. Quæ dum Chalcedone legerentur, Euse- bius est interlocutus: *Accusatus à me Eutychemis, dans libellos in sancta Synodo, commemoravit quia accusator ipse sum. Quo autem modo, cum sanctæ memorie Flavianus, qui iudicabat, posularit me accusatorem ingredi, & Consequentia & regulis ita volentibus, prohibitus sum ingredi, rogo perquiri. Et Dioscorus, Juvenalis, ac Thalassius, latro- cinii Primates, à gloriosis iudicibus rogati cau- sam, nequiverunt aliud, quam crimen in Comi- tem Elpidium & sacram Iustionem referre, di- centes: venerandus Comes Elpidius iussit cum non ingredi, confirmans quia imperator jusserat. Quare uti regularum & consequentiæ transgressores, qui sacram iustionem Canonibus adversam admisis- sent, fuere graviter culpati. Ex quo rursus vi- des sacras ejusmodi iustiones esse nullius momen- ti. Istud Dioscori factum rectè damnavit in libro de Sectis etiam Leontius Scholasticus Byzanti- nus.*

Addidit verò superbus Dioscorus: *Quoniam culpatis me, sicut qui transgressus sum regulas, quæ nunc custodiuntur regulæ, ut Theodoretus ingredi- tur? Ejus eminentem scientiam & generosam mentem horrebat. Responderunt gloriosi Judi- ces: Theodoretus Episcopus ut accusator ingressus est, sicut ex voce ejus audistis. Et roganti, Qua- mobrem in ordine Episcopi sedet, denuò reddide- runt: Et Episcopus Eusebius, & Episcopus Theo- doretus in ordine accusantium sedent, sicut & vos in loco eorum, qui accusantur, sedetis. Nullam ca- villi ansam adversus Synodum Dioscorus abire permittit.*

Quæstio est, quænam sit illa Consequentia, toties in his & aliis Synodorum Actis laudata, passim regulis adjuncta, & à qua frequentissimè quid dicitur fieri aut non fieri Consequenter? Res- pondeo esse illam, de qua nostræ Synodi Relatio ad Sanctum Leonem Papam: *Dioscorus. Beatum & Christ. Lupi Oper. Tom. II*

Flavianum præter omnem Canonum consequentiam damnavit. Et in litteris ad Leonem Augustum, post Synodum Chalcedonensem extantibus; Joannes Heracleæ Episcopus, Europæ Metropo- lita, ac totius Thraciæ dioceseos Primas: *Clo- rici præter Ecclesiasticam consequentiam ordinati. Et in aliis ibidem ad eumdem Principem litteris Pergamius Antiochenus Episcopus, Pifidiæ Me- tropolita: Secundum consequentiam regularem. Si-* Epist. 27.
milia Patrum ac Synodorum loca adduci possunt plurima. Proinde Consequentia seu Canonum Consequentia non est aliud, quam tempore illo usitatus Canonum Codex, in quo omnes probati Canones, certo seu dignitatis seu temporis ordi- ne, sese consequebantur. Nostra hodie Conse- quentia est corpus Canonici Juris. Epist. 41.

Ex Constantinopolitana sub Sancto Flaviano Synodi Actis lecta quoque fuit Sancti Cyrilli ad Joannem Antiochiæ Patriarcham & ejus Syno- dum pacificatoria Epistola, duas in Domino plenas naturas prædicans, atque tunc omnes Illyricianæ dioceseos Episcopi exclamarunt: *Sic credimus, sicut & Cyrillus. Cyrilli eterna memoria*. Et famosus Theodoretus: *Anathema ei, qui dicit duos Filios. Unum enim Filium adoramus Dominum nostrum Jesum Christum Unigenitum*. Theodoretus apud Dioscori factionem erat suspectus de duo- bus: Quod Sancti Cyrilli Capitula, personam, inquitque Ecclesiarum cum illo pacem damna- ret: & quod sub duabus in Domino naturis pro- ficeretur & duas personas, ideòque Jesum cum Nestorio solveret. Utriusque suspicionem ista interlocutione purgavit. Et de eisdem suspecti Collegæ Orientales acclamarunt: *Flavianus sic credebat, Flavianus ista defendebat, pro his Fla- vianus damnatus est. Eusebius Nestorium deposuit, Dioscorus fidem corripit*. Quibus ex verbis quidam volunt Eusebius Dorylæi Episcopum, licet hodiè non habeatur subscriptus, adfuisse primæ Synodæ Ephesinæ. Ut ut sit, certum est eum non minùs Nestorianæ, quam Eutychemianæ blasphemias fuisse adversum. Undè & Ægyptii, Dioscoro addictissimi, Episcopi fuere ad stipulati: *Omnes sic credimus, se sapit universus mundus. Et hinc à gloriosis iudicibus fuerunt merito interro- gati: Qua ratione Eutychemis, his contraria dicen- tem, in communionem suscepistis, Flavianum verò & Eusebius, his usus, deposuistis?*

lecta fuit & devia interlocutio, qua Eustatius Berytenis Episcopus, laudatam Sancti Cyrilli Epistolam, prædicatamque ab illa duas Domini naturas ex aliis ejusdem Epistolis conatus ad Eutychemis deliria detorquere, dixerat: *Non oportet intelligere duas naturas, sed unam Dei verbi incar- natam. Ad quæ Orientales Episcopi exclama- runt: Ista Eutychemis dicit, hæc Dioscorus dicit. Re- posuit verò Dioscorus: Neque confusionem dicimus, neque divisionem, neque conversionem. Confusionis dogma Eutychemis ab Apollinario, Apollina- rius acceperat ab Arianis, quorum sensum ele- ganter & lucidè exponit Phæbadius, Agennen- sis in Gallia Episcopus, in virorum illustrium catalogo per Sanctum Hieronymum laudatus: Duplicem Christi Domini naturam sive statum, non conjunctum, sed confusum vultis videri, ut etiam unius vestrum, id est, Potami Epistola, quæ ad Oriem*

Oriente & Occidente transmissa est, qua assertit
carne & spiritu coagulatis per sanguinem Mariæ, &
in unum corpus redactis, passibilem Deum factum.
Hoc ideo, ne quis illum ex eo crederet, quem im-
passibilem satis constat. Fecistis igitur de Spiritu Dei
& carne hominis nescio quid tertium; Quia nec verè
stiam Deus est, si verbum esse desit, caro enim sa-
ctus; neque verè homo, quia non propriè caro. Fuit
enim verbum. Ac sic ex utroque jam neutrum, Ab
erubescenda impietate purgat se Dioscorus, ajens
à se quidem negari duas naturas, & adferi unicam,
at Dei Verbi incarnatam, ideoque sine

errore & periculo confusionis.
Et reverà hæc propositio *Christus est una natura
Dei verbi incarnata*, habet sensum sanum, à
confusionis blasphemiam purum, expositum largè
à quinta Synodo. An illum Dioscorus in mente
gesserit noluit Synodus disquirere: Confusionem
ab illo adferi suadebat præsumptio juris & de jure.
At verò de Eustatio Berytenfi Episcopo, viro
insigniter usque huc orthodoxo, gloriosi judices
sunt interlocuti: *Dicit sancta Synodus, si canonis
Epistolis sanctæ memoriæ Cyrilli, quæ in Synodo
publicatæ & hic lectæ sunt, consonat interlocutio
Eustatii reverendissimi Episcopi.* Et antequam Syn-
odus responderet, Eustatius in medium pro-
diens, & librum gestans dixit: *Si malè dixi,
ecce codex.* Liber Cyrilli anathematizetur, & ana-
thematizetur. Produxit Sancti Cyrilli ad Acacium
Melitinae Metropolitanam, ad Valerianum Me-
tropolitanam Iconiensentem, ad Succesum Dio-
Cæsareensem in Iauria Episcopum, & ad
Eulogium Presbyterum Constantinopolitanum
litteras, in quibus propositioni isti sese te-
naciter affixum ostendit, ipsamque liberam ab
omni Apollinaristicæ confusionis adferione,
immò & suspitione. Hanc propositionem, *Chris-
tus post adunationem est due nature*, videtur
Orientalibus solo dispensatorio ineundæ pacis
amore ac necessitate indulissee. Et hinc labendi
ansam sumpsit in Ephesino latrocinio Eustatius,
& ad nostram Synodum perrexit: *Qui dicit unam
naturam ad negationem carnis Christi, quæ & con-
substantialis est nobis, anathema sit; & qui dicit
duas naturas ad divisionem filii Dei, anathema sit.*
Et pro Beato Flaviano dicere volo. Ipsa verba accep-
tit Beatus Flavianus, & porrexit piissimo Impera-
tori, & jubete recitari manum ipsius, ut dicat uni-
versa Synodus, quia jussè suscepta est. Ortho-
doxam professionem probavit omnis Synodus; at
gloriosi Judices addiderunt: *Cur ergo Flavianum
beata memoriæ deposuisti?* Etenim Orientalis in
prima Phœnicia Episcopus erat Eustatius, ideo-
que duarum in Domino naturarum professionem,
per Antecessores suos à Sancto Cyrillo exactam,
non potuerat sine speciali crimine damnare. Hinc
humiliter reposuit: *Erravi.*

Ventum est ad Sancti Flaviani de recitatis San-
cti Cyrilli Epistolis iudicium, quo duas in Do-
mino naturas & ipse fuerat professus, & gloriosi
Judices sunt interlocuti: *Quod dicunt reverendissi-
mi Episcopi? Itane exponens fidem sanctæ memoriæ
Flavianus orthodoxam & catholicam religionem salva-
vit, an erravit in ea?* Hæc est enim professio,
cujus causa illum uti hæreticum Nestorianum
damnavit latrocinium Ephesinum. Respondit

verò Sanctus Paschasius, Romanæ Ecclesiæ Vi-
carius & Legatus: *Sanctè, & integrè, & catholicè
exposuit beatæ recordationis Flavianus. Siquidem
ejus fidei expositio cum beatissimi atque Apostolici viri
Papæ Romani Epistola concordat.* Et ejus collega
Lucentius Episcopus Esculanus: *Quoniam sanctæ
memoriæ Flaviani fides concordat cum Apostolica sede
& Patrum traditione, sententiam, qua illum ab
hæreticis constat esse damnatum, in eos retorqueri à
sanctæ Synodo necesse est.* Quod ipsum censuerunt
Anatolius Constantinopolitanus, Maximus An-
tiochenus, Thalassius Cæsareensis, Eusebius
Ancyranus, Eustatius Berytensis, Juvenalis
Hierosolymæ, Petrus Corinthiorum, Quinti-
lius Heracleensis, Zozon Philippensis, & alii
longè plures Episcopi, transseunt ad alteram,
in qua Orientales Dioscoro adversi stabant, Syn-
odi partem, postulantes tamen Sancti Flaviani
professionem plenam ad fidem usque legi. Juve-
nalis erat Orientalis Episcopus: *Cur ergo in alia
à Collegis parte stabat? Quod ab Antiochena
sede se separasset, & à suis Antecessoribus ere-
ctum Hierosolymæ schismaticum Patriarchatum
omni conatu maneret. Invaserat duas Phœ-
nicias: Hinc illi Eustatius Berytensis adherebat.*
Ita ergo insigniter deficere cœpit Dioscori factio,
in quam Episcopi Orientales exclamarunt: *Mar-
tyr Flavianus fidem benè exposuit.* At Dioscorus
intercessit: *Legantur reliqua ejus verba, & sic re-
pondebo.* In sequentibus enim invenitur se impu-
gnans, & dicens post adunationem duas naturas.
Manifestè ideo damnatus est. *Ego autem testimonia
habeo sanctorum Patrum, Athanasii, Gregorii,
Cyrilli in multis locis, quia non oportet dicere duas
naturas post adunationem, sed unam naturam Dei
Verbi incarnatam.* Ego cum Patribus ejicior. *Ego
defendò Patrum dogmata, non transgreddor in ali-
quo.* Et horum testimonia non simpliciter, neque
transitorio, sed in libris habeo: *Ut verò omnes peti-
erunt, & ego rogo reliqua recitari.*

Propositionem istam, *Christus est una natura
Dei Verbi incarnata*, fuisse in Ecclesiis à Sancto
Athanasio inductam insinuat etiam Ferrandus Ec-
clesiæ Carthagenensis Diaconus, in litteris ad Ana-
tolium Romanæ Ecclesiæ Diaconum, ajens indu-
ctâ adversum Arianos, suo autem tempore propter
Eutychianos fuisse suspectam. Sancti Athanasii
locum ex oratione de Domini Incarnatione addu-
cit in libro de Sectis Leontius Scholasticus By-
zantinus: *Eundem esse Dei Filium ratione Spiritus,
& hominis Filium ratione carnis. Non duas naturas
unum illum Filium, quorum una sit adoranda, non
adoranda sit altera, sed unam naturam Dei Sermo-
nis incarnatam.* At ipse constanter adferit verba
ista in Athanasio non reperiri. *Cum, inquit,
interrogantur Acephali, propositionis istius acer-
rimi quasi ex Sancto Athanasio defensores. Ubi
dictum hoc exstet, nec ejus ostendendi copiam habent,
in arctum coacti, pusillam quandam orationem prose-
runt quasi duorum foliorum, in qua hoc dictum legi-
tur.* At notum est universis, omnia Sancti Athanasii
opera valde magna esse. Pusilla ista duorum folio-
rum oratio videtur esse oratio de Domini Incar-
natione adversum Paulum Samosatensem, in qua
voces istæ reverà non reperiuntur. Pergit Leon-
tius: *Primus inter orthodoxos Cyrillus protulit ver-
bum*

bum istud. *Inter orthodoxos dicimus, quoniam se-
pius hoc Apollinaris reprobat, unde factum est ut
Sanctus Cyrillus pro Apollinarista sit habitus ab Ori-
entalibus, cum talis non esset.* Quid autem ad hoc re-
pondemus, quod Beatum Cyrillum producant citan-
tem hoc dictum in libro adversus Theodorum Mop-
suestenum, quasi profectum ab Athanasio? Nimi-
um dicimus reapere quidem illum in Beati Cyrilli con-
tra Theodorum invectivis legi, sed mendum esse pri-
scum. *Dioscorus enim successor Beati Cyrilli factus,
cum ejus opera reperisset, fortè non veritus est inse-
rere nonnulla, quæ ipsi libitum fuit.* Neque verò
conjecturis non modò niti, quod Beatus Cyrillus il-
lud contra Theodorum non produxerit, ex eo quoque
manifestum est. *Nam Theodoretus, qui Theodorum
defendebat, universas auctoritates refutans, quas-
cumque Sanctus Cyrillus contra Theodorum de sanctis
Patribus protulerat, nunquam hujus dicti meminit.*
At enim isti referunt à Theodoro callidè omisissum:
Quod enim adversus eam auctoritatem oculis aspiciere
non posset, ut admodum planam, & apertam, id-
circo sponte ab ipso prætermissam. Respondemus
tantum abesse, ut eam Theodoretus ibi postquam præ-
terire voluerit, ut cum Beatus ille Cyrillus alibi dix-
isset UNAM NATURAM DEI SERMO-
NIS INCARNATAM, Si quidem scivisset Theo-
doretus id verbum, quod apud Cyrillum exstat, ex
Sancto Athanasio citatum, nequaquam adeo temerè
didurus fuerit: *QUIS TIBI PATRUM DI-
XIT UNAM NATURAM DEI SERMO-
NIS INCARNATAM? Addit Liberatus Car-
thaginensis memoratas in Theodoro invectivas
non esse Sancti Cyrilli, sed sub ejus nomine fi-
ctas.* Quocirca videtur Dioscorus eadem hic au-
dacia pro dicto illo adduxisse Sanctum Athana-
sium, quo illius nomen nuper intruserat in dictas
invectivas. Etiam in libris de orthodoxa fide San-
ctus Joannes Damascenus dictum istud, non
Sancto Athanasio, sed soli Sancto Cyrillo ad-
signat, dicens in illo vocem, *Natura*, quando-
que pro persona ab eodem usurpari. Et in tracta-
tu de composita Domini natura ait illud quidem
adscribi & Sancto Athanasio, sed per Acephalos.
Res incerta est, etiam superius discussa. Ut ut
sit, voces istas, quod ab Eutychete & Dioscoro
in palmare erroris fundamentum adsumerentur,
Synodus nostra noluit canonizare. Laudatus
Ferrandus uti proscripitas tractavit. Ejus legit-
imum sensum eleganter exponit in libro de Domini
Incarnatione, exstante in tomo undecimo Bi-
bliothecæ Patrum, Theodorus Monachus &
Presbyter Rhaientis.

Reliquorum Actorum lætio Ætherici Smyr-
nensis Episcopi, suum in Sancti Flaviani Synodo
dictum suffragium prævaricati in Ephesino latro-
cinio, lapsum supra abundè expositum aperuit,
nec non hanc Longini Cherfontensis Episcopi in-
terlocutionem in laudata Synodo: *Post inhumana-
tionem ex duabus naturis adoro Divinitatem unigeni-
ti filii Dei.* De qua Dioscorus. *Ex duabus susci-
pio, duas non suscipio.* Et rursùm, agens adver-
sus interlocutionem Juliani Episcopi Coenensis:
Post unionem non sunt due nature. Inter hæc
propositiones, *Christus est in duabus naturis, &*
Christus est ex duabus naturis, Apollinaristæ po-
suerunt grande discrimen. Eum esse ex duabus
Christ. Lupi Oper. Tom. II.

naturis, verum in unam compositam mixtis &
confusis, fatebantur; esse in duabus, integri-
tatem ac plenitudinem suam sine mixtione aut
confusione retinentibus, pernegabant. Quod
discrimen etiam in palmare erroris sui fulcrum
adsumpsit, ut ipse Eutyches, ita omnis post
præsentem Synodum factio Eutychiana. Quan-
tas, & quales ex vocalis, *Ex, &, In*, turbas
adversus Juvenalem Hierosolymæ Episcopum ex
Synodo nostra reducem, & adversus omnem Pa-
læstinæ Ecclesiam excitavit Pseudo-Monachus
Theodosius, refert in historia sua Evagrius Epi-
phanensis. Hinc dixit etiam Dioscorus, *Ex
duabus suscipio, duas non suscipio.* Hinc item istas
licet sano sensu orthodoxas, cum illis identicas,
& ab Ecclesiæ Patribus usitatas voces canonizare
noluit nostra Synodus: *Noluit Eutychianistis
dare fontem ullum, aut fucum fomenti.*
Rem insigniter narrat Leontius Byzantinus. *Alter-
rum Acephalorum adversus Synodum Chalcedo-
nensem dubium est, cur ipsa definitionem illam re-
pudiavit, qua continebatur verbum illud, EX
DUABUS NATURIS, cum tamen sanctus ille
vir Cyrillus sursum avorsumque, DUABUS EX
NATURIS dicat.* Ad hoc respondemus non reje-
ctam fuisse propterea, quod ista verba contineret, *EX
DUABUS NATURIS, hæc enim & nos ad-
mittimus, & ipsi Hæstantes, & Eutyches, sed
quod esset imperfecta.* Nullam enim refutationem dog-
matum Eutychis habebat, sed id solum complecteba-
tur, quod communiter utrisque probatur. Tantum
verò abest, ut resisterit illis verbis, *EX DUABUS
NATURIS, ut in secunda definitione ubique resu-
tans Eutyches, nusquam mentionem fecerit hujus lo-
quendi formulæ, EX DUABUS NATURIS, quasi
scilicet eam admitteret.* Multi putant fuisse
admissam. Cum clamore & impetu dixit ista
Dioscorus, adjungens: *Egor impudenter agere,
de anima est mihi sermo.* Ejus impudentiam San-
ctus Paschasius compressit.

Ad lætam Eudoxii apud Bosphorum Episcopi
professionem, *Deus Verbum hominem perfectum
adsumpsit*, intercessit Eustatius Episcopus Bery-
tenis: *Hominem non adsumpsit, sed homo factus
est, carnem autem adsumpsit.* Verum sine firma
ratione. Etenim Eudoxii phrasin usurpant &
Græci & Latini Patres frequentissimè, nomina-
tim Sanctus Augustinus, ex quo cantat in dies
Latina Ecclesia: *Tu ad liberandum suscepturus ho-
minem non horruisti Virginis uterum.* Ante Nesto-
rii præsertim, vocibus illis pessimè abusi, tem-
pora fuisse Patres ita locutos rectè advertit Fa-
cundus Episcopus Hermianensis. Nostræ Syno-
di tempore ex Nestorio suspensæ erant, ac inde
Eustatius sumpsit intercedendi fundamentum.

Etiam adversus lætam in Sancti Flaviani Syn-
odo Eutychetis professionem, *Confiteor ex dua-
bus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem*,
post verò *Unam naturam confiteor*, nec non
& adversus datam vocibus illis à Dioscoro in
Ephesino latrocinio approbationem, *Consenti-
mus hic & nos omnes*, intercesserunt Episcopi
Orientales: *Ista nemo dixit. Anathema ei qui dixit
ista.* Homicida dixit: *Ægyptii dixerunt hæc. Ista
Pharaonis sunt.* Agunt præsertim in voces, *Unam
naturam confiteor.* Et in voces, *Ante adunatio-
nem.*

em. Eas enim, uti graviter Origenes fatentes, culpavit etiam in dogmaticis ad Sanctum Flavianum litteris Sanctus Pontifex Leo Magnus. Prædicari volunt duas in Domino naturas, de quibus tamen rectè monuit Eustatius Berytensis: *Et intentio piissimi Imperatoris, & intentio piissime Augustæ, & intentio vestra vult unire Ecclesias. Ergò, ne postquam hinc fuerimus digressi, incipient aliqui dicere, Quoniam docuerunt duas naturas dicere post adunationem divisas.* Ubi Eustatius omnino prophetavit. Etenim duarum naturarum adfertio fuit palmaris adversus præsentem Synodum calumnia Eutychnianistarum, delirantium duas naturas stare non posse sine duabus personis, & naturali secundum hypostasim unioni repugnare. At rectè reposuit Basilium Episcopus Seleuciensis: *Cognoscimus duas naturas, non divinus; neque divisas, neque confusas dicimus.* Etenim non naturarum diversitas, sed divisio inducit pluralitatem personarum.

Lectus est ejusdem Basilii apud Ephesum lapsus, & orthodoxi apud Constantinopolim dati suffragii palinodia, ubi aliud ille nesciit, quam allegare metum ex Dioscori violentiis, & veniam precari. Et roganti Dioscoro, *Ego te coegi, reddidit: In tale nos homicidium tu compulsisti per manus multitudinis post damnationem Beatissimi Flaviani. Conscite, quantum tunc intulit violentiam, omnium rerum potestatem adeptus & iudicium, cum etiam & nunc perturbet Concilium. Sex illi conspiratores Episcopi tantum relictæ sunt, & omnes nos conturbat.* Ex quo liquet Dioscorum fuisse insigniter turbulentum.

Sub noctis tandem exordium accensis cereis, lecta fuit latrocinialis in Sanctum Flavianum sententia, in quam Episcopi Orientales exclamaverunt: *Anathema Dioscoro. Hac hora damnavit Sanctum Flavianum, hac hora damnatur. Sancte Domine tu illum vindica. Catholice Imperator tu illum vindica. Leoni multos annos. Patriarchæ multos annos.* Hæc est prima apud generales Synodos memoria vocis, *Patriarcha*; prima ejus acceptio pro illis Episcoporum Primatibus, quos jam passim vocamus *Patriarchas*. Dico, *In Synodis generalibus:* Falluntur, qui eam putant non esse antiquiorem. Etenim in litteris ante Synodum nostram exstantibus scribit ad Valentinianum tertium Augustus Theodosius: *Leo reverendissimus Patriarcha.* Quod ipsum repetit in litteris ad Gallam Placidiam Augustam. Eodem titulo Xixtum secundum Pontificem insignit in sermone de Sancto Laurentio Sanctus Maximus Episcopus Taurinensis. Et in litteris ad Servianum Consularem, exstantibus apud Flavium Vopiscum in vita Saturnini Tyranni, Adrianus Augustus memorat Christianorum in Ægypto Presbyteros, Episcopos, & Patriarchas, utique Alexandrinum. Non video, cur à Domino Petro de Marca persuadeat Adrianum loqui de Patriarchis Judæorum. Attamen videtur vox à Synagoga venisse ad Ecclesiam. Etenim in primo ad Rufinum libro scribit Sanctus Hieronymus: *Origenes Hebræorum Patriarcham Euillium, qui temporibus ejus fuit, nominat.* Et in litteris ad Pamachium

Epist. 29.

Epist. 50.

Cap. 4.

Cap. 3.

Epist. 101.

Epist. 101. agit de Gamalielæ Patriarcha, homine tantæ auctoritatis, ut contra Hefychium, virum sub

Theodosio Augusto Consularem, gravissimas exercuerit inimicitias. Et hæc Esajæ Prophetæ verba. *Effeminati dominabuntur eis, hunc in modum interpretatur: Consideremus Patriarchas Hebræorum, effeminatos ac delicias affluentes, & impletam esse prophetiam cernemus.* Patriarchas istos fuisse supremos spectantium ad religionem quæstionum iudices, liquet ex lege Arcadii & Honorii Augustorum ad Eutychnianum Prætorio Præfectum, exstante in Codice Theodosiano. Eorumdem dignitatem & potestatem variis ibidem legibus firmant etiam Constantinus, Constantius, Valentinianus, ac Theodosius Augustus. Erant apud suos personæ spectabiles atque illustres. Verùm in suo Codice Justinianus ipsorum non meminit, quod nempe grandi illo titulo, ad supremos Christianorum Episcopos privatè translato, essent penitus exuti. Paulatim & successivè id fuit factum.

Posteriora sæcula titulum istum ad quosdam etiam Metropolitam & Primates extenderunt. Etenim circa Sancti Gregorii Magni tempora Metropolitanus Aquilejensis, quod Histrii schismatis, tria Capitula adversus quintam Synodum & Romanam Ecclesiam defendentis, caput esset, à suis affectis vocari coepit Patriarcha. Et hi sunt veri natales istius Patriarchatus. Ad eadem tempora Synodus secunda Maticensis in sua præfatione Priscum Lugdunensium Metropolitanam vocat Episcopum Patriarcham. Etiam Sanctum Nicetium, ejusdem civitatis Episcopum, ita vocat Sanctus Gregorius Turonensis. Et ad Rudolphum Bituricensium Metropolitanam scribit Nicolaus primus Pontifex: *Qui ad te, quasi ad Patriarcham suum, provocaverint.* Rerum Anglicarum Ecclesiasticæ scriptores eundem titulum frequenter attribuunt suo Primati Cantuariensi. Etiam apud Petrum Blefensem legimus, quod Henricus secundus Anglorum Rex Sanctum Thomam Cantuariensem, dummodò ad pacificandum regnum isti Episcopatu cederet, paratus esset transferre ad eminentiam majoris Patriarchatus, id est, ad digniorem sedem Metropolitanam. Etiam in hac nostra Synodo gloriosi iudices omnem Metropolitanam diserte vocant Patriarcham. Et secundo Canone Constantinopolitano, Patriarchis & autocephalis Primatibus suas dioceses distribuente, dicit generaliter Socrates: *Patriarchas constituit.* At impropria est ista vocis acceptio. Etenim solos tres, Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum, pro veris Patriarchis semper habuit Ecclesia, quibus postmodum Constantinopolitanus & Hierosolymitanus per rapinam & malas artes accesserunt. Reliquos omnes majores Episcopos solo Metropolita, Archi-Episcopi, aut Primatis titulo jam pridem insignimus. Romanus tamen, uti & Alexandrinus, Papa intulit semper maluit quam Patriarcha, de cujus nominis origine & dignitate est alibi opportunè dicendum.

Post lecta alia latrocinialia Acta gloriosissimi iudices sunt tandem interlocuti: *De rellta quidem & catholica fide perfectius sequenti die, conveniente Concilio, diligentioris examinationem fieri oportere perspeximus. Quoniam verò Flavianus religiosus*

memoria, & Eusebius reverendissimus Episcopus, ex Gestorum & cognitionum scrutatione, & ipsa voce quorundam, qui tunc Synodo præfuerunt, consenserunt se errasse, & frustra eos damnasse, quia nihil circa fidem moris strantur errasse, ostenduntur injustè depositi, videtur nobis justum esse, si placuerit Divinissimo & piissimo Domino nostro, eidem pœne Dioscorum reverendissimum Episcopum Alexandria, Juvenalem Episcopum Hierosolymorum, Thalassium Episcopum Cæsariæ Cappadociae, Eusebium Episcopum Ancyra, Eustatium Episcopum Beryti, & Basilium Episcopum Seleucia Isauriae, qui tunc potestatem & principatum Synodi tenuerunt, subjacere, & à sancto Concilio secundum regulas ab Episcopali dignitate fieri alienos, omnibus que consequenter acta sunt ad sacrum Apicem referendis. Et Orientales cum sibi adhærentibus Episcopi acclamarunt: *Hoc justum judicium. Dioscorum Christus deposuit. Homicidam Christum deposuit. Martyres Deus vindicavit.* Et Episcopi Illyriciani: *Omnnes erravimus, omnes veniam mereamur.* Spectabant illi ad Romanum Patriarchatum, ideoque Sancti Leonis de Sancto Flaviano & profano Eutychei iudicium prævaricati, singularis veniæ gratia habebant opus. Porro gloriosissimi iudices memoratos Episcopos non deposuere, sed dumtaxat judicatum deponi per Synodum dignos.

Et perrexerunt: *Unusquisque reverendissimorum Episcoporum præsentis sancti Concilii, quomodò credat, in scriptis sine ullo metu, Dei timorem ante suos oculos ponens, exponere festinet, cognoscens quoniam Divinissimus Dominus noster secundum expositionem in Nicæa congregatorum trecentorum decem & octo sanctorum Patrum, & secundum expositionem, qui post eos fuerunt, centum quinquaginta, & secundum canonicas Epistolas & expositiones sanctorum Patrum, Gregorii, Basilii, Athanasii, Hilarii, Ambrosii, & Cyrilli duas canonicas Epistolas in Ephesina prima Synodo publicatas & confirmatas, credit, nullo modo ab earum fide recedens. Etenim reverendissimus Archi-Episcopus senioris urbis Romæ Leo adversus infidelem & contrariam catholicæ religioni emergentem dubitationem visus est ad reverendæ memoriæ Flavianum misisse Epistolam.* Hac in Epistola sese à sanctorum Patrum confessione non recessisse profitebatur, eam permiserat à Synodo discuti, & cum sanctorum Patrum Scriptis conferri, ac tum ex ipsa Eutychnianis lites definiri mandat Sanctus Leo, ideoque gloriosi iudices designant sanctos Patres, cum quorum Scriptis oporteat fieri collationem. Designant non Nicæanum tantummodò Symbolum, sed & Constantinopolitanum: Adversus Apollinisticas Eutycheis nugas, Symbolum istud variè infamantes. Secunda Sancti Cyrilli ad Ephesinam Synodum lecta, & per ipsam confirmata Epistola est Epistola duodecim Capitulorum, ideoque & illam uti authenticam gloriosi iudices habuere. Usque ad accensos cereos, seu ultimam vesperam Actio duravit.

ACTIO II.

AD secundam Actionem, factam sexto Idus Octobres, loqui coeperunt gloriosissimi iudices, rogantes à Sancti Flaviani & Eusebii Dorylænsis, quos crudeliter & latrocinialiter damnatos jam abundè constabat, causa procedi ad discutiendas controversæ fidei quæstiones, pro quibus & maximè Concilium factumerat, idque sine timore, gratia, inimicitia, & addentes: *Scire vos volumus, quia tam Divinissimus orbis terræ Dominus, quam nos catholice fidem à recentis decem & octo Patribus, & à sanctis centum & quinquaginta, nec non à cæteris sanctissimis & gloriosissimis Patribus traditam custodimus, & secundum ipsam credimus.* Symbolum Constantinopolitanum, uti unum è fidei fundamentis denuò profitentur. Et Episcopi omnes acclamarunt: *Expositionem alteram nullus facit. Neque tentamus, neque audemus exponere.* Docuerunt enim Patres, & in Scriptis custodiuntur que ab eis sunt exposita, & citrà ea dicere non possumus. Addit Cecropius Sebastopolitanus in prima Armenia Episcopus: *Emerferunt que ad Eutychem pertinebant, & super iis forma data est à sanctissimo Archi-Episcopo Romæ urbis, & sequimur eum, & Epistole ejus omnes subscripsimus.* Et Episcopi omnes: *Ista omnes dicimus.* Exponit Theodoretus Cyrensis Episcopus in litteris ad Sanctum Papam Leonem: *Incidimus in illa, que de Salvatoris Dei que nostri Incarnatione Sanctitas vestra scripsit, & admirati sumus exactam operis diligentiam.* Opus istud, uti Apostolico charactere plenum, insigniter laudat. Est dogmatica ejus ad Sanctum Flavianum Epistola, in Ephesino latrocinio per Dioscorum suppressa. Post latrocinium missa est à Pontifice per omnes Orientis Ecclesias, & ante præsentem Synodum ab omnibus Episcopis subscribi iussa. Et omnes germanè orthodoxi subscribere: *Tanta semper apud cunctas, etiam Orientales, Ecclesias fuit auctoritas sedis ac definitionis Romanæ.*

Perrexerunt gloriosi iudices: *Si placet Reverentiæ vestræ, sanctissimi Patriarchæ, id est, Metropolitanæ, singularium Provinciarum eligentes singulos aut binos sua proprie quisque Provinciae, in medio transeuntes, & communiter de fide tractantes, que complacta fuerint, omnibus manifesta constituent, quatenus si, ut optamus, omnes consenserint, solvatur omnis ambiguitas, sin verò aliqui contraria, quod non putamus, sapuerint, ita fiet, ut eorum voluntates manifestæ constituentur.* Episcopi reposuerunt: *In Scriptis expositionem non facimus; Regula est que prædicat sufficere que sunt exposita. Regula vult aliam expositionem non fieri. Ea que Patrum sunt teneantur.* Nullum adversus Nestorii nugas Decretum scripserat, sed eas Nicæno Symbolo adverbis sola viva voce ostenderat Ephesina Synodus, ipsam denuò, uti trophæum omnium hæresium abundè profligatorium, confirmans, addensque Canonem de nullo ad ipsum faciendo vel unius vocis additamento. Et Valenti Augusto, roganti unicum voculam,

Epist. 11.

Con-

L. 1.

Consubstantiale, auferri de Nicæno Symbolo, atque ita Ecclesiarum fieri pacem, respondit apud Sanctum Gregorium Nyssenum in libris adversus Eunomium Sanctus Basilius, fidei isti nihil posse demi vel addi, & vel de formulæ ipsius ordine mutando non posse cogitari. Quæ lege ligari etiam generales Synodos existimarunt multi Episcopi: Existimarunt nullum posse deinceps scribi fidei Decretum seu definitionem, sed sola voce exponi posse laudatum Symbolum, & grassantibus erroribus monstrari adversum. At longè rectius in litteris ad Leonem Augustum, post Synodum præsentem exstantibus, Joannes Sebastenus Episcopus, primæ Armeniæ Metropolita: *Judicamus definitionem à sancto Chalcedonensi Concilio prolatam, non sicut fidei Symbolum, sed sicut definitionem esse positam ad peremptionem Nestorianæ vesaniæ.* Nostræ Synodi de fide Decretum eleganter ostendit non esse novum Symbolum, neque Nicæni Symboli additamentum, sed novam dumtaxat adversum novos hæreticos definitionem, ideòque ab Ephesini Canonis transgressu longissimè abesse: Quoniam laudatus Canon intra solum Symboli Nicæni seu Constantinopolitani corpus vetet inferi quodvis vel unius voculæ additamentum.

Epist. 48.

Quam doctrinam intellexit etiam Florentius Sardensis Episcopus, Lydiæ Metropolita, respondens gloriosissimis iudicibus: *Quoniam non est possibile subivò dicere de fide eos, qui docti sunt sequi Nicænam sanctam Synodum, & que in Epheso recitè & p̄ roborata est, secundum fidem sanctorum Patrum Cyrilli & Celestini, & Epistola sanctissimi Leonis, precamur vestram Magnificentiam præstari nobis inducias, quatenus cum decenti tractatu accedere ad veritatis causam possimus, quamvis in nostra persona, qui Epistola sanctissimi Leonis subscripsimus, non indigemus correctione.* Idem respondit Cecropius Sebastopolitanus Episcopus, & addidit: *Precamur ut ea, quæ sanctorum Patrum decem & octo sunt, & quæ sanctissimi Leonis, recitentur.* Placuit hoc gloriosis iudicibus, atque ita ad ipsorum interlocutionem Eunomius Nicomediensis Episcopus, Bythinia Metropolita, ex codice recitavit Nicænum Symbolum, & omnes Episcopi acclamarunt: *Hæc Catholicorum fides. Hinc omnes credimus. In hæc baptizati sumus. Beatus Cyrillus sic docuit. Papa Leo sic docuit, Papa Leo sic interpretatus est.*

Exindè Ætius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archidiaconus recitavit ex codice Symbolum Constantinopolitanum, & rursum Episcopi acclamarunt: *Hæc omnium fides, hæc orthodoxorum fides. Omnes sic credimus.* Ità Symbolum istud adversus Eutychetis calumnias canonizarunt. Notandum, quod non acclamarunt: *In hoc baptizati sumus, in hoc baptizati sumus.* Nempè dudum etiam post Synodum Constantinopolitanam plebæque Orientales Ecclesiæ perstiterunt suis catechumenis tradere Symbolum Nicænum. Duravit usque ad tempora Petri Fullonis seu Chnaphe, Patriarchæ Antiocheni, à quo Symbolum Constantinopolitanum, in sola Dominica Parasceve cantari antèa consuetum, fuisse cantari iustum ad quodvis solenne Sacrificium, est alibi

offensum. Fuisse tunc Antiochiæ etiam catechumenis traditum docet Epistola sancti Papæ Felicis tertii ad dictum Fullonem. Adfirmat enim traditum fuisse illud Symbolum, in quo Dominum Jesum profitemur natum de Spiritu sancto ex Maria Virgine: Quæ verba palam sunt in solo Constantinopolitano. Quem morem Ecclesiæ & diocesi Constantinopolitanæ imposuit Timotheus Episcopus, Macedoniæ secundi successor, atque ita pedetentim receptus fuit ab omni fermè Ecclesia Orientali. Romana Ecclesia in Baptistimo Apostolicum Symbolum semper retinuit, uti in quarto adversum Eutycheten libro disertè testatur, qui post Synodum præsentem floruit, Sanctus Vigilus Episcopus Tridentinus. Etiam retinuit, ad Missarum solennia cantans Constantinopolitanum, Hispaniarum ecclesia. Liqueat ex secunda Bracarensi Synodo, & Sancto Æthe- Cap. 1.
Uxamentis Episcopo in libris adversus Elipandum Archi-Episcopum Toletanum. Errorem L. 1. c. 90
Episcopi in libro de Sacramento Altaris: *Damasus Pontifex, CREDO IN UNUM DEUM, ex Decreto Concilii Constantinopolitani post Evangelium cantari instituit.* Quem errorem ex Georgio Aristino secutus etiam est in Florentini Concilii adversus Marcum Ephesinum Apologia Josephus F. 677. Episcopus Methonensis.

Laudatus Archidiaconus Ætius etiam legit duas Sancti Cyrilli Epistolas: Alteram ad Nestorium, quæ est ad ipsum secunda, priori loca lecta in Ephesino Concilio: alteram Ecclesiarum pacificatricem ad Joannem Patriarcham Antiochenum. Magnis acclamationibus utramque Synodus honoravit. Quæstio est, cur & tertiam, quæ est duodecim Capitolurum, & cum qua per Ephesinam Synodum canonizata etiam conferri Sancti Leonis dogmaticam Epistolam iusserunt superius gloriosi iudices, Sancti Cyrilli Epistolam præsens Synodus non curarit recitari? Episcopis Severianis, istud ipsum in Collatione Constantinopolitana postulancibus, respondit Hypatius Archi-Episcopus Ephesinus: *Si omnes formas & definitiones fidei in Epheso adversus Nestorium facti Concilii susceperit & consignavit Chalcedonense Concilium, quemadmodum hæc Epistolam habuit resellere? Sed quia adversus Nestorii blasphemias, quæ duas naturas in duas personas & duas substantias dividunt, unam personam & unam substantiam volebant definire, illa autem Epistola duarum substantiarum intulit mentionem, propterea propriè ea nominare distulerunt, ut non inveniantur aut illi aut sibi esse contrarii.* Eutychianistis universam Ecclesiam Nestorianismi calumniantibus, adversum quos congregati, nullam istius in se criminationis ansam præbere voverunt Synodi nostræ Patres, proindèque istam Sancti Cyrilli Epistolam, cujus tertium Capitulum vocem *Substantia* pro natura accipit, atque ita duas in Domino substantias seu hypostates naturaliter uniri dicit, noluerunt sibi recitari, & expressim canonizari.

Dico, *Expressim.* Omnino enim receperunt & canonizarunt, adeò ut in Edicto, Rusticum & Sebastianum Romanæ Ecclesiæ Cardinales Dia-

Epist. 112.

Diaconos degradante, dicat Vigilus Pontifex: Beatæ recordationis Cyrilli synodicam ad Nestorium cum duodecim Capitulis beatæ Chalcedonensis Synodum ad convincendas Nestorii vesanias in definitione fidei legitur posuisse. Fidei definitio proficitur à se custodiri ordinem & omnes formulas, quæ de fide sunt apud Ephesum constitutæ, quas inter omnino est Epistola duodecim Capitolurum. Quam professionem supra etiam laudavit, & nostram ex ipsa adfessionem firmavit Hypatius Ephesinus. Eadem fidei definitio infra expressim proficitur & canonizata uti congruenter habentes, non solas ejusdem Sancti Cyrilli ad Orientales, Joannem videlicet Antiochiæ Patriarcham & ejus Synodum, litteras pacificatorias, sed & synodicas ad Nestorium Epistolas, utique eas ipsas, quas canonizavit prima Synodus Ephesina. Adfirmat esse validas ad Nestorii vesaniam convincendam: Et hinc Hypatii Ephesini adducta ratio videtur præsentem quæstionem non penitus enodare. Quomodo enim ad Nestorii blasphemias convincendas valida & efficax Epistola possit eidem blasphemias præbere fomenta, & earumdem nobis reddere suspectos?

Cap. 6.

Quare magis placet ratio insinuata per Theodoretum in litteris ad Domnum Antiochiæ Patriarcham, profecturum ad Ephesinum latrocinium: *Nihil boni ex jactata seu futura Ephesina Synodo expectare licet. Neque enim instum in duodecim Cyrilli Capitibus virus norunt, qui aliarum sunt diæceson, sed eius, qui illa scripsit, claritatem attendentes, nihil sinistra suspicantur.* Et qui ejus sedi successit, omnia, opinor, movet, ut altera Synodo illa confirmet. Qui enim pro imperio nuper illa scripsit, & iis, qui acquiescere his nolent, anathema dixit, quid præsidens Concilio non aget? At scito, Domine, neminem eorum, qui instam in his hæresin norunt, adductum iri ut ea recipiat, quamvis duplo plures decernant. Jam squidem, etiamsi plures temerè ista sanxissent, restitimus apud Ephesum, nec planè illi, qui hæc scripserat, communiacivimus, quam iis, quæ exposueramus, adsentientem consaniam his doctrinam accommodavit, nullam Capitulum illorum faciens mentionem. Adfirmat Capitula illa à sanctissimis & doctissimis Episcopis fuisse damnata, ex eis natam omnem Ephesinæ Synodi discordiam, & pergit: *Misillorum, quæ pacificationis tempore à Sancto Cyrillo scripta sunt, exemplum, ut cognoscas nullam Capitolurum mentionem fecisse. Et quod oporteat illos, qui ad secundam Ephesinam Synodum profiscuntur, ea quæ pacificationis tempore scripta sunt proferre, & aperte dicere quænam dissidium fecerint, & quo pacto divulsa coaluerint.* Et in libro de Sectis Leonitius Byzantinus: *Obijciunt adversus Synodum Chalcedonensem Acephali, cur à Theodoro non postularit, ut Scripta sua, quæ adversus beati Cyrilli duodecim Capitula composuerat, anathematizaret.* Respondemus ob id non tam accusandam Synodum, quam ipsum Cyrillum, hominem sanctum. Nam in communionem cum Orientalibus & ipso Theodoro constituta, non postularit ab eo, ut anathemate Scripta sua, quæ contra duodecim Capitula facta fuerant, exsecraretur. Quod igitur ipse Cyrillus, vir sanctus, non fecit, ob ejus intermissionem

an Synodus culpari meretur? Quæ omnia latius narrat Vigilus Pontifex in suo de tribus Capitulis Constituto. Reverè omne Ephesini Concilii dissidium hæsit in duodecim Sancti Cyrilli Capitulis. Et quoniam Orientales Episcopos ab ipsis, uti Eunomii ac Apollinaris lepram continentibus, vidit ille pertinaciter averfos, sua famæ & gloriæ communem Ecclesiæ pacem prætulit, & inita pace de fide orthodoxa ac Ephesini Concilii Actis cum Joanne Antiochiæ Patriarcha & ejus Synodo, Capitula probari non exigit, nec Theodoretus & aliorum Orientalium Episcoporum in illa calumniis recantari. Eos de Christiana fide rectum, de se ac suis Capitulis dumtaxat pravum sentire vidit, atque ita & hæc & semetipsum communi Christianæ quietis bono dispensatorie immolavit. Quæ omnia pacificationis Acta & Theodosius Augustus & Sixtus tertius Pontifex confirmarunt, & cuncti Orientales in suis archivis studiosissime custodierunt. Verùm Sancti Cyrilli successor Dioscorus, habens digitos patris sui dorso grossiores, transactæ paci addi voluit expressam Capitolurum approbationem, cunctis eam resutantibus dicens anathema. Et palmaris ejus in Ephesino latrocinio scopus fuit Capitula ista, & sub eorum furo Eutychianam hæresin stabilire, & tam hujus quam illorum resutatores perstringere pari damnationis sententia: Quod & omnino fecit. Nam Domnum Antiochiæ Patriarcham, omnibus ejus facinoribus ex metu cooperatum, postmodum degradavit ea unica de causa, quod Capitula, utique ex Theodoretis & totius suæ Synodi suafu, etiam Ephesi impugnasset. Porro Orientalium Episcoporum in Capitula odium etiam nostræ Synodi tempore perseverabat: Hinc illa dispensatoriam Sancti Cyrilli gratiam in ipsos exercendam duxit, & ab expressa Capitolurum confirmatione abstinentium. Et hæc est causa, cur Sanctus Gennadius Constantinopolitanus, alique doctissimi & sanctissimi Episcopi Capitula etiam post Synodum nostram perseverarint criminari: Criminiari, non Sancti Cyrilli, de quo censebant optimè, sed Apollinari & Eutychetis sensum, à quo existimabant istas loquendi formulas non posse purgari.

Post hæc Beronicianus sacri Consistorii Secretarius ex codice sibi per Ætium Archidiaconum porrecto recitavit dogmaticam Sancti Leonis Papæ ad Sanctum Flavianum & Ephesinum latrocinium Epistolam, quam recitandam Dioscorus septies perjerat. Epistolæ laudes suo loco adduxi, & addo ex Prato spiritali Sancti Sophronii Patriarchæ Hierosolymitani: *Habetur scriptum in Ecclesia Romana de sanctissimo Leone Pontifice, quod cum scripsisset Epistolam ad Sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum contra impios Eutychen & Nestorium, posuerit eam supra tumulum Principis Apollolorum Petri, & orationibus, ac vigiliis, & jejuniis vacans oraverit ipsum summum Apostolum, dicens: Si quid ut homo vel minus caudè posui, vel etiam omisi, Tu cui à Domino Deo Salvatore nostro Jesu Christo & fides hæc & Ecclesia commissa est, emenda. Post quadraginta verò dies apparuit ei Apostolus oranti, & dixit ei? Legi & emendavi. Sumensque Epistolam de sepulchro beati Petri, aperuit eam,*

923

Cap. 147.

eam, & invenit Apostolica manu emendatam. Ita à Sancto Gregorio Magno, Romanæ Ecclesiæ adhuc Cardinali (Diacono, & Apocrifario apud Tiberium Augustum, fuisse relatum Sancto Eulogio Patriarchæ Alexandrino, tunc adhuc monacho & Abbati, testatur Sophronius, additque insignem & authenticam visionem, qua Theodoretus, ex Sancti Eulogii Secretario Darnensis in Lybia Episcopus, laudatum Pontificem Leonem vidit agentem solennes gratias laudato Eulogio ob laudatæ Epistolæ adversum Nestorianos & Eutychnianistas strenuam defensionem.

cap. 148.

Et tunc quidam existimant factum, quod ad Cresconium & Germanum, Anastasii secundi Pontificis apud Anastasium Augustum pro extinguendo Acaciano schismate legatos, quæsti fuerunt Dioscorus Presbyter & Cheremon Lector, Ecclesiæ Alexandrinæ in Regia civitate Apocrifarii: *Eutyche impiissimum contra fidem, quæ à beatissimis Apostolis prædicata est, sentiente & docere tentante, contigit per idem tempus Sedis Apostolicæ Præfulem tunc Leonem literas ad Chalcedonense Concilium destinare, quarum fuere interpretes ibi, qui cum Theodoro Cyrorum civitatis Episcopo tunc fuerant Nestorianæ hæresis sectatores: Et contra eam fidem, quæ à venerabilibus trecentis decem & octo Patribus est edita supra memoratæ litteræ prædicantur existere. Et non parvas occasiones his, qui ejusdem nefandissimi Nestorii blasphemias vindicant, præstiterunt, ita ut licentius adseverent eundem Nestorium minime perversa sensisse. His igitur causis Deo amabilis populus noster offensus est, & de græca translatione arbitratus in latino quoque sermone eundem sensum contineri, ac sese ab unitate Romanæ divisi Ecclesiæ. Nec non etiam Romanus Antistes, existimans nos contra eam fidem, quæ tradita est à beatissimis Apostolis, conspirasse, à nostra se communiione suspendit. Græcam laudatæ Epistolæ translationem fuisse de Nestorio viciatam, ac exinde turbatam Ecclesiam Alexandrinam, est omnino verum. Lique ex litteris Sancti Leonis Papæ ad Marcianum Augustum: Quia quorundam hæreticorum versuta nequitia, ad conturbandam aliorum simplicitatem, Epistolam meam, quam ad beatæ memoriæ Flavianum dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam litteris vel syllabis receptorem Nestoriani erroris assereret, obsecro venerabilem Clementiam vestram, ut eandem Epistolam per venerabilem fratrem meum Julianum Coensem Episcopum, vel eos, quos idoneos ad hoc opus Pietas vestra delegerit, in græcum sermonem jubeatis integre, diligenterque translata, per idoneum latorem sub vestri hgnaculi impressione deferri, tradendam judicibus Alexandrinis, qui eam Clero & plebi ipsius civitatis faciunt recitari, ut agnoscant se fallacium hominum fraude ulterius decipi non debere, & probentur Apostolicæ Sedis sinceri esse discipuli, apud quam nec Eutyches nec Nestorius ullum obtinent locum: Quia sicut alios hæreticos, ita & istos Ecclesiæ universalis damnavit. Quod vitiatio ista facta fuerit in Chalcedonensi Concilio, & vitiatæ Epistola ad Patres recitata, nunquam credidero: Etenim Sanctus Paschasius, Romanæ Ecclesiæ Legatus, græci sermonis erat plenè peritus. Ad eam etiam Julianus Episcopus Coensis. Et inter Græcorum Episcopos erant plurimi doctissimi ac*

Epist. 69.

sanctissimi, ejusmodi strophas nequaquam permitturi. Nec factam credidero per Theodoretum: Vir iste doctus & sanctus fuit dudum quasi caper emissarius, in quem Eutychnianistæ cunctas suas criminationes, & cuncta Nestorianorum facinora ex odio conegessere. Absit, ut illum Sanctus Leo vocet hæreticum, fallacem, simplicis populi seductorem. Adducta ejus ad Martianum Augustum Epistola data fuit quinto idus Martias, Ætio & Studio Consulibus, anno Domini quadringentesimo quinquagesimo quarto, qui est tertius post præsentem Synodum: Adfirmat viciationem tunc fuisse recentem. Factam existimo post confirmatum à Romana Ecclesia in cathedra Alexandrina Sanctum Proterium à degradati & relegati Dioscori turbulentissimis Sequacibus desperantibus de ejusdem Dioscori restitutione, ideoque & Leonem Pontificem & nostram Synodum de Nestoriana lue incipientibus palam calumniari.

Ex eodem codice laudatus Beronicianus legit varia Sancti Hilarii Pictaviensis, Sancti Gregorii Nazianzeni, Sancti Ambrosii, Sancti Joannis Chrysofolomi, Sancti Augustini, & Sancti Cyrilli Alexandrini loca, dogmaticam Sancti Leonis Epistolam confirmantia, ostendentiaque ipsam à sanctorum Patrum confessione nec ad apicem deviasse. Et hinc illi faustissima ac sanctissima adclamarunt Episcopi omnes, & addidere: *Hæc in Epheso cur lecta non sunt? Hæc Dioscorus occultavit.*

Verùm de tribus Epistolæ capitibus, quasi partim Eutychetem, partim Nestorium redolentibus, dubitarunt Illyriciani ac Palæstini Episcopi, quos tandem ex similibus Sancti Cyrilli locis illuminarunt Ætius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archi-Diaconus, & laudatus Theodoretus. Quæ omnia, uti & plura alia, partim à Nestorianis, partim ab Eutychnianistis culpata ejusdem Epistola loca, largiùs elucidavit in quarto adversus Eutychetem libro Sanctus Vigilus Episcopus Tridentinus. Et istud Theodoretum factum insigniter laudat Facundus Episcopus Hermianensis: *Theodoretus deliberationi ac definitioni Chalcedonensis Synodi interfuit, atque Epistolam Papæ Leonis, Eutychie dementia consultantem, ibi defendit, & quibusdam minùs intelligentibus rectam esse monstravit. Et infra in quarto ejusdem libri capite: Theodoretus inter alios Patres adfuit Chalcedonensi Concilio, & beati Leonis Epistolam, quam Eutychniani anatematizant, cum ibi relegeretur, dubitantibus Episcopis Illyricianis ac Palæstinis asseruit. Unde & ipse Sanctus Leo per Legatos suos reduces instructus solennes illi gratias retulit, de glorioso labore gratulatus. Ex quo lucet ipsum non fuisse Epistolæ viciatorem. Labor ejus placuit etiam gloriosissimis judicibus, interlocutis: Post hæc omnia quis adhuc dubitat? Et Episcopi acclamarunt: Nos ita credimus, omnes ita credimus. Sicut Leo, ita credimus. Nostrum nullus dubitat. Nos jam subscripsimus.*

L. 2. c. 1.

Epist. 69.

Verum quod non clamarent omnes: Atticus Nicopolitanus Episcopus, veteris Epiri Metropolitanus intercessit apud gloriosos judices: *Quoniam præstitit Magnificètia vestra suarum aurium facilitatem cum patientia, precamur inducias nobis dari,*

*ut intra paucos dies tranquilla mente, & non turbato animo, quæ Deo placent & sanctis Patribus, ordinentur. Quoniam verò nunc Domini nostri, & Sanctissimi Patris, & Archi-Episcopi Leonis, adorantis Apostolicam Sedem, lecta est Epistola, oportet & beatæ memoriæ Cyrilli Epistolam scriptam ad Nestorium, in qua jubet eum consentire duodecim Capitulis, & hanc dari nobis, ut in tempore disceptationis parati inveniamur. Et alii Episcopi acclamarunt: Si jubetis dari nobis inducias, petimus Patres simul perferri. Id est, accipere tempus sufficiens perferendis Patribus, eisque Papalem Epistolam conferendi. Reposuerunt verò gloriosissimi judices: *Differatur audientia usque ad quingentesimam diem, ut inter vos conveniat vestra Sanctitas ad sanctissimum Archi-Episcopum Anatholium, & communitè de fide tractetis, & qui dubitant doceantur. Nam est necessarium vos omnes convenire, sed quia conveniens est omnibus dubitantibus persuadere, reverendissimus Archi-Episcopus Anatholius eligat de his qui Apostolicæ Epistolæ jam subscripserunt, quos putaverit idoneos esse ad docendos eos qui dubitant.**

Lib. 5. c. 3.

Hic est Synodi locus, de quo Facundus Hermianensis: *Nobis Nestoriani dicunt, Quomodo illam Synodum recepistis, in qua non solum multi, sed etiam potiori loco sederunt Episcopi, qui ab Eutychnianis ordinati sunt, & Eutychie atque Dioscori dogmata secuti probantur? Reverà enim Anatholius in Sancti Flaviani latrocinialiter degradati Constantinopolitanam cathedram fuerat ab Ephesino latrocinio ordinatus ac intrusus, cunctisque Dioscori, utpotè ejus Archi-Diaconus, latrocinialibus Actis ibidem cooperatus. Hinc igitur Nestoriani Synodum nostram, in qua Anatholius, homo Eutychnianus, non solum ut vulgaris Episcopus, & judex adfuerat, sed ut cunctorum dubitantium Episcoporum sal & lumen fuerat honoratus, tamquam Eutychnianam aut certè Eutychniana communione pollutam fuerunt pertinacissimè detestati. At sine fundamento. Memorata enim vitia Anatholius per poenitentiam, per Sancti Petri Apostoli claves Sanctus Leo Pontifex, licet cum dispensatorio Canonum vulnere, ad Marciani Augusti preces expurgat. Et quidem solas inducias, nequaquam solennem Cyrillianæ Epistolæ lectionem Atticus impetravit. Notanda sunt ejus verba ad plenam Synodum: *Dominus noster, sanctissimus Pater, & Archi-Episcopus Leo. Evincunt Romanum Episcopum esse plena Synodo superiorem.**

Sub Actionis finem quidam Episcopi pro lapsis in Ephesino latrocinio Episcopis, præsertim juvenali Hierosolymitano, Thalassio Cæsareensi, Eusebio Ancyran, Basilio Seleuciensi, ac Eustatio Berytensi, quin & pro ipso Dioscoro precati sunt veniam, quidam illos ad decretas à gloriosis judicibus poenas postularunt, exclamantes: *Pro Patribus petimus, Patres Synodo reddite. Consentaneos Leonis Synodo. Patres Synodo.* Eos, qui dogmaticam Sancti Leonis Epistolam subscribere & profiteri fuerunt parati, postulant relinqui suo honoris, ac non detrudi à Sancta Synodo in suggestam à gloriosis judicibus damnationem. Et Illyriciani Episcopi addiderunt: *Omnes peccavimus, omnium miseremini. Hæc voces catholico Imperatori. Ecclesiæ scinduntur. Dioscorum Synodo.*

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

Dioscorum Ecclesiis. Sub imperio vestro malum non fiat, sub imperio vestro discordia non fiat. Ajunt Dioscorum, non solum, sed cum omni Synodo fuisse lapsum, sine schismatis periculo non posse damari, ideoque per Principis clementiam proprio obtestantur. At Ecclesiæ Constantinopolitanæ Clerici, fidiissimi Sancto Flaviano, intercesserunt: *Qui communicat Dioscoro, Judæus est. Et Episcopi Orientales: Ægyptum exilio, Hæreticum exilio.* Ad quæ gloriosissimi judices: *Quæ imerlocuta sunt, effectus mancipentur.* Hoc est; de Dioscoro & lapsis cum illo Episcopis data per nos sententia executioni mandetur. Et statim Dominino & Cyriaco, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconis, Episcoporum ad Synodum convocatoribus, est injunctum, ut ad proximam Actionem etiam cum aliis Episcopis Dioscorum invitarent.

ACTIO III.

AB Actione tertia, exclusis gloriosis judicibus facta tertio idus Octobres, Ætius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archi-Diaconus, & Notariorum Patriarchatum Primitivus, exegit in executionem mitti jam dictam ipsorum interlocutionem, discuti causam Dioscori, & libellos adversus illum exhibitos ab Eusebio Episcopo Dorylæi. Ad quæ Sanctus Paschasius, Romanæ Ecclesiæ Vicarius & Legatus: *Norum est huic Deo amabili Concilio, & ad beatum, & Apostolicum, & catholicum Papam Leonem sacras esse litteras destinatas, quatenus huic sancto Concilio se præsentare dignaretur. Sed quoniam neque antiqua hoc tenuit consuetudo, neque generalis temporum necessitas permittere videbatur, nostram Parvitatem huic sancto Concilio pro se præsidere præcepit: Ideoque necessarium est hæc, quæ in medium proferuntur, per nostram interlocutionem disceptari. Propter hoc igitur porrectus libellus à religiosissimo fratre nostro & Co-Episcopo Eusebio susceptus recitetur. Quibus ex verbis habemus quatuor. Primò, Romanum Episcopum rectè vocari catholicum, seu universalem. Secundò, generalis Synodi præfidentiam ipsi soli privatè competere. Tertio, quod non per semetipsum, sed per Legatos soleat præsidere. Nam & Arelateni & Sardiceni intra Romanum Patriarchatum Synodis Sylvester ac Julius Pontifex personaliter adesse noluerunt. Quarto, quod omnium synodaliter tractandorum propositio spectet ad eisdem Legatos. Porrò Paschasius jam fuit hæc præfatus adversus notas insolentias jam judicandi Dioscori, ex cuius suggestu Eutyches Romanos Legatos suspectarunt in Ephesino latrocinio, atque ita à Præsidis throno detruserat: Ejusmodi nugas neque jam in agendo Dioscori judicio, neque in quovis deinceps audiendas Paschasius protestatur.*

Eusebii per laudatum Ætium recitatus libellus verba faciebat pro ipso Eusebio, pro Sancto Martyre Flaviano, & pro catholice fide, hæc

k k hebat.

bebatque capita varia. Primò, *accusat Dioscorum uti consentaneum Eutyebi, heretico, damnato, & anathematizato, & quia volens perfidiam ejus confirmare in super facto Concilio, multitudine sectiosæ turbe collecta, potentiam sibimet acquirens per suas divitias, rectam fidem, quantum ad ipsum pertinet, contaminavit, & fermentum hæreseos insolis in catholica Ecclesia introduxit, & nos suam cerdotali dignitate privavit.* Secundò, eundem Dioscorum accusat, quod etiamnum perseveret hæreticus, quod Eusebium Eutychetis accusandi causa intra Ephesinam Synodum non admiserit, quod Sanctum Flavianum uti suis allegationibus non permiserit, quod confici curarit falsa Acta synodalia, quod adegerit Episcopos in pura charta subscribere, quod contra Canonum & Legum consequentiam egerit omnia, operatus variam iniquitatem. Hæc omnia corrigi rogat libellus, Eusebium reponi in gradum Episcopalem, & omnibus Episcopis in Dioscoro statui disciplinæ exemplum.

Quibus lectis, viva voce perrexit Eusebius: *Supplicio Adversarium meum ad conspectum meum evocari. Quare Dominus & Cyriacus Diaconi, an Dioscorum ad Synodum invitasset in suam diem & horam, rogati sunt ab Aetio Archidiacono, & responderunt: Nuntiavit Dioscorus se quidem velle venire, non autem permitti à cædientibus se, sicut dicebat.* Et per Epiphanium ac Elpidium Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyteros ex Sancti Paschafini mandato questus ad omnia Basilicæ secretaria & atria non comparuit, idèque ex Anatolii Constantinopolitani & Maximi Patriarchæ Antiocheni interlocutione destinati ad illum sunt, Constantinus Bostrensis Episcopus, Acacius Ariarathæ in secunda Armenia, & Atticus in Helenoponto Episcopus Zelenis, unà cum Himerio Lectore ac Notario, solenniter ad Synodum citaturi. At ille citatus respondit: *Paratus sum venire ad sanctum & universale Concilium, sed, ut videt vestra Religiofitas, prohibeor à devotissimis Magisterianis & Scholaribus.* Nec aliud ab ipso poruit extorqueri. Schola in jure Romano est seu militum seu ministrorum collegium, cujus membra dicebantur Scholaris, à Scholasticis plurimum distincti. Etenim Scholastici erant causarum in foro Advocati, aut etiam Rhetores fictarum causarum declamatores; at verò Scholares sunt in suos ordines digesti sectatores militiæ Castrensis aut Palatinæ. Magisteriani sunt iidem, qui Agentes in rebus, quorum schola seu ministerium, non in litteris, sed in rebus & actu versatur; erantque varii, Ducenarii, Centenarii, Biarchi, Circitores. Erant præcipua Officiorum Magistro, ne forsàn è Synodo fugerent custodiendus, atque ita hic illum commisit suis Scholaribus, Magisterianis, seu scholæ Agentium in rebus, quos fuisse Frumentariorum successores, institutos ad quævis per Provincias crimina inquirenda, criminoloseque custodiendos, testatur in Diocletiano Aurelius

Victor. Eorum varium manus, qualitatem, speciem vide apud Guidonem Pacirolum in notitia imperii Orientalis, & apud Jacobum Gutherium in opere de officiis domus Augustæ. Ab hisce ergo custodibus, hominum genere audaci passim ac insolenti, finxit se Dioscorus ab accessu ad Synodum impediri.

At ecce Legatis Episcopis à Dioscoro recedentibus occurrit Eusebium venerandus Adjutor gloriosissimi ac magnificentissimi Magistris Officiorum, eaque occasione ad Dioscorum sunt illi reversi. Magistri Adjutor erat totius scholæ caput ac Præfector, quem esse oportebat idoneum probis moribus, & bonis artibus præditum, idèque ab Episcopis instructus Eleusinius suorum seu veram seu fictam pro contumaci Dioscoro adversum Synodi mandata violentiam compe-scuit, reduxitque Episcopos ad mandata ista rursus intimidanda. Et omnino coram Eleusinio intimidantur; Dioscorus verò reposuit: *Quoniam ante hæc in congregatione sedentes magnificentissimi judices certa desinierunt post multam uniuscujusque interlocutionem, nunc verò in prædictionem confirmationem secunda me evocat congregatio, obsecro ut qui pridem ad hoc sanctum Concilium gloriosissimi judices & amplissimus Senatus convenerunt, & nunc sint presentes, ut iterum sub eorum presentia hæc eadem examinentur.* Gloriosissimorum judicum interlocutiones & reliqua Synodi hæc usque Acta à nemine subvertenda aut tentanda iponderunt Episcopi; at perficit Dioscorus: *Dixisti mihi nunc, quod libellos porrexit Eusebius adversus meam Religiofitatem, postulo iterum presentibus judicibus & glorioso Senatu probari quæ ab ipso dicuntur.*

Quibus ad Synodum relatis, secundam illi citationem mox mitti voluit Maximus Patriarcha Antiochenus, verum Amphilocheus Sidenis in Pamphylia Episcopus intercessit: *Uno aut duobus diebus causa differatur.* Reposuit verò Menecrates Cerastantis in Lydia Episcopus: *Unus homo universum orbem desolavit, & perturbavit, & per tres menses adfideamus ei.* Nicæam quippe fuerat indicta Synodus, propter Dioscori istic insolentiam translata Chalcedonem, & trium mensium passa moras. Quare Pergamium Antiochenum in Pisidia Episcopum Metropolitanum, Cecropium Sebastopolitanum in prima Armenia, ac Ruffinum Samofatensem in Eufratefia Provincia Episcopum, unaque Hypatium Lectorem & Notarium destinavit Synodus, secundam citationem facturos. Quibus denuò respondit Dioscorus: *Jam dudum præveniens demandavi vestra Religiofitati, quia & infirmitate detineor, & postulo magnificentissimos judices & sacrum Senatum esse presentem in eorum, quæ nunc examinandæ sunt, audientia. Quoniam verò amplius mihi egritudo invaluit, hujus gratia feci dilationem.* Et iterum: *Venerunt religiosissimi Episcopi Juvenalis, Thalassius, Eusebius, Basilius, & Eustatius ad Concilium? Etenim & hos gloriosissimi judices edixerant degradatione dignos: Hinc uti lapsi Episcopi fuerunt unà cum Dioscoro ejectione de Synodi confessu, & sine illis, utpotè ex eodem reatu ad patrem penam postulatis, nolebat ille respondere aut judicari.*

Ad

Ad primam exceptionem reposuit Cecropius Episcopus Sebastopolitanus: *Paulò ante tua Sanctitas non assererat se infirmari, sed postulabat sacratissimum Senatum & magnificentissimos judices esse presentes, nunc verò hoc addit.* Ad tertiam reddidit Pergamius Antiochenus: *Religiosissimi Eusebii Dorilænsis Episcopi accusatio, sicut adversus tuam Reverentiam facta, sua quemque personam, idèque tuam Sanctitatem consequenter & regulariter vocavit & vocat sanctissima & catholica Synodus.* Reverà enim unicum Dioscorum accusarat Eusebius, rectè dicens ad Synodum, *Et si ab aliis lesus essem, licebat mihi adversus unum, quem vellem, accusationem deponere.* Et hinc nihil replicare Dioscorus voluit, sed duntaxat ad gloriosorum judicum presentiam proclamare. Reddidit verò Cecropius: *Quando quædam Regularia examinantur, neque judices, neque aliquos alios laicos interesse oportet.* Quæ antiqua Synodorum regula est alibi abundè explanata. Eandem in Sancti Athanasii ad monachos Epistola laudat Liberius Pontifex, alloquens Eusebium Constantii Augusti Eunuchum: *Fiat Ecclesiastica Synodus longè à palatio, ubi nec Imperator præsidet, nec Comes se ingerit.* Et ibidem in litteris ad ipsum Augustum Constantium Hoffius Episcopus Cordubensis: *Quid tale à Constante Augusto actum est. Quando judicium Ecclesiasticis interfuit? Eundem Principem gravissimè arguit & ipse Sanctus Athanasius, quod suum Palatium in Ecclesiasticarum causarum tribunal verteret, & sese faceret litium istarum Principem & Cognitorem.* Eum esse dicit Anti-Christum, aut sanè insignem illius præcursorem: adeo cæcutiant, qui garrunt Romanos Imperatores generalibus Synodis quandoque præsedisse. Hinc pergit Athanasius: *Cum judicio Episcoporum quid commune habet Imperator? Plurimæ antebac Synodi fuere, multa judicia Ecclesiæ habitata sunt; sed neque Patres istiusmodi res, criminales Episcoporum causas; Principi persuadere conati sunt, nec Princeps se in his curiosum præbuit.* Paulus Apostolus habebat amicos in Cæsaris familia, & per eos in litteris salutabat Philippenses, non tamen eos in judicii socios assumpsit. Nunc autem novum quoddam spectaculum ab Ariana hæresi editur. Convenerunt enim in unum hæretici & Imperator Constantius, ut ille quidem sub prætextu Episcoporum sua potestate adversum eos, quos vult, utatur, & tamen in persecutione persecutor non appelletur; illi verò succincti Principis potestate infidias faciant, quibus volunt. Hic enim ex verus scopus, est quo laici Principes criminalibus Clericorum causis interesse postulant, aut postulantur. Rectè tamen ad Dioscorum addidit Ruffinus Episcopus Samofatenus: *Canonica sunt quæ moventur, & potens est nunc tua perveniens Sanctitas quæ vult postulare à sancto Concilio.* Laicos enim etiam ad hujusmodi judicia potest generalis Synodus ex causis admittere.

Quibus omnibus ad Synodum relatis, tertiam ac peremptoriam citationem Dioscoro decerni institit accusator Eusebius; ast Aetius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archidiaconus intercessit: *Antè hæc aliqui, dicentes se esse Clericos, unà cum*

aliis laicis ab Alexandria profecti, adversus Dioscorum sanctissimum Episcopum libellos porrexerunt. Hi ante sanctum Concilium vestrum constituti clamoribus usi sunt, & obsecrant conjurantes per sanctam consubstantialem Trinitatem, introitum impetrare. Ante Synodi fores stabant Athanasius Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyter, Theodorus & Ischyron ejusdem Ecclesiæ Diaconi, nec non Sophonius fidelis ibidem laicus, habentes libellos Dioscori Episcopi sui accusatorios, quorum omnium hæc fuit Epigraphe: *Sanctissimo, ac Dei amantissimo, & universali Archi-Episcopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & universali Chalcedonensi Synodo.* Hic est Synodi locus; in quo titulum, *universalis Episcopus*, fuisse Sancto Leoni Papæ oblatum, & ab illo repudiatum diximus suo loco ex Sancto Gregorio. Et quoniam omnis accusator debet semetipsum ad talionem solenniter inscribere, ad Theodorum Diaconum Sanctus Paschasius Legatus est interlocutus: *Quid dicit præfens accusator Theodorus? Si confidit probare ea, quæ ingerit adversus reverendissimum Episcopum Dioscorum, proprio ore confiteatur, si non vult regularem adversus se converteri sententiam.* Ad quæ Theodorus: *Supplicio porrectum libellum monumentis inseri, paratus enim sum mihi ipsi adesse.*

Ejus libellus, ad Lucentii Romani Legati interlocutionem lectus ab Aetio Constantinopoleos Archidiacono, habebat capita varia. Primò, quod Dioscori in subditos, sacros Canones, ac ipsam Divinitatem excessus essent longè plurimi, noti ex publicis variorum judicum Actis, & qui nec per disertissimam linguam possent planè exponi. Secundò, ait Theodorus se per viginti duos annos sine querela versatum in magna schola Magistrianorum, meruisse illius privilegia, fuisse proximam illis impetrandis, ac in Ephesina Synodo fideliter servissimè Sancto Cyrillo, idèque ab illo fuisse adsumptum in Clerum Ecclesiæ Patriarchalis, & adjungit: *Cum viderer fructu multorum annorum fraudari militiae meæ, majorem honorem existimans Divini & venerabilis ministerii ministerium, quindecim annos in eodem Clero permansi, sperans & majorem honorem mereri.* Ex quo liquet impensum, dummodo sine pacto & prava spe, Episcopo ministerium non esse munus ab obsequio, materiam Simonæ. Tertio, ait Theodorus se à Dioscoro nescio qua via ad Episcopatum adsumptum fuisse, & quidem inauditum, degradatum adjecta comminatione deportationis, propter nihil aliud, nisi ob id, quod familiaritatem & benevolentiam sanctæ memoriæ Cyrilli meritus fuisset. Quarto, quod hocce ille odio in Sancti Cyrilli familiares & consanguineos pariformiter flagret, exercens inimicitias adversus rectam ejus fidem, hæreticus constitutus, & quidem Origenista, Sanctam etiam Trinitatem blasphemare consuetus. Quintò, quod insuper sit variè criminolosus, utpotè homicidii non expers, neque alienas parcens excidere arbores, neque incendia facere, neque domos destruere, sed & irupiter semper vivens. Sextò, quod etiam hanc sanctam Synodum Nicææ inchoatam turbarit, coegeritque Chalcedonem transferri. *Hic namque sanctissimus, magis autem circa omnia ferocissimus, in consuetudine*

Habens leges prævaricari, nihil arbitrans quod ab ipso in sanctæ memorie Flaviani est commissum, insuper ad mala majora se vertit. Excommunicatio nem namque faciens contra sanctissimum ac beatissimum Apostolicæ Sedis magnæ Romæ Episcopum, suavitè subscribere eis, qui cum ipso de Ægypto exierunt, sanctissimis Episcopis plus minus numero decem (neque enim plures ausi sunt exire cum ipso, propter ea quæ ab ipso in Ephebo contra leges peracta sunt) aliquoties comminans, aliquoties nolentes despicere. Undè lacrimantes atque gementes nefandæ illi chartæ subscriperunt. Quo furo audacissimum ac desperatum facinus præsumpsit Dioscorus, suo loco est dictum. Omnia hæc vindicari, & gradui suo se restitui supplicavit Theodoros, sibi ipsi ad plenam singulorum probationem adesse denudè spondens, per testes omni exceptione majores, etiam per Agorastum, Dorotheum, Eusebium, ac Joannem, Dioscori amicos & domesticos, quos proinde flagitavit sub custodia fieri, quatenus quæ veritati sunt ostendantur.

Exindè ad Bonifacii Romani Presbyteri ac Legati interlocutionem lectus est libellus Ischyrionis Diaconi, habens item plura capita. Primò, agit Deo gratias, quod tyrannica crudelitatis, circumventionis, & avaritiæ sub Dioscoro tempora transferent, & humano generi tandem aliquando illuxerit libertas querimoniam suam cum nanciscendæ justitiæ spe apud veram Synodum deponendi. Secundò, Dioscorum etiam accusat de hæresi Origenistica, evomiti in Sanctam Trinitatem blasphemias, vastatis alienis prædiis, excisis arboribus, domibus destructis, irrogatis exiliis, deportationibus, variis calamitatibus: Quæ omnia ex publicis iudicium Gestis ait liquere. Tertiò, accusat Dioscorum, quod frumentum à piissimis nostris Imperatoribus Ecclesiis Lybiæ propter ariditatem illius Provinciae, & quia ibi triticum omninò non nascitur, præstari solitum, inprimis quidem ut incruenta ex ipso hostia offeratur, deindè ut & peregrini, nec non & Provinciales pauperes aliquid mereantur solatium, non permisit suscipere sanctissimos Episcopos illius Provinciae, sed adevertit, & coemerit memoratum frumentum largissimis pecuniis, ipsum verò in tempore famis gravissimis estimationibus venundaverit. Et ex hoc neque terribile & incruentum sacrificium celebratum est, neque peregrini aut Provinciales hoc solatio fructi sunt. Eleemosyna ista est Constantini Magni opus, de cujus rapina etiam Sanctum Athanasium apud Constantium Augustum calumniata est factio Eusebiana. Quartò, libellus accusat Dioscorum de rapta Peristeriæ clarissimæ feminae hæreditate. Illa namque pro anime suæ refrigerio testamentum condens, jussit multam quantitatem pecuniarum præstari monasteriis, nec non etiam Xenodochiis & ptochiis, & aliis pauperibus Ægyptiacæ Provinciae. Quod molestè ferens reverendissimus Dioscorus, ob id quod in persona ejus hæc minime sint dimissa, fecit easdem pecunias pro eleemosyna Thymelicis & aliis Theatricis dissipari personis, ut neque incensum ex oblatione illius clarissimæ memorie Peristeriæ, quantum ad eum pertinuit, Deo offerretur. Quintò, quod cum impudicis mulieribus, famosissima præsertim Panfophia, frequenter in Episcopio & balneis deliciarum fuisset Dioscorus, undè omnis

populus scandalizatus composuisset fædas cantilenas, & per compita cecinisset. Tale enim Alexandrini populi fuisse ingenium testatur in vita Saturnini Tyranni Flavius Vopiscus. Sextò, ait etiam homicidia per admirabilis istius Doctoris occasionem patrata. Septimò, queritur Ischyrión sese ab illo ad Episcopatum nescio qua via promotum fuisse mox degradatum, incarcerationum, exutum omni possessione, redactum ad paupertatem extremam, occidi justum, questum sæpius ad mortem; nec alia de causa, nisi quod Sancto Cyrillo fuisset amicus, ac illi in variis ad Regiam civitatem, aliisque per mare & terram longis & difficilibus itineribus atque legationibus, è quibus senium contraxerit ante ætatem, fideliter serviisset. Hæc omnia legitimis testibus probanda promisit, rogans in fida custodia teneri Dorotheum, Diodonem, Eusebium, Apocratonem, Petrum, Gajanum Episcopalis balnei Mediastrinum, omnium confcius ex priorum oculorum noticia, Dioscorique amicos atque familiares.

Athanasium Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyter erat Sancti Cyrilli ex Isidora sorore nepos, habens fratrem germanum Paulum & quosdam ex illo nepotes, nec non & materterram, insignibus proventibus à Sancto Cyrillo ditatos. Hinc & illos in sui Episcopatus exordio Dioscorus est durissimè adgressus. Exiit omnibus facultatibus, urbe ejecit, ipsorum domos vertit in Ecclesias, omnium Palatinorum aures Constantinopoli adversum ipsos prævenit & clausit, ita totius mundi extorris fecit, coegitque ad publicam mendicitatem. Athanasium insuper degradavit, ad Thabennensis monasterii asylum fugitivo vetans exhiberi publica balnea, transmitti panem, aut cibum vendi, quatenus sub famis & sordium angustia periret. Ita per septem annos de loco erravit in locum, non solum à Dioscoro, sed etiam à creditoribus fugiens cum omni affinitate & sanguine, quas inter miserias frater Paulus est defunctus. Ista omnia Dioscorus fecit, spreta Sancti Cyrilli adjuratione, de qua Athanasius: Cyrillus moriturus, testamentum condens, honoravit eum, quicumque ille post eum fuisset ordinatus Archi-Episcopus, plurimis & magnis Legatis de propria substantia, conjurans eum in Scriptis per venerabilia & terribilia mysteria, ut ipsius foveret genus, & in nullo eis laborem incuteret. Malevolæ tyrannidis fucum aperit Liberatus Carthaginensis: Dioscorus neque uxorem neque filios habuit, quem narrat opinio civium suorum majorem habuisse dilectionem. Siquidem opprimens Cyrilli hæredes, & per calumniam ab eis auferens pecunias multas, dedit eas sine favore atropolis & cauponibus civitatis, ut mundissimum panem & purissimum vinum viliori pretio populis exhiberent. Primus, qui è Patriarchis aut Primatibus Episcopis sanguinem suum operulente, atque ita violentas successoris manus in ipsum excitasse legitur, est Sanctus Cyrillus. Nam & Sancti suos habuere nævos. Et passim infelicissimæ sunt istæ opes. Hæc igitur omnia Sancto Leoni Pontifici & præsentis Synodo exposuit Athanasius Presbyter, implorans aut justitiam, aut certè misericordiam auxiliatricem.

Sophronio civi Alexandrino Macarius ibidem

Cap. 10.

Curialis summas irrogat injurias. Etenim Theodoram legitimam ac dilectam uxorem illi rapuerat. Hinc Alexandria desperans justitiam, Constantinopolim abiit ad Principem, obtinuit Rescriptum, ac executorem, virum strenuum Theodorum, Agentem in rebus. Verùm Dioscorus omnia inde votè agens, arbitratusque se super omnes esse, neque imperialia Decreta, neque magnificas à Prætoriorum Præfectis datas sententias concessit exequi, dicens suam magis esse Provinciam, quam Imperatorum. Quin & Isidorum Diaconum cum armato rusticorum & latronum agmine emisit, qui Sophronium de medio auferre tentarunt, & Executorem abegerunt. Etiam omnes Sophronii facultates invaserunt, coactisque ille est cum prole sua nudus & inops aufugere. Hæc omnia Pontifici & præsentis Synodo exposuit, accusans insuper Dioscorum de adulteriis, hæresi Origeniana, blasphemias in Sacrosanctam Trinitatem, & crimine læsæ majestatis. Nam & sacra Laureata, cum pro felicitate orbis terræ & in Alexandrinam civitatem introissent, non recusavit agere, multas dispergens pecunias per Agorastum, & Timotheum, & alios quosdam, ut ea de civitate depelleret. Molestè enim ferebat, eò quod omninò talis orbis terræ Dominus prædicaretur: Utique Marcianus Augustus, germanè orthodoxus, adversus Chrysothio Eunucho, nec non & latrocinialibus nuper apud Ephesum Actis. Seipsum enim magis Ægyptiacæ diocesi imperare volebat, sicut & Gestis apud diversos Judices confecta demonstrant. Nam & vir spectabilis, tribunus & Notarius Joannes testimonium perhibet. Et nisi quia ex Divina providentia contigit magnificè gloriosissimum Theodorum Ægyptiacæ Provinciae gubernare negotia, foret legum patronum, olim à prædicto tyranno magna Alexandrinorum civitas fuisset deleta.

L. 7. C. 24.

A. pol. 2.

Neque admireris hanc Dioscori potentiam & insolentiam. Eisdem etiam ejus Antecessores, nec non & alii Patriarchæ atque Primates Episcopi laborarunt. Etenim de Paulo Samosatensi, in mediis gentilium persecutionibus Patriarcha Antiocheno, in litteris apud Eusebium Cæsareensem extantibus scribit ad Sanctum Dionysium Pontificem Synodus Antiochena: Neque commemorare opus est, quo pacto se insolenter extulerit, & secularium bonorum gradus sibi adsumpsit, seque arroganter in eisdem gesserit, & Ducenarius potius quam Episcopus nuncupari voluerit, & per forum volitarit, modò Epistolam legendo, modò quid illis Responsum daretur præscribendo, magna satellitum turba, partim eum antecedentium, partim subsequentium stipatus, superbo gradu palam inceperit, adè ut propter intolerantiam ejus fastum & nimiam animi elationem fides nostra gravem invidia notam, odiumque permagnum subierit. Quo vitio fedantur omninò illi Episcopi, qui Comites aut Duces, quam Episcopi titulari malunt, & Ducalem potius aut Comitilem coronam, quam Episcopalem galerum aut mitram suis insignibus adfigurare. Etiam Sanctum Athanasium apud Constantium Augustum accusarunt Eusebiani, quod frumenti naves detinuerit, gloriatum ejus deportationem ex Alexandria Constantinopolim posse impedire. Et cum ille ad tantas calumnias ingemifce-

ret, adfirmans fieri non posse ut homo privatus & pauper tantum potentia haberet, Eusebius Nicomedienfis Episcopus factionis caput, palam dejeravit ipsi omninò esse tantas & opes & vires. De illo, quod adfectabant ipsi, Athanasium accusabant. Etenim de Gregorio, ab ipsis in Athanasii ejecti locum post Georgium Cappadocem intruso, scribit Hermias Zozomenus: Habebatur odium tum à viris Principibus, propterea quod ipsos contemneret, & Magistratibus imperaret; tum etiam à plebe, quod tyranni vices ageret, & omnes potentia superare visus esset. Grandi semper multitudine stipatum processisse scribit etiam Ammianus Marcellinus, additque causam, ex qua Constantius Augustus videatur distimulasse: Gregorius inter cetera dicebatur id quoque malignè docuisse Constantium, quod in urbe Alexandrina adificia cuncta solo coherentia, à conditore Alexandro magnitudinem impensuram publicarum exstructa, emolumentis erarii proficere deberent ex jure. Tamquam supremus Ægyptii Dominus vexavit præsertim gentiles, atque ita ab illis sub Juliani imperio est horrendè trucidatus. Etiam de Theophilo Patriarcha Alexandrino scribit Socrates: Vitam in pecunia facienda contenebat, & toto peccore in ea quærenda laborabat. Et de ejus successore ac nepote Sancto Cyrillo: Cyrillus Episcopatu potius est, majoremque Principatum, quam unquam Theophilus habuisset, pariter sibi adsumpsit. Etenim ex illo tempore Episcopum Alexandrinum præter sacri Cleri dominatum, verum præter eum secularium principatum acquisivit. Ejus cum Oreste, Augustali

L. 4. C. 29.

L. 22. C. 27. 28.

L. 6. C. 7.

L. 13. C. 15.

L. 1. C. 8.

Præfecto, de laica jurisdictione turbidas lites refert idem Scriptor, ex quibus ille invasionis & tyrannidis infamiam apud plebem, & apud Principem & Regiæ civitatis Senatum incurrit varias criminationes, de quibus se purgat in prima ad Nestorium Epistolâ, existente inter Acta Synodi Ephesinæ. Et hæc est una causam, ex quibus Theodosius Augustus illum fuit averfatus. Ejus vestigia secutus est, atque ampliavit Dioscorus, & ita Romano Imperatori nullam in Ægypto potestatem agnoscere voluit, nec eius recipere sacra Laureata. Fastus radicem crederim fuisse Romanam cum vicinia Provincia urbem à Constantino Augusto donatam Ecclesiæ Romanæ, cujus in spiritualibus ac temporalibus filia, discipula, ac imitatrix semper fuit Alexandrina: Quod illa ex legitimo Principis dono habuit, invasit hæc per rapinam. Quibus omnibus ad Synodum lectis, Sanctus Paschasius Ecclesiæ Romanæ Vicarius ac Legatus ad Florentiam Sardinis Metropolitæ interlocutionem decrevit Dioscoro tertiam ac peremptoriam citationem, & ad illum legavit Francionem Philippopolitanum Thraciæ Metropolitam, Lucianum in Europa Byzensem, ac Joannem Germanicensem in Eufrestasia Provincia Episcopum, unaque Palladium, Patricii per secundam Cappadociam Metropolitæ Thyanensis, Diaconum & Norarium; mandatuos comparere responsurum, non solis modò Eusebii accusationibus, sed & Athanasii Presbyteri, Theodori & Ischyriónis Diaconorum, item & Sophronii fidelis laici Alexandrini. Quibus ille: Sufficenter docui vestram Religiositatem, quibus addere

addere aliquid non possunt, illa enim sufficiunt mihi. Reposuerunt & suaserunt multa Legati Episcopi, tandemque concludere: *Delicta Sacerdotum sunt communis turpido. Si igitur tua Sanctitas scit calumniam se ab aliquibus pati, non est longè sancta Synodus, fatigare ut convincas mendacium. A macula libera sanctam Ecclesiam Dei.* At hoc unum extorserunt: *Quæ dixi, dixi; & hæc mihi sufficiunt.*

Quibus sibi relatis scandalizata summopere & offensa est universa Synodus, & Julianus Hypæporum in Asia Episcopus ad Apostolicos Legatos est interlocutus: *Quando in Ephesia metropoli Primum habebat Dioscoro ad iudicandum inter Sanctum Flavianum & religiosissimum Episcopum Eusebium, interque Eutychem, ex omni parte inquam proferens sententiam, ipse prius persecutus est iniustum iudicium, & omnes cum necessitate secuti sunt. Nunc vestra Sanctitas Primum tenet sanctissimi Leonis, omne sanctum Concilium & semel, & secundò, & tertio vocavit Dioscorum, & nullatenus vult obedire. Petimus igitur vestram Sanctitatem, qui habetis locum sanctissimi Papæ Leonis, promulgare in eum, & regulis insistam contra eum proferre sententiam. Tota enim universalis Synodus concors efficitur vestre Sanctitatis sententiæ. Ex quo vides Romanis Legatis in generali Synodo competere, non dumtaxat primum, sed & principale suffragium, cui Synodus sine fundamentis non possit refragari: Hinc Sancto Paschasino bis roganti, *Quid de Dioscoro placet Beatitudini vestre*, reposuit post plenam Synodum Maximus Patriarcha Antiochenus: *Quod videtur Sanctitati vestre, & nos concordes efficitur.**

Quocirca omnes tres simul Apostolici Legati pronunciarunt irreparabilis degradationis sententiam in Dioscorum: Ex variis causis. Primò, quod in Ephesino latrocinio Primum seu præsentiam, Romanis Legatis exclusis, sibi arrogasset. Secundò, quod Eutychem Hæresiarum, sibi similia sapientem, regulariter à proprio Episcopo damnatum, irregulariter, & quidem priusquam synodicè cum Episcopis consideret, in communionem suscepisset apud Ephesum, atque ita quintum Nicænum Canonem prævaricatus seipsum hæretico contagio pollueret. Tertio, quod aliis Episcopis ibidem lapsis, veniam à Sancto Leone postulantis, ac poenitentiae merito impetrantibus, ipse hæc membris permanserit glorians in eis, pro quibus oportebat gemere, & in terram prosterni. Quarto, quod dogmaticam laudati Pontificis Epistolam legi apud Ephesum juravit sæpius, & pejeravit, atque ita sædi istius scandalum fuit dux & auctor. Quintò, quod gratiam à præsentis Synodo oblatam impoentens sperasset, ac etiamnam sperneret. Sextò, quod omnibus hæc criminibus addidisset iniquitatem longè maiorem, in Sanctum Leonem Patrem ausus latrare convitium excommunicationis. Septimò, quod ad varia diluenda crimina tertio citatus in contumacia perseveraret. Hinc concludunt Legati: *Undè sanctissimus ac beatissimus Archi-Episcopus magnæ Romæ Leo per nos, & per præsentem sanctam Synodum, unà cum ter beatissimo, & omni laude digno, beato Petro Apostolo, qui est Petra & crepido catholice Ecclesiæ, &*

*vestra fidei fundamentum, nudavit Dioscorum tam Episcopatus dignitate, quam etiam ab omni Sacerdotali alienavit ministerio. Ex quo lucet generalium Synodorum sententias fuisse etiam olim ex solo Romani Pontificis nomine dictatas & promulgatas: Dictatas per Legatos & Synodum, tamquam vicarium & subsidiarium instrumentum. Et hinc præsentem sententiam singuli Episcopi confirmantur cum hoc passim additamento: *Sicut sanctissimus & beatissimus Archi-Episcopus, & Pater noster Leo per Vicarios suos est interlocutus.* Ita addidit etiam Maximus Patriarcha Antiochenus.*

Et hæc sententia Dioscoro mox fuit insinuata per solenne Decretum, exprimens tamen unicam damnationis causam, contumaciam adversus trinam synodalem evocationem. Ea enim ad damnationem plenè sufficit. Etiam Charnosyno Ecclesiæ Alexandrinæ Presbytero ac Eonono, Euthalio Archi-Diacono, nec non & aliis Dioscorum ad Synodum comitatis Clericis facta est insinuatio, additumque mandatum, ut Ecclesiæ substantiam fideliter custodirent adversus Dioscorum, Deo & futuro Episcopo reddituri rationes. Vacantis enim Ecclesiæ proventus antiquissima regula successori custodit. Lata fuit hæc sententia die Sabbathi tertio decimo Octobris: Quadringentesimi enim quinquagesimi primi anni Christiani litteram Dominicalem fuisse G. ostendit in Galliæ Christianæ exordio Claudius Robertus.

Exindè ad Valentianum tertium & Martianum Augustos facta est Relatio, de fidei zelo gratias agens, exprimensque singulas damnati Dioscori causas. Facta est & specialis Relatio ad Pulcheriam Augustam. Omnem enim Martiani pro reparanda fide & Ecclesiæ pace zelum debemus piissimè huic post Deum Augustæ, quam idcirco etiam novam Helenam, orthodoxorum munimen, & Ecclesiæ gloriam nostram Synodum acclamavit. Eandem suis Sanctorum tabulis inscripsit Ecclesia Romana.

Habet hæc Relatio: *Desideravimus, ut omne membrum nobiscum pariter fraternæ concordia choros gaudii celebraret, sed quia solus ille, qui Alexandrinorum tenuit Præfulatum, ultrò semetipsum à tantorum virorum collegio pepulit, & nos ei cum tristitia & lacrymis denegavimus communionis nostræ consortium.* Ex quo liquet Synodum ad Dioscorum, si quidem poenitisset, plenè reparandum fuisse paratam, idque cum dispensatorio vulnere antiqui Canonis, de quo in litteris ad Ruffinianum Sanctus Athanasius: *Scias, quod in principio quidem, cum vis, quæ facta est, cessasset, facta est Synodus præsentibus externis Episcopis. Facta est autem & apud sacrorum Communitates, qui habitant in Grecia. Nihil fecimus autem & apud eos, qui habitant in Hispania & Gallia, & placuit hoc, quod hic & ubique, ut iis quidem, qui lapsi sunt, impietati autem præsentem, venia quidem detur poenitentibus ac resipiscantibus, eis autem locus Cleri non detur. Eis autem, qui impietatis auctores non fuerint, sed vi & necessitate tracti sunt, visum est dari veniam, habere autem etiam locum in Clero. Maximè quia probabilem de-*

ensionem

ensionem attulerunt. Et visum est hoc quodammodo œcumenico Concilio factum esse. Affirmarunt enim se non fuisse ad impietatem traductos; ne autem quidam à pietate alienissimi Ecclesias corrumpere, maluerunt vi cedere, & onus ferre, quam populos perdere. Ita legitur in collectione Canonum facta per Theodorum Balsamonem, latinè versâ per Gentianum Hervetum. At verò Petri Nannii versio, vulgata typis Commelinianis, pro vocibus, *Vis facta*, ponit has, *Principio statim persecutione sublata. Omittit Synodos in Gallia factas, itemque hæc verba: Et visum est hoc quodammodo œcumenico Concilio factum esse.* Eadem omittit editio Parisiensis, vigesimo septimo huius sæculi anno facta apud Michaelem Sonnum, & per D. Lucam Holstenium curata, & pro vocibus, *Vis facta*, ponit has: *Sedata, quæ primò per vim cœperat, seditione.* Et in ipsa Canonis substantia differt longè plurimum: *Habeo, omnes idem, quod hic, sensisse, iis nempe veniam qui ceciderunt, est impiorum se duces præbuisent, modò eos poeniteat, nec per vim & necessitatem detur, largiendam esse, & restituendum locum in Clero.* Voces, *Visum est hoc quodammodo œcumenico Concilio factum, Canonem à nescio qua generali Synodo fuisse editum, quibusdam persuasere.* At sine fundamento. Etenim vivo Athanasio nulla fuit generalis Synodus, nisi Nicæna & Sardicensis, à quibus lucet Canonem eiusmodi non processisse. Nicæna non solos Novatianenses Episcopos & Clericos, sed & Eusebium Nicomediensem Episcopum, quin & ipsum Arium, totius iniquitatis auctores & Principes, recepit in gradum, datam à nostro Canone gratiam insigniter supergressa. Verum singularis fuit ista ex causis clementia dispensatoria, nullatenus in regulam redacta. Porro vis, persecutio, seu sedicio per Athanasium memorata non est Diocletiani aut cuiuspiam Pagani Principis, sed Constantii Augusti, quem ob præstitum Eusebianæ factioni crudele satellitium, barbaricè arietatam Nicænam fidem, illatasque orthodoxis ubique Episcopis horrendas persecutiones laudatus Athanasius, Lucifer Calaritanus, & alii id genus Episcopi merito dixerunt tyrannum, Anti-Christi præcursores, immò & Anti-Christum. Est vis seu persecutio adhibita in Synodo præsertim Ariminensi, in qua omnes fermè Occidentales Episcopi fuerunt in sedem lapsum seducti partim, partim circumscripti, atque ita ingemiscentes orbis terrarum admiratus est se esse Ariamum. Lapsos omnes esse perpetua degradatione dignos non solus memoratus Lucifer, sed & plures alii pariter ac doctrinæ Episcopi censuerunt; alii tamen, illatam violentiam miserati, duxere dignos reparatrice gratia, ex Aaronis & Sancti Petri Apostoli exemplo, qui in Domini negationem & vituli latriam lapsi permansere Pontifices, quod nempe non suo arbitrio, sed violenter impulsu ceciderunt. Et quidem hi Episcopi non fuerunt ad impietatem traducti, sed ne Ariani invaderent ipsorum cathedras, ad tempus cesserant iniquitati. Spiritus promptus, caro fuerat infirma. Eorum causam in sua Synodo discussit Sanctus Athanasius, vo-

lens extinctas orthodoxorum de ipsis duras ac periculosas contentiones, statuitque adductum Canonem: *Ut nempe erroris ac seductionis Principes juxta antiquam Ecclesiæ disciplinam soli laicæ, reliqui lapsi Episcopi aut Clerici etiam sui ordinis communioni redderentur.* Quod statutum variè etiam Græcorum atque Latinorum Synodi habuerunt ratum, & confirmarunt. Hinc ait Athanasius Canonem istum quasi ab œcumenico Concilio processisse. Est Canon, quem improbens memoratus Lucifer schismata fecit, & Christi Domini toto orbe diffusam Ecclesiam ad solam Sardorum mastrucam contraxit, seducto etiam Hilario, magno illo Romanæ Ecclesiæ Diacono, quem à Liberio Pontifice Legatum ad Constantium Augustum fuisse à factione Eusebiana publicè flagris cæsum ob fidei orthodoxæ constantiam, scribit ad monachos idem Athanasius. Apostolicum Canonem, Episcopus & Clericus in hæresim aut quodvis crimen lapsos figentem sine reparationis spe in humilitate laica, existimavit non posse solvi, nec factam quibusdam subinde paucis dispensatoriam ex causis gratiam verti in regulam generalem. Regulæ nostræ clementiam fuisse in solos seductos aut circumscriptos Episcopos & Clericos, nequaquam in seductricis hæreses auctores aut Principes factam à Sancto Athanasio, lucidissime liquet ex Ephesinæ, sextæ, septimæ, atque octavæ Synodorum Actis. Liquet igitur & adductam Parisiensis editionis versionem esse deviam, & à Sancti Athanasii sensu penitus alienam. Benignitatem hanc ex Ægypto fuisse à Sancto Damaso Pontifice & à Sancto Hilario Pictaviensi Episcopo traductam in Latinam Ecclesiam, testatur in Faustino Luciferianæ partis Presbytero Catalogus Gennadii Massiliensis. Synodi nostræ ad Principes Relatio obtestatur, ut inlicitam Dioscoro poenam habeant ratam, & exequantur. Eum enim norant esse in cordis duritia novum Ægypti Pharaonem. Et eventus docuit, Etenim ille nequaquam poenitere, sed seipsum & congeneres vana spe deludere perrexit, spergereque restituendum sibi Sacerdotium. Quare Edictum publicavit nostra Synodus, significans quod qui talia perpetravit, omnino nullam restorationis spem poterit habere. Et tunc factum existimo quod in Breviario scribit Liberatus Carthagenensis: *Dioscorus exulare in Gangrena civitate, quæ est Paphlagoniæ in Pontica diocesi metropolis, præceptus est. Grata magna. Nam consuetum Hæresiarum exilium erat magna Oasis. At quoniam Dioscorus Sanctum Flavianum dumtaxat abjecerat in Lydorum Hypepam, hinc & illum ad solas Paphlagonum Gangras, ubi & illum ad solas Paphlagonum Gangras, ubi & pertinax obijt, proscriptus pius Princeps Marcianus. Juxta Gratiani Augusti pro degradatis Episcopis legem Gangræ plusquam centum millibus distabant Alexandria.*



ACTIO IV.

Actio quattæ, factæ die sexto decimo Calendarum Novembres, rursus adfuerunt gloriosissimi iudices & magnificentissimus Senatus, qui ante omnia iusserunt sibi legi cuncta huc usque per Synodum Acta, tandemque procedi ad fidem definiendam, interlocuti: *Quod placuit reverendo Concilio de sancta fide, ipsum nos doceat.* Et Legati Romani per Sanctum Pachasinum responderunt ab omni Synodo in regulam admitti Symbolum Nicænum, Symbolum Constantinopolitanum, omnes Ephesini Concilii de fide sanctiones, nec non & dogmaticam Epistolam sancti Papæ Leonis. Et omnes Episcopi acclamarunt: *Omnes sic credimus, sic baptizati sumus, sic baptizamur, sic credidimus, sic credimus.* Et laudatis iudicibus denuo flagitantibus, num Sancti Leonis Epistola Nicæno & Constantinopolitano Symbolo, nec non & Ephesinis de fide Decretis per omnia concordaret, Anatolius Constantinopolitanus Episcopus respondit convenire, & adjunxit. *Eidem Epistola libenter subscripsi.* Quod ipsum & Legati Apostolici, & plerique Episcopi, de suis circa Epistolam dubiis instruendi supra Anatolio traditi, insignibus suffragiis confirmarunt, & cæteri acclamarunt: *Omnes acquiescimus, omnes consentimus, omnes similiter credimus, omnes eadem sapimus.* Patres ad Synodum, concordantes ad Synodum; *Qui subscripserunt, ad Synodum.* Ipsi etiam quinque Episcopi fidei subscripserunt: *sicut Leo, sic Sapiunt.* Supplicavit pro Juvenali Hierosolymitano, Thalasio Cæsarensi, Eusebio Ancyrano, Basilio Seleuciensi, ac Eustatio Berytenfi Episcopo, quos, uti Ephesini latrocinii Duces & Principes, uti gloriosi iudices ex supra adducto Sancti Athanasii Canone judicarent perpetua degradatione dignos unâ cum Dioscoro, quosque Synodus suspenderat ab omni officio Episcopali: Eos integri Episcopi clamant penitere, subscripserunt Apostolico tomo, recta in omnibus sapere, ideoque esse gratia dignos.

Preces fuerunt gratæ iudicibus, interlocuti: *Suggestimus Divo & piissimo Domino nostro Imperatori de ipsis, & expectamus Pietatis ejus mandata.* Vestra autem Reverentia & de Dioscoro, qui à vobis damnatus est ignorante Divo Vertice & nobis, & de ipsis quinque, pro quibus petitionem facitis, & de omnibus Actis in sancta Synodo dabit rationem Deo. Et Episcopi responderunt: *Dioscorum Deus deposuit, Dioscorus justè damnatus est, Dioscorum Christus deposuit.* Et ecce interim adfuerat gratiosum ad factas pro quinque Episcopis preces Principis Responsum, atque ita gloriosi iudices sunt denuo interlocuti: *Piissimus noster Imperator ad discens vestras preces, sententia vestra permisit de Juvenale deliberare, & de Thalasio, & de Eusebio, & de Basilio, & de Eustatio, reverendissimis Episcopis, quæ vobis plauerint.* Ergo vestra Religiofas cognoscat, quia Deo de his, quæ sunt, dabit rationem, quid fieri de ipsis debeat, cogitet. **Lapsum Episcopum reparare aut degradare est**

res momentosissima, ideoque & Marcianus Augustus & gloriosi iudices reliquerunt hæc cuncta Synodo, suas ipsi conscientias exonerantes. Respondit verò Anatolius Episcopus Constantinopolitanus. *Petimus eos intrare.* Et omnes una voce Episcopi: *Rogamus eos intrare. Qui similiter credunt, ad Synodum.* Qui eadem sapient, Synodo. *Qui subscripserunt Epistola Leonis, ad Synodum.* Quod iudicium exequentes gloriosi iudices dixerunt: *Intrant.* Et intrarunt. In sedes suas ac plenum Episcopalem honorem fuere repositi, & Synodus est adgratulata: *Unus Deus, qui hoc fecit. Hæc integra adunatio. Hæc pax Ecclesiarum.*

At Dioscorus synodalibus in se sententiis nequaquam acquievit. Etenim ipso hanc ante Actionem die tredecim Ægyptiacæ dioceseos Episcopi Marciano Augusto exhibuerunt suæ fidei libellum, haud dubiè ab ipso degradato Pharaone compositum, dolis plenum & machinationibus, ideoque ipsum Principes ad Synodum remisit. Sancti Marci Evangelistæ, primi Episcopi Alexandrini, nec non & successorum ejus Petri Martyris, Athanasii, Theophili, Cyrilli, item Nicæni & Ephesini Concilii fidem profitebatur libellus, anathematizans Arii, Eunomii, Manichæi, Nestorii, & quorumvis aliorum hæreses, etiam illam, quæ Domini carnem de cælo, & non per sanctam Virginem venisse adfirmat: Et omnem hujus fidei Professore admittere postulavit ad plenum Episcopalem communionem. Verùm dolus non erat satis aptè factus, atque ita ad lectum libellum plena Synodus exclamavit: *Dogma Eutyche quare non anathematizavit? Cum impostura petitiones porrexerunt. Epistola Leonis subscribunt, anathematizantes Eutychem, & dogmata ejus. Consentiant Epistola Leonis. Eludere nos volunt, & discedere. Quem in finem Diogenes Cyzicenus, Acacius Ariarathæ, Cecropius Sebastopolitanus Episcopus, nec non Legati Apostolici multa adduxerunt.*

At Ægyptii per Hieracum Aphanitarum Episcopum responderunt: *Si quis præter ista, quæ in petitionibus à nobis porrecta sunt, sapit, sive Eutyches sive alter aliquis, anathema sit.* De Epistola autem sanctissimi & Deo amatissimi Archi-Episcopi Romani Leonis, sciunt omnes sanctissimi Patres nostri, quia in omnibus expectamus sententiam beatissimi nostri Archi-Episcopi, & petimus vestram Clementiam expectare Præsidis nostri sententiam, quia cum in omnibus sequemur. Nam & sanctissimi Patres, qui in Nicæa congregati sunt, trecenti decem & octo hanc regulam dederunt, ut sequatur omnis Ægyptiaca regio Archi-Episcopum magni nominis civitatis Alexandrinæ, & nihil absque illo agatur ab aliquo ei subjacente Episcopo. Ad quæ Eusebius Dorylæi Episcopus: *Mentiantur. Manifestior & rector fuit interlocutio Florentii Metropolitanæ Sardinis: Offendant quod dicunt.*

Eos non fuisse mentitos lucidè ostendit professio, quam Arsenius Hypselitarum Episcopus, è Meletiano schismate ad sanam mentem & matrem catholicam traductus, cum suo Clero fecit Sancto Athanasio, suo Patriarchæ, & quam in secunda adversum Arianos Apologia probat & laudat ipse Athanasius: *Promittimus citra tuam*

Metro-

Metropolitani, id est, Patriarchæ, Episcopi sententiam nullam de Episcopis aut alio dogmate communis & Ecclesiastico Decretum nos edituros, sed cæsuris Canonibus ante susceptis. Dum nempe nostri schismatis caput Meletius similem antiquorum Canonum servandorum professionem Sancto Alexandro Patriarchæ fecit ex justo Synodi Nicæna. Est igitur antiquus Ægyptiacæ dioceseos Canon, ut nullus iste Episcopus quid ad fidem aut communem Ecclesiæ disciplinam spectans definiat, edat, aut subscribat, sine benedictio Patriarchæ. Similem erga Romanum Pontificem pro Italiæ Episcopis fuisse legem & morem, est suo loco ostensum ex Sancto Petro Chryologo Ravennatum Episcopo, & aliis insuper documentis. Suo item loco ostensum est, quod eas ipsas disciplinæ & Hierarchiæ leges, quas Sanctus Petrus Romæ, discipulus ejus Sanctus Marcus fixerit Alexandriæ. Et huc omnino respexit sextus Canon Nicænus, mandans Ægyptum, Lybiam, ac Pentapolim, omnem Ægyptiacam diocesein administrari ab Alexandrino ad eam ipsam formam, qua suburbicariæ regiones administrantur ab Episcopo Romano.

Dico, Regiones suburbicariæ: Ita enim Canonem eruditè & verè exponit Ruffinus. In aliarum regionum, licet Patriarchico suo juri subiectarum, Episcopos tantam potestatem exercere, idque ob distantiam gratiam, nunquam voluit Romanorum Episcopos. Quisque iste Metropolitæ habuit suam Synodum, de fide definire & moribus in ipsa potuit, suos consecravit Provinciales Episcopos, ab ipsis consecratus, & quoad solam Pallii donationem à Pontifice pendit. Quæ omnia non fuerunt in Ægypto. Nullus iste Metropolitæ suos consecravit Episcopos Provinciales, nullus ab ipsis consecratur, nullus facere poterat Provinciale Synodum: Spectabant cuncta ad solum Patriarcham. Nullam Ægypti Synodum recole, nisi factam à Patriarchis. Et hinc illis fuisse in creandis & disjudicandis Episcopis summam auctoritatem, scriptam etiam in crudeli adversus Frumentium Auxumios Episcopum Edicto, relato in Apologia per Sanctum Athanasium, Constantius Augustus. Et de rebus post præsentem Synodum actis atque agendis ad Leonem Augustum scripserunt speciales litteras ex aliis dioceseos omnes & singulæ Provincias, ex Ægypto autem sola Synodus Alexandrina Patriarchalis: Quod nempe illic solus Patriarcha sui Synodi obtineret.

Ista Romani Pontificis in Episcopos suburbicarios suprema potestas non fuit extraordinaria: Quod omnes Sicilia, Calabria, Apulia, Campania, Bruttii, Picensi, & Thuscianæ Episcopi ipsum haberent Metropolitanam, spectantes ad ejus consecrationem, Provinciale Synodum, cæteramque metropolitanam potestatem. Etenim Provinciales Episcopos olim sine prævio Metropolitanæ judicio non potuisse de fide definire liquet ex suffragio, quod de Sancti Flaviani judicio dedit in præsentem Synodum Constantinus Demetriadis in Thessalia Episcopus: *Metropolitæ quidem meos ægritudine detentus adhibuit in Helenopoli est: ego tamen secundum fidem trecentorum de-*

Christi. Lupi Oper. Tom. II.

cem & octo sapio, & consentio his quæ lecta sunt. Pariforme suffragium dederunt omnes Episcopi veteris Epiri, quod eorum Metropolitæ Atticus à Synodo æger recessisset. Et suo pro Eutyche apud Ephesum suffragio addidit Eutycheus ibidem Episcopus Adrianopolitanus: *Nam & sanctissimus Pater meus Atticus familia profectus est.* Et Baruchius Zozusæ in Palæstina Episcopus: *Secundum veram vocem sanctissimi Archi-Episcopi Juvenalis.* Et in præsentem Synodo Menocrates Episcopus Ceraforum: *Hæc eadem profector, quæ & Metropolitæ meus.* Quæ potestate quia in omnes totius Ægyptiacæ dioceseos Provinciales & Metropolitanas Episcopos pollebat Patriarcha Alexandrinus, rectè dixit Ruffinus ei à sexto Nicæno Canone in regulam & exemplar figi Romani Episcopi Patriarchicam potestatem, non quam in quovis suarum dioceseos Episcopos, sed quam in solos suos suburbicarios seu provinciales exercebat. Quare Alexandrini potestas fuit veraciter amplissima.

Notandum, quod Constantinus Demetriadis, uti & veteris Epiri Episcopi, Metropolitanarum suorum absentiam allegantes, sint nihilominus suffragati. Quod nempe in generali, cui in Apostolicis Legatis & Sanctus Petrus Apostolus, & ipse sanctus Iesu Christi Spiritus præsidet, Synodo dormiat omnis Patriarcharum ac Metropolitanarum potestas, præsertim absentium, aut vocatorum in reatum. Et hinc istis tredecim Ægypti Episcopis, pertinaciter in sua exceptione persistentibus, eruditè respondit Acacius Ariarathæ in secunda Armenia Episcopus: *Incongruum est universalem Synodum prætermittere, & in unam personam attendere, quæ susceptura est Episcopatum Alexandriæ. Intentio enim his est, sicut in Epheso perturbaverunt omnia, & scandalis compleverunt universum mundum, & nunc istam sanctam & magnam Synodum perturbare. Petimus ut non eis concedatur, sed aut consentiant Epistole, aut regularem damnationem suscipiant, & cognoscant quia excommunicati sunt.* Aliud æquè eruditum in ipsos argumentum protulit Photius Metropolitæ Tyriorum: *Quomodo conantur ordinationem facere, non eadem sapientes huic sanctæ & universali Synodo? Etenim hæreticus aut de hæresi suspectus neque eligere potest Patriarcham, neque consecrare. Nullum eis esse in quovis Ecclesiastico conventu suffragium, rectè ad Eusebium Constantii Augusti Eunuchum dixit Liberius Pontifex, à Sancto Athanasio in Epistola ad monachos laudatus. Et hinc Photio Episcopi omnes acclamarunt. Hæc omnes dicimus, omnes sic sapimus.*

Hinc convicti Ægyptii produxere aliud argumentum: *Jam per petitiones nostras fidem manifestam fecimus, & non extra catholicam fidem credentes apparuimus. Quia verò Episcopi nostræ regionis nimis multi sunt, nos pauci, non possumus pauci numero personas illorum suscipere. Petimus autem vestram Sublimitatem, & hanc sanctam & magnam Synodum, ut miseremini nobis, & expectetis nostrum Archi-Episcopum, ut secundum antiquam consuetudinem sequamur illius sententiam. Quia si extra voluntatem Præsidis nostri aliquid faceremus, sicut præsumptores, & non servantes secundum Canones*

L I

notes

nonne antiquam consuetudinem, omnes Ægyptiæ regiones insurgent in nos. Ergo miseremini nostræ senectutis, & non faciatis nos in peregrinatione nostram vitam consumere. Et omnes isti Episcopi sese in terram prostolvere, clamantes: *Clementes estis, miseremini nostri. Jam non possumus habitare in Provincia, miseremini nostri. Occidimur, miseremini nostri. Morimur per vestra vestigia, miseremini nostri. Moriamur à vobis, & non illic. Fiat hic Archi-Episcopus, & subscribimus, & consentimus. Miseremini canorum nostrorum. Detur hic Archi-Episcopus. Novit Dei amantissimus Archi-Episcopus Anatolius, quia talis consuetudo in Ægyptiaca regione obtinuit, ut omnes Episcopi obediant Archi-Episcopo Alexandriæ. Non quia non obtemperamus Synodo, sed occidimur in patria, miseremini nostri.* Hæc preces in varias supplicandi formulas instantissime iterarunt. Rectè in consuetudinis suæ testem adducunt Anatolium Patriarcham Constantinopolitanum: Etenim ille nuper sub Dioscoro fuerat Ecclesiæ Alexandriæ Archi-Diaconus, & in Regia civitate Apocritarius, proindeque peritissimus Ægyptiæ Hierarchiæ. Rectè item dicunt esse plurimos in Ægypto Episcopos. Etenim Sancti Athanasii Synodis quandoque centum adfuisse legimus, & in sola Pentapoli fuisse grandem Episcoporum turmam scribit ad Theophilum Patriarcham Metropoli dicitur Provincie Sanctus Synesius, Episcopus Prolomenis. Rectè addunt; *Detur hic Archi-Episcopus.* Etenim Apostolicus Canon, Patriarchas in propria sede eligi mandans & consecrari, semper excepit Synodum generalem. Omnium generalium Synodorum prima Nicæna in Sancti Philogonii Patriarchæ Antiochenis apud se defuncti locum suffecit Sanctum Eustatium, Constantinopolitana promovit Flavianum Antiochenum & Nestarium Constantinopolitanum, & Anatolii Constantinopolitani & Maximi Antiocheni Ordinationem damnavit Sanctus Leo, non quod factæ essent apud Ephesum, sed quod à latrocínio Eutychiano.

Ad primum argumentum reposuit Cecropius Sebastopolitanus in prima Armeniæ Episcopus: *Universalis hæc Synodus Ægyptiaca regione major est, ac fide dignior, & non est iustum decem hæreticos audiri, & prætermitti mille ducentos Episcopos. Non enim nunc nos exigimus, ut pro aliis suam fidem ostendant, sed dicimus ut ipsi pro sua persona rectæ fidei consentiant.* Addiditque Eusebii Dorylei Episcopus: *Procuratores sunt isti omnium Ægyptiorum, & debent universalem Synodum sequi. Ita ostendit paucos potuisse pro multis subscribere Epistolæ, & fidem profiteri.* Ad secundum responderunt omnes simul Episcopi: *Videtur, quomodo testimonium perhibent suis Episcopis, dicentes, QUIA OCCIDIMUR.* Quæ omnia Responso eorum tendunt, ut ostendant istam Patriarchæ Alexandriæ in suos Episcopos potestatem non vigere in Synodo generali. Quod ipsum confirmavit Lucentius Esculanus Episcopus, Romanæ Ecclesiæ Vicarius ac Legatus. Nihilominus in potestate ista discutienda tempus absumi nolentes gloriosi iudices illos tredecim Episcopos sub danda reali, aut certè juratoria cautione arrestarunt

in Regia civitate usque ad factam novi Patriarchæ Alexandriæ consecrationem, tunc Sancti Leonis Epistolæ & cunctis synodalibus Actis subscripturos, aut de hæretica rebellionē puniendos. Quod arrestum Sanctus Paschasius Legatus habuit ratum.

Etiā octodecim monachi, adserentes se esse Presbyteros & Archi-Mandritas, Principi exhibuere preces, & ab illo ad Synodum remissi postulabant audientiam, de qua gloriosi iudices sunt interlocuti; *Nomina illorum, qui preces porrexerunt manifesta sunt his, qui introierunt, reverendissimis viris, ut dicant si noverunt omnes esse Archi-Mandritas.* Erant homines Eutychiani, suspecti de consuetis hæreticorum imposturis, ideoque in synodalem conspectum sine examine non admittendi. Quidam omnino erant Archi-Mandritæ, at damnati de hæresi, quidam soli in monumentis habitabant, quidam solos tres aut quatuor sub se habebant monachos, quidam erant penitus ignoti, atque ita Archi-Mandritæ orthodoxi, Synodo præsentis, dixere: *Rogamus aliquos mitti à vestra Magnificentia, & à vestra Sancta Synodo, ut videant monasteria eorum & discant si habeant monasteria, an deludant & noceant honoribus Archi-Mandritarum, & amodo debent accipere disciplinam, ut non se dicant Archi-Mandritas, qui in monumentis habitant. Petimus etiam, ut & illi, qui se dicunt esse monachos, & non agnoscuntur, nec à vestra Magnificentia, nec à sanctissimo Regiæ civitatis Archi-Episcopo Anatolio, nec à nobis, exeant de civitate sicut impostores, propter scandalum quod conati sunt facere.* Quid sit in monumentis habitare, exponit horum monachorum libellus, dicens ipsorum quosdam in monasterio, quosdam habitare in Basilica martyris. Quidam soli, quidam cum tribus aut quatuor fratribus habitabant ad aliquam rusticam Ecclesiam aut Capellam, quas propter reconditas alicujus martyris in ipsarum altari reliquias rectè antiquitas vocabat monumenta: Pauculos istos monachos nolebat monasterium, nec ipsorum præfectum vocare Archi-Mandritam, Archi-Mandritæ nomen apud posteriores Græcos fuit adeo venerabile, ut antiqua Patriarchæ Constantinopolitani creandi formula, per Codinum & Phranzes Græcos Scriptores laudata, distinguit Monasteriorum præfectos & Archi-Mandritas, & hoc præponat Proto-Syncellis: Quod nempe iste titulus daretur solis plurium monasteriorum supremis præfectis, quales apud nos Latinos sunt Regularium Ordinum Antistites Generales aut Provinciales. Parva ista, in campis præsertim, monasteria, à nobis Latinis dictas Prioratus, Cellas, Obedientias, pessimè odit etiam Sanctus Bernardus. Rectè tamen in Romana sua Synodo, per D. Lucam Holstenium vulgata, dixit Eugenius secundus Pontifex: *Cænobia, vel, ut hoc tempore nuncupantur, monasteria. Causam dat in Collatione de tribus monachorum generibus Joannes Cassianus: Licet à nonnullis soleant indifferenter monasteria pro cænobiis appellari, tamen hoc interest, quòd monasterium potest etiam unus monachus habitatio nominari, cænobium autem appellari non potest, nisi ubi plurimorum cœhabitantium degit unita communio.*

Cap. 17.

Orthodoxorum Archi-Mandritarum postulatio requirebat largum tempus, Synodo importunum, ideoque illam neglexerunt gloriosi iudices, interlocuti: *Intrent reverendissimi monachi, qui petitiones porrexerunt.* Et intrarunt octodecim precibus subscripti, ac insuper Barsumas, famosus Dioscorig in Ephesino latrocínio fates & turbo, nec non nescio quis eunuchus & Presbyter Calepodius, adversus quem intercessit Anatolius Episcopus Constantinopolitanus: *Calepodius & Gerontius, unus ex octodecim, qui inter eos Presbyteri sunt, olim damnati sunt, & non licet eis intrare.* Eum de hæresi damnatum adfirmavit Ætius Archi-Diaconus Constantinopolitanus. At ille negavit, & exire noluit, ommissaque hac questione gloriosissimi iudices iusserunt monachorum libellum recitari.

Fidem & Ecclesiam turbatam querebatur libellus, de indicta pacificatura Synodo egit gratias Imperatori Marciano, habebatque duas petitiones. Prima erat: *Vacant turbationes, & subscriptiones quæ per violentiam sunt, & persecutiones quæ semper à Clericis contra nos exercentur, quas & conantur facere latentes vestram Pietatem.* Dogmaticas Sancti Leonis litteras, à Dioscoro apud Ephesum spretas & occultatas, per omnem Orientem publicabant orthodoxi Episcopi, omnem Clerum & Monachatum cogentes ad ipsas profitendas & subscribendas. Hanc violentiam compesci postulabat libellus, & vetusto Clericorum in monachos odio adscribit. Reverà enim Clerici in monachos semper habuere quid simulatatis, de qua queritur frequenter etiam Sanctus Hieronymus, nec non & in Sancti Fulgentii vita Ferrandus Diaconus Carthaginensis. Altera petitio erat: *Petimus Divinitatem vestram, jam neminem jacitari à suo monasterio, nec ab Ecclesia, neque à Basilica martyris, usque ad sanctum Synodi iudicium.* Clericos omnes & monachos, laudatas litteras profiteri recusantes, Episcopi degradabant, ejiciebantque de Ecclesiis & monasteriis: Hanc etiam compesci violentiam supplicat libellus, darique inducias usque ad futuram Synodum, quod ipsum pro Sancto Flaviano, & aliis orthodoxis Episcopis, ipsaque Christiana fide, per Ephesinum latrocinium læsis, à Theodosio Augusto postularat, at non imperarat Sanctus Leo Pontifex: Atque ita ad similes hæreticorum preces surdus merito fuit Marcianus Augustus.

Hinc ad eandem in præsentem Synodo reposuit Diogenes Metropoli Zycyensis: *Barsumas, qui inter illos intravit, occidit beatum Flavianum. Ipse instabat, & dicebat: OCCIDE. Et non est postius in petitionibus. Quare introivit? Solos namque libello subscriptos gloriosi iudices permiserant introire. Diogeni acclamarunt Orientales Episcopi: Omnem Syriam Barsumas evertit. Duxit super nos mille monachos. Quæ omnia gloriosi iudices dissimulantes, eos ad Synodum obediendum, & orthodoxam fidem ab ipsa discordantem fuere adhortati; at frustra. Etenim factiosis capita Carofus & Dorotheus produxerunt & alias preces, atque dixere: *Rogamus, ut recitetur libellus, qui à nobis offertur.* Verum Episcopi in Barsumam perrexerunt: *Homicidam Barsumam Christi. Lupi Oper. Tom. II.**

mittite foras, Homicidam in arenam. Anathema Barsumæ. Barsumam in exilium. Eum clamant ad arenam, id est, ad campum sceleratum, aut ad amphitheatrum, in quo homicidæ confuerant ferri gladio, aut ad bestias pugnare. Nihilominus gloriosi iudices sunt interlocuti: *Libellus recitetur.* Recitavit Constantinus sacri Consistorii Secretarius.

Habebat capita varia. Primò, de precum tarditate & sero ad Synodum adventu excusat supplicantes, quod communem omnium Patrem Carofum, sine quo fieri nihil licuit, Marcianus Augustus non nisi fe præsentem jusserat Synodum accedere. Secundò omnia Synodi Acta rogat consequenter seu secundum Canonum consequentiam procedere, atque ita sanctissimum Archi-Episcopum Dioscorum, & ipsi communicantes sanctissimos Episcopos, perperam degradatos, reparari ac restitui in integrum, fieri novum fidei examen, & omnia huc usque iudicata ad incudem revocari. Quæ cum legerentur, Episcopi exclamarunt: *Dioscoro. Dioscorum Christus deposuit. Istos foras mitte. Tolle injuriam à Synodo. Petitiones istas à Synodo audiri non licet. Illum, qui damnatus est ab omni Synodo, Episcopum nominare ausi sunt. Regule quare calcantur? Reclamarunt & Archi-Mandritæ. Tolle injuriam à monasteriis.* Utique injuriam jam memoratam. Hinc gloriosi iudices interposuerunt: *Sine præiudicio recitetur libellus.*

Ejus tertium caput erat: *Piissimus Imperator noster, ex quo congregare hanc Synodum constituit, pollicitus est nobis confirmari hanc tantum expositionem fidei trecentorum decem & octo sanctorum Patrum, & nihil aliud ante hoc moveri, vel fieri. Nequissimi Eutychianistæ ex solo Nicæno Symbolo, ut potè ad ipsorum errores facilis verfatili, judicari volunt, facta per Synodum Constantinopolitanam additamenta detestantur, uti damnata per Ephesinum Canonem, libello subtraxerunt. Ajunt Dioscorum ad hæc omnia paratum, ideoque datas in illum sententias debere incidi, & causam de novo inchoari: Concludit libellus: Si contra hæc, quæ tam consequenter requirimus, vestra mittitur Reverentia, & velit auctoritate uti, quæ contraria est utilitatibus, testamur Dominum Christum, & piissimum Imperatorem, & magnificentissimos iudices, & amplissimum Senatorem, & vestram conscientiam, & vestras nostras excutimus, & extra vestram communicationem nos efficiemus. Non enim patimur, Symbolo fidei trecentorum decem & octo recusato, communicatores fieri eorum, qui hoc respuunt.*

Temerariam ac desperatam hæreticorum monachorum audaciam Synodus obstupuit, & adversus illam Ætius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archi-Diaconus produxit & legit quintum Canonem Antiochenum, mandantem ut Presbyter aut quivis Clericus, à sui Episcopi communione sese in parasynagogam separans, secundò revocetur ad unitatem & gratiam, contumax extra omnem reparationis spem degradetur, & tamquam seditiosus per laicos potestates compescatur. Et cuncti Episcopi acclamarunt: *Hæc iusta regula, hæc regula Patrum.* Eam innovavit atque ampliavit Synodus octava. Ex eadem monachos rogarunt gloriosi

gloriosi iudices: Secundum vestram petitionem, contradicentibus reverendissimis Episcopis, oblatis à vobis libelli relecti sunt; dicite igitur, si vultis dogmatibus totius sanctissime Synodi consentire. Reposuit Archi-Mandrita Carolus: Fidem trecentorum decem & octo Patrum, qui convenerunt apud Nicæam, in qua & baptizatus sum, novi. Ego aliam fidem nescio. Episcopi sunt, potestatem habent, & excommunicare & damnare, & quidquid volunt, potestatem habent. Amplius ab hoc ego aliud nescio. Me Sanctus Theotimus in Tomis baptizavit: Jussum mihi nihil aliud sapere. Et reliqui omnes, Ephesinum adversus additamenta Canonem laudantes, Archi-Mandrita & monachi: Et nos eadem dicimus. Nec aliud ab ipsis potuit extorqueri. Inducij non potuerunt ad Eutychem anathematizandum. Quia & laudatum Aetium, inducere conantem, convitiis & contumeliis proficerunt.

Exinde lectus est octodecim orthodoxorum Archi-Mandritarum in illos libellus, hæc habens capita. Primò, Marciano Augusto agit gratias, quod Eutychem, blasphemum Ecclesiæ turbinem, juxta Sancti Leonis preces deportasset in loca deserta. Secundò, doctos ab Eutychem monachos accusat durissimam in erroribus pertinaciã, qua Sancti Leonis Epistolam usque hodie recusant profiteri. Tertio, rogat facultatem eos uti hæreticos juxta monasticam disciplinam castigandi, & de monasteriis, ubi quasi efferatæ in speluncis belluæ Christum Dominum blasphemare non cessant, ejiciendi. Eos efferatis belluis fuisse peiores, docent facinora ante & post Synodum in Syria, Palæstina, atque Aegypto, ab ipsis adversus Juvenalem præsertim Hierosolymæ, & Sanctum Proterium Alexandriæ Episcopum patrata.

Libello reposuit Dorotheus Archi-Mandrita Eutychanus: Quoniam Eutychem dicunt, quia ante unitioem duas naturas dixit, & unam naturam post unitioem, & anathematizant eum sicut hæreticum, passim ubique propositiones posuit Eutyches, & vestra Magnificencia audivit quæ sunt ab eo posita, quia orthodoxus est is homo, & sit ei calumnia. Et gloriosus iudicibus rogantibus, Eutyches ait quod corpus Salvatoris nostri Jesu Christi non fuit nostræ substantiæ, tu de hoc quomodo confiteris? denudò respondit: Baptizati sumus consentientes Salvatore nostrum Jesum Christum, qui descendit, & incarnatus est ex Sancta Virgine Maria, qui inhumanatus est, & crucifixus pro nobis. Hunc ex Trinitate esse fatemur. Credimus illum passum ex Trinitate esse. Et aliam fidem non novimus. Hoc loco quidam Joanni Maxentio & aliis Schyticæ monachis, adfertæque per ipsos propositioni, Unus est Trinitate est passus, adversati sub Justiniano ac Justiniani Imperio, fuerunt abusi, agentes ipsam esse manifestè Eutychanam, & ab Eutychanis monachis in præsentì Synodo adductam uti palmare impietatis fundamentum. At longè aliter Ferrandus Carthagenensis Ecclesiæ Diaconus in litteris ad Anatolium Diaconum Cardinalem Ecclesiæ Romanæ: Reddè dicitur, QUIA UNUS EST TRINITATE EST PASSUS. Nec movere quempiam debet, si hanc sententiam Eutychem proluit Apocryphus in Chalcedonensi Concilio. Scæpe etiam per ignorantes loquitur veritas. Patres au-

tem nostri in Concilio positi sensum loquentis, non verba considerantes, nec illum propter hanc sententiam pronunciarunt Catholicum, nec ipsam sententiam Catholicis tunc inserere potius voluerunt, ne viderentur intellectum positum loquentis approbasse, quam verba. Propositionem multis propugnata. Fuisse à Synodo Nicæna, Sancto Athanasio, Sancto Dionysio Alexandrino, ipsique Apostolis traditam, est supra ostensum.

Quocirca in Dialogo, Impassibilis, Theodoretus ipsam à Nicæna Synodo traditam negans, excedit. Est ex illis, qui inter hæc propositiones, Christus est passus, & Deus est passus, distinguentes volvere solam primam usitaram ab Apostolis, & à nobis usitandam. At certum est falli. Nihilominus quod adversum Eutychanistas, suo tempore grassantes, & posteriori propositione nequiter abutentes, ita locuti sint, venia digni sunt, immò & laude. Dico de illis, quod de Antiochena Synodo, vocem Consubstantialitatis adversum Arianos à Nicæna Synodo probatam improbante adversum nugæ Pauli Samosatensis, scribit in Epistola de Synodis Ariminensi ac Seleuciensi Sanctus Athanasius: Neque hos Antiochenæ, neque illos Nicænae Synodi Patres fas est culpasse. Omnes enim Christi curam gessere, studique sua contra hæreticos intenderunt. Et hi quidem Samosatensem, illi verò Arianam hæresin condemnarunt. Bene ergo & hi & illi pro subiecta materia scribunt. Et infra: Si aliqui ex Patribus ad istum, alii ad alium de CONSUBSTANTIALI modum differuerunt, nobis tamen ob id contentiosè agendum non est, sed cum pietate eorum dicta excipere debemus, eò quod præcipue sua studia ad pietatem referebant. Omnes esse dicit probatos Ecclesiæ Patres, quos absit ut inter se committamus. Uti tamen Antiochenæ Synodum Nicænam preferre nunc oportet, & vocem Consubstantialitatis nullo pacto negare; ita ne hanc propositionem, Deus est passus, jam pridem in iudicio contradictorio probatam ab Ecclesia Romana.

Redè autem in septimo decimo adversum hæreticos libro, existente apud Photii Bibliothecam, laudatus Theodoretus improbat hanc propositionem: Verbum est passum per carnem. In adducto dialogo improbat & hanc: Deus est passus carne. Eam æquat huic: Anima carne moritur. At non penitus redè. Etenim priorem propositionem damnat etiam in oratione de salutari Domini adventu adversus Apollinarianum Sanctus Athanasius, ajens esse blasphemiam Arianam; secundam omninò probat. Eamdem in libris ad Trazandum Wandalorum Regem probat Sanctus Fulgentius, damnatque hanc: Divinitas est carni compassa: Etiam hanc: Deus est passus cum carne. Etenim carni compati, cum carne aut per carnem pati est carnis passioni occurrere, & cum illa unam sensationem componere, definitam à Sancto Augustino: Sensatio est passio carnis non latens animam. Quod est longissimum à Deo Verbo. Ipsum tamen fuisse passum per hominem suum scribit in primo adversus Parmenianum libro Sanctus Optatus Episcopus Milevitanus.

Redeamus ad Dorotheum Archi-Mandritam nequissimum, Synodo roganti; Subscribis Epistole Sancti Leonis, an non, impudenter respon-

dentem: Ego in Baptismo, seu in Nicænam Symbolum in Baptismo exigi consuevit, credo, Epistole autem non subscribo. Et gloriosus iudicibus rogantibus, Cum piissimus noster Imperator & magnificentissimos iudices & amplissimum Senatam ad vos destinavit, promissis non contradicere his, quæ à sancta Synodo promulgantur, quare igitur in præsentì non consentitis? reposuit pari impudentia: Tunc nos locuti sumus Iudicibus & Senatui, & intus intrantes rogavimus Imperatorem, ut hæc Synodum confirmaret fidem trecentorum decem & octo Patrum, in qua baptizati sumus, unà cum definitione, quæ ab ipsis Patribus apud Ephesum definita est. Judicari voluit ex solo Nicæno Symbolo, & Constantinopolitana ejus additamenta haberi ut per Ephesinam Synodum damnata. Pertinaciam admirati & miserati gloriosi iudices sunt denudò interlocuti: Quia Divinissimus Imperator noster pius est, & nos intentionem ejus sequimur, si vultis, inducias duorum aut trium dierum ad cogitandum accipite (hoc enim ut vobis concedatur, nos petimus sanctam Synodum) ut recogitantes confessionem sanctorum Patrum sequamini. Et rursum reddidit contumax Dorotheus: In fide permaneo trecentorum decem & octo Patrum, in qua & baptizatus sum, & in definitione Ephesina, & aliud aliquid non dico. Et ejus collega Carolus: Hic sum, quid opus habetis duos aut tres dies sustinere? Ecce modo, si vultis aliquid facere, potestatem habetis. Quare de ipsorum correctione desperantes gloriosi iudices concluderunt Actionem: A sancta Synodo formula dabitur. Ex quo vides gloriosos iudices fuisse meros judicialium Decretorum testes & executores, sine ulla judiciali potestate.

Quare Alexandrum Ecclesiæ Constantinopolitane Presbyterum & Circuitorem, seu visitatorem, ad Principem legavit Synodus, rogaturum quid de pertinacibus monachis placeret suæ Majestatis. Visitatoris officium describit antiqua notitia dignitatum Ecclesiæ Constantinopolitane: Visitator perambulatur, & præsit iis, qui fidem orthodoxam amplecturi sunt. Etiam Carolus, Dorotheus, & Barfurus sibi ipsis non desuere. Accesserunt & ipsi Principem, Synodum accusantes prævaricationis, rogantesque eum adesse, ipsorum cum Episcopis disputationes auditurum & judicaturum. Verum non Reges de Episcopis, sed Episcopi de Regibus debent in fidei negotio judicare. Est Evangelica regula per Sanctum Ambrosium laudata. Ex eadem hæreticos & turbulentos monachos nec videre voluit Augustus Marcianus, sed per laudatum Presbyterum Alexandrum & Joannem Decurionem respondit: Si voluisset ego sedere inter vos atque alios monachos, & audire inter utrosque vos, non huc sanctam & universalem Synodum fatigasset. Sed cum ipsi propterea adfuerunt, ac nos de vobis certiores fecissent, dixi ut & vos adessetis, & ea quæ nescitis cognosceretis, & interrogando ea, quæ non nostis, disceretis ab eis. Jussum igitur decrevimus, vos ad Concilium abire. Nam quidquid defuerit sanctum & generale Concilium, & mihi in scriptis dederit, ea sequor, iis contentus sum, eis fidem habeo. Ad hoc habetis, nec aliud à me responsum accipitis. Quod Christia-

no Principe dignissimum verbum insigniter confirmavit in nostræ Synodi confirmatio Edicto ad cives Constantinopolitanos: Verè impius atque sacrilegus est, qui post tot Chalcedone congregatorum Sacerdotum sententiam opinionem suæ aliquid reservavit. Quod ipsum verbum eximè & merito laudat, ac Justiniano Augusto in exemplar figit Facundus Episcopus Hermianensis.

Quibus omnibus lectis & auditis, hæreticos & turbidos monachos apud Synodum de tribus accusavit Aetius Archi-Diaconus Constantinopolitanus. Primò, quod Diofcorum à generali Synodo degradatum essent ausi Episcopum appellare. Secundò, quod eamdem Synodum prævaricationis apud Principem infamassent. Tertio, quod Principem à publicis Imperii curis devocassent ad audiendas suas pro hæresi disputationes. In ipsos legit, & executioni tradi preceperunt octuagesimum tertium, & octuagesimum quartum Canones, mandantes degradatum Episcopum ministerio se ingerentem, & Clericos à proprii Episcopi communione in parafynagogam sese sequestrantes excidere omni reparationis spe, & per laicas potestates compesci. Sunt quartus & quintus Canones Antiocheni: Istius enim numeri locum obtinent in codice Canonum Ecclesiæ universæ. Adeò antiqua est ista collectio, quam proinde Hincmarus Remensis Episcopus non penitus malè dixit à præsentì Synodo probatam. Eam aliqui congestam putant à Stephano Ephesiorum Episcopo, qui Synodo huic interfuit, & de suo Episcopatu cum Bassiano litigavit. At quoniam in Canonibus Constantinopolitanis finiebat collectio, videtur esse antiquior. Cur enim Ephesios Canones Stephanus omisisset? Eam tamen fecisse potuit adhuc Clericus ante Synodum Ephesinam.

Insolentes Monachi Synodo non aderant. Etenim adversum eorum collegas Calepodium & Gerontium redè supra dixit Anatolius Episcopus Constantinopolitanus: Olim damnati sunt, & non licet eos intrare. Et ad cunctos gloriosos iudices: Contradicentibus Episcopis, oblatis à vobis libelli relecti sunt. Pertinacem Hæreticum non admitti ad Synodi conspectum, est vetus Ecclesiæ regula, cujus rigorem in hocce monachos servare voluerant Episcopi, gloriosi autem iudices ex bona de ipsis spe persuaserant dispensandum. Ex eadem Theodorum Crithinum, pertinacem Iconoclastam, rejecit, pertinacem atrem cum suis affectis Photium dispensatoriè ex causis admisit Synodus octava. Prima horum monachorum citatio facta fuit die quinto decimo Octobris, comparuerunt autem die decimo, & oblatis aliquot dierum inducias contempserunt. Maternam tamen miserationem induta Synodus eis triginta dierum, à dicto quinto decimo Octobris usque ad quintum decimum diem Novembris, fecit deliberandi inducias, tunc juxta adductos Antiochenos Canones omninò castigandis. Acta hæc sunt tertio decimo Kalendas Novembres, triduo post Actionem quartam. Synodi Digestor omnia, ut potè appendicem, congestit in eamdem quartam Actionem.

ACTIO APPENDIX,

Judicans causam Photii Tyrriorum Metropolitanæ adversus Eustatium Episcopum Berytensem.

Eodem die discussa ac definita dicitur lis de jure metropolitico inter Photium Tyri Episcopum, primæ Phœnicæ Metropolitanam, & Eustatium in eadem Provincia Episcopum Berytensem. Acta hæc fuisse post Actionem sextam dixi superius in dissertatione, nec sine fundamento; aliud tamen suadere videtur hæc Eustatii intercessio ad gloriosos judices: *Piissimus Dominus noster Imperator fidei causa nos hic congregavit, ac jubete ante omnia subscribi definitionem, ut prius questio fidei absolvat. Quod si de mea quoque causa jubetis nunc queri, non sum in mora, sed protinus respondebo.* Lucet hæc agi cœpta ante fidei definitæ subscriptionem & Actionem sextam: Tertiò decimò Calendas Novembres suis completa, palàm habent, nisi vitiata sint, Acta synodalia. Res est incerta.

Ex vetusto per sextum Nicænum firmato Canone Berytensis Ecclesia est suffraganea Tyriæ, per maritimam seu primam Phœnicam metropolitanæ. Dum Ibæ Edeffeni causa, Photio & Eustatio jam contententibus, per Theodosium Augustum delegata fuit, Eustatium palàm adhuc erat Provincialis Episcopus, proindeque hæc omnis novitas est factus latrocinii Ephesini, ubi è primoribus Dioscori satellitibus fuerat Eustatius, atque ita præsentem Tyriæ metropoleos injuriam à dicto Theodosio per Chrysaphium Eunuchum circumducto in facinoris mercedem est consecutus. Principis beneficium confirmavit Constantinopolitana Anatolii Episcopi Synodus, de qua Eustatius: *Concilium reverendissimorum Episcoporum factum est Constantinopoli, ac data definitio est, cui etiam Maximus reverendissimus Episcopus Antiochiæ subscripsit.* Et infra: *Vestram Potestatem & sanctam Synodum doceo, quod nunc non allego, ut omnino capiam, sed ut vobis persuadeam, quod calumniatus est me. Neque enim ego religiosissimo Imperatori preces obtuli, ut Berytum metropolim faceret. Nec verò ego civitates divisi, sed sancta divisi Synodus.* Et Maximus Patriarcha Antiochenus. *Charta mihi allata est, que habebat subscriptionem sanctissimi Archi-Episcopi Anatolii, quem ego sequens subscripsi.* Et infra: *Evam Constantinopoli, cum verò Concilium de hoc haberetur, non adfui, sed mihi charta allata est,*

& subscripsi. Non ad suas ambitiosas preces, sed gratioso Principis motu civitatem suam fuisse exaltatam Eustatius adseverat.

Legem exaltatricem, donatam hac titulari Epigraphe, *De Metropoli Beryto*, codici suo Justinianus Augustus inseruit: *Propter multas, justasque causas metropolitano nomine ac dignitate civitatem Berytum decernimus exornandam, jam suis virtutibus coronatam. Itaque hæc quoque metropolitana habeat dignitatem. Tyro nihil de jure suo derogetur. Sit illa mater Provinciæ Majorum nostrorum beneficio, hæc nostro: Et utraque dignitate simili perfruatur.* Jacobus Cujacius & Dionysius Godefredus addunt Scholion: *Metropoles duæ in Syria Phœnicæ Berytus & Tyrus; ut in Ponto Amasea & Cæsarea, & in Cappadocia Cæsarea & Tyana.* Labuntur variè. Etenim Phœniciam maritimam, quod Ponto Constantinus & Cappadociæ fecit Valens, civiliter non divisit Theodosius, atque ita non potestatem, sed solam vacui nominis dignitatem metropolitam multiplicavit. Ipsa legis verba palàm id profitentur. Etiam posterioribus temporibus nequit in gradum altiore proficere Berytus. Etenim à Justiniano nihil augmenti accepit, & à recentiori Provincialium ac Episcopatum ad Antiochenum Patriarchatum spectantium notitia, per Guilielmum Tyri Archi-Episcopum producta in libris de bello sancto, dumtaxat locatur inter octo per se stantes, seu folius nominis & honoris Metropoles.

Theodosianæ legis motivam rationem conjecturo ex Synodo Tyria in causa Ibæ Edeffeni, Berytum vocante Romanam Coloniam, & pulchram civitatem, laudanteque novum ejus Episcopium & novam Ecclesiam. Huc enim respiciunt hæc legis verba de Beryto: *Jam suis virtutibus coronatam.* Episcopium & Ecclesiam Eustatius aut ædificarat aut perfecerat, atque ita à Principe meruerat nomen metropoleos ac Metropolitanæ. Verum sine Suffraganeis ac potestate, & citra omnem Tyriæ metropoleos injuriam ac mutilationem. Amplius enim tunc ab Augusto Principe dari non potuisse, est suo loco ostensum. Ex advenis Constantinopolim Episcopis nescio quam Synodum fecit interim Anatolius, à qua metropolitam quoque potestatem donari, assignarique suffraganeas civitates flagitavit Eustatius,

atque obtinuit Biblyon, Botryn, Tripolim, Orthosiadem, Arcas, & Antaradon. Erat res ardua, sine Patriarchæ Antiocheni beneplacito non attentanda, atque idèo Maximus, licet non Synodo, tamen in Regia civitate præsens, inductus est ad assentiendum & subscribendum. Ab Ephesino latrocinio ordinati Anatolius & Maximus ab Episcopatu suspensi tunc hærebant extra Romanæ Ecclesiæ communionem & gratiam, atque ita Chrysaphii cogitationibus in nullo præsumebant obviare. Obviavit Phorius, avitam consuetudinem, Apostolicisque & Nicænos Canones dicens subverti non posse à quavis Synodo, dictasque civitates pergens uti Metropolitanæ quoad judicia & Episcoporum consecrationes administrare. Et hinc factum est quod queritur Photius: *A me Episcoporum ordinatio in vacantibus istarum civitatum cathedris facta est, cum juxta vetustum ordinem qui de mea Provincia sunt mihi adessent, atque inde primum mihi absentis missa est excommunicatio, & mansi excommunicatus centum viginti duos dies, & duos rursus ordinavi Episcopos. Eos deposuit Eustatius, Presbyterosque fecit.* Quousque vixit Theodosius, violentiæ huic, tamquam synodali per suum Patriarcham comprobato Decreto, parere compulsus fuit Photius, at post ejus mortem preces mox obtulit Marciano Augusto, easque Princeps, ad præsentem Synodum transmisit, causam Ecclesiasticam mandans, non secundum leges aut pragmaticas Sanctiones, sed secundum Canones definiti.

Hinc ante omnia ad Synodum nostram ex gloriosorum judicum interlocutione lectus fuit libellus iste Photii, habens capita varia. Primò, dicit Tyrriorum Ecclesiam & per immemorabilem consuetudinem, & per Canones fuisse totius Phœnicæ maritimæ semper metropolitanam cum plena quoad judicia & consecrationes potestate. Secundò, queritur de Eustatio Berytensi Episcopo, suo suffraganeo, quod quorundam comprovincialium Collegarum favore adjutus, à Theodosio nuper Augusto impetravit Rescriptum, quo mox sese cœperit ostentare novum Phœnicæ Metropolitanæ. Tertiò, quod Synodicum, seu synodale Anatolii Episcopi Constantinopolitani Decretum, acceptandum & subscribendum sibi miserit, recusanti minatus excommunicationem. Et hinc ex Regiæ jussionis metu compulsus subscripsit Photius, protestatus omnia hæc adversari Canonibus, & nihil valere: Atque idèo cassari nunc supplicat, & suæ sedi avita privilegia reparari. Eustatii fundamentum fuisse videntur hæc Rescripti verba: *Utraque metropolis dignitate simili perfruatur.* Hinc non solum nomen, sed & metropolitam potestatem & Provinciæ civitates creditit sibi æqualiter cum Photio communicanda & dividenda.

Lectò libello gloriosi judices sunt interlocuti: *Quid ad hæc allegat reverendissimus Episcopus Berytiorum Eustatius? Et ipse: Jubete Photium dicere, utrum secundum Canones moveat, an secundum leges.* Quod enim à pragmatico Principis Rescripto esset nata ista novitas, & quod non Synodo, sed Marciano Augusto Photius supplicasset, sperabat Eustatius ex legibus acturum, atque ita fa-

cilius circumducendum & intricandum. At Photius respondit: *Adi religiosissimum Imperatorem, ut sedes Tyrriorum sua jura adipisceretur. Quod autem vetustum morem studuerit evertere Eustatius religiosissimus Episcopus, interrogentur Domini & sanctissimi Episcopi.* Ego enim à regulis non discedo, nec volo typos Patrum evertere, sed postulo ne illa jura evertantur. Ait non judicii accipiendi causa, sed pro mera Canonum reparatrice observantia imploratum à se Principem, & se nequaquam secundum leges, sed secundum Ecclesiasticas consuetudines & Canones velle judicari. Ad quod gloriosi judices: *Sacratissimo Domino orbis placuit, non juxta sacras litteras aut pragmaticos typos res sanctissimorum Episcoporum procedere, sed juxta regulas à sanctis Patribus latas. Omni igitur cessante è sacris Pragmaticis definitione, Canones de hoc Capitulo editi legantur.* Et universa Synodus: *Contra regulas nihil Pragmaticum tenebit. Regula Patrum teneant. Quocirca à Patrum suorum vestigiis plurimum deviarunt recentiores Græci, de quibus in Scholiis ad Photii Nomo-Canonem Theodorus Balsamon: Scias, quod nonnulli dixerunt, idque in presentia sancti nostri Imperatoris, Canones non debere valere quando adversantur legibus, propterea quod ante legum repurgationem illi conscripti sunt, atque ita Canones, qui cum legibus non conveniunt, otiosos esse. Rectius ipse Theodorus: Canones majoris auctoritatis sunt, quam leges. Etenim in lege novella ad Petrum officiorum Magistrum Justinianus Augustus sacris Canonibus legis auctoritatem donat, & scribit: Canones ut leges custodimus. Præsertim in re-*

bus Ecclesiasticis, de quibus leges nihil valent disponere.

Et hinc tamquam profanus ad laicæ potestatis violentiam refuga, & manifestus Canonum prævaricator tractari metuens Eustatius, ante Canonum lectionem intercessit apud gloriosos judices: *Per vestigia vestra, quoniam calumniatus est me Photius, quasi studio fecerim, obsecro sanctum & universale Concilium satisfactionem accipere, quod nihil per me actum est. Neque enim ita audax fuissem, ut Patrum regulis adversarer.* Dixit Berytum benefico Principis motu proficisci in metropoleos nomen & honorem, potestatem autem & civitates fuisse assignatas à Synodo, confirmata omnia per Maximum Patriarcham, atque ita nullum hic esse suum crimen.

Erat perplexa facti species, subjectaque dubiis per gloriosos judices propositis. Primum erat: *An liceat ex sacro Pragmatico aliena Ecclesiæ jura ab aliis Episcopis averti?* Secundum erat: *Licueritne sanctissimo Archi-Episcopo Anatolio, absentis reverendissimo Episcopo Photio excommunicationem mittere, ac jubere ut ei certæ Ecclesiæ in Provincia auferrentur?* Tertium erat: *An Synodum appellare oporteat conventum Episcoporum, qui in Regia civitate diversantur?* Ad primum respondit universa Synodus: *Non licet hoc facere, est præter regulas.* Et talem potestatem sibi non arrogabat Pragmaticum, Beryto dans nudum metropoleos nomen, disertèque vetans Tyri privilegia mutilari. Ad secundum Atticus Zelenis in Helenoponto Episcopus respondit: *Absentem nemo damnat.* Quod unanimi acclamatione omnes Episco-

confirmarunt. Et hunc unicum excusationis suam scivit Anatolius prætexere. Photius quædam agit nullo more atque ordine. Hinc indignata Synodus, & juxta regulas commota, excommunicationem ei misit. Reposuit verò Eunuomius Nicomediensis Episcopus, Bythinæ Metropoli: Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, præsentem habeat accusatores, locumque defensionis accipiat ad diluenda crimina. Ad tertium respondit Tryphon Chii in insularum Provincia Episcopus: Synodus appellatur, & conveniunt Episcopi, & laborantes aliqua opprobria sua jura nanciscuntur. Quod pluribus confirmavit Anatolius, sese expurgans adversum illos, qui Synodos istas arguebant novitatibus. Earum auctoritatem alibi exposui. Poterant de solis ad suam diœcesim spectantibus rebus judicare. Quare sextum Nicænum Canonem, peregrina judicium verentem potuerat Photius adducere: Quid enim Thracicæ Synodo cum prima Phœnicia, Provincia diœceseos Orientalis? At exceptioni peremptoriæ obicem posuerat Maximi Patriarchæ consensus.

Hinc quantum Nicænum Canonem, qui unicum in quavis Provincia mandat esse Metropolitam, & ab illo consecrari aut confirmari omnes Provinciales Episcopos, legi postulavit Photius, & ad gloriosorum iudicium interlocutionem legit Atticus Nicopolitanus Episcopus, Metropoli veteris Epiri. Photium Canon insigniter adjuvabat: Præsertim quod Phœniciam maritimam in duas Provincias Princeps non secuisset. Quare gloriosi iudices post denud auditum de avita suâ metropoleos in iudicandis & consecrandis Episcopis consuetudine Photium sunt interlocuti: Sancta Synodus quid sibi videatur doceat, utrum placeat juxta regulam sanctorum trecentorum decem & octo Patrum unum Metropolitam Episcopum esse, qui in ordinationibus Episcoporum in unaquaque Provincia civitate potestatem habeat, an duos, ita ut iis liceat separatim in civitatibus ordinationes facere? Et universa Synodus respondit: Unum juxta regulas sanctorum Patrum volumus esse Metropolitam. Primum ut regulæ sanctorum Patrum teneant. Atticus Nicopolitanus Episcopus addidit: Trecentorum decem & octo Patrum regula unum vult Metropolitam in unaquaque Provincia Episcopum esse, & supplicamus ut etiam nunc virtus regularum in omnia & in omnes Provincias valeat, cessantibus omnibus Pragmaticis, quæ ex concursatione & ambitione sunt, quæque evertunt ea, quæ spiritualiter & secundum Deum à sanctis Patribus sancta sunt. Insigne elogium, quo Reges deoceanur Ecclesiasticis negotiis non misceri. Et hinc gloriosi iudices sunt iterum interlocuti: Juxta regulas trecentorum decem & octo sanctorum Patrum, & justam sententiam totius Synodi, Photius reverendissimus Episcopus Tyrionum metropolis omnem potestatem ordinandi in universis civitatibus primæ Phœnicæ Provincie habeat; Eustatius verò reverendissimus Episcopus à sacro Pragmatico typo nihil amplius sibi vindicet, quam reliqui Episcopi ejusdem Provincie. Et an his consentiat, sancta Synodus edoceat. Theodosii legem habent ratam, Anatolii synodale decretum exufflant; & omnis Synodus acclamavit: Hoc justum iudicium. Verba. Quam reli-

qui Episcopi, ostendunt Eustatium nequidem Tyrionum Metropolitam potestatem fuisse exemptum; quod nominales Græcorum Metropolita, & Pallio insigniti Latinorum Provinciales Episcopi quandoque perperam prætulerunt.

Quid sit Pragmaticus typus, exponit in opere de domus Augustæ officii Jacobus Gutherius: Pragmatica jussio seu sanctio non ad singulorum preces super privatis negotiis profertur, sed tantum ad preces alicujus corporis, collegii, civitatis, vel Provincie. Breviter Pragmatica sanctiones sunt Rescripta diligentius, diffusiusque tractata apud Principes in publicis negotiis cujusque Universitatis vel Provincie, quæ inter generales leges numerantur. Hinc Pragmatica passim ex concursatione, & licet non ex privata, tamen publica ambitione fieri dixit Atticus Archi Episcopus Nicopolitanus. Quamvis non ipse Eustatius, certe ejus populus Berytensi civitati supplicat hanc dignitatem, ab ipso haud dubie instigatus. Liqueat item ratio, cur hocce Theodosii Rescriptum suo generalium legum codici inferuerit Imperator Justinianus.

Restabat quæstio de Episcopis per Photium consecratis, & per Eustatium in Presbyteri gradum rejectis. Etenim in supra dictis civitatibus, suæ metropolitice potestati subtrahitis, non desit uti Metropolita Episcopos consecrare Photius; at sacro Pragmatico & synodali Decreto fultus Eustatius, ipsos in Presbyteros regradavit. De his per gloriosos iudices rogata Synodus respondit: Episcopos eos censemus: Justum est eos recipere Episcopatum & civitatem, tamquam ordinatos à Metropolita. Ordinatio Patris Photii teneat. Quod iudicium ratum esse postulanti Sebastiano Berthænsium in Thracia Episcopo reddiderunt laudati iudices. De his finaliter decernere ac definire, sancta est Synodi. Ex quo licet hisce in generali Synodo iudicibus nihil in Ecclesiasticis causis fuisse potestatis. Et hinc datam sententiam cum Episcopis Primatibus confirmarunt Legati Apostolici, addentes: Episcopum in gradum Presbyteri redigere, sacrilegum est. Si verò & causa quædam justa illos ab actu Episcopatus amovet, nec Presbyteri locum retinere debent. Si autem citra aliquod crimen amoti sunt dignitate, ad Episcopalem dignitatem revertantur. Regula hæc est superius explanata. Quæ omnia & gloriosi iudices amplissime confirmarunt.

Et hinc ad ipsos perrexit Cecropius Sebastopolitanus in prima Armenia Episcopus: Ne Potestas vestra accusationem & querimonias à quacunque persona accipiat, & fatigetur, neque nos coneremur, petimus ut sine contradictione cessent omnia Pragmatica, quæ in detrimentum Canonum à quibusdam facta sunt, in omni Provincia; Canones autem per omnia teneant. Sic enim & fides custoditur, & unaquæque Ecclesia tutum statum habebit. Ac ne liceat aliquos præter Canones ordinare. Uti Tyriam Eustatius, ita alias Metropoles per sacra Pragmatica mutilarant alii hinc inde Episcopi. Cappadociæ Cæsareensem Thyanenensis, Antiochenam Hierosolymitanus & Cypriorum Constantientis, ac tres autocephalas Primates Episcopus Constantiopolitanus. Hæc violentias eliminari & corrigi rogat Cecropius, servarique clau-

clausulam sexti Canonis Nicæni: Suis privilegia serventur Ecclesiis. Et gloriosissimi iudices responderunt: Si tota sanctissima Synodus consentit petitioni Cecropii Episcopi, doceat. Et omnis Synodus acclamavit: Omnes eadem dicimus. Univerſa Pragmatica cessabunt. Regulæ teneant. Et hoc à nobis fiat. Et gloriosi iudices: Ex sententia sancte Synodi in aliis quoque omnibus Provinciis regulæ teneant. Et iterum: De quibus interlocutio facta est, esse hæc mandabuntur. At ille dies Græcis nunquam illuxit.

Deinceps à Principe non erigi novas solius nominis metropoles nequaquam Cecropius petiit, aut Synodus nostra statuit. Etenim hæc ipsa in Synodo Marcianus Augustus in ejusmodi honorem exivit civitatem Chalcedonensem. Et eam potestatem discretè ac generaliter duodecim nostræ Synodi Canon Principi adscribit. Cecropius ergo sacra Pragmatica postulavit duplici deinceps effectu & virtute privari. Primò, ut eidem civiliter non divisa Provincie imponere non queant duas reales Ecclesiasticas metropoles, seu duas metropoliticas potestates. Secundò, ut istud ipsum non possint etiam per civilem Provincie divisionem. Et jure merito. Etenim primum quarto Nicæno Canon palam repugnat, ipsumque Ecclesia nunquam toleravit. Quod etiam secundum excusserit ante præsentem Synodum, dixi in locis pluribus, & monstravi. Oportet tempora distingui. Primis Ecclesiæ sæculis Patres nostri oppositum omnino admiserunt. Etenim Phœnicie, Syriæ, Palestinæ, Ponti, Galatiæ, Ciliciæ per varios Augustos facta divisio Damascenum, Apameensem, Schytopolitanum, Neo-Cæsareensem, Pessinuntis, ac Anazarbi Episcopos mox exaltavit in Metropolitas. Sanctum Gregorium Thaumaturgum, primum Neo-Cæsareæ Episcopum, cujus successores à Cæsareensi in Cappadocia Episcopo, totius Ponticæ diœceseos Primate, fuerunt ordinati, ordinatum fuisse à Sancto Phœdimo Amaseno Episcopo, scribit in illius vita Sanctus Gregorius Nyssenus: Quod nempe Pontum necdum ad matris Helenæ & Polemonis Regis perpetuam memoriam Constantinus Magnus in Helenopontum ac Pontum Polemoniæ divisisset, adeoque Amaseno Episcopo totius Provincie tunc esset Metropoli. Ab ista prius divisione cœpit Neo-Cæsareensis, utpotè novus Metropoli, per Cæsareensem consecrari. Etiam Lycaoniæ à Pisidia divisa statim fuisse suam Metropolitam Iconiensem scribit ad Sanctum Eusebium Samosatensem Episcopum Sanctus Basilius Magnus. Eadem forma viguit & in Occidente. Belgicæ nostræ divisio Remensem exaltavit Ecclesiam, & matri Treverensi fecit soxorem germanam. Lugdunensis Provincia fuit olim vastissima: Ejus in quatuor sectioni metropolitica sua potestatem debent Episcopi Turonensis, Rothomagensis, ac Senonensis. Ex illo fundamento Gregorius septimus Lugdunensem quatuor istarum Provinciarum jussit esse Primate: Quod nempe omnes earum Episcopi olim istius suffraganei fuissent. Mauritaniarum, & Byzacii à Numidia per Constantinum facta divisio multiplicavit etiam in Africa Primates. Ita fuisse videlicet Lupi Oper. Tom. II.

detur usque ad Valentem Augustum, qui ex hæretico Sancti Basilius odio Cappadociam secuit, & illi adversarium suscitavit Metropolitam Thyanensem. Quæ hæc tendere possent consideravit tunc Ecclesia, & istam Augusti Principibus indultam usque huc potestatem castravit, immò extinxit. Indulserat ob pagavorum præsertim Principum reverentiam: Ne Romanæ Reipublicæ formam improbare videretur aut spernere. Scio Provincie Honoriadi, ex Bythinæ & Paphlagoniæ partibus dimembratis per Theodosium Augustum in Honorii filii honorem conflata, suam etiam mox emerisse Metropolitam Episcopum: Plures ille, in quibus mox novi apparuerunt Metropolita, Provincias divisit. Ex causis Ecclesia dissimulavit. Adversam regulam quis ediderit, ignoro: Propagavit Sanctus Basilius Magnus & Sanctus Pontifex Innocentius primus, nostraque tandem Synodus ad omnem Ecclesiam extendit. Et hinc Justinianus Augustus, dum varias Provincias in aliam civilem formam transposuit, transponere non præsumpsit antiqua jura Episcoporum Metropolitanarum. Quare Græci schismatici, omnem Ecclesiasticarum metropoleon, Provinciarum, sedum, diœceseon mutandarum potestatem permittentes Principi, à Patrum vestigiis longissime deviarunt.

ACTIO V.

Quintæ Actioni, factæ undecimo Kalendas Novembres, ad gloriosissimorum iudicium interlocutionem Asclepiades Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus prælegit conceptam fidei definitionem, de qua Synodali Actorum Digestor, Eam Episcopis non placuit Gestis inferere. Primus contra eam intercessit Joannes Germaniceniensis ad Eufratem Episcopus: Non bene habet definitio, sed debet integrè fieri. At verò præter Romanos Legatos & aliquot Orientales Episcopos cæteri clamaverunt: Definitio omnibus placet. Hæc fides Patrum. Qui præter ista sapit, hæreticus est. Qui aliter sapit, anathema sit. Nestorianos mitte foras. Hæc definitio omnibus placet. Sancta Maria Theotocos scribatur: In Symbolo sic addatur. Facta est dura contentio. Ejus causam audi à gloriosis iudicibus: Dioscorus dicebat propter hoc se damnasse Flavianum, quia DUAS NATURAS agebat esse; definitio autem, EX DUABUS NATURIS habet. Et iterum: Dioscorus dicebat, QUOD EX DUABUS NATURIS EST, suscipio, duas non suscipio; Sanctissimus autem Archi-Episcopus Leo DUAS NATURAS dicit esse in Christo unitas, uno unigenito Filio, Salvatore nostro. Quem igitur sequimini? Sanctissimum Leonem, aut Dioscorum? Vocem, Duas naturas, apud Eutychnianistas de Nestorianismo suspectam omittebat, vocem verò, Ex duabus naturis, uti apud Nestorianos, ita & apud Orthodoxos de Eutyche & Dioscoro suspectam canonizabat definitio, atque ita ipsi-
M m gnicer

gniter de illa digladiati sunt Episcopi, alter alterum accusantes de Nestorio & Eutyche. Et hac occasione Anatolius Constantinopolitanus Episcopus emisit hanc infelicem, alibi satis explanatam interlocutionem. *Propter fidem non est damnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit Domino Archi-Episcopo Leoni, & tertio vocatus est, & non venit, & ideo damnatus est, Vocem, Ex duabus naturis*, licet à Dioscoro usitatam, conatur ostendere non esse scabiosam, ideoque non productam fidei definitionem, eò quod Dioscorus non fuerit hæreticus, neque ob hæresim à præsentì Synodo damnatus. Quo in iudicio certum est Anatolium ex Dioscori amore fuisse lapsum & circumscriptum.

Attamen voces istæ sunt reverà orthodoxæ, omnemque irrepenti rimam acerrimè præcludunt impietati Nestorianæ. Et hinc plurimi Episcopi denuò clamantur pro definitione: *Nestorianos foras mitte. Inimicos Dei mitte foras. Hæc definitio omnibus placuit. Petimus ut definitio subscribatur coram Evangelii. Qui non subscribit definitioni, hæreticus est, utique Nestorianus. Spiritus sanctus definitionem dixit. Definitio orthodoxa est. Altera definitio non fit. Definitioni nihil deest. Etiam Eusebius Dorylæi Episcopus, Eutyche & Dioscori calidissimus adversator, exclamavit. Alia definitio non fit. Verùm Legati Apostolici summa cum auctoritate intercesserunt: Si non consentiant Episcopi Apostolici & beatissimi viri Papæ Leonis, jubete nobis Rescripta dari, ut revertamur, & ibi Synodus celebretur. Etenim Epistola, à cuius dogmate, phrafi, mandatis Legati non poterant recedere, disertissimè duas in Domino naturas profitebatur, ideoque & gloriosissimi iudices sunt interlocuti: Epistolam sanctissimi Leonis suscipitis? Ad quæ patroni definitionis: Etiam suscipimus, & subscripsimus. Et iterum iudices: Ergò quæ in ea inseruntur, inserantur definitioni. Et dicti patroni: Epistolam definitio firmavit. Archi-Episcopus Leo, ut credimus, credit. Definitio habet omnia. Leo eadem dixit, quæ & Cyrillus: Celestinus, quæ Cyrillus dixit, firmavit, Xixtus firmavit, quæ Cyrillus dixit. Unum Baptisma, unus Dominus, una fides. Tolle fraudem à definitione. Sancti Cyrilli, Christum Dominum ex duabus esse naturis frequenter asserentis, adversus Nestorium Scripta dicunt à Celestino primo, & Xixto tertio, Romanis Pontificibus, à quibus Sanctus Leo discordare non possit, esse confirmata, proindeque illis conformem esse & definitionem. Synodales de fide definitiones dicunt esse authenticas credendi & loquendi regulas, nullis æquivocantiis hæreticorum fraudibus posse patere, ideoque adversum grassantes Nestorianos scribendum esse, *Ex duabus naturis, non Duas naturas*. Et Legati Apostolici aliud non potuerunt evincere.*

Quare magnifici iudices sunt rursus interlocuti: *Si placet, ab Orientalibus Episcopis sex, & ab Asiatica Regione tres, & ab Illyricis tres, & à Pontica tres, & à Thraciâ tres, præsentibus etiam sanctissimo Archi-Episcopo Anatolio, & reverendissimis Romanis conveniamus intrè in Oratorio sanctæ Martyris Eufemiæ, & omnibus ab eisdem consequenter requisitis, quæ placuerint de sancta fide, manifesta nobis fiant,*

Ab illis, totius Synodi auctoritate donandis, Episcopis rogare fieri pacificum sine clamoribus congressum, & fidei definitionem, si non corrigi, certè poliri. Ex dioecesi Orientali sex, ex aliis tres dumtaxat rogant adesse Episcopos, quod illa Patriarchalis esset, & præ cæteris suspecta de Nestorianismo. Verùm definitionis Patroni reddiderunt: *Omnibus definitio placuit. Hinc turbidis Episcoporum in invicem clamoribus lassati iudices ad Martianum Augustum, consultationis gratia, legarunt Beronianicum sacri Consistorii Secretarium, per quem sunt hæc relata: Præcepit Divinissimus ac piissimus Dominus noster Imperator, ut vel, sicut placuit gloriosissimis iudicibus, sex reverendissimos Episcopos ab Orientali regione, & tres ex Pontica, & tres ab Asiatica, & tres à Thraciâ, & tres ab Illyrico, præsentibus etiam sanctissimo Archi-Episcopo Anatolio, & reverendissimis Romanis & convenientibus in Oratorio sanctissime Martyris, de fide rectè & irreprensibiliter constituatur, quibus omnes consentiant, & nihil dubium relinquatur. Vel si nobis hoc non placet, singuli fidem suam manifestam constituent per suum Metropolitanum, ut nulla similitudo dubietas vel discordia relinquatur. Si autem neque hoc vestra velit Sanctitas, cognoscite quia in partibus Occidentalibus habet fieri Synodus, eò quod Religiositas vestra hic noluit de vera & orthodoxa fide indubitanter definire. Eos Princeps terruit de Romana evocatione, quia rei Episcopi nihil unquam post Deum magis timeret. At neque sic contentio cessavit. Etenim definitionis Patroni denuò clamantur: Aut definitio persistat, aut discedimus. Et magnam huius Synodi lumen Cecropius in prima Armenia Episcopus Sebastopolitanus; Petimus recitari definitionem, & ii, qui contradicunt & non subscribunt, ipsi ambulent, quia nos consentimus bene decretis, & in nullo contradicimus. Et Episcopi Illyriciani: Qui contradicunt, manifesti fiant. Qui contradicunt, Nestoriani sunt. Qui contradicunt, Roman ambulent.*

Adversum quæ gloriosi iudices: *Dioscorus dicebat, QUOD EX DUABUS NATURIS EST SUSCIPIO, DUAS NON SUSCIPIO; sanctissimus autem Archi-Episcopus Leo duas naturas esse dixit in Christo unitas inconfuse, inconvertibiliter, ac indivisibiliter. Quem igitur sequimini? Sanctissimum Leonem, an Dioscorum? Adversarii definitionis: Ut Leo, sic credimus. Qui contradicunt, Eutycheana sunt. Leo rectè exposuit. Ex quo videt utramque partem fuisse orthodoxam, & non de sensu contendisse, sed de solis syllabis ac sententia, quam etiam esse irreprensibilem, & nos in ipsa concordem, serio ac merito Apostolus mandat. Et hinc rursus laudati iudices: Ergo addite definitioni, Secundum iudicium sanctissimi Patris nostri Leonis, DUAS esse NATURAS in Christo inconvertibiliter, inseparabiliter, ac inconfuse. Fidei definitionem ex ipsis Romani Episcopi verbis formari volunt: Etenim palmare generalis Synodi officium est Romani Pontificis de proposita quæstione suffragium, dogmaticis ad se per Vicarios Legatos transmissis litteris expressum, confirmare, & illi adjuncta mandata dare executioni.*

Et hinc tandem consensus Synodus in gloriosorum iudicum à Principe comprobatum consilium,

ut cum Apostolicis Legatis & Anatolio Constantinopolitano pauci quidam Episcopi doctiores ex omni dioecesi convenirent, definitionem revisuri ac limitari. Et ex dioecesi Orientali conveniunt Maximus Patriarcha Antiochenus, Juvenalis Hierosolymitanus, Theodorus Tarsensis in prima Cilicia, Cyrus Anazarbi in Cilicia secunda, Constantinus Bostrensis in Arabia, & Theodorus Claudiopolitanus in Isauria Episcopus; ex Pontica Thalassius Cæsarensis in prima Cappadocia, & Eusebius Ancyranus in prima Galatia; ex Asiatica Diogenes Cyzicus in Hellesponto, Leontius Magnesianus in Asia, Florentius Sardenis in Lydia, & Eusebius Dorylænsis in Phrygia salutari; ex Thraciâ Francion Philippopolitanus in Thracia, Sebastianus ibidem Berrhænsis, & Basilus in Hæmimontis Provincia Trajanopolitanus; ex Illyrico Quintillus Hærcleensis in Macedonia, Zozon Philippensis in Macedonia prima, & Atticus in veteri Epito Episcopus Nicopolitanus. Hi definitionem poliverunt. Voces, *ex duabus naturis*, utpotè licet orthodoxas, multis Episcopis gratissimas, & adversus Nestorium validissimas, quia tamen ab Eutyche & Dioscoro usitatas, expunxerunt, addideruntque disertam professionem duarum sine confusione & conversione naturarum, juxta duas Sancti Cyrilli litteras, & dogmaticam Epistolam Sancti Leonis. Expunctam fuisse vocem, *Ex duabus naturis*, & hanc, *In duabus naturis*, susceptam, supra nobis dixit Leontius Byzantinus. Quod ipsum in collatione Constantinopolitana cum Severianis Episcopis testatur Hypatius Archi-Episcopus Ephesus, additque eandem causam: *Satisfactio Beati Flaviani, manu ejus per scripta, EX DUABUS consuetudine Dominum nostrum Jesum Christum, & tamen EX DUABUS ei dicenti NATURIS non peperit bonus ille Dioscorus. Propterea itaque cognoscens sanctum Chalcedonense Concilium, quia nihil ita recreat eos, quicum Eutyche adversantur orthodoxæ duarum naturarum confessioni, nisi confusa & commixta, & imaginaria vel Manichæa unius nature confessio, explanativam potius vocem præposuit, ut IN DUABUS NATURIS, unam personam & unam substantiam confiteretur. Voces, Ex duabus naturis, adeo sunt orthodoxæ, ut eas in suæ adversus Eutychem Synodi ad Theodorum Augustum Relatione usitavit, & manu propria subscriperit etiam Sanctus Flavianus. Quia tamen ipsas in sui erroris palmare fundamentum adsumpsit & Dioscorus, & quia dogmatico suo tomo Sanctus Leo non inferuerat, nostra item Synodus noluit expressim in sua definitione canonizare. Aliam causam adducit ductus Leontius: *Quod vox ista imperfecta esset, nullam refutationem habens dogmatum Eutyche, sed id solum complectens quod utriusque probatur. Dico, Expressim. Fuisse enim implicite canonizatam & Hypatius testatur & Leontius. Et probat ille: Beati Flaviani rectam fidem collaudans Synodus Chalcedonensis, omnia, quæ ab eo dicta sunt, confirmavit. Expressè confirmavit dogmaticum Sancti Leonis tommum, ideoque & omnia Sancti Flaviani in Eutychem synodalia dicta, utpotè quæ tommus ille confirmabat. Quare Latina quædam & Græ-**

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

ca præsentis definitionis exemplaria, habentia, *Ex duabus naturis*, certum est esse vitata. Naturæ est vitium ex textu Græco: Ex vicinitate præpositionum, &, &. Addidit Hypatius, & causam, ex qua Sancti Cyrilli ad Acacium Melitenensem, ad Valerianum Iconiensem, ad Successum Dio-Cæsarensis Episcopum, atque ad Eulogium Presbyterum Constantinopolitanum de causa Nestoriana litteras noluerit confirmare Synodus præfens; Quod nempe voces, *Una natura Dei Verbi incarnata*, vocibus, *Due nature*, præferant, & non foli Eutycheanistis, sed & Eustatio Berytensi Episcopo præbissent in Ephesino latrocinio occasionem labendi & foementa. Eas neque damnandas, neque ut synodica, id est, uti à generali Synodo in fidei regulam protractas, suscipiendas, sed dispensatorie dumtaxat tolerandas ait Hypatius, quod suppositionis aut falsationis suspicione laboret, & adversetur synodici rectæ fidei Cyrilli Epistolæ, in quibus duarum naturarum aperte decrevit confessionem. Ubi existimo Hypatium labi. Falsitas enim aut suppositas Epistolas sine fundamento suspicatur. Et hæc propositiones, *Dominus est una natura Dei Verbi incarnata*, & *Dominus est due nature*, non adversari invicem est suo loco ostensum. Ostensum item est, cur Synodus canonizari noluerit Epistolam duodecim Capitulorum.

Etiam uti Nicænum, ita & Constantinopolitanum Symbolum, integrè sibi insertum canonizat definitio, addens: *Sufficeret quidem ad plenam cognitionem & confirmationem pietatis hoc sapiens & salutare Divinæ gratiæ Symbolum; de Patre enim & Filio & Spiritu sancto perfectionem docet, ac Domini nostri inhumanationem fideliter accipientibus, seu ad devia errantis suæ mentis phantasmata non detorquentibus, representat. Ita loquitur ex Sardicensi Decreto, veritate conscribi fidem aut definitionem aliam à Nicæna. Addit se à novis novorum hæreticorum in Christianum dogma insultibus compelli ad quædam lucidius & largius exponenda. Exponit: Et tandem Ephesinum Canonem de nulla ad Symbolum vel vocula addenda innovat, hæc verba, *Sapiens hoc & salutare Divinæ gratiæ Symbolum*, omnino intelligens de Constantinopolitano. Ita ipsum adversus Eutycheanistas canonizat, ac Ephesinum Canonem de ipso, non de solo Nicæno declarat intelligendum. Et hæc est ratio, cur pluribus Episcopis, vocem *Deipara* Symbolo adversum Nestorianos inferi postulantibus instantissimè, acquiescere noluerit nostra Synodus, inferens suæ dumtaxat definitioni. Inferere omnino potuerat: At innovat ut se Canonem noluit vel in speciem lædere. Et huc spectat longa illa in prophanico ad Marcianum Augustum sermone apologia, amplissimè exemplis ostendens, semper non solum generalibus aut provincialibus Synodis, aut Romanæ Ecclesiæ Pontificibus, sed & aliis quibusque Episcopis licuisse Christianam fidem adversum hæreticas verborum novitates aliis quam Symboli vocibus elucidare, concedereque, licet non novum in dies Symbolum, tamen novas quotidie fidei definitiones. Elegantissimam apologiam insigni compendio exhibet*

in litteris ad Leonem Augustum, post Synodum nostram exstantibus, Joannes Sebastus Episcopus, prima Armeniæ Metropoli, *Judicamus prolatam definitionem à sancto Concilio Chalcedonensi, non sicut fidei Symbolum, sed sicut definitionem esse positam ad peremptionem Nestorianæ vesaniæ, & exclusionem eorum, qui salutarem incarnationem Domini nostri Jesu Christi denegare noscuntur.* Loquitur adversum Eutychnianitas, qui inter Symbolum ac fidei definitionem non distinguentes arguebant nostram Synodum de factis ad Symbolum additamentis.

ACTIO VI.

Actioni sextæ, factæ octavo Kalendas Novembres, adfuit ipse Marcianus Augustus, nec non & Augusta Pulcheria, adeoque septimam Synodum, quod cum filio Constantino Irene Augusta adfuisset, arguentes Francorum Episcopi omnino deviarunt. A quibusdam Episcopis, pecunias aut alia prava studia sectantibus, adhæsum fuisse perfidiæ Eutychnianæ, seductos in eandem infelices populos, turbatamque Ecclesiam & Republicam quaestus est Princeps, & hisce corrigendis sese à primo Imperii exordio, licet per barbarorum incursionem graviter adfecto, unice studuisse protestatus adjunxit: *Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religiosi Principis Constantini, Synodo interesse volumus, ne vel ulterius populi pravus suasionibus separantur.* Ex Nicæno Symbolo & dogmatica Sancti Leonis Epistola voluit fidem stabiliri. Cui pietati omnes Episcopi faustissima acclamarunt.

Exinde Ætius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archidiaconus protulit fidei definitionem, adseverans ab omni errore alienam, munitam virtute Divinarum Scripturarum, sanctorumque Patrum sententiæ conformem. Et ex Principis jussu eandem ab omnibus subscribendam legit. Primi subscriperunt Legati Apostolici in hunc modum: *Vicarius Domini mei beatissimi atque Apostolici, universalis Ecclesiæ Papæ urbis Romæ Leonis.* Ita omni Synodo approbante subscriperunt. Et huc respicit Sanctus Gregorius Magnus, dicens titulum, *Universalis Episcopus,* Romanæ Ecclesiæ fuisse oblatum per Chalcedonensem Synodum, sed à Sancto Leone Pontifice non admissum.

Non ad exercendam potentiam, nec inferendam ulli Episcopo violentiam adesse sese Synodo fuerat Princeps abundè contestatus, est tamen denuò interlocutus: *Dicat sancta Synodus, si secundum omnium sanctorum Episcoporum expositionem definitio nunc recitata, prolata est.* Et omnes Episcopi clamaverunt: *Omnes sic credimus. Una fides, una voluntas. Omnes id ipsum sapimus. Omnes consentientes subscripsimus. Omnes orthodoxi sumus. Hæc fides Patrum. Hæc fides Apostolorum. Hæc fides orthodoxorum. Hæc fides orbem terræ salvavit.* Marcianum Augustum esse novum Constanti-

num, novum Paulum, novum David, Pulcheriam novam Helenam omnis Synodus acclamavit. Et iteratis à Principe gratiarum actionibus faustas acclamationes denuò reddidit, frequensque anathema in Nestorium, Dioscorum, & Eutychem.

Et de hoc rerum felici successu scripsit, in litteris per Dominum Lucam Holstenium publicatis, ad Leonem Pontificem Marcianus Augustus: *Lætetur Sanctimonia tua victoria. Fidei hujus laurea omnipotenti Christo referenda est, qui de perfidias egit triumphum. Atque idè ipsi interesse sanctæ Synodo festinavimus, quamvis nos in aliis locis expeditiones & necessitates publicæ detinerent. Itaque omnia pro votis atque oratione Religionis tuæ, quæ fidei conveniunt, auctore Deo sunt ordinata. Totius orbis, qui sub Imperio nostro est, reverendissimis Episcopis Chalcedonem convocatis, tractatu habito, post multa certamina vera fides obtinuit, & juxta litteras Sanctitatis tuæ universi adferunt expositioni, prout veritas postulavit. Qua ex professione denuò lucet Apostolici suffragii, in dogmaticis ad Synodum litteris expressi, confirmationem esse palmare munus Synodi generalis.*

Populares de imperio per hæreticos dogmate disputationes esse errori propagando efficacissimas docent varii eventus. Hac arte Arianam, Pelagianam, Monotheliticam, aliasque hæreses latissimum serpsisse est suo loco ostensum. Ita serpsit item Eutychniana. Quare omnem de cetero contentiõnis occasionem de sanctæ fidei religione penitus amputatam volens Augustus Marcianus perrexit ad Synodum: *Si quis Idiota, vel Militaris, seu Clericus publicè de fide, turman congreganti, sub obtentu disputationis tumultum fecerit, sciat quia, si quidem Idiota sit, ab urbe Regia expellatur, Militaris verò & Clericus gradus sui periculum sustinebunt, & penes alios subjacebunt.* Quod Edictum unanimi acclamatione Synodus comprobavit. Et laudatus Augustus confirmavit duplici lege, exstante post nostram Synodum, quarum posterior habet hanc subnotationem: *Eodem exemplo scriptum est Palladio, viro illustri, Prætori Orientis; Valentiniano viro illustri, Prætori Illirici; Tatiano viro illustri Præfecto urbis; Vincomalo viro illustri, Magistro Officiorum, & Consuli designato.* Quocirca lex ista per omne Imperium fuit solenniter promulgata. Disputationes istam esse ait Christianæ fidei manifestam injuriam, utpotè quæ Divinam veritatem, ac ejus confirmatrices generalium Synodorum definitiones vocet in dubium, Judæis ac gentilibus prodat nostra mysteria, simplicem plebem inquietet, & damnatis hæresibus præbeat resurgendi spem ac fomenta. Innovat similes adversus quamvis hæresin leges Valentiniani secundi, Theodosii primi, Arcadii, Honorii, & Theodosii secundi, exstantes in sexto decimo libro codicis Theodosiani, quarum omnium una est sententia de istiusmodi disputationibus: *Et fidem Catholicam turbans, & populum.* Martiani leges etiam ad monachos, quin & ipsorum Apocritarios extenderunt Leo & Anthemius Augusti in lege ad Zenonem Strategum, quam primo codicis sui libro inferuit Imperator Justinianus. An publica de dogmate disputatio sit semper & ubique perniciofa, omnibus

que hæreticis, Ecclesiæ dogma in generali Synodo definitum volentibus retractatum, abneganda, inter Basileensem Synodum, quæ Bohemiæ Hussitas ad ejusmodi disputationem admiserat, atque Eugenium quartum Pontificem fuit acriter agitatum, de quo videnda est tertia Epistola synodalis. Martiani lex damnat solas disputationes publicas, & de solo dogmate per Synodum nostram definitio.

Eodem tempore inter Clericos translatio & negotia secularia, inter monachos grassabantur inquietudo, vagandi licentia, & nimia monasteriorum citra Episcoporum licentiam multiplicatio, de qua Zozymus, homo gentilis, pessimus osor Christianorum, præsertim monachorum: *Monachi tam in urbibus, quam vicis populosa collegia complent hominibus innumptis, nec ad bellum nec ad alium Republicæ necessarium usum idoneis, nisi quod via quadam progressi ab eo tempore in hunc usque diem magnam terræ partem ad se transfulerint, & sub prætextu quasi cum pauperibus omnia communicent, omnes propè dixerim ad inopiam redegerim.* Est pagana calumnia, habens tamen quid veri. Nam avaritiam Clericis, Monachis, & generaliter cunctis continentium professis esse ex fundamentis quasi naturalem, scribit in libro de sancta Viduitate Sanctus Augustinus. Eandem in nobis graviter notavit Constantinus Magnus, & erubescenda lege persecuit Valentinianus primus. Quidam è nobis obliti fuerant Apostolicum Canonem: *Est autem quaestus magnus, pietas cum sufficientia.* Adversum cuncta hæc Clericorum & Monachorum vitia tres Canones conceperat Martianus Augustus, Synodoque obtulit in hæc verba. *Quædam capitula sunt, quæ ad honorem vestræ Reverentiæ vobis servamus, decorum esse judicantes à vobis hæc regulariter potius firmari per Synodum, quam nostra lege sanciri.* Et huc respicit Facondus Episcopus Hermianensis, scribens de laudato Principe: *Vir temperans & suo contentus officio Ecclesiasticorum Canonum executor esse voluit, non conditor.* Etenim novos constituere Canones non nisi multis & in unum congregatis primi ordinis Sacerdotibus licet. Dictos Canones legit Synodo Beronicianus sacri Consistorii Secretarius, ac Anatolio Episcopo Constantinopolitano tradidit synodaliter discutiendos. Fuere postmodum discussi, probati, factique Canones tertius, quartus, & vigesimus, supra abundè explanati. Quartum, per quem vagandi licentia in Monachis frenatur, innovat in sui codicis ad Joannem Prætorio Præfectum lege Imperator Justinianus, adversum nescio quos garrientes ad quoddam dumtaxat tempus fuisse sanctum. Richardum Sancti Medardi Abbatem, qui in Ecclesia per sanguinis effusionem violata sine Episcopali reconciliatione celebrare præsumperat, ex ipso gravissimè increpat Sanctus Fulbertus Episcopus Carnutenfis. Monachorum Apostasiam ab eodem vetari adferunt Synodus Triburiensis, & sub Joanne duodecimo Pontifice Augustana. Interdici illis etiam sacras peregrinationes scribit in libro de imaginum cultu Jonas Episcopus Aurelianensis. Quam maximè de Monachis verum est: *Qui multum peregrinantur, raro sanctificantur.* Et de illis præsertim loquitur Sancti Gregorii Epi-

scopi Nisæni de Hierosolymitana peregrinatione Epistola, suo tempore exponenda.

Laudatus Princeps insuper aliud à Synodo postulavit: *Ad honorem sanctæ Martyris Euphemiæ, & vestræ pariter Sanctitatis, Chalcedonensem civitatem, in qua sanctæ fidei Concilium gestum est, metropolis privilegia habere sancimus, nomine tantum hanc honorantes, salva videlicet Nicomediensium civitatis propria dignitate.* Tribuit ei ac ejus Episcopo solum metropoleos ac Metropolitæ nomen, quod omnia sacra Pragmatica, veros Metropolitæ erigentia, hæc ipsa nostra Synodus jam supra cassasset. Firmari id postulat ad honorem sanctæ Euphemiæ, Chalcedonensium Patronæ, in cujus Basilica fuerit Synodus omnis peracta. Eam fuisse extra muros Zozymus testatur. Et universa Synodus exclamavit: *Justum judicium Imperatoris, digni sancta Martyræ. Supplicamus, dimitte nos, Pie Imperator, dimitte nos.* Generale Synodum extra Romanæ sedis mandata nihil posse, hocce testimonio insigniter docemur. Etenim de sola per Eutychem & Dioscorum læsa fide disquiri & definiri mandarat Sanctus Leo Papa. Hoc officio perfuncti Patres fieri sibi postulat facultatem redeundi ad propria, scientes deinceps sese futuros, non authenticam Synodum, sed humanam sine capite conventum. Et hinc quinta Synodus, ipsamque secuta Romana Ecclesia rectè sentiunt Synodum præsentem in hac Actione fuisse finitam, omniaque postmodum gesta fuisse, non synodalia, sed adunatorum Episcoporum judicia privata. Quod ipsum patet etiam ex Principis ad Synodi preces Responso: *Multum quidem estis itinere fatigati, laborem perferentes. Verumtamen sustinete adhuc tres aut quatuor dies, & præsentibus nostris magnificentissimis Judicibus quæcumque vultis movere, competens adepturi auxilium. Nullus vestrum, antequam perfecti termini ex omnibus reverantur, à sancto Concilio discedat.* Fateretur Princeps finitam Synodum, verum ad dirimendas quasdam sibi delatas Episcoporum quaestiones vult Patres adhuc per paucos dies in unum manere.

ACTIO VII.

AD septimam Actionem, factam septimo Kalendas Novembres, loqui cœperunt gloriosi judices: *Divinissimus & piissimus Dominus noster Imperator rogatus à Maximo & Juvenale sanctissimis Episcopis, præcepit nos agnoscere de motis inter eos capitulis: Undè convenientes prædicti sanctissimi viri certa ad invicem inter se non scripto constituerunt, & videntur ex consensu justè disposita. Hæc igitur necessarium judicavimus etiam coram sancta Synodo unumquemque eorum edocere, quatenus & ex nostra Decreto, & ex vestra sententia, quæ fuerint, placita, confirmarent.* Rem edixit Maximus Patriarcha Antiochenus: *Placuit mihi, & reverendissimo Hierosolymæ Episcopo Juvenali post multam contentiõnem per consensum, ut sedes qui-*

L. 5.

L. 5.

L. 12. c. 3.

L. 1. tit. 3. c. 53.

Epist. 72. Cap. 26. Cap. 5.

Tit. 4. c. 1. 3. 4. 5.

Tit. 3. c. 29.

quidem Antiochensium maxima civitatis beati Petri habeat duas Phœnicias & Arabiam, sedes autem Hierosolymaram habeat tres Palaestinas. Et rogatus ex Decreto Magnificentiæ vestrae & sancti Concilii hæc ex Scripto confirmari.

Essè non simplex Metropoli, sed plurimum provinciarum Patriarcha Apostolicæ Sedis Episcopus, ac Ecclesiæ etiam Antiochenæ Exarchus esse prætenderat in Ephesina Synodo Juvenalis, at retusus fuerat ab Apostolicis Legatis, etiam Sancto Cyrillo. Nihilominus spem & machinas non deposuit: Liquebat ex ejus apud Sanctum Proclum Episcopum Constantinopolitanum attentatis, quorum causa à dicto Procli communiōne sese divertere parabat Canonum Nicæorum zelosissimus custos Gennadius Archi-Mandrita. Res tandem successum habuit in Ephesino latrocínio, & magnis istic Juvenalis apud Dioscorum meritis à Chrylaphio Eunucho elicit Pragmaticam sanctionem, trium Palaestinarum, Arabiæ, & duarum Phœniciarum in suum jus Patriarchicum transcriptricem. At ecce novus obex. Quarta hujus Synodi Actio, de expresso Principis Marciani adsensu, à Photio Tyrriorum Metropoli adversus irregularem Eustatii Berytensis Episcopi ambitum commota, omnia ejusmodi sacra Pragmatica, adeoque & omnes Juvenalis machinas cassavit. Hinc alia ille iniit consilia: Uti Sanctus Proclus & Maximus Antecessor Domnus non ita pridem stipulati fuerant de tertio Canone Constantinopolitano & Episcopi Constantinopolitani proximo post Romanum Primatum, ita Maximum induxit Juvenalis ad stipulandum de dictis Provinciis, & hæc sua pacta petierunt ambo per Synodum confirmari.

Phœniciam à palmarum, quas Græci Phœnicæ vocant, copia dictam scribit in primo libro de bello Persico Procopius Cæsareensis. Ejus vetustum sub Josue Principatu statum exponit in libris de bello Wandalico: *Tunc universa regio maritima à Sidone usque in Ægypti fines Phœnicia est appellata. Quibus unus jam dudum imperabat, uti omnes testantur, qui antiquam Phœnicum scripsere historiam. Aliter longè Tertullianus in libro adversum Judæos, dicens fuisse Arabiæ partem: Damascus Arabiæ olim deputabatur, antequam transcripta esset in Syro-Phœniciam ex distinctione Syriarum. Et de Syriæ ab Arabia distinctæ statu scribit ad quintum decimum Sancti Esaiæ caput Sanctus Hieronymus: Damascus Regalis quondam civitas fuit, & in omni Syria tenuit Principatum. Necdum florebat Antiochia, Laodicæa, & Apamea, quas urbes post Alexandrum & Macedonum Imperium auctas esse cognovimus. Loquitur ex laudato Propheta: Caput Syriæ Damascus. Græcorum Rex Antiochus Rablata in Antiochiam exaltavit, omnesque sibi subditas gentes, etiam Judæos, in grande beneficium scripsit Antiochenos; quod Antiochia esse totius Regni caput & metropolis. Ita mansit usque ad Adrianum Augustum & Paulum Tyrium, de quo Svidas: Paulus Tyrus orator fuit temporibus Philonis Biblii, qui sub Adriano Imperatore, cum legatum egisset, Metropolim Tyrum fecit. Et in Adriani vita Ælius Spartianus: Adrianus An-*

tiochenses ita odio habuit, ut Syriam à Phœnicia separare voluerit, ne tot civitatum metropolis Antiochia diceretur. Phœniciam unâ cum Syria ac Mesopotamia, Tigrani Armeniorum Regi, uti Sextus Rufus & Ammianus Marcellinus referunt, subtractam, Pompejus in Provinciam redegit, divisit verò ab eadem Syria, & Tyrum in ipsa exaltavit Adrianus. Etiam Sancti Athanasii, & Tyrii adversus ipsum Conciliabuli tempore fuisse unicam Provinciam, adfirmare videtur in Constantini vita Eusebius Cæsarensis. Et hinc Magnus Damasci Episcopus Synodo Nicæna post Æneam Ptolomensem subscripsit, utpotè necdum Metropoli, sed adhuc sub Tyrio Provincialis. Post Paulum Sidoniensem subscripsit Synodo Constantinopolitanæ etiam Philippus Damascenus. At verò Joannem Damascenum Episcopum fuisse Metropolim liquet ex Actis Concilii Ephesini. Nempe inter hanc & istam Synodum Phœnicia in primam & secundam, seu in maritimam ac Libanensem divisa fuit: Verosimiliter per Theodosium Augustum. Ita conjicio ex supra adductis Zozymi de ipso querelis.

Etiam Palaestinam fuisse olim unicam sub Turri Stratonis, quam Vespasianus Augustus Cæsarem appellavit, metropoli Provinciam, tradit Justinianus Augustus, in lege novella ad Joannem Præfectum Orientalem Prætoriorum. Verum de versâ in Cæsarem Stratonis-Turri aliter & rectius Ammianus Marcellinus: *Cæsarem ad honorem Octaviani Principis edificavit Herodes. Quod ipsum liquet ex Sancto Luca in Actis. Syriam illam, quæ Palaestina dicitur, & Judæam à Claudio Augusto ceptam redigi in Provinciam, tandemque à Vespasiano redactam scribunt Aurelius Victor, & in quinto historiarum libro Cornelius Tacitus. Addit in secundo libro: Discessere Mucianus Antiochiam, Vespasianus adhuc militum Dux Cæsarem. Illa Syria, hæc Judæa caput est. Ex quo liquet Palaestinam mox per Vespasianum fuisse à Syria divisam, ac etiam Taciti tempore unicam fuisse Provinciam. Fuisse videtur etiam tempore Ammiani Marcellini, qui sub Theodosio Magno floruit, scribentis: Ultima Syriarum est Palaestina. Quare Synodi Nicæna Acta, quibus Macarius Hierosolymitanus primo inter Palaestinos Episcopos, dumtaxat quinto subscripsit Eusebius Cæsarensis, sunt palam vitata. At verò idem Imperator Theodosius in lege (a) ad Joannem sacrarum largitionum Comit-*

em, exstante in codice Justiniano, memorat duas Palaestinas, atque ita ipse videtur provinciam primus divisisse. Sanctus Joannes Chryso-stomus, sub ejus filio Arcadio Episcopus Constantinopolitanus, tres eodem tenore de eadem materia scripsit Epistolas ad Eulogium Cæsareensem, Joannem Hierosolymitanum, ac Theodosium Schytopolitanum Episcopos, omnes palam Metropolitam, atque ita liquet Palaestinam in tres Provincias fuisse divisam: Cæsareensem, Schytopolitanam, ac Hierosolymitanam, passim dictam salutarem. Quod Cæsarensis semper prima manserit, liquet ex adductis Patrum testimoniis, laudataque lege Justiniani, eam ornantem sede & dignitate Proconsulari. Dictorum Eu-

(a) Est Theod. Jan. 1. ult. de Judic. C. Theod. A. Christi 429. Ad. not. Nor. Ep. 87. 88. 89.

logii ac Joannis, qui in Diospolitana Synodo damnarunt Pelagium, in libris adversus Julianum meminit etiam Sanctus Augustinus. Tertio loco ponit Ammonianus, quem existimo fuisse Theodosii in sede Schytopolitana successorem. Palaestinam, quasi unicam Provinciam, in libris de gestis Pelagii laudat idem Augustinus, & in litteris adversus Joannem Hierosolymæ Episcopum Sanctus Hieronymus, constantem adseverans Hierosolymitanum Episcopum esse omnino suffraganeum unici per omnem Palaestinam Metropolitæ Cæsarensis: Quod nempe ex civili Provinciarum divisione nollent resultare Ecclesiasticam præsertim in Palaestina multiplicationem, utpotè adversam sexto & septimo Canoni Nicæno. Quod enim multiplicationi isti adversa regula ex tunc vigeret apud Romanam Ecclesiam, lucet ex Epistola sancti Papæ Innocentii primi ad Alexandrum Patriarcham Antiochenum. Verum per omnes ubique Provincias non nisi successisse potuit obtinere. Et forsân ad exaltandam Hierosolymæ Ecclesiam, & extinguendas, quas adversus Acacium Lusum Cæsareæ Metropolitam ceperat Sanctus Cyrillus, de metropolitico iure lites fecerit divisionem istam Theodosius; Nam & Synodi Constantinopolitanæ ad Sanctum Damasum Pontificem Relatio dictum Cyrillum palam agnoscit Metropolitam, atque ita & ejus successor Joannes perrexit se in dignitate ista ostentare.

Secundæ Palaestinæ urbs mater fuit omnino Schytopolis, habens & Episcopum Metropolitānum. Disertè id testatur Sanctus Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus in prato spirituali: *Schytopolis secunda est Palaestinæ Metropolis. Et Synodalibus Joannis Patriarchæ Hierosolymitanæ ad Joannem secundum Constantinopolitanum adversus Severum Antiochenum litteris, in Synodo Constantinopolitana sub Menna Patriarcha lectis & probatis, post dictum Patriarcham ante omnes trium Palaestinarum Episcopos subscribunt Joannes Cæsarensis & Theodosius Schytopolitanus. Et laudatæ ibidem Petri Patriarchæ adversus Anthimum Trapezuntinum sententiæ primi subscribunt Elias Cæsarensis & laudatus Theodosius: Quod nempe essent Metropolitæ. Et antiqua Provinciarum ac Episcopatum notitia, ex Antiochenæ ac Hierosolymitanæ Ecclesiarum archivis per Guilielmum Tyrriorum Archi-Episcopum producta, secundam Hierosolymitanæ sedi subiectam metropolim dicit esse Schytopolim, novem Suffraganeis præfectam. Quocirca illos, qui Sebasten seu Samariam existimant esse secundæ Palaestinæ metropolim, certum est deviare. Adscriptulatur Jacobus de Vitriaco: *Archi-Episcopus Cæsarensis unum solum subiectum habet suffraganeum, Episcopum videlicet Sebastensem. Et in capite sequenti: Fuit quondam Sedes Archi-Episcopalis in urbe Schytopoli, quæ hodie dicitur Bethsan, inter montes Gelboe & Jordanis fluvium in campestribus sita. Quondam tertia Palaestina & totius Galiliæ metropolis existit, sed propter dignitatem loci, & Domnicæ conceptionis reverentiam translatus est Archi-Episcopatus ad civitatem Nazarenam. Cæsarensi Metropolitæ laudata Provinciarum ac Episcopa-**

tuum notitia adscribit viginti suffraganeos, ac Sebastensem Episcopum immediate supponit Patriarchæ Hierosolymitano. Nazareth vilissimum viculum, omnemque Galiliam fuisse vilissimam regionem Sanctus Joannes Chryso-stomus in Homiliis super Sanctum Mattheum testatur. Hinc dixit Nathanael: *A Nazareth potest aliquid boni esse? Et Judæi: Interroga & vide, quoniam propheta à Galiliæ non surgit. Et in Sancti Evangelistæ Matthei commentariis Presbyter Hieronymus: Nazareth est oppidum Galiliæ, Capbar-naum urbi subjacens. Hinc admiranda & prædicanda humilitas nostri Domini, qui pro nobis dignatus est esse Nazarenus. Eam Patres nostri, terræ sanctæ liberatores, duxere extollendam dignitate Archi-Episcopali. Pridem tamen fuisse Episcopatum, Hierosolymitano suffraganeum, laudata notitia docet.*

Et hinc nascitur quæstio alia, Cur Sanctus Joannes Chryso-stomus & Sanctus Augustinus Joannem Hierosolymæ, quæ quoad nullas res fuit secunda Palaestinæ Metropolis, Episcopum ponant secundo loco inter Cæsarenses & Schytopolitanum? Respondeo eos respexisse ad septimum Canonem Nicænum, à quo jubetur honorari Æliæ Episcopus, esse totius Palaestinæ Protoprotonotarius, proximus Cæsarensi Metropolitæ. Sanctus Augustinus, Romanam secutus Ecclesiam, ipsum non agnovit Metropolitam; Sanctus autem Chryso-stomus, secutus Synodum Constantinopolitanam, agnovit ut talem, etiam facta Provincia divisione judicavit servandum Nicænum Canonem, ideoque Æliensem, licet tertiæ dumtaxat quoad res civiles Provinciæ Metropolitam, debere esse secundum. Necdum enim ut Patriarcha agnoscebatur.

Arabiam Romanis acquisivit, ac in Provinciam redegit Trajanus Augustus, ejusque unicæ metropolim fuisse Bostrensem civitatem, est supra ostensum. Adversatur in libris de bello Persico Procopius Cæsarensis: *Arabia Regia civitas est Petra. Et Jacobus de Vitriaco: Quartus Metropolitānus, Patriarchæ Hierosolymitano subiectus, est Petracensis, unum solum habens suffraganeum, Episcopum græcum in monte Sinai, Ecclesiæ beatæ Virginis Catharinæ, & monachis ejusdem monasterii præfictum. Existimo fuisse Episcopum Pharan, successore Theodori Pharanitani, Monothelitæ famosissimi, de cujus Episcopatu & Actis dixi abundè ad Synodum sextam. Est autem Petra civitas munitissima, quæ vulgari nomine hodie dicitur Crac, & Petra deserti, ultra Jordanem in finibus Moab in monte sublimi sita, secunda Arabiæ metropolis. Duas fuisse Arabias probant etiam Acta præsentis Synodi, cui non solum Constantinum Bostrensem, sed & Eulogium Philadelphiensem Episcopum subscripsit uti Metropoli. Et Philadelphiam fuisse Arabiæ secundæ metropolim testatur in Sophoniæ Prophetæ commentariis Sanctus Hieronymus. Adfirmet tamen unicam olim fuisse. Hinc enim præfens Synodi nostræ Actio accuratè distinguens duas Phœnicias ac tres Palaestinas, unicam solam memorat Arabiam. Et Philadelphiensem Episcopum fuisse solo nomine & vacuo honore Metropolitam supra ostendi. Hinc laudatus Eulogius,*

non inter Metropolitas, sed dumtaxat inter Provinciales Episcopos nostræ Synodo subscripti. Et olim ejus verus Metropolitæ Bostrensis novemdecim habuit Suffraganeos. Etenim illic etiam in pagis fuisse Episcopos testatur disertè Hermias Zozomenus. Causam edicit Ammianus Marcellinus: *Arabia castrens oppleta est & validis castellis, quæ ad repellendos gentium vicinarum excursus sollicitudo pervigil veterum per opportunos saltus evexit & cautior. Hæc quoque civitates habet inter oppida quedam ingentes: Bostram, Gerasam, atque Philadelphiam.* Istitis in oppidis & castris antiqui Patres nostri Episcopos posuere. Nota Petræ, ejus tamen Episcopus Asterius adfuit Sardicensi Synodo, nullam mentionem fieri, & Gerasam tunc fuisse secundam Provinciam civitatem. Quare Philadelphiæ non nisi post Ammiani tempora fuit exaltata. Exaltatam credo à Theodosio Augusto per Provinciam divisionem, sed quam Ecclesia suam res ex causis non recepit. Et hinc Sanctus Hieronymus rectè dicit Philadelphiam esse secundam Arabiæ civitatem post Bostram, seu secundam, felicitis passim dicitur, Arabiæ metropolim: Ast civilem, non Ecclesiasticam administrationem respexit. Divisionem tandem recepit & Ecclesia, atque ita Philadelphienfis Episcopus ex nominali in verum cum potestate Metropolitam profecit. Accessit & tertia quoad utraq; res Arabia, à Petra Metropoli dicta Petræ, quam omninò fuisse tertiam Arabiam Christianam Adrichomius in descriptione terræ sanctæ ostendit. Ei fuisse unicum Suffraganeum, monachorum Episcopum, adfirmat & Matthæus Parisiensis. Quare Jacobus de Vitriaco, ajens esse secundam Arabiam, posse videri lapsus. Aliter in opere de bello sacro Guilielmus Archi-Episcopus Tyriorum; Philadelphiensem seu felicem Arabiam dividit in duas Ecclesiasticas Provincias, priori dans duodecim Suffraganeos, ejusque metropolim dicens esse Rabbath Moabitaram, quam suo tempore vocatam fuisse Areopolim scribit in Sancti Sophonis commentariis Presbyter Hieronymus. Posterioris metropolim dicit esse Becerram, eique subdit triginta quinque Suffraganeos, quos inter est & Philadelphienfis. At verò Crac, Caracæ, seu Petræ Episcopum, uti & Episcopum Pharanitanum, ponit inter Suffraganeos Patriarchæ Hierosolymitani. Ita ostendit ex antiqua jam laudata Provinciarum ac Episcopatum notitia. Quare Arabia variam mutationem subiit, cujus auctorem, occasionem, tempus ignoro. Sed & ista notitia est cum judicio legenda: Planum est non esse vetustissimam. Rusticanos ac pagenses Arabiæ Episcopos extinxisse possint Flandri nostri, terræ sanctæ liberatores, de quibus Jacobus de Vitriaco; *Multæ alie civitates in terra promissionis, quæ licet ante tempora Latino-rum proprios haberent Episcopos Syriarum & Græcorum, Latini tamen propter multitudinem & paupertatem eorum, ne dignitas Episcopalis vilipenderetur, plures Ecclesias cathedrales & civitates uni Cathedrati subjecerunt.* Ita & tertia Arabia ad unum Suffraganeum decrevit.

De harum Provinciarum per Juvenalem invasionem scribit Theodoretus Cyri Episcopus ad

Anatolium Patricium: *Quod si propter eam indignantur nonnulli, quod Phœnicæ Ecclesiarum ruinam lugemus, sciat Magnitudo vestra non posse nos non dolere, cum Judæorum cornu in altum erectum, Christianos in lacrymis luctuque cernimus, etiam ad ultimas oras transmittant.* Et in litteris ad Eutrechium Præfectum: *In luctu versantur Ecclesie Phœnicæ, pariterque in luctu quæ in Palestina sunt.* Et infra: *Licet decies millies indignentur, quod Phœnicæ damna defese, id ego facere non desinam, quamdiu hæc video. Mihi enim formidabile solum est Divinum Judicium.* Scriptæ sunt hæc litteræ post Ephesinum latrocinium, in quo Juvenalis rapina fuit confirmata, atque ita sacra Pragmatica videntur latrociniale Decretum dumtaxat confirmasse. Dolebant porro Phœnicæ & Palæstinæ Ecclesiæ, quod contra Apostolicos atque Nicænos Canones nollent à nativo Antiocheni in ambitiofum Ælienfi Episcopi Patriarchatum seu potiùs servitutem transferri. Ecclesiam Antiochenam uti germanus filius adjuvit Theodoretus, verum fuit jussus filere uti apud Ephesum degradatus homo, nisi vellet Oasin deportari. Hinc dicit Judæos, id est, latrocinii Ephesini sequaces Episcopos esse in lætitia, in luctu & lacrymas Christianos. Erat per omnem Antiochiæ Patriarchatum miseranda rerum facies: Eam utcumque solaturus Maximus Patriarcha inicit cum Juvenali jam memoratum pactum, à Synodo nostra confirmandum.

Juvenalis fundamentum fuisse videtur, quod post Arabiam & Phœniciam per Adrianum Augustum à Syria divisas Antiochia mansisset hujus solius civile caput, idque in pœnam frequentis in Augustum Principem delicti. Eam enim, quod multa pro Avidio Cassio tyranno dixisset, nec videre voluit, Syriam transiens, Marcus Antoninus Philosophus Imperator, privavit spectaculis, conventibus publicis, omni concionum genere, gravissimoque pressit Edicto, uti videre est apud Julium Capitolinum. Cur spectaculis privavit, edicit in libris de bello Persico Procopius Cæsarensis: *Antiochæno populo aliud nihil, quam festa & delicia, sunt cura, & in Theatris continua contentio.* Et de Severo Augusto scribit Ælius Spartianus: *Antiochenfis iratior fuit, quod & administrantem se in Oriente riserant, & Pescennium Nigrum tyrannum etiam visum juverant. Denique multa eis ademit.* Antiochenfes enim fuisse natura dicaces, & cum irrisoria urbanitate etiam in Principem contumeliosos testantur Zo-zymus, Socrates, ac Nicephorus Calixtus. Ex hoc vitio etiam in Theodosii Magni vetricales leges involarunt, scribitque de ista re in Ecclesiastica historia Theodoretus: *Imperator graviter commotus omnia privilegia urbi illi ademit, & principatum Laodicæ, vicinæ civitati, tribuit. Quippe istud Antiochenos egerimè laturos existimavit. Nam Laodicenses ab antiquis jam temporibus adversum Antiochenos gravi invidia exarserant. Hæc Antiochenfis delicta, quibus Domni Patriarchæ per Ephesinum latrocinium degradati pertinax in Sancti Cyrilli capitula odium accessit, videntur fuisse primum Juvenalis fundamentum. At frivolum. Etenim de Severi Augusti lege scribit Ælius Spartianus: Antoninus Caracællus,*

Ep. 79. Epist. 80. Cap. 25. L. 4. L. 3. c. 15. L. 10. c. 27. L. 5. c. 19.

Cap. 1. Severi filius, Antiochenfis suo apud Patrem intervenientem jura vetusta restituit. Et quidem adhuc puer. Quod item Theodosius, à Macedonio monacho inflexus, legem suam cassavit, adfirmat in monastica historia Theodoretus. Etiam Flaviano Patriarchæ Zozomenus adscribit. Quare à Libanio gentili Sophista fuisse mitigatum Principem Zozyms imponit.

Alterum Juvenalis fundamentum fuit Sanctus Jacobus Apostolus, à quo Hierosolymæ sedem esse verè Apostolicam contenderat olim adversus Sanctum Hieronymum etiam Episcopus Joannes. Et hinc Patriarcha Maximus hisce suis interlocutionis verbis, *Antiochenfis maxima civitatis, subtexuit has, Beati Petri.* Ostendere voluit nullam Sedem esse verè Apostolicam, nisi in qua ipse Sanctus Petrus Apostolus uti Cardinalis Episcopus sedisset.

Et quidem pacta ista probarunt Legati Apostolici, universa Synodus, & gloriosi iudices, quorum Ecdicus supra adduxi. Verum omnia, utpotè Nicænis Canonibus adversa, Sanctus Leo cassavit. Attamen uti Episcopi Constantinopolitani tres autocephalas dioceses, ita tres Palæstinas sub suo jago detinere perrexerunt Hierosolymitani, ea via de qua Liberatus Carthaginensis: *Licet Sedes Apostolica nunc usque contradicat, quod à Synodo firmatum est, Imperatoris patrocinio permanet quodammodo.* Quin temporis successu etiam primam Phœniciam & tertiam Arabiam reinavit Hierosolymitanus, uti jam dixi ex Jacobo de Vitriaco. Reinvasam fuisse & secundam, eamque in duas Provincias divisam, Arabiam testatur Guilielmus Archi-Episcopus Tyriorum. Et quidem ejus Prædecessor Guilielmus, primus ibidem Latinus Episcopus, statim ad Antiochenum Patriarchatum redire conatus est, & de hujus proximo successore Fulcherio, per Guilielmum Hierosolymæ Patriarcham consecrato, & Archi-Episcopali Pallio per Innocentium secundum Pontificem insignito, scribit laudatus Guilielmus: *Reversus ab Ecclesia Romana, mandatum accepit, ut quousque deliberaretur, utri duorum Patriarchatum perpetuo cederet, interim, sicut & Prædecessori ejus fuerat dictum, Hierosolymitano obediret, eamque dignitatem in Hierosolymitana obtineret Ecclesia, quam ejus prædecessores in Antiochæna, quamdiu ei obedierunt, obtinuerunt. Certum est autem, quod inter tredecim Archi Episcopos, qui à diebus Apostolorum sedi Antiochæ subditi fuerunt, Tyrenfis primum locum obtinuit, ita ut mortuo Patriarcha Antiochæ, Proto-Throno Tyrenfis appellaretur.* Ipsum ostendit ex superius adducta Provinciarum ac Episcopatum notitia, & ego suo loco ostendi ad Synodum octavam. Et quidem Romana Ecclesia primam Phœniciam manere perpetuum sub Patriarcha Hierosolymitano tandem sanxit, ac illic esse Proto-Thronum, de quo Decreto, uti Apostolicis atque Nicænis Canonibus adverso multum queritur laudatus Guilielmus. Rei seriem accuratè exponit.

Cap. 13. L. 14. c. 12.

ACTIO VIII.

AD octavam Actionem, factam item septimo Kalendas Novembres, clamaverunt varii Episcopi: *Theodoretus Cyri Episcopus modò anathematizatus Nestorium.* Neque enim de solis impugnatissimis Sancti Cyrilli Capitalis, sed & de dilecta atque defensa Nestorii persona erat apud multos suspectus. Hinc in medium transiens respondit: *Et preces obivit Divinissimo ac piissimo Imperatori, & libellos reverendissimis Episcopis agentibus locum reverendissimi Archi-Episcopi Leonis, etsi vobis videtur, legantur coram vobis, ut sicut sapio cognoscatis.* Existimavit rectam suam fidem abunde in his libellis aperiri. Verum adversantes Episcopi non fuere contenti, & denuò clamaverunt: *Nihil relegi volumus, modò anathematizatus Nestorium.* Norant Nestorianam lumen esse Pelagianæ filiam ac forem, norant ambas esse mendaciorum ac mentalium restrictionum peritissimas, eisdem artis suspectum habuere Theodoretum, ideoque disertè ac nominatim voluerunt ab illo Nestorium anathematizari. Artificiofum falsi sermonem esse verum mendacium docet in litteris ad Ecclesiam Neo-Cæsareensem Sanctus Basilius Magnus. Eum præsertim in juramentis detestatur etiam Zozyms, homo gentilis. Eandem fuisse Titi Livii, Julii Flori, Aurelii Victoris, ac totius Romani Imperii veterem innocentiam, possit lucidè ostendit. Certè Paulum Notarium, quod insolubiles mendaciorum nodos posset restringendos compingere, probrosè agnominatum fuisse Paulum Cateenam, testatur ac probat Ammianus Marcellinus. Ejusmodi gentiles surgent in Divino judicio, & condemnabunt multos nostri temporis Christianos. Et utinam duntaxat idiotas. Dico, *Nostri temporis.* Etenim Burgundie campum, in quo Ludovici Pii Imperatoris filii, Francorum Reges, restrictionibus mentalibus invicem deceperunt, ponentes publicæ calamitatis fundamentum, parentes nostri notant de infamia, vocaruntque campum mendaciorum. Et Hattonem Moguntie Episcopum, à cujus mentali restrictione deceptus Rudolfus Comes, ut nequissimè mendacem notant cuncti Francorum Annales. Ipsum, utpotè quæ Republicæ commodo fecisset, quosdam excusare conatos graviter arguit Otto Episcopus Frisingensis. Et Sisbertum Toleti Archi-Episcopum degradavit Sexta decima ibidem Synodus ex ea sola causa, quod in sacra Domino Regi professione mentaliter restrinxisset. Et Carolus Magnus, per quem Thasilio Bavarie Dux, quod jurans aliter in mente retinisset, damnatus perjurii, laudant passim antiqui Scriptores, Sanctum Petrum Apostolum, quod aneille ostiarie de Christo Domino, quem Deum notat, dixisset, *Non novi hominem, nescio qui olim à mendacio sunt purgare conati: Eos amplè & eruditè in libris de Lotharii Regis divorcio revincit Hincmarus Metropolitæ Remensis, ostendens juratoria & quævis alia verba, non*

L. 1.

(a) Hi sunt, contra quos S. Sede Apollonica decreta promulgavit. Adnot. Norisiani

juxta tuam, sed juxta, ejus cui juras & loqueris, sensum intelligenda: Hanc esse Dei legem, & lucidum jus humanæ societatis. Perozas Persarum Rex ab Euthalitis, seu albis Hunnis, pacem nancisci nequuit, nisi stipulatus eorum Regem uti Dominum adorare. Acerba conditio. Hinc consulti Magi responderunt sapientia quadam circumvenire inimicum oportere. Nam Persis adorare tantum solum esse legem, propterea tempus in hac re observandum, ut manè Regem Euthalitarum conveniat, & ad ortum solis conversus eum adoret. Hoc modo patrio more servato, facti ignominiam eum vitaturum. At istam sapientiam meritò in libris de bello Persico ridet Procopius Cæsarensis.

Longè magis ridendi, qui (a) Indorum aut Chinenium neophytos fideles, ad patriorum idolorum adorationem Regia violentia compulsos per simultaneam nescio ubi absconditæ Dominicæ Crucis adorationem sunt conati ab idololatria excusare. Vides interim ejusmodi Theologos fros nihil novi somniasse, sed ambulare in veteri circuitu gentilium errorum. Et hinc Theodoro rectam suam fidem ex multis probare pergenti, reddiderunt iterum Episcopi: Clarè dic anathema Nestorio & dogmatibus ejus; Anathema Nestorio & amantibus eum. Et iterum adversus adhuc tergiversantem: *Iste hæreticus est, iste Nestorianus est, hæreticum foras mitte.* Etenim qui veritatem, non nudam producere, sed verborum phaleris & fucis incrustare pergit mentem suam, meritò mendax existimatur. Et hinc tandem Theodoretus palàm edixit: *Anathema Nestorio, & ei qui non dicit Dei genitricem Virginem Mariam, & qui in duos filios paritit unum filium unigenitum.* Ego autem & fidei definitioni subscripsi, & Epistolæ sanctissimi Archi-Episcopi Domini Leonis. Et sic sapio. Salvete.

Lucida hæc cum postulato anathemate professo satisfecit gloriofis iudiciis interlocutis: *Omnis jam dubitatio de Theodoro reverendissimo Episcopo est soluta.* Quippè & Nestorium coram nobis anathematizavit, & à sanctissimo Archi-Episcopo senioris Romæ Leone susceptus est, & definitionem fidei à Religiositate vestra prolatam libenter suscepit, & insuper Epistolæ memorati sanctissimi Archi-Episcopi Leonis subscripsit. Deest igitur, ut sententia proferatur à Reverentia vestra, ut Ecclesiam suam recipiat, sicut & sanctissimus Leo Archi-Episcopus judicavit. Theodoretum enim ad se ab Ephesini latrocinii sententia appellentem susceperat, ac sedi reddendum jusserat Sanctus Leo; ast varii in hac Synodo Episcopi occultum illi Nestorianismum, adeoque obreptionem improperant, coegeruntque ad purgativam cum jam dicto anathemate professionem. Et hinc ipsa facta, isti lidem Episcopi gloriofis iudiciis acclamarunt: *Theodoretus dignus est sede: Ecclesie orthodoxum. Ecclesie Pastorem recipiat.* Archi-Episcopo Leoni multos annos. Post Deum Leo judicavit: *Theodoro catholico Doctore reddatur Ecclesia.* Quod iudicium Romani Legati & omnis Synodus comprobant, atque ita Theodoretus est in integrum & canonicum Episcopum plenè reformatus. Qui Leonis de ipso iudicium fuisse hic à Synodo retractatum censent, palàm falluntur.

De sola subreptione cognovit Synodus, ipsaque purgata est iustum iudicium amplissimè executum. Hic est locus, in quo ad dictas & scriptas adversum Sancti Cyrilli Capitula calumnias recantandas potuerat Synodus Theodoretum cogere: Cur non coegerit, suprâ dixi ex Facundo Hermianensi Episcopo ac Leontio Scholastico Byzantino. Nihilominus Acephali non deserunt illum hinc infamare retenti in corde Nestorianismi, & spræ Synodi, utpotè ad quam cum sarcasmo dixisset: *Salvete.* Accusarunt & Synodum, quæ hominem Nestorianum, non plenè discuffum, nec ad laudata Capitula, unicam Nestorianismi medelam, profitenda compulsam, ad plenam communionem ac sui subscriptionem suscepisset. At nugamenta sunt, abundè in superioribus refutata ex laudatis Facundo & Leontio, nec non & ex Hypatio Ephesium Episcopo addente: *Chalcedonense Concilium circa Theodoretum distrius egit, quam Beatus Cyrillus. Beatus enim Cyrillus contentus fuit in damnatione Nestorii, & ordinatione Beati Maximiani, qui pro illo in Regia civitate Episcopus factus est; Chalcedonense autem sanctum Concilium, nisi sub presentia sua anathematizasset Nestorium & omnia dogmata ejus, & scriptis inter Acta inserta fuissent voces ejus, non fuit contentum suscipere eum. Si Nestorius & Eutyches simili modo proprias hæreses anathematizasset, omnibus modis etiam illi suscepti fuissent à sanctis Conciliis.* Adeo malè nostra hic Synodus insufficientis discussionis accusatur.

Post receptum Theodoretum præfati Episcopi rursùm clamarunt: *Anathematizet & ophronius.* Et iterum: *Et Joannes modò anathematizet.* Acta synodalia ajunt Sophronium fuisse Episcopum Constantientem, annotatio marginalis Constantinesem. Eodem modo civitatem istam vocat marginalis annotatio ad primum Procopii librum de bello Persico. Textus pessimè vocat Constantinopolim. In secundo de Justiniani Augusti ædificiis libro ipse Procopius vocat Constantinam, Mesopotamiæ urbem, à laudato Justiniano insigniter adversum Perlas munitam, atque ornatam. Eam Provinciarum ac Episcopatum notitia, ex Guilielmo Tyri Episcopo superius adducta, ponit in Osrhoena Provincia sub Metropolita Edeffeno. Plerique Mesopotamiæ, Eufrateis, ac aliarum Orientalium Provinciarum Episcopi, quod aut ipsi aut ipsorum antecessores Joanni Antiocheno Patriarchæ adversus Ephesinam Synodum & Sancti Cyrilli anathematismos adsociati longa bella movissent, erant de Nestorio suspecti. Hinc igitur ille Sophronius, qui Domni Patriarchæ Synodo in Athanasii Parthenis Episcopi causa adfuit, nec non & Joannes Germanicicæ ad Eufratem Episcopus, quod præ cæteris notati essent, specialiter abjurare coacti sunt, & abjurarunt. Hinc rursùm nescio qui Episcopi: *Amphiloebius Sidenis in Pamphylia Episcopus modò Eutychem,* de quo ex causis gravem suspicionem incurrerat, *anathematizet.* Et statim ille: *Anathema maledictò Eutyche, & qui ea, quæ ejus sunt, sapiunt.* Et tunc gloriofi iudices Actionem concluserunt.

ACTIO

ACTIO IX.

Cap. 2.

L. 1. c. 31.

AD nonam Actionem, factam item septimo Kalendas Novembres, supplex loqui cœpit Ibas Edeffenus Episcopus, Metropolita Provinciæ Osrhoenæ, de qua in historia monastica Theodoretus: *Regio, quæ olim Parthæorum, nunc Osrhoenorum dicitur, pertinet versus occasum quidem ad ripam usque fluminis, cui nomen Eufrates, ad orientem verò solum habet limitem monastici Imperii. Excipit enim illam Assyria, quæ Persici Regni occidentalis est terminus, quam posteri Adiabenen appellantur.* Cur Osrhoena dicta fuerit, edicit in primo libro de bello Persico Procopius Cæsarensis: *Osrhoes viri nomen est, qui hic regnavit superioribus temporibus, quando hi coloni Persis federati erant.* Esse dicit partem Mesopotamiæ in duas Provincias divisæ. Edeffam metropolim fuisse amplissimam ac munitissimam civitatem, multis ostendit in secundo libro. Esse antiquam Rages, quò filium suum ad Gabelum misit Sanctus Tobias, esse antiqua traditio. Postrema inter Orientales civitates cecidit in manus Saracénorum. Jacobus de Vitriaco esse dicit antiquam, nobilem, egregiam civitatem, Medorum metropolim, suo tempore dictam Poafe. Flandrenses nostri, terræ Sanctæ liberatores, omnem Orientalem diocesim divisere, aut divisam repererunt in quatuor Principatus, Hierosolymitanum, Antiochenum, Tripolitanum, ac Edeffenum, de quo idem Jacobus: *Habebat tres Archi-Episcopos, Edeffenum, Hierapolitanum, & Covicientem, sub Patriarcha Antiocheno constitutos.* Hierapolitanus est caput Eufrateis Provinciæ, extra Mesopotamiam, cis Eufraten. Ecclesiarum notitia, ex Guilielmo Tyrio superius adducta, Mesopotamiam dividit in quatuor Provincias, Edeffenam, Amidenam, Sergiopolitanam, ac Theodosiopolitanam, cujus Metropolita olim fuit Suffraganeus Edeffeni. Divisionis auctorem, causam, tempus ignoro. Edeffa Christi Domini tempore habebat Regem Agabarum, imaginis non manu factæ dono clarissimum. Eam Trajanus Augustus in Romanam Provinciam redegit.

Ad nostram itaque Synodum Ibas Metropolita: *Injustitiam ab Eutyche & falsa signata perpeffus, absens à quadraginta mansionibus & condemnatus, huc adveni impetrare clementiam, & adii sacrum & immortalem Verticem, & justis vestram Magnificentiam cum sancta hac & universalis Synodo, quæ adversum me sunt gesta perquirere.* Sese peritrium Episcoporum à Principe Theodosio singulariter delegatorum Berytensem Synodum à quorundam fuorum Clericorum calumniis absolutum, & totius sui Cleri testimonio innoxium, questus est fuisse damnatum ab Ephesino latrocinio per artes Eutychetis, & quidem absentem longissimè & inaudium, ideoque recitari & innovari rogavit Berytensem sententiam, & latrociniale de se iudicium vacuari. Erat æqua postulatio, ideoque Berytensia Acta recitari jusserunt Legati Romani, & post lecta sunt interlocuti: *Sanctissimi Episcopi, qui Decreto proprio inculpabili Christi. Lupi Oper. Tom. II.*

lem, & ab omni accusatione liberum Ibas reverendissimum declaraverunt, si propriam sententiam recognoscunt, edicant. Berytensis Synodi omnes tres Episcopi aderant, quorum Photius Tyrius reposuit: *Etiam, nostrum est iudicatum.* Quod ipsum professus est Eufstadius Berytensis. Et hinc rursùm Romani Legati ad omnem Synodum: *Audivisti vestra Beatitudo, quid contineat sanctissimum Episcoporum Decretum; similiter & vestre Puritati de statu Ibas quid videatur, declarare dignemini.* At gloriofi iudices intercesserunt: *Subsequenti die suam sententiam sanctissima Synodus faciet manifestam.*

ACTIO X.

AD Actionem decimam, factam sexto Kalendas Novembres, querelas suas repetivit Ibas, addens sese ab Ephesino latrocinio fuisse non solummodò degradatum, sed & carceratum, & viginti mutasse carceres. Et addidit: *Exoro vos, absens condemnatus sum, non aderam, non obtinui me defendendi locum, non mihi permissum est facere verbum.* Ad quæ omnes Episcopi clamarunt: *Malè fecerunt qui eum præter Canones dudum damnaverunt. Quæ adversus absentem facta sunt, vacentur. Hæc omnes dicimus. Nullus condemnatus absentem.* Patricius Tyanenensis Episcopus, secundæ Cappadociæ Metropolita adjunxit: *Prudens relecta est sententia eorum, qui tunc iudices fuerunt deputati, & decreverunt eum Sacerdotem esse. Omnes ergo eorum definitioni consentimus, & eum volumus esse Sacerdotem.* Et omnes Orientales Episcopi acclamarunt: *Iustum est hoc Decretum.* At nescio qui alii intercesserunt: *Contradicitur. Sunt accusatores ejus foris, & jubeantur ingredi.* Neque enim solus Ibas, sed & plerique Orientales Episcopi de Nestorio suspecti erant, apud Ægyptios præsertim & Asiaticos: Residua hæc erant discordiarum in Synodo Ephesina. Et hinc gloriofi iudices sunt interlocuti: *Ingradiantur qui Ibas reverendissimum Episcopum accusare volunt.* Et mox ingressi sunt Theophilus, Eufstadius, Abrahamius, & Antiochus, Edeffensæ Ecclesiæ Diaconi, & pro cunctis Theophilus est locutus: *Rogamus, quæ super Iba in Beryto gesta sunt, relegi, ut addiscatis quia justè damnatus est.* Et gloriofi iudices: *Accusaturus Ibas reverendissimum Episcopum advenisti, an tamquam pro fide certaturus Gesta relegi cupis?* Accusaturus enim debet se ad talionem inscribere. Hinc Theophilus: *Accusatores manifesti sunt, & hic non sunt: Ego Diaconus sum, & scio violentiam civitatis. Et si accuso, & testes non adsum, denegat.* Omnis Edeffa diligebat Ibas, parata illum & armis tueri adversum calumniatores. Hinc ab Ephesino latrocinio degradatum per viginti carceres à Chrysfaphio Eunucho mutari curarunt Dioscorus & Eutyches: Quò ubinam esset, nesciret populus Edeffæ. Hinc item accusare non audet Theophilus, solum postulat articulos apud Synodum Berytensem productos rursùm discuti, & ex illis

N n 2

illis

illis ipsum iudicari. Ad quæ gloriosi iudices: *Scriptas probationes de aliqua re præstare potes?* Et Theophilus: *Habeo monumenta, quæ super ea gesta sunt in Beryto, & quæ in Epheso. Ecce & Dominus Thalassius novit: Ipse, qui suscepit relationes, adest. Interrogetur ipse, ob quam causam damnationem fecit. Et Dominus Eusebius adest, & novit.* Ephesini latrociniis sententiam, licet de absente, quia tamen ex articulis coram Berytensi Synodo productis & probatis factam, adseveravit legitimum; istudque Thalassii Primatis Cæsareensis, & Eusebii Metropolitæ Ancyranis, qui Diocoro Ibam damnanti fuerant singulariter cooperati, auctoritate & testimonio confirmavit. At Eusebius excepit: *Ego relationem non suscepi; dum autem in Epheso relegere, audivi. Et est versum charta multorum, & multorum hominum depositiones habens. Si autem habet monumenta, tanquam ad petitionem gesta ejus est probare. Ego enim cum multitudine auditor fui. Excepit & Thalassius: Cum omnibus audiebamus. Et à gloriosis iudicibus ambo rogati, Aderat tunc reverendissimus Ibas in vestra audientia, falsi sunt: Non aderat. Quare omnes Orientales & Pontici Episcopi exclamarunt: Absentem nullus abiicit.* Et hinc ad Berytensem Synodum rediit Theophilus, rogans de articulis istis adversus Ibam productis: *Veritas in hac sancta Synodo demonstratur.* Demonstravit ipsam Eustatius Berytensis Episcopus, alter istius Synodi Præses: *Introduxerunt tres, & sex, & duodecim testes propter ditionem, quam dixit Ibas, NON INVIDEO CHRISTO FACTO DEO.* Hic est Photius Episcopus, alter Præses ejusdem Synodi; *proponatur ei Evangelium, & coram illo profiteatur.* Et hinc omnem rei feriem enarravit Photius, adseverans Ibam ab accusatoribus non fuisse convictum, sed synodaliter absolutum, & conclusit: *Fecimus eos amicos; sancta munera in Episcopio versus communicaverunt in vicem Presbyteri accusatores, & ipse.*

Theophilus non acquievit, & non ad Berytensem de Iba sententiam, sed ad productos illic articulos, & integra Synodi Acta proclamavit, postulans recitari. Et per Constantinum Magistrum, sacri Consistorii Adjutorem fuere recitata. Recitata fuit & famosa ad Marim Perfidis Episcopum Epistola, præcipuus offensionis lapsus, & unica ad Synodum nostram mentio de nomine & laudibus Theodori Episcopi Mopsuesteni. Quibus lectis, Ibas ad gloriosos iudices est interfatus: *Jubeat vestra Clementia relegi & litteras Clericorum Edessenorum, ut cognoscatis, quia & ab his, quæ mihi illata sunt, alienus existo, & violentiam sum perpeffus.* Soli quatuor Presbyteri, Samuel, Cyrus, Eulogius, & Maras accusarant, reliquos amplissimæ Edefæ Clerus Ibam innocentem fuerat protestatus publico ad Synodum Berytensem directo instrumento: Ipsum etiam legi postulavit Ibas, legitque sacri Consistorii Secretarius Beronicianus.

Adversus illud nescio quas exceptiones movit Theophilus, sed quas gloriosi iudices censuere frivolas, interlocuti: *Ea, quæ lecta sunt, clarent. Ut autem nihil deest iustè iudicare debentibus, relegantur quæ in Epheso de Iba reverendissimo gesta*

sunt. Ad plepam sui & causæ instructionem voluerunt etiam legi Acta in Ibam à latrocinio Ephesino. Utinam fuissent lecta. Ita non perissent, & Ecclesiasticæ eruditioni multum hodie lucis darent. Verum Legati Apostolici merito ac generosè intercesserunt: *Synodus profert non potest, in qua illa nefaria delicta relecta sunt, & ob hoc ad lectionem videntur esse superflua ea, quæ ibi acta sunt.* Si ergo & à beatissimo & Apostolico Romanæ urbis Episcopo omnia, quæ ibi gesta sunt, vana sunt habita, claret quia & sanctissimus Episcopus Antiochena civitatis extra hæc est, quem post hæc beatissimus Episcopus in propria communione suscepit. *Necessarium est enim, ut rursus eundem tranquillissimum Principem adreamus, quatenus illud Concilium sacra & pia lege neque nominari præcipiat.* Hæc illustrat partim, partim obscurat quinta Synodi sexta collatio: *Chalcedonensis sancta Synodus Dominum Antiochia Episcopum, eò quod scriptis debere taceri duodecim capitula sanctæ memoriæ Cyrilli, & post mortem condemnavit, cum confirmasset condemnationem ejus, & suscepisset Maximi ordinationem.* Dico, Partim obscurat: *Quod enim Dominus nostræ Synodi temporis fuerit mortuus, atque ita post mortem condemnatus, statim lucebit esse falsum. Falsum item est, quod ob reprobatam Sancti Cyrilli capitula fuerit à Sancto Leone & presenti Synodo damnatus: Damnatus fuit, quod in Sancti Flaviani damnationem fuisset Diocoro satellites in Ephesino latrocinio, & stabiendi Eutylianæ perfidias, contra propriam conscientiam & Patriarchalis officii debitum ex metu cooperatus.* Ejus opera ad perficiendas suas in Deum machinas usus fuit dolosus Diocorus, adversus impio fatellicio perfundum quæsit aut crimina aut criminum prætextus, ob impugnata Sancti Cyrilli capitula damnavit ut Nestorianum, ejusque in sedem intrusit Maximum monachum, Diaconum & Archi-Mandritam. Quæ omnia, dum latrocini Acta discutit, Sanctus Leo considerans, vidit Domino competere vetustam paræmiam: *Per quæ quis peccat, per hæc & puniatur.* Vidit illi à Deo per impias Diocori manus redditum esse justum rationem, ideòque hunc, dispensatoriè purgata promotione Maximi, confirmavit. Ex quo insigniter lucet suprema Romani Episcopi in Synodos generales auctoritas, qua possit probare unum, alterum ipsarum Decretum damnare. Hinc Romani Legati adversus gloriosorum iudicum interlocutionem intercesserunt, adfirmantes Ephesinum latrocinium esse lectum ac Synodi nomine indignum, cassatum à Leone Pontifice, & cassationem laico Marciani Augusti brachio firmatam. Brachium istud, si quidem latrocini pergerat celebrari memoria, minati sunt denuò implorandum. Iba causam ex folis Actis Berytensibus, & propriis ejus adstantis allegationibus volere iudicatam. Quæ omnia Anatolius Constantinopolitanus Episcopus, & reliqua Synodus comprobarunt.

Quare rursùm gloriosi iudices: *Quod placet ei de Iba reverendissimo Episcopo, sancta Synodus doceat.* Et Apostolici Legati: *Relectis chartis agnovimus ex sententia reverendissimorum Episcoporum Ibam innoxium approbati. Relecta enim ejus Epistola, agnovimus eum esse orthodoxum. Et hinc de-*

cernimus & honorem Episcopatus, & Ecclesiam, à qua iniussè & absens expulsus est, ei restituendam. De sanctissimo igitur Episcopo Nonno, qui pro eo paulò ante factus est, existimationis erit venerabilis Episcopi Antiochena Ecclesie, quid oporteat de eo statui. Ibam non solummodò degradarat Ephesinum latrocinium, sed & aliud Episcopum in ejus sedem ordinari iusserat, ac ordinatus fuit Nonnus. Et hinc nova quæstio. Etenim vivo & illegitimò dejecto Patri suo superordinatus Episcopus est intrusus, ac istiusmodi omnes irreparabiliter ad laicos reiecit Synodus Sardicenis. Verùm Nonnus videtur fuisse ab Ephesina iniquitate innoxius, & non per ambitum, sed per obedientiam superordinatus. Hinc illum dispensatoriè Patriarchæ benepalicio gloriosissimi iudices censuerunt dimittendum. Et Anatolius Constantinopolitanus Episcopus confirmavit. Etiam Patriarcha Maximus, addens de Iba Epistola: *Orthodoxa ejus declarata est dictatio.* Et de Nonno: *Nonnus Dei amatissimus Episcopus, qui pro Iba factus est, maneat in eadem Episcopatus dignitate, quoad simul cum Dei amatissimis Episcopis diocesis meæ de illo delibem.* Ei Episcopi nomen & dignitatem reliquit, cum sua Synodo opportunè de ipso definiturus juxta Canonem de Episcopis ad aliquam Ecclesiam consecratis, & ab ipsa non receptis. Vides interim famosam Iba Epistolam à Legatis Romanis, Anatolius Constantinopolitano, & Maximo Patriarcha Antiocheno fuisse iudicatam orthodoxam.

At Juvenalis Hierosolymitani Episcopi suffragium non plene consonat: *Qui convertuntur, hos Scriptura Divina suscipit mandat. Quapropter & eos, qui ab hæreticis revertuntur, suscipimus. Unde æquum esse censeo, ut reverendissimus Ibas clementiam impetret, quia senex est, & ut habeat Episcopatus gradum orthodoxus existens.* Videtur Ibam ac ejus Epistolam, non ut innoxium & orthodoxam suscipere, sed ut pœnitentem, & ab Epistola iniquitate correctum. Etenim in prima Ephesina Synodo Juvenalis Sancto Cyrillo, Ibas Joanni Antiocheno Patriarchæ adhæserat, ideòque apud Juvenalem semper fuerat de Nestorio suspectus. Et istud suffragium placuit etiam Thalassio Cæsareensem Primate, admittenti Ibam in honores pristinos, quod per Synodum Berytensem fuisset jam pridem admissus, & præsertim quod ibidem anathematizatum se illa, quæ accusatores deposuerant, promisisset, ac etiamnum promitteret. Quod ipsum & alii Episcopi iudicarunt.

Et hinc quinta Synodus & Justinianus Imperator rectè dixerunt Iba Epistolam ab omni Chalcedonensi Synodo nullatenus fuisse probatam: *Quoniam privata aliquot Episcoporum in Synodis suffragia nequaquam sunt iudicium synodale. Quin immò in sexta quinta Synodi collatione Theodorus Cappadociæ Primas ex adductis Juvenalis & Thalassii suffragiis firmum accepit adversus Iba Epistolam fundamentum: Juvenalis Hierosolymitana civitatis Episcopus ut de hæresi agentem pœnitentiam Ibam, veniam & clementiam, maximè propter senectutem, meruisse interlocutus est secundum Ecclesie traditionem: Juxta Canonem adductum à Sancto Athanasio in Epistola ad Ruf-*

finianum. Thalassius Cæsareæ Episcopus apertè ostendit in sua interlocutione, quod nunquam suscepisset Ibam, nisi pollicitus esset anathematizare ea, quæ ab accusatoribus ejus in Scriptis adversus eum deposita sunt. Certum verò est, quod accusatores Iba Epistolam protulerint in ejus accusationem. Hæc Juvenalis & Thalassii suffragia queritur à trium Capitolorum defensoribus in pravum sensum detorqueri.

Eunomius Nicomedienensis Episcopus, Bithynorum Metropolita est de Iba ac Epistola ejus hunc in modum suffragatus: *Jam quidem ex iis, quæ relecta sunt, innoxius approbatus est reverendissimus Ibas. In quibus etenim dicendo malè culpæ visus est beatissimus Cyrillus, in postremis rectè confessus, illa in quibus culperat resutavit. Unde & ego anathematizantem cum Nestorium & Eutychem, & impia eorum dogmata, & consentientem iis, quæ à sanctissimo Episcopo Leone scripta sunt, & huic universali Concilio, dignum esse Episcopatu decerno. Quod suffragium trium capitulorum defensores magnis laudibus exulcerunt. Ab illo dixerunt subtiliter purgari Epistolam, tamquam quæ in fuit exordio adversus Sancti Cyrilli personam & capitula, Synodumque Ephesinam loquatur dumtaxat recitative, at verò in fine ista omnia adfertive refutat & damnet, atque ita semetipsam sanet & emundet. Reposuit verò in laudata sexta collatione Theodorus Cæsareensis: *Quomodo præsumunt Iba defensores calumniari interlocutionem Eunomii, quasi partem quidem condemnantem Epistolæ, partem autem comprobantem, cum tota Epistola impietatis plena sit? Ostendere conatur Epistolæ posteriora esse nequiora prioribus, integram ab ipso Iba fuisse in Synodo Berytensi anathematizantem, tandemque concludit solam unius partis nequitiam omnino sufficere ad totius Epistolæ damnationem.**


Etiam Joannis Sebasteni in prima Armenia, Seleuci in Helenoponto Amaseni, Constantinii Melitinenfis in Armenia secunda, Patricii Tyanenfis in secunda Cappadocia, ac Petri Gangrenfis in Paphlagonia Metropolitæ, nec non Artabii Trapezuntini Episcopi, agentis vices Dorothei Neo-Cæsareensis in Ponto Polemoniaco Metropolitæ, & aliorum illis adstantium Episcoporum suffragia fuerunt ambigua, Iba Episcopatum quasi misericorditer restituentia, quod omnia sibi objecta negasset in Synodo Berytensi, & quod ibidem anathematizasset Nestorium, & modò in omnia præsentis Synodi etiam adversus eundem Nestorium Decreta consentiret. Et illis omnes omnino Episcopi acclamarunt: *Nestorium Ibas modò anathematizet, Eutychem & dogmata ejus modò anathematizet.* Et ille omnino obediit, solenniter locutus ad plenam Synodum: *Et jam in Scripto anathematizavi Nestorium, ejusque dogma, & nunc cum anathematizo decies millies. Quod enim semel fit ex animo, si fiat decies millies, non contrahat. Anathema & ipsi Nestorio, & Eutychem, & unam dicenti naturam. Et omnem eum, qui non sapit sicut hæc sancta Synodus, anathematizo.* Ita receptus fuit in Episcopatum. Quibus omnibus Theodorus Cappadox in dicta sexta collatione adversus Ibam fuit potenter usus. Ex articulis in Synodo

Synodo Berytensi objectis, & per Ibam ejeratis dixit fuisse etiam famosam Epistolam. At verò in Constantinopolitana cum Severianis collatione Hypatius Ephesiorum Primas de Ibæ receptione dixit istud ipsum, quod supra de receptione Theodoret. Rem scabrosam dimittamus. Liquet interim Epistolam à plena Synodo non fuisse receptam.

ACTIO APPENDIX,

De Alimentis Domni Ex-Patriarchæ Antiocheni.

Maximus Antiochiæ Patriarcha sub Domno Antecessore suo, per Ephesinum latrocinium, aut potius per Sanctum Leonem Pontificem degradato, fuerat nuper Diaconus & Archi-Mandrita, ipsum, utpotè virum eruditum ac eminentem, dilexerat ac honorarat, ideòque facta illius per legatos Apostolicos supra adducta mentio usus in ejusdem gratiam, ad præsentem Actionem abiturientem est interlocutus: Deprecor magnificentissimos iudices, & sanctam hanc & universalem Synodum, ut humanitatem exercere in Domno, qui fuit Antiochiæ Episcopus, dignemini, & statuere ei certos sumptus de Ecclesia, quæ sub me est. Apostolicis Legatis pietas placuit, respondentibus: Sanctus & beatissimus Papa, qui Episcopatum sancti ac venerabilis Maximi Episcopi Antiochenæ civitatis confirmavit, justo satis iudicio ejus meritum approbasse videtur, siquidem memoratus reverendissimus Episcopus Maximus suo arbitrio Domno voluerit esse consultum, ut sumptus ei de sua Ecclesia, miserationis intuitu, prout aestimaverit, largiatur, ut contentus alimoniis quiescat in posterum. Quod ipsum Anatolius Constantinopolitanus & Juvenalis Hierosolymæ Episcopus probarunt, & plena Synodus acclamavit: Laudabiles meritò sunt benevolentie Maximi Archi-Episcopi, omnes cogitatum ejus laudamus. Romani Legati rectè dixerunt, Miserationis intuitu: Etenim degradatus Episcopus, nequaquam pensione honorari debet ab Ecclesia, sed ad centum milliarum relegari. Hinc Legati addiderunt: Ut contentus quiescat in posterum. Ne turbas cieat, aut unquam respiret ad Episcopatum. Quod ipsum vult addidit Anatolii: Domno nihil præter hoc requirere. Pensionis quantitas Maximi arbitrio est relicta.



ACTIO XI.

Memnoni apud primam Ephesinam Synodum glorioso Episcopo in Ephesinam primatiam cathedram successit Basilius; Basilio Bassianus, postea per Stephanum violenter ac scandalosè ejectus. Hinc ille nostram Synodum indictam videns, Marciano Augusto obtulit preces, habentes capita varia. Primò, violenter oppressos, Episcopos præsertim, liberare de manu potentis dicit spectare ad officium Christiani Principis, ideòque & sibi rogat impendi misericordiam, passo miseranda, crudelia, legibus damnata, & nec unquam per barbaros attentata. Pergit de suo partim Clero, partim populo: Spernentes Dei timorem, & immaculatum virtutem mysteriorum, quam ex humillimis meis manibus Dei misericordia susceperunt, postquam à nobis mysteriorum perfectio celebrata est, repente apprehendentes me, & abripientes de sancta Ecclesia, plagis afflicebant, ducentes & portantes in foro, aliquando verò & recludentes, gladiis me subjecerunt. In iis itaque, dum ipsius vitæ periculum sustinerem, furenes & abripientes Pallium Sacerdotii mei, in sede posuerunt quemdam ex iis, qui & ipse præsumpsit ea, quæ in me indignè facta sunt. In Episcopalem thronum intruderunt Stephanum Presbyterum Ecclesiæ Ephesinæ. Et post hæc quascunque res habueram mobiles vel immobiles, abstulerunt, & sicut voluerunt sibi partiti sunt. Super hæc etiam multos meorum hominum diversis plagis morti tradiderunt, ita ut funera ante januas sanctæ Dei Ecclesiæ quidam exponerent. Secundò, profitetur sese à quovis crimine innoxium, ideòque causam suam delegari rogat Synodo præfenti. Tertiò, supplicat sibi non obesse violentum hocce spoliū, sed sese uti legitimum Episcopum & intra & extra Synodum usque ad causæ definitionem tractari. Et leges enim & Canones spoliatum mandant restitui ante causæ ingressum, non nisi à definitiva sententia desitueadum.

Videbantur esse preces justissimæ, ideòque ipsas admisit Marcianus, scribens ad nostram Synodum: Bassianus reverendissimus, multa incongrua passus, contenta in precibus ejus, quæ his nostris Divinis litteris subditæ sunt, petit à vestra Sanctitate hæc discuti. Festinet igitur vestra Reverentia, has nostras suscipiens litteras, causam discutere, & formam, quæ vobis visa fuerit, proferre. Cognoscendis aut judicandis Episcoporum causis pius Princeps nullo pacto voluit misceri. Quin nec de possessorio discernere, aut Bassianum restituere voluit: Etenim cunctis huc usque actionibus adfuit & subscripsit Stephanus; nulla est mentio Bassiani. Quapropter nostræ Synodi præfens Actio, ad Bassiani à Cassiano Presbytero comitati preces, discutere cœpit hanc quæstionem, atque ante omnia sibi legi sacras Principis delegatrices litteras jam adductas, nec non & preces Bassiani. In quibus nota sacrosanctæ Eucharistiæ mysterium vocari *Mysterium perfectionem*: Quæ phrasis suo loco est explicanda.

Quibus

Quibus lectis, gloriosi iudices sunt ad præsentem Bassianum interlocuti: Dicat Bassianus reverendissimus nomina eorum, qui ab eo accusati sunt. Etenim non dumtaxat civilis, sed & criminalis erat hæc actio, ideòque & certam personam accusare debebat Bassianus, & ad talionem inscribi. Hinc reposuit: Multi quidem sunt, princeps tamen eorum est, qui nunc Episcopus est Stephanus. Hic enim & sedem meam tenet, & res. Et rogo omnia examinari. Porro est Sacerdotalis dignitas, quam possessiones. Queratur, si quid peccavi. Inquirant Patres nostri: & sicut volent decernant. Quare gloriosi iudices ad Stephanum etiam præsentem dixerunt: Stephanus reverendissimus Episcopus ad ista respondeat. Et adversus respondentem, non se, sed Leontium Magnesianum, Mæonium Nyssenum, Proterium Smyrnesem, aliosque Asiæ diœceseos præfentes Episcopos, totius tragædiæ conscios, esse interrogandos, perrexerunt: Interim tu responde. Respondit: Bassianus non ordinatus est in Epheso, sed vacante sancta Ecclesia, colligens seditiosam turbam cum gladiis, & aliis quibusdam Arenariis, gladiatoribus in arena ad bestias consuetis pugnare, supergressus est, & sedit; & si hunc judicat vestra Magnificentia esse Episcopum, alia ratio est. Hoc ergo expulso secundum Canones, & projecto, ut merebatur, me quadraginta Episcopi Asiæ suffragio & nobilitate, & Primatum, & totius reverendissimi Cleri, & omnis civitatis, ordinarunt. Hodie enim quinquaginta annos habeo in Epheso Clero. Bassiano utpotè Evazorum prius Episcopo, & translationem & intrusionem opposuit, ideòque dixit, non spoliatum, sed synodaliter extrusum, & quidem per quadraginta Asiæ diœceseos Episcopos, à quibus ipse, uti & ab omni Ephesino populo & Clero, fit in Episcopum electus & consecratus.

Hinc promotionis suæ formam multis Bassianus exposuit: Noli me circumvenire. Ego & canonicè factus sum Episcopus, & ostendo hoc, & à nullo depositus sum, nec accusatus ab aliquo, neque culpatus. Sed & ego à juvenili ætate mea vixi pauperibus, & prociuum feci, & in eo posui septuaginta lectos, & omnes languentes & ulceratos hospitio suscipiebam. Memnon autem, qui fuit Episcopus Ephesinæ, his rebus invidens, quoniam diligebat ab omnibus, nihil non egit ut expelleret à civitate, & immisit manus suas ut me ordinaret Episcopum Evazorum, & hoc fecit. Ego autem non acquiescebam, sed ab hora tertia usque ad sextam coram altari me plagis afflixit, & sanctum Evangelium, tentum in ordinatione super caput meum, & altare sanguine est impletum. His igitur ita gestis, ego sic permansi, neque ad civitatem vadens, neque Ecclesie illi communicans, in quam nominatus fueram, neque penitus ipsam civitatem videns. Mansi ergo sic; & contigit Memnonem finem vitæ accipere. Post hæc ordinatus est Basilius. Is autem evocans concilium Provincia, & agnoscens ab eis violentiam, quam passus fueram, & quoniam machinatio fuerat, alium in illa civitate ordinavit Episcopum, mihi verò reddidit communionem & locum Episcopatus. Contigit iterum & hunc suscipere finem vitæ, me autem cum multa necessitate & vi intronizarent in eadem civi-

tate Ephesinæ populus, & Clerus, & Episcopi; quorum unus Episcopus Olympius hic est. Est fermè casus Sancti Gregorii Nazianzeni, qui Zazymorum civitatem, ad quam à Sancto Basilio Ponticæ diœceseos Primare repugnans consecratus, numquam accedere voluit, atque ita existimavit se sine Apostolici ac Nicæni Canonis prævaricatione posse Constantinopolim transferri. Et in isto Ephesino Episcopatu adfuerunt Bassianus se à Theodosio Augusto, nec non à Sancto Proclo Episcopo Constantinopolitano, qui tres autocephalos diœceses à suis Antecessoribus invasas tamquam Patriarcha administrare pergebat, fuisse confirmatum, & perrexit: Crastina post susceptas & publicè lectas Imperiales ac Patriarchales meæ confirmationis litteras die Missas celebravimus omnes simul, & post Missas manus injicientes incluserunt me, & cum vi abripuerunt Pallium Sacerdotii mei, & omnia bona mea, & sumentes unum ex ipsis Stephanum, fecerunt eum Episcopum. Multis & longis contentionibus fuerat agitata Bassiani promotio, atque ideò adversus ipsam jam à Patriarcha & Principe malè confirmatam, non amplius rationibus, sed violenta manu adversari processerunt.

Quare de eadem promotione longè alia apud gloriosos iudices allegavit Stephanus: Jubeat vestra Potestas Episcopos, qui hic sunt, venire, ut appareat veritas coram vestra Magnificentia, ut testentur de universis quæ gesta sunt, quando quidem ipse subintravit in sanctam Ecclesiam cum gladiis & arenariis, & aliis quibusdam, & sedit in sede. Et pro hoc expulsus est à sanctis Patribus, & à sanctissimo Regia civitatis Romæ Leone, & à beatissimo sanctæ memoriæ Flaviano Constantinopolitane urbis, & ab Alexandrino, & ab Antiocheno. Ab his expulsus est. Ecclesiastico enim iudicio mea Humilitas constituta est. Hæc omnia adfirmavit confirmata etiam à Theodosio Augusto, & quidem per iudicium contradictorium peractum ab Eustatio Silentiario Præmicerio, specialiter ad hanc causam delegato Ephesum, & per tres menses illam cognoscente. Et perrexit: Sunt hic Episcopi, veniant huc, & fateantur si aliud dico. Jubeat vestra Magnificentia venire eos. Numquid cum eis ordinatus est ibi? Superintravit ibi: Hodie quatuor anni sunt. Et Romanus Episcopus eum deposuit: Et Alexandrinus eum damnavit. Videat vestra Magnificentia Epistolam scriptam à beatissimo Papa Leone. Adversus primam, à Sancto Proclo Patriarcha & Theodosio Augusto datam, Bassiani confirmationem ad Romanam Ecclesiam appellarat Ephesiorum Clerus & populus, eamque cassarat Sanctus Leo Magnus, cujus iudicium & Sanctus Flavianus Constantinopolitanus, & Dioscorus Alexandrinus, & Domnus Patriarcha Antiochenus, nec non & ipse Theodosius Augustus comprobarant. Hinc dictus Clerus & populus violenter Bassianum expulit, & Stephanum exaltavit. Nam & hic uti Ephesinus Episcopus adfuit latrocinio Ephesino.

Erat causa difficilis. Eam ex pacificæ possessionis beneficio finire conati sunt gloriosi iudices, & ad Stephanum interlocuti: Constitis reverendissimus Bassianum quatuor annis obtinuisse sanctam

Sanctam Ephesorum civitatis Ecclesiam velut Episcopum? Uti hodie Romana de trienniali, ita tunc omnis Ecclesia in Sacerdotiis servasse videtur regulam de pacifica possessione quadrienniali. Hinc enim reddidit Stephanus: *Velut tyrannus, non ut Episcopus. Quomodo enim obtinere poterat, qui per manus impositionem constitutus non est, sed cum gladius est ingressus, & sedet sibi?* Dixit Bassianum per milites & Arenarios fuisse intrusum, ideoque Episcopatum ejus nec per centum annorum pacificam possessionem potuisse firmari. Quam de intrusis regulam servat etiam hodie Ecclesia Romana. Et merito. Etenim factam per milites aut aliorum violentas manus intrusionem adversari Apostolicis Canonibus, adfirmat in Epistola ad monachos, & in litteris ad omnes orthodoxos, & in apologia adversus Constantium Imperatorem Sanctus Athanasius, agens de simili intrusionem Georgii Cappadocis in sedem Alexandrinam. Ipsa esse perpetuo irreparabilem definiit Synodus Sardicensis.

Et hinc petitorii iudicii viam ingressi sunt gloriosi iudices, ad Bassianum actorem interlocuti: *Ostendat Bassianus reverendissimus, si per Synodum reverendissimorum Episcoporum & consueta ordinationis lege Episcopus Ephesorum metropolis est constitutus.* Urstis illum videntur, ut ante omnia sese de translationis vitio purgaret. Hinc enim reposuit: *Evazorum ego neque unquam factus sum, neque profectus illuc, sed vim passus sum denominatus Episcopus. Canones manifesti sunt. Dicant Patres, si prejudicium est ordinari, nec proficisci. Ipsi dicant. Noverunt regulas: Supplicio ut audiar. Interim presumptio declaretur, qua auctoritate usi captientes clausurunt me, & tunc de Sacerdotio quaerimus. Primo de violentia quaeratur. Primo enim de spolio quaeri, & spoliatum Episcopum plenè ante iudicii ingressum restitui mandant & Canones & leges. At Stephanus intercessit: *Supplicio ut Canones relegantur, qui dicunt ut is, qui in alia civitate ordinatus est, constitui non possit in altera.* Dixit Bassianum Sancti Leonis, omnium Patriarcharum, & Augusti Principis iussione extrusum, se esse in possessione legitima, ideoque petitorio iudicio agendum.*

Erat æqua allegatio, ideoque gloriosi iudices de Canonibus per utramque partem postulatis dixere: *Relegantur.* Et mox Leontius Ecclesie Magnesiane Episcopus ex codice Canonum Ecclesie universæ legit regulam nonagesimam quintam, sextum decimum Canonem Antiochenum: *Si quis Episcopus vacans super Ecclesiam vacantem semetipsum injiciens, subripuerit sedem præter presertim Concilium, hunc expellendum esse, licet omnis populus, quem arripuit, eum elegerit.* Legit & regulam nonagesimam sextam, decimum septimum Canonem Antiochenum: *Si quis Episcopus ordinationem acceperit Episcopatus, & populo præesse decretus non acquirerit Ordinationi, neque ei persuasum fuerit proficisci ad Ecclesiam sibi commissam, hunc excommunicatum esse, donec coactus quietescat, aut quidquam de eo Episcoporum Provincia Synodus perfecta definiat.* Hæc clausula plurimum favebat Bassiano. Eum quippe Basilium Ephesorum Primas ab Evazorum Ecclesia syno-

daliter absolverat, Episcopale sine cura nomen & dignitatem permittens, atque ita reliquerat aptum ad aliam Ecclesiam sine Canonum prævaricatu transportari.

Hinc iterum gloriosi iudices: *Reverendissimus Episcopus Bassianus edoceat, quis eum fecit Episcopum.* Nosse voluerunt, utrum legitima electio, nis ac inthronizationis via Ephesinam cathedram ascendisset. Et ille reposuit: *Unus eorum, qui me inthronizarunt, hic est Olympius. Nescio alios: Hunc recorder.* Fastus est se ab uno Olympio Theodosiopolitano Episcopo fuisse electum atque inthronizatum, & isto verbo omnem suam causam evertit. Reparare conatus est Lucianus Byzensis in Europa Episcopus: *Qui habuit jus, suscepit eum bonæ memoriæ Proclus, & suscepit eum bonæ memoriæ Theodosius piissimus Imperator, & vocans eos amicos effecit. Sed tamen cur est expulsus?* Fatus est Bassianum ab uno Episcopo non potuisse eligi ac inthronizari, addidit però omnem hunc defectum fuisse suppletum ac purgatum per Sancti Procli Patriarchalem confirmationem, roboratam etiam sacra iussione Theodosii Augusti. Hinc spoliis & reddendæ possessionis quaestionem denuo tentavit, sedens Bassianum ante omnia restituendum.

Ast id non placuit gloriosis iudicibus, petitorium iudicium prosequendum ducentibus, ideoque interrogantibus Olympium Episcopum, num ipse solus & qualiter Bassianum elegerit ac inthronizasset. Ad quæ ille: *Post mortem Bassii Episcopi, qui illo tempore fuit in civitate, in qua ordinatus sum Episcopus Theodosiopolis, in ea digebam. Mandaverunt mihi Clerici civitatis Ephesi, dicentes veni huc, ut canonicè ordinationem suscipiat civitas, quoniam obdormivit sanctæ memoriæ Bassius, qui fuit Episcopus. Ego verò has litteras accipiens adveni, credens quia & alii reverendissimi Episcopi vocati essent. Antè tres autem dies, quam iste ingressus esset Ecclesiam, ut inthronizaretur, dum applicassem in quodam hospitio, sustinebam etiam reverendissimos Episcopos, ut canonicè secundum morem ordinatio proveniret. Ut ergo primam, & secundam, & tertiam sustinuissem diem in hospitio, & alter nullus est inventus Episcopus, tandem venientes quidam è reverendis Clericis dicunt mihi: *Alii Episcopi non sunt hic, quid factum est opus?* Dicebam ego: *Solus quid possum facere? Quoniam extra rationem Canonum est solum Episcopum disponere Ecclesiam, & maximè tantæ metropolis. Cum ergo hæc loquerer mecum, circumdedit mansionem, in qua eram, innumera multitudo, & nescivi ubi essem, & coram tanta potestate, & coram altari, quidam enudans gladium, Holoericus nomine, qui puto Comitiamus est, venit & ipse & omnis multitudo, & portantes me adduxerunt in Ecclesiam. Et ita cum ducentis aut trecentis hominibus & me & ipsum levaverunt in sedem, & inthronizatio celebrata est. Usque ad huc, quemadmodum factum est, novi.* Ad quæ omnia Bassianus novit unum hoc reponere: *Mentitus est.* Ita ejus violenta intrusio fuit abundè probata.*

Hinc Ecclesie Constantinopolitanæ Clericos, An Sanctus Proclus Patriarcha Bassianum reverè in Ephesinæ Ecclesie Primatiam Episcopatum

ex

ex contradictorio iudicio & plena causæ notitia confirmasset, gloriosi iudices rogarunt. Respondit verò Theophilus Presbyter: *Ut coram Deo, & suscepit eum sanctæ memoriæ Proclus, & synodaliter litteris honorans dimisit eum ad Ephesum, & in dyptichis posuit ejus nomen, & recitabatur usque ad modicum ab hinc tempus. Quod ipsum cæteri præsentis Ecclesie Constantinopolitanæ Clerici sunt contestati.* Ex quo lucet Bassianum, promotionis suæ adversum æmulos purgandæ & confirmationis obtinendæ gratia, Constantinopolim accessisse. Videntur & omnes per Patriarcham Constantinopolitanum confirmati Episcopi fuisse sacris ejusdem Ecclesie tabulis inscripti, & suo tempore ad sacrificium recitati.

Ea confirmatio Bassianum insigniter adjuvabat. Hinc ad Stephanum gloriosi iudices: *Nunc Stephanus Episcopus dicat, quemadmodum novit Bassianum ab Episcopatu remotum, & si ipse per Synodum ordinatus est.* Et Stephanus: *Relatum est ab Episcopo Alexandrinæ civitatis, sanctissimæ memoriæ Theodosio Principe scribente illuc, illatæ sunt etiam litteræ, à beatissimo ac sanctissimo Papa Romano, quatenus illum esse non oporteret Episcopum, & manifestæ sunt litteræ. Iubere venire Notarios, ut declaretur quomodo remotus est, & quomodo est ejectus, & quomodo ego sum ordinatus. Nos propter fidem venimus. Numquid ego sciebam, quoniam hoc potuisset emergere? Semel sinem accepit causa. Fecit Silentarius illuc, tres menses fecit, cognoscens inter eum & Clericos. Clarent ea quæ definita sunt. Ait se ad statuendum de læsa per Eutychem fide, non ad disputandum de Episcopatu venisse Chalcedonem, hinc sibi ad manum non esse requisita litis documenta, causam jam dudum definitivè decisam, sententiam transiisse in rem judicatam, ideoque non posse retractari. Præsertim cum fuerit sententia Ecclesie Romanæ. Hæc sua verba de Legato Silentario, Cognoscens inter eum & Clericos, lucidiùs supra Stephanus exposuit: *Misit Imperator Eustatium, ut cognosceret inter eum, & Clerum, & pauperes, qui ab eo injustitiam fuerant passi.* Cum Clerici ergo pauperes adversus datam Bassiano à Sancto Proclo confirmationem appellarant Romam, ac ipsam cassari à Sancto Papa Leone impetrarant. Ita Alexandrinum Georgii Cappadocis Episcopatum ob irrogatas pauperibus injurias graviter in Epistola ad monachos Sanctus Athanasius exagitat & damnat. Pauperes, præsertim matriculares, uti proprios filios semper Ecclesia fovit.*

Reposuit autem Bassianus: *Stephanus Presbyter meus fuit. Quatuor annis Missas mecum celebrabat, mecum communicabat, & communicabat à me tamquam ab Episcopo. Et ipsa die, qua recluserunt me, simul communicavimus, & arripuit me, & inclusit me. Et ita sum passus. Per virtutes Dei, aquam quaesivi, & non dederunt mihi. Tribus mensibus habuerunt me clausum. Episcopi autem, qui à me ordinati sunt, ipsi & hunc ordinaverunt Episcopum, dum essem inclusus. Si non ego Episcopus, neque illi, qui à me ordinati sunt, esse debent Episcopi, neque Clerici. Proprium Episcopatum videns à se non posse defendi, Stephani etiam promotionem tentavit evacuare. Primò, dicit*

Christi Lupi Oper. Tom. II.

eam, non minùs quam suam, fuisse violentam: Secundo, ait Stephanum à consecratis per se Episcopis fuisse consecratum, ideoque aut suam valuisse promotionem, aut etiam Stephani consecrationem non posse valere. Ex quo principio etiam ad coronatum à se Michaelem Augustum, & ipsi conspirantes à se consecratos Episcopos dixit Sanctus Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus: *Si ego legitimus Patriarcha non sim, neque tu Imperator, neque vos Episcopi estis.* Canonica enim sua vitia contagio in suos consecratos, seu potius exsecratos, traducit Episcopos. Ejus benedictio est maledictio. Satius est spinas in caput suum recipere, quam manus Episcopi vitiosi.

Notanda sunt Bassiani verba: *Mecum Missas celebrabat, mecum communicabat.* Ostendunt vetustum & Græcæ & Latinæ Ecclesie morem, juxta quem Episcopo aut Presbytero solennem Missam celebranti omnes præsentis Episcopi aut Presbyteri concelebant, ac per ejus manus de communi sacrificio participabant. Hinc de Nestorio Constantinopolitano Episcopo Missam istam celebrante, & Dorotheo Marcianopolitano Episcopo, inferioris Mæsiæ Metropolita, ad eandem Missam concionante, & vocem *Dei para* anathematizante, scribit ad Sanctum Celestinum Pontificem Sanctus Cyrillus: *Quamvis Nestorius ore suo laudatam vocem anathematizare noluerit, attamen sedens & audiens, Dorotheum ut hoc diceret induxit, subornavitque, cui etiam confestim, ubi è cathedra descendisset, in Divinorum mysteriorum celebratione communicavit.* Nempe Nestorius Patriarchalem cum multis Episcopis Missam celebrabat; eumque quod blasphemum blateronem ab ejus concelebratione non projecit, arguit Cyrillus. Ita Sylvanum Tarfensem Episcopum, primæ Illicie Metropolitam, quod damnatum & ad se refugium Cyrillum Hierosolymæ Episcopum à sua liturgia non exclusisset, graviter in Synodo Seleuciensi arguit Acacius apud Palæstinum Metropolita Cæsarensis. Et Possidonium Ecclesie Alexandrinæ Presbyterum, Dioscori Patriarchæ Legatum, quò Romanæ Ecclesie ritus addidisset, secum procedere seu concelebrare fecit Sanctus Leo Magnus. Hunc ipsum honorem Constantinopolitanæ & Ravennatis Ecclesiarum Presbyteris Legatis impartit Gregorius Magnus. Ita Theophilus Amoriensis, & Zacharias Tauromenæ in Sicilia Episcopus, schismatici Photii ad Nicolaum primum Pontificem Legati, dixere ad Synodum octavam: *Ut summi Sacerdotes suscepti sumus à Papa Nicolao, & communicavimus ei, & recepti sumus ab illo.* Etenim advena Episcopus in aliis Ecclesiis passim ad principaliter celebrandum, Romæ autem dumtaxat ad procedendum cum Domino Papa & concelebrandum admittebatur. Quod ipsum servatum fuit Constantinopoli. Nam suis ad dictum Pseudo-Patriarcham Photium Legatis Episcopos, ne cum illo confacrificarent, vetuit Joannes octavus. Et istud pro summa injuria, utpotè palam negata communione, Photius accepit. Etiam Dorotheus Marcianopolitanus non celebravit istic principaliter, sed Nestorio dumtaxat concelebravit. Quomodo Ebbo Remensis Archi-

L. I.
Ephes.
Con. C. 14

O O

Epi-

Episcopus, dum cathedræ suæ post exilium reddebatur, à suffraganeis Episcopis fuerit ad altare deductus, & solennem cum illis Missam celebravit, dederitque communionem, scribit in ejusdem Ecclesiæ historia Flodoardus. Ritus, utpotè omni Latine Ecclesiæ usitatus, accuratè describit antiquus Ordo Romanus. Laudat & decimus octavus Canon Nicænus, mandans Eucharistiâ prius ab Episcopo, deinde à Presbyteris, tertio loco sumi à Diaconis: Quod nempe Episcopali Sacrificio totus Clerus adfuerit, & Presbyteri concelebrarent. Eidem fundamento innititur octavus vulgaris Apostolicus, damnanus Episcopum, Presbyterum, Diaconum, omnem Clericum, ausum factæ oblationi non communicare: Ejusmodi varios & Hispanos & Gallicanos Canones suo tempore elucidabimus. Domnum item Antiochiæ Patriarcham unâ cum Sancto Symeone Styliæ Presbytero Missam concelebrasse adfirmat Evagrius Epiphaniensis. Et Ecclesiæ Gallicanæ antiqua Ritualia habent hunc titulum: *De diversis Sacerdotibus super unam Oblatam celebrantibus*. Ritus largè exponunt. Romæ suo adhuc tempore viguisse, & Domino Papæ omnes Presbyteros Cardinales concelebrasse, testatur in libris de Missæ Sacrificio Innocentius tertius. Scio morem illum, uti Romæ jam pridem abrogatum, & ab Innocentio tertio non ex cathedra, sed ex privata dumtaxat opinione probatum, damnari à Durando in quarti libri sententiarum commentariis; at illi rectè respondet Capreolus: *Ad ea, quæ dicit Durandus contra Innocentium & Ecclesiam Romanam, non oportet respondere, quia temerè & detractorè dicta sunt*. Ex quibus liquet morem istum apud Latinas Ecclesias inter Innocentii tertii & Durandi, centum ferè annis distantium, tempora desuisse. Etiamnum tamen hodie omnis in suæ consecrationis die novellus Episcopus cum suo Consecratore eandem hostiam consecrat: Quod ipsum novellis Presbyteris præscribit Romanum Missale, & pleræque Ecclesiæ servant.

L. 1. c. 13.

L. 4. c. 25.

Epist. 23. q. 3.

sacrofanctam Eucharistiâ jurare coegit. Eadem impietate schisma suum etiam Photius stabilivit.

Verùm à quo Cassianus, in Regia civitate mercator, per totos viginti quinque annos didicit nunquam jurare? Respondeo Divinam hæc gratiam deberi Sancto Joanni Chrysofomo, qui adhuc Presbyter urbem Antiochenam, omnem sermonem à juramento incipere, & ad singulas voces jurare consuetam pessimè, assidua prædicatione adeò mutavit, ut quisvis illic etiam è plebis sæce infimus maluerit sibi linguam excindi, quam vel in taberna ad aleam jurare. Hoc ipse merito vocat miraculum Antiochenum. Episcopus istud ipsum plantavit Constantinopoli, atque ita perduxit ad Cassianum. Qualiter adversus terrimam ac infernalem istam, nostris temporibus nimis grassantem, jurandi consuetudinem punarit etiam Sanctus Augustinus, edicit ipse in sermone de Apostoli verbis. Plures Sanctos Patres qui in vita nunquam jurarint, laudant in Prato spiritali Sanctus Sophronius, & in Lausica historia Palladius Episcopus Helenopolitanus. Quod ipsum de Sancto Gregorio Thaumaturgo testatur Sanctus Basilus. Quin in oratione de patientia & tolerantia laudat Cliniam, hominem gentilem, Pythagoræ Philosophi familiarem, quod tribus talentis multari maluerit, quam veritati per juramentum, licet iustus à iudice, attestari. Adeò tremendum fuit Divinæ Majestatis nomen etiam apud Paganos. Reverà sine totius corporis & animi tremore ipsum audire non possumus, longè minùs proferre. Undè jurandi consuetudinem Patres uno ore damnant peccati mortalis. Et in nostro Cassiano vide etiam coacti juramenti reverentiam: Per quatuor annos sponte exulare, errare, mendicare maluit, quam Pseudo-Episcopo Stephano contra miserabile suum, aliquid Herodianum omnino habens, juramentum non communicare.

Serm. 29.

Epist. 57. Orat. 11.

Et hinc ejus calamitate ac simplicitate permotus Lucianus Byzenis Episcopus resumpsit Bassiani patrociniûm: *Obstrinxerunt nos reliqui Episcopi nobiscum residentes, ut unusquisque, quod novit in veritate, & ad pietatem tendere, dicat. Et licet ex nobis ipsis bonum esset hoc facere, verumtamen dicimus quoniam quatuor annis operatus est in sede sine contentione, sine contradictione, & ordinavit decem Episcopos & Clericos multos, & communicavit ei qui modò est Episcopus Stephanus, cum esset ejus Presbyter, & omnes reliqui Clerici. Et quomodo possibile est nunc Bassianum expelli præter consequentiam regularum, cum præcipuè beatissimus Proclus Regiæ Constantinopolis Episcopus ei communicaverit, & per synodicas litteras firmaverit ejus Episcopatum? Adjunxit se Meliphontus Juliotitanus in Arabia Episcopus: Oportebat eum qui quatuor annis sine contentione Episcopatum obtinuit, aut accusari, aut ita sine iudicio non abici. Et quoniam & ego coniuratus sum ab Episcopis juxta me sedentibus, quatenus transiens in medium dicam ea, quæ me movent, coram omnibus, tanquam effectus reliquorum prope me residentium Episcoporum ex persona cunctorum hæc refero & sancto Concilio & vestræ Potestati, quæ Lucianus reverendissimus*

Epi-

Episcopus dixit. Bassianum uti spoliatum censent restituendum, & tunc in illum judicialiter agendum.

Ad Sancti Leonis Pontificis de Bassiano iudicium denuò proclamavit Stephanus, reposuit verò Cæcypius Episcopus Sebastopolitanus: *Domine Stephane, cognosce quantum potest Flavianus beatæ memoriæ etiam post mortem. Et statim cum Ecclesiæ Constantinopolitanæ Clericis plures Episcopi acclamarunt: Veritas sic habet. Omnes hæc ipsa dicimus. Flaviano æterna memoria. Orthodoxi æterna memoria. Flavianus post mortem vivit. Martyr, pro nobis orat. Flavianus post mortem fidem exposuit. Flavianus hic est: Orthodoxus hic est. Flavianus nobiscum prædicat. Sanctus Flavianus Sancti Leonis adversus Bassianum sententiam fuerat executus, Antecessoris sui Proclusianus iudicium, atque ita ascendendæ Ephesinæ cathedræ portam Stephano aperuerat: Quorum omnium oblitus ille Dioscoro adhæsit in Ephesino latrociniò, & Sanctum Flavianum, licet ex metu, tamen latrocinialiter damnavit. Erat loci Episcopus; Dioscorum tractare debuerat, sicut Joannem Antiochiæ Patriarcham in Ephesino Concilio tractat ejus prædecessor Memnon, omnes claudens basilicas etiam in die sancto Pentecostes, & ipsum ac ejus Episcopos ab illis poterat arcens. Hinc Stephano talionem à Sancto Flaviano reddi Cæcypius & alii cum laudatis Clericis Episcopi adfeyerunt. A Sanctis enim cum Christo Domino regnantibus suas quandoque injurias in vivos homines vindicari ostendit ad Synodum octavam.*

Erat causa perplexa, ideòque gloriosi iudices ad plenam Synodum sunt interlocuti: *Omnibus examinatis de Bassiano & Stephano reverendissimis, velleis etiam Canonibus, dicat sancta Synodus quid videatur. Plures Episcopi responderunt: Justitia Bassianum vocat, regulæ teneant. Et rursùm laudati iudices: Nobis quidem videtur neque Bassianum dignum exilire, ut sit Ephesorum Episcopus, quoniam ex invasione violenta Episcopatum sibi vindicavit; neque Stephanum, qui per conjurationes & tales advectiones Episcopatum sibi acquirit: Justum verò esse ut eligatur alius, qui & fidem integrè sciat, & vita noscatur ornatus, ut esse possit Episcopus. Totum autem sancto Concilio relinquimus, quatenus sententiam, quæ in hac causa fuerit visa, depromat. Et plena Synodus acclamavit: Hæc justa sententia est. Hoc Dei iudicium est. Christus judicavit causam. Canones & leges vos custoditis.*

Verùm adversum clamores illos intercesserunt Legati Apostolici: *Clarent quæ ab universo Concilio dicta sunt. Quid de hac causa sive personis videatur, & nostrum & horum est confirmare sententiam. Rem gravissimam voluere, non acclamationibus, sed distincto singulorum Episcoporum suffragio definitam. Quare suffragium mox dixit Anatolius Constantinopolitanus Episcopus, gloriosorum iudicum sententiam probans, & addens: Bassianus & Stephanus dignitatem tantummodò Episcopatus habeant & communionem, necessariaque salaria, quæ à sanctissima hac consequentur Ecclesiæ. Et rursùm adclamavit omnis Synodus:*

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

Hæc justa sententia.

At ecce alia pro Bassiano intercessio ab Episcopis diocæseos Asiaticæ, in genua prostratis: *Miseremini nostri. Nos supplicamus sancto Concilio, ut misereatur filiorum nostrorum, ne forte propter nos & peccata nostra moriantur, ut his clementia tribuatur, & nobis condoneur saltem Bassianus ad tollenda mala. Nam si quispiam hic fuerit ordinatus, & filii nostri moriantur, & civitas deperit. Bassiano, quem vident jure non posse defendi, fieri supplicant dispensationis gratiam, idque ex causa publica & gravissima: Ad averendam feditionem populi, ruinamque tantæ civitatis. Autocephala erat Ephesorum Ecclesia, adeòque ejus Primas in ipsa sua civitate & sede erat à propria Synodo eligendus & consecrandus: Autocephalus Episcopus ad nullius manum consecrandus accedit, ab omni Patriarchica potestate est exemptus, consecratur propria auctoritate, postmodum confirmandus à solo Pontifice Romano. Et quoniam Constantinopolitani Episcopi, non solum alios in ista diocæsi Metropolitas, sed & ipsum Archi-Episcopum confirmare, consecrare, & suæ Patriarchali potestati subjugare jam cœperant, dignitatis suæ zelosus Ephesorum populus mori malebat, & omnia ruere fursum deorsum, quam accipere Episcopum Chalcedone consecratum.*

Hinc moti gloriosi iudices rogarunt: *Quoniam secundum voces sancti Concilii neque Bassianus neque Stephanus digni sunt, qui in Ephesorum civitate sint Episcopi, Asiani autem Episcopi hic reperti dicunt; Si hic ordinetur alter Episcopus, Ephesorum conturbabit civitatem, dicat sancta Synodus, ubi volunt Canones Episcopum Ephesinæ sanctissimæ Ecclesiæ ordinari. Et varii Episcopi clamaverunt: In Provincia, Addidit Diogenes Cyzicenus Episcopus, Helleponticæ in Asiana diocæsi Provincie Metropolitæ: Consuetudo hoc habet. Si factus fuisset Constantinopoli Episcopus, non hæc accidissent. Illic enim Salmariatus ordinant, & ideò perturbatio fit. Dixit dignitatem istam Ephesinæ cathedræ potius ex consuetudine, quam ex Canone convenire, ideòque sine Ecclesiasticæ Hierarchiæ injuria posse infringi. Et esse causas: Quod nempe Ephesini Episcopi in suæ consecrationis die sint Salmarii. Salmariæ sunt pecuniæ, esculenta, vestes, aliaque ad humanam vitam facultia: Per Romanum Pontificem, Patriarchas, aliosque Primates Episcopos per suæ consecrationis diem spargi consueta in plebem. Profusa nimium, quandoque fuere, plebejo suffragio ab amientibus Episcopatum Clericis promissa, simoniaca, ideòque in suo ad Joannem secundum Pontificem Edicto, Bonifacii secundi adversus istam Dioscori Anti-Papæ simoniam Decreta confirmante, statuit Gothorum Rex Athalaricus: *Patriarchæ per suæ consecrationis diem in civitatibus suis tenuissima plebi non amplius quam quingentos solidos se distribuendos esse cognoscant. Et addit causam: Quia de Ecclesiastico munere pauperibus potius est consulendum. Etiam à Valentino Papa consecrato instructum fuisse amplissimum convivium, Senatūque, plebem, & populum varia rōga donatum adfirmat in ejus vita Anastasius Cardinalis. Adria-**

O o 2

num

num secundum, quod omnia sibi consecrato oblata à variis Xenia mox in pauperem plebem dividerit, Guilielmus Bibliothecarius laudat. Erant aurei & argentei nummi, vestes sericæ, cerei, cruces, Thyriamata, pigmenta, delicatiora commercia. Talia quippe à Leone quarto urbem leoninam dedicante, ad singulas Kalendas à Sancto Gregorio Magno, & per festa varia à Patriarcha Constantinopolitano fuisse donata & donari consueta, scribunt idem Anastasius, Joannes Diaconus, & Codinus Cyropalates.

L. 1. c. 26.

Epist. 53.

Ad Episcopi Aurelianensis consecrationem fuisse apertos ac emissos omnes carceres, habet in litteris ad Santiolem ibidem Episcopum Sanctus Ivo Carnutenensis. Eiusmodi rogam faciebat & Primas Ephesinus, ideòque dicitur Salgamarinus, seu distributor Salgamarum. Eius populum, de illius apud Constantinopolim consecratione indignantem, non ad Ecclesie autocephalam aut alia privilegia, sed cupiditatis oculo ad ista dumtaxat Salgama respicere, atque ideò seditiones agere dixit Diogenes Cyzicenus, adjungens: Si Ephesinus Episcopus semper factus fuisset Constantinopoli, non hæc accidissent. Fatetur ipsum semper usque huc fuisse Ephesi ordinatum, sed ob istam rogam populi corrupticem non debuisse ordinari, nec deinceps esse ordinandum. At Leontius Magnesianus Episcopus generosè intercessit: A Sancto Timotheo usque nunc viginti septem Episcopi facti, omnes in Epheso sunt ordinati. Solum Basilius violenter Constantinopoli factus est, & multæ cædes hinc ortæ sunt. Et hæc est causa, cur defuncto Basilio Bassianum, jam consecratum Episcopum, arripuerit per vim Ephesinus populus, & per solum Olympium Theodosiopolitanum Episcopum coegerit inthronizari: Cur item cæteri Asiatici Episcopi ad hanc rem vocati non comparuerint. Nempe Episcopum suum deinceps apud Constantinopolim consecrari, & Ecclesie suæ autocephalam gravius lædi nolebat Ephesinus populus: Et quia Eligendi sui consecrationem metuebat Sacra per Patriarcham Constantinopolitanum impetranda suspensendam, jam consecratum Bassianum elegit, & statim more antiquo inthronizavit. Dicitur Patriarcham metuebant item Comprovinciales Episcopi: Hinc solum Olympius comparuit, & quoniam solum inthronizare recusat, fuit per populi vim compulsus. Eodem ex fundamento Constantinopolim postea accedere debuit Bassianus, Sancto Proclo Patriarchæ profiteri obedientiam, & inthronizationis confirmationem uti subditus acceptare: Patriarchici in istam Ecclesiam ac diocesis juris possessionem, ex Basili consecratione obtentam, perire sibi Proclus noluit aut lædi. Et hinc Leontio Episcopo reposuit Philippus Presbyter Ecclesie Constantinopolitanæ: Sanctæ memoriæ Joannes Chrysostronus, Episcopus Constantinopolitanus, quindecim Episcopos deposuit profectus in Asiam, & pro eis alios ordinavit. Et Memnon hic Constantinopoli ordinatus est. Addidit Ætius ejusdem Ecclesie Archidiaconus: Et Castinus hic ordinatus est. Heracles & alii cum voluntate nostræ urbis Archiepiscopi sunt ordinati. Basilius similiter beatæ memoriæ Proclus ordinavit. Et beatæ memoriæ Theodo-

sius Imperator hujuscemodi Ordinationi cooperatus est, & beatæ memoriæ Cyrillus Episcopus Alexandrinus, Violenta & irregularia fuerant hæc omnia: Nam inter palmaria capitula, de quibus in Synodo ad Quercum accusatus fuit Sanctus Joannes Chrysostronus, erat hic apud Photii Bibliothecam articulus: Quod aliorum invadat Provincias, ordinetque ibidem Episcopos. Et hinc Episcopi plures Philippo & Ætio reddiderunt: Canones obtineant. Diogenes Cyzicenus, dicens autocephalam ex consuetudine potius, quam per Canones competere Ephesinæ Ecclesie, palam errarat. Etenim omnes ejusmodi consuetudines firmavit sextus Canon Nicænus: Servetur antiqua consuetudo. Suis privilegia serventur Ecclesiis. Et quidem Ephesia consuetudo à Sancto Timotheo, ideòque & à Sanctis Paulo & Joanne Apostolis ducebat originem, atque ita erat Canon Apostolicus. Uti enim Apostolorum Decreta, ita & Gesta esse nobis agendi regulas adfirmat Sanctus Joannes Chrysostronus in libris de cordis compunctione. Nihilominus Ecclesie Constantinopolitanæ Clerici noluerunt acquiescere, & denuò dixerunt: Ea, quæ sanctorum Patrum centum quinquaginta sunt, teneant; privilegia Constantinopoleos ne depereant. Ordinatio secundum morem ab Archi-Episcopo nostro fiat. Ajunt etiam se velle ut serventur Canones: Tertius Synodi Constantinopolitanæ Canon, Regiæ civitatis Episcopo tribuens secundum in Ecclesia locum. Ad rem non erat. Istum quippe Canonem semper reprobavit Romana Ecclesia, & nudum ille locum, nullum in aliena Provincia consecrandi jus dabit. Quia tamen Canonem probabat Orientalis Ecclesia, & quia Theodosius Augustus adfirmabatur hæc Episcoporum Constantinopolitanorum invasionibus semper fuisse cooperatus, hæserunt gloriosi judices, interlocuti: Prospicimus quia hic deliberatione opus habet sanctum Concilium de ordinatione Episcopatus Ephesinæ Ecclesie. Unde si videtur, cras hoc perfectius disponetur.

ACTIO XII.

AD Actionem duodecimam, factam tertio Kalendas Novembres, gloriosi judices sunt locuti: Sollicitudo necessaria Reipublicæ negligitur, nobis propter fidem sancto Concilio adeò frequenter adesse à Divino Apice jussis. Quia ergo diu nos à necessariis Reipublicæ abduci non est possibile, velocem questionibus finem imponere festinantes, primo ordine dicere sanctam Synodum petimus, si quid amplius deliberavit de sanctissima Ephesorum Ecclesia, utrum alium ei Episcopum oporteat ordinari, an certè Bassianum reverendissimum Episcopum recipere, ac Stephanum reverendissimum Episcopum esse. Omnia enim, quæ ad eos pertinent, besterno die sufficienter examinata noscuntur. Respondit Anatolius Constantinopolitanus Episcopus, denuò decernens Neutrum horum esse illius civitatis Episco-

Episcopum, sed alium debere ordinari, eò quod præter Canones sibi Episcopatum usurparint; habere autem eos & dignitatem Episcopatus, & à sancta ascendens Ecclesia. Quod ipsum Legati Romani judicant. At aliud censuit Julianus Coensis Episcopus, Sancti etiam Leonis, licet non ad Synodum, tamen ad Marcianum Augustum & Orientalem Ecclesiam Legatus: Non debent ambo projici.

Hinc iterum gloriosi judices, litibus hæc lassati: Quotiam sæpè nobis interloquentibus, & poscentibus proferri sententiam de Episcopatu sanctæ Ecclesie in Epheso constitutæ, perfectæ responsio omnibus non est data, venerabile & immaculatum Evangelium in medio proferatur. Viderunt ex adfectu & humano die rem agi, ideòque illum ab ipso Domino nostro Jesu Christo, per sacrosanctum Evangelii codicem representato, censuerunt eliminandum. Productus est igitur codex ille, & tunc iterum laudati judices: Similem petitionem sanctæ Synodo rursum offerimus, propositis sanctis Evangelii adhortantes, vos neque duorum quempiam ledere, si forte quisquam eorum dignus est Episcopatum obtinere; neque memoratam Ecclesiam, si alteruter indignus est, sed secundum Deum, & secundum quod dignum est atque decens, & utile sanctæ Ecclesie, quæ sunt visa decernere. Anatolius & Romani Legati perstiterunt in suo suffragio, eosque Episcopi plurimi sunt secuti. Perstitit & in suo Julianus, cum hoc tamen additamento: Secundum regulas quidem neuter esse debet, per clementiam verò Synodus Asiana eligat quis debeat esse. Quod ipsum placuit Maximo Patriarchæ Antiocheno: Absque regulis ambo Episcopatum obtinuerunt. Quis autem eorum dignus est esse in civitate per clementiam, à sanctissimis Provinciæ Episcopis est dicendum. A solius Provincie, non à totius dioceseos Episcopis id judicandum censuit Diogenes Cyzicenus. Ex quo dubium manet, an à solis suæ Provincie, an à totius dioceseos Episcopis eligi consuerit Primas Ephesinus. Attamen cum Juliano & Maximo etiam Diogenes censuit, non novum fieri Episcopum, sed alterum ex dispensatoria clementia relinquendum: Utique ne ordinationem invaderet præsens Anatolius, suorum Antecessorum in illam Ecclesiam violentias firmaturus, denuòque turbaturus grandem illam civitatem.

Attamen major Synodi pars Romanis Legatis ac Anatolio adhæsit, ideòque gloriosi judices concluderunt: Placet sancto Concilio interlocutio Dei amantissimi Episcopi Anatolii, & reverendissimi Episcopi Paschasinii, obtinentis locum Romanæ Apostolicæ Sedis, qua declaratum est ambos esse quidem removendos, tanquam præter regulas factos, alterum verò ordinari debere, predictos autem habere Episcopi dignitatem, & à sanctissima Ephesina Ecclesia nutriendos. Et omnis Synodus acclamavit: Hæc pia interlocutio, hæc secundum regulas est. Exclamationem gloriosi judices acceperunt pro sententia, & pronuntiarunt. Sententia taxavit annuam Stephano & Bassiano, mtrimenti & consolationis gratia, dandam pensionem, nempe singulis annis solidos aureos ducentos. Et rursum Synodus acclamavit: Hæc iusta sen-

tentia, hæc pia forma, hæc se habent. Et hinc patet verum esse, quod in litteris ad Francorum Legatos, Constantinopolim proficiscentes ad Augustum Justinianum, scribit Italiae Clerus: Græci Episcopi habent divites & opulentas Ecclesias.

Et Stephanus & Bassianus sententia acquieverunt, addidit tamen posterior: Quæ mihi abrepta sunt jubete restitui. Et gloriosi judices: Si quid Bassiano reverendissimo Episcopo ex rebus illi competentibus direptum est, sive à Stephano reverendissimo Episcopo, sive ab aliis quibuscumque personis, hoc ei post judiciales probationes ab his qui abstulerunt, vel causa lesionis fuerunt, restituetur. Ita Stephani & Bassiani, non Ephesini Primatus & autocephalia questio fuit finita. Eam per septimum decimum & vigesimum octavum Canonem definiit Actio decima quinta, & sexta decima confirmavit, Ephesinam Ecclesiam autocephalia exuens, subjugans Ecclesie Constantinopolitanæ, & ejus Episcopum ad hujus Patriarcha mandans consecrari. Definiendi fundamentum edicit Relatio synodalis ad Sanctum Leonem Papam: Eam consuetudinem, quæ ex longo jam tempore permansit, quam habuit Constantinopolitanorum sancta Dei Ecclesia, ad ordinandum Metropolitanos Provinciarum, tam Asiæ, quam Ponticæ & Thracicæ, & nunc synodali Decreto firmavimus, non tam sedi Constantinopolitanæ aliquid præstantes, quam metropolitanis urbibus quietem congruam providentes, eò quod frequenter Episcopi vitam suavitibus multæ turbæ nascuntur, Clericis ac populis, qui per easdem sunt civitates, absque Redore remanentibus, & Ecclesiasticum ordinem confundentibus. Quod nec vestram latuit Sanctitatem, maximè propter Ephesum, quorum causa sæpè molestia affecti fuistis. Etenim adversus Bassianum à Sancto Proclo confirmatum quidam super Romam appellarant, omnemque ejus Episcopatum impetrarant cassari. Erat Relatio falsa: Ephesii quippe non ex novi Episcopi electione, sed propter ejus Constantinopoli factam consecrationem aut petitam confirmationem fuerant tumultuati, atque ita tumultus hos Decretum istud non sistebat, sed provocabat. Et etiam ex hac causa fuit à Sancto Leone reprobatum. Stephani insolentis debemus Canonem decimum octavum, vetantem conjurationes.



ACTIO XIII.

Inter Eunomium Nicomediensem Episcopum, Bithyniæ Metropolitanam, ac inter Anastasium Nicænum Episcopum, in eadem Provincia Metropolitanam nominalem, erat antiqua lis de potestate metropolitana, quoniam Anastasius fecere Provinciam, ac sese in verum unius partis Metropolitanam exaltare tentarat. Hinc Marciano Augusto preces obtulit Eunomius, questus Ecclesiæ suæ avita privilegia, Nicænos Canones, antiquam consuetudinem, Ecclesiasticasque imperiales formas infringi ab Anastasio, & rogans causam suam judicari per Synodum præsentem. Hæc preces legi sibi iussit Actio decima tertia, tertia tertio Kalendas Novembres, eisque auditis gloriosi iudices dixere: *Quid ad hæc reverendissimus Anastasius allegat? Et Anastasius: Accusavit me, quasi ego aliquas novitates introduxissem, aut violentiam fecerim. Unum ex his, quæ dicit, ostendat. Ego autem contrarium monstraturus sum, quoniam abrupit Parochias meas, & multa, quæ non est consuetudo facere Nicomediensem, fecit in me, & passus sum ubique, supplicans Archi-Episcopo, Patriarchæ Constantinopolitano, & jura mea examinari deposcens secundum antiquitatem & regulas. Nec enim ego aliquid amplius volo.*

Questio erat de civitate Basilonopolitana, quæ olim, sicut Tacteus & Doris, Nicæna parochiæ oppidum fuerat, à Juliano Augusto exaltata in civitatem, atque ita coeperat habere Episcopum, de qua re ita Anastasius: *Imperator Julianus, aut nescio quis ante eum, Basilonopolim fecit civitatem, & sumens ex Nicæa Curiales ibi constituit, & consuetudo ex tunc hæc tenet observatur. Et si forte defuerit in Basilonopoli Curialis, de Nicæa mittitur ibi, & rursus de Basilonopoli transferitur in Nicæam. Quæ cum prius fuisset regio, postea civitas effecta est. Ex illo perspicuum est ab Episcopo Nicæno fuisse ibidem Episcopum ordinatum & semel & secundo. Et sunt Epistolæ beati Joannis Episcopi Constantinopolitani ad Nicænum Episcopum, ut iret & emendaret Ecclesiam, tamquam sibi met competentem. Habeo litteras ad beatæ memoriæ Proclum. Ostendo ego, quot à Nicæa ordinati sunt, & ostendat Eunomius quoque quot à Nicomedia sunt ordinati. Solo nomine Metropolitanam fatetur se Anastasius, ex bino tamen fundamento spectare ad se ait Basilonopolim. Primum quod Julianus Augustus ipsam ex oppido civitatem faciens voluerit semper dependere à Nicæa quoad Curiam & Curiales, istamque formam admiserit etiam Ecclesia; Nam primus ejus & secundus Episcopus fuerit consecrati à Nicæno. Secundo, quod istum ipsum probavit etiam Sanctus Joannes Chrysostronus Patriarcha Constantinopolitanus in litteris etiamnum existantibus ad Proclum Episcopum Nicænum. Nempe à gloriosis iudicibus rogatus, Quomodo monstrare promitteret Basilonopolis Ecclesiam sub Nicæa esse, utrum secundum Canones, an ex aliqua consuetudine, consuetudi-*

nem Anastasius adduxit. Ita Laudunensem Ecclesiam, quam ex parochiæ Remensis oppido civitatem & ex Plebania Episcopalem cathedram fecerat Sanctus Remigius, Ecclesiæ Remensis non solo metropolitico jure, sed & speciali originis debito subesse, utramque esse ac semper manere quasi eandem Ecclesiam, ac Laudunensem Episcopum esse Remensis quasi Chorepiscopum prætendit Hincmarus Remensis Metropolitanus, probans ex simili ob similem causam dependentia Ecclesiæ Fuffalensis ab Hipponensi. At istud in Fuffalam jus nunquam prætendit Sanctus Augustinus, nec in sacris Canonibus habet fundamentum.

Et hinc Anastasio Eunomius reposuit: *Non potest ostendere Anastasius Ordinationem se fecisse, quod est semel fecit per subreptionem, secundum Canones nequaquam mihi præjudicare potest. Canonibus ait à consuetudine non posse derogari, ideoque ex his, non ex ista quæstione definiendam. Et Anastasio reponenti, Non ego, sed Deceptor meus fecit, reddidit: Semel fecit, an frequenter? Si semel fecit, per subreptionem; vel contigit forte, ut tunc non haberet Episcopum metropolis Nicomedia, & indignum à Nicæno fieri: Hinc nullum mihi præjudicium secundum regulas generatur. Possim enim ego monstrare multos à Nicomedia ordinatos; tu verò nescio si possis vel unum ostendere. Adseverat etiam consuetudinem Anastasio non suffragari. Et reverà Anastasio solum primum Basilonopolis Episcopum ostendere potuit fuisse à Nicæno consecratum. Notanda sunt hæc Eunomii verba: *Indignum à Nicæno fieri.* Ajunt Nicænum fuisse Bithyniæ Proto-Thronum, ideoque Ecclesiæ Nicomedienensis vacantis visitatorem & Vicarium, & quidem, uti in aliis hinc inde fuit Provinciis, cum potestate Episcopos Provinciales consecrantes.*

Ad secundum Anastasii fundamentum, ex Sancti Joannis Chrysostromi auctoritate desumptum, Eunomius etiam respondit: *Quia Anastasius excommunicavit Clericos Basilonopolis mihi subiectos, possim ostendere. Testem voco sanctissimum magnæ Constantinopolis Archi-Episcopum, qui suscepit eos, & reddidit eis communionem. Et Anastasio reponenti, Non verè dicit, denuò reddidit: Do Epistolam Domini Archi-Episcopi, ubi reddidit eis communionem, & ubi rescripsit tibi, quod præter Canones fecisti. Ostendo Decreta Basilonopolitana, ubi rogaverunt de Episcopo. Ostendo tu, ubi rogaverint Nicænum, ut eis faceret Episcopum: Clerici Basilonopolitani ob nescio quam causam ab Anastasio excommunicati provocarant ad Sanctum Proclum Patriarcham Constantinopolitanum, fuerantque ab illo absolvi, increpatum autem Anastasius, tamquam qui in alienam & non subjectam Ecclesiam latrans istud convicium, peregrinum iudicium attentasset, ac deliquisset in sextum Canonem Nicænum. Ex hisce Sancti Procli litteris lucere, quod Basilonopolim Nicææ nunquam subiecissent Patriarchæ Constantinopolitani, adseruit Eunomius, flagitans Anastasium cogi ad ipsas producendas: Addidit Episcopalis electionis Decretum ab Ecclesia Basilonopolitana vacante nunquam ad Nicænum,*

Nicænum, sed ad Nicomediensem Episcopum semper fuisse hucusque directum, & Electi confirmationem & consecrationem ab hocce solo semper postulatam, adeoque ipsum esse ejus privativè Metropolitanam.

Ad quæ rursùm Anastasius: *Jubeat me probare paululum. Obtuli libellos Archi-Episcopo Constantinopolitano, qui fuit, rogans eum ut vocaret Dominum Eunomium Episcopum, & audiret inter jura nostra. Dedit litteras ad me & ad eum, scribens ambobus, ac dicens: Nullus vestrum introducat aliquam novitatem, sed consistite in rebus antiquis. Ego enim novi, quomodo debeam metropoles honorare. Et habeo hujusmodi litteras, & ego & ipse. Accepi ego tales litteras: Sciunt hoc & Notarii. Dicant & alii. Venerunt Basilonopolitani Clerici, adeuntes me adversus Episcopum suum. Ego custo diens mandata Episcopi, dixi: Non vos suscipio, sed ite ad Archi-Episcopum, & si mihi jusserit, audiam. Et relinquentes illi & me & ipsum, venerunt ad Sanctitatem Domini Eunomii: Dederunt ei libellum adversus Episcopum suum. Misit ipse repente præsentans, seu evocans, Episcopum Basilonopolis: Confugit Episcopum ad me. Episcopum ad Nicænum, Clerici confugerunt ad Metropolitanam Nicomediensem: Hic illum, iste hos excommunicavit uti contumaces, atque hinc nata est præsens lis de jure metropolitico in civitatem Basilonopolitanam.*

Porrò istud Patriarchæ Constantinopolitani, quidquam ab utroque Metropolita innovari ventantis, Rescriptum ostendit adductam à Nicæno consuetudinem, fundatamque in ipsa possessionem fuisse infirmam & caducam, ideoque gloriosi iudices sunt interlocuti: *Canones legantur.* Et statim Beronicianus sacri Consistorii Secretarius legit quartum Canonem Nicænum, statuentem, ut consecrandorum Episcoporum confirmatio & suprema potestas sit penes solum Metropolitanam. Ad quæ Anastasius: *Consentio Canonem. Si non fui Metropolitanus, nec ego illic habeo partem.* Dixit se, licet non totius Bithyniæ, tamen in Bithynia esse Metropolitanam, proindeque & sibi esse debere aliquam metropolitice potestatis partem, seu potestatem metropolitice in aliquas Provincias civitates.

Dependebat id ex mensura & modo datæ ipsi dignitatis metropolitice. Hinc ad ipsum gloriosi iudices: *Ostende quemadmodum jura Metropolitanam habes.* Et ipse: *Supplicio legi legem Valentis Augusti, qua ille Nicænis, ob ejus ad imperium exaltationem publica gaudia celebrantibus, allegantibus civitatem suam jam olim ab Augustis Principibus fuisse nominatam metropolim, supplicantibusque dignitatem hanc sibi fieri firmam ac immobilem, atque etiam augeri, adnuerat in hæc verba: Permaneat in perpetuum ista consuetudo, & civitas vestra sit metropolitana, consuetudine tamen in processu Bithyniæ iudicis permanente. Nullus enim auferat aliquid aliorum. Qua lege lecta, reposuit Eunomius: Rogo vestram Magnificentiam, ut jubeatis legi legem Valentianiani Augusti, concessam postmodum Nicomedienfibus, cujus hic tenor: Circa privilegia*

civitatis vestra, quæ olim fuerat, consuetudo prisca servetur. Neque enim honoris adjectio Nicænorum civitatis jus vestrum ledere poterit, cum augetur dignitas Nicomedienfium civitatis, quando illa, quæ secundo loco est, metropolis nomine vocatur. Adversum Nicænos, ex Valentianum indulto philacteria dilatantes, apud Valentianum intercessere Nicomedienfes, ac impetrarunt legem, quæ istorum metropolitico privilegio declaravit esse dumtaxat nominale. Et utraque lex solis civilibus rebus statuit, nequaquam Ecclesiasticis.

Hinc gloriosi iudices sunt interlocuti: *Nullæ ex his Divinæ litteræ de Episcopatu loquuntur, utraque enim honorem tribuunt metropolitanis urbibus. Sacra autem litteræ Valentis, quæ Nicæna civitati tribuerunt metropolitico jus, præcipiunt ab aliis civitatibus nihil auferri: Et adducta sanctorum Patrum Nicæna regula de uno Metropolita in unaquaque Provincia decernit: Quid igitur de hac re Concilio sancto videtur? Et Synodus clamavit: *Canones teneant, Canonibus satisfiat.* Atticus Nicopolitanus Episcopus, veteris Epiri Metropolita addidit: *Regula Nicæna ita præcipit, ut in unaquaque Provincia Metropolitanus habeat potestatem, & ipse constituat omnes, qui in ea Provincia sunt, Episcopus. Et hic est sensus regule. Nicomedienfes autem Episcopus, quia jam pridem hæc metropolis est, debet omnes Episcopos, qui in eadem Provincia sunt, ordinare.* Ait per adductas leges Bithyniam non dividi in duas Provincias, ideoque omnem istic metropolitice potestatem ex quarto Nicæno Canone esse Nicomedienfem. Et omnis Synodus acclamavit: *Hæc omnes volumus, hæc ubique teneant.* Bithynia erat Ponticæ dioceseos Provincia, ideoque Joannes Sebaftenus in prima Armenia, Constantinus Melitenfem in Armenia secunda, Patricius Thyanenfem in Cappadocia secunda, Petrus Gangrenfem in Paphlagonia Metropolitanæ, ac reliqui in Pontæ Episcopi per dictum Joannem adjunxerunt: *Canones unum sciunt Metropolitanam antiquiorem, & manifestum est quoniam religiosissimo Episcopo Nicomedie ordinationem ipsa facit in Basilonopoli cum reliquis, aut eam permittit fieri, sicut litteris, quæ veniunt vel venerunt, ostendere possumus. Et rogamus ut Episcopo proponantur. Legitimi Patriarchæ jus est non solos suæ dioceseos Metropolitanas, sed & Provinciales Episcopos, vicinos quidem propriis manibus; remotiores autem prævio suæ confirmationis Decreto promoveri & consecrari: Liquet ex litteris Innocentii primi Pontificis ad Alexandrum Patriarcham Antiochenum. Istud**

Epist. 18. in Thraciam & Ponticam diœcesin, & hujus præsertim vicinissimam Provinciam Bithyniensem invadere cœperat Sanctus Joannes Chrysostomus, ejusque successores continuarent: Hinc ipsum non lædi, adeoque Basilionopolitani Episcopi consecrationem Metropolitæ Nicomedienfi privativè non adscribi Ætius postulavit. At quidam Canonum zelosi Episcopi reclamarunt: *Canonnes teneant, Canonibus satisfiat*. Et placuit gloriosus iudicibus. Hinc enim Synodi de Nicæni dignitate dumtaxat nominali, & plena Nicomedienfi metropolitica potestate iudicium confirmarunt, ac Ætiii postulationibus responderunt: *Quæcumque sedi Constantinopolitane de faciendis ordinationibus in Provinciâ competunt, hæc suo ordine examinantur*. Equæ sententiæ gratias egit Euanomius, & adjunxit: *Diligo Archi-Episcopum splendidissimæ Constantinopolis*. At dummodò aliena jura non invadat.

ACTIO XIV.

Actio quarta decima, facta pridie Kalendas Novembres, discussit causam Sabiniani & Athanasii, contententium de Parrhensi Episcopatu in Provincia Eufratefia. Athanasium Domnus Patriarcha Antiochenus synodaliter degradarat, ac ex illius jussu Stephanus Metropoli Hieropolitani in ejus locum ordinavit Sabinianum; at verò in Ephesino latrocinio Dioscorus restituerat Athanasium, ejectione Sabiniano, & quidem nec auditò nec citato. Quare hic omnia Marciano Augusto & præsentii Synodo questus est, reparari postulans, levisque ipsius libellis gloriosi iudices sunt interlocuti: *Respondeat Athanasius reverendissimus Episcopus*. Respondit ille se à suis Clericis fuisse quidem accusatum de variis, damnatumque à Domino; verum ejus Synodum fuisse prædatoriam, utpotè sacræ delegationis, per Sanctos Cyrillum & Proclum probatæ prævaricationem, ideòque se Ephesi legitime restitutum. Antiochenam Synodum postulavit legi, & se ex Actis ejus iudicari. Lecta fuit, & tum gloriosi iudices sunt interfecti: *Si qui eorum, qui tunc cum Domino deposuerunt Athanasium, adsident Sancto Concilio, in medium transeant*. Et statim prodierunt Theodorus Damascenus, Theodotus Berhæensis, Gerontius Seleucienfis in Syria, Damianus Sidonienfis, Joseph Heliopolitanus, Sabbas Palæstensis, & Sophronius Constantinensis Episcopus, attestantes Athanasium, non quidem ob probata crimina, sed ob contumaciam fuisse legitime damnatum.

Quare gloriosi iudices Athanasium rogarunt, cur tertium à Domino citatus non adfuerit, apud Synodum se purgaturus. Respondit: *Quoniam inimicus meus erat ipse, qui iudicabat, Antiochenus*. Exceptio non purgabat contumaciam, ideòque gloriosi iudices censuerunt Athanasium legitime damnatum, legitime item promotum

Sabinianum, atque ita in Episcopatu manutene-
nendum. Addidere Athanasio intra octo menses à Maximo Patriarcha Antiocheno de objectis olim criminibus instaurandum iudicium, convictumque in degradatione firmandum, quin & tradendum publicis legibus ac brachio sæculari: *Si verò intra hoc tempus non agatur adversus eum, vel si agetur, & non convincatur, Athanasius quidem Episcopatum recipiet, Sabinianus verò & dignitatem Episcopatus habeat, & substitutus sit, & pascatur, sicut reverendissimus Antiochenorum Maximus secundum facultatem Parthenorum Ecclesiæ disposuerit*. Quod iudicium omnis Synodus probavit. Hæc verba, *Et substitutus sit*, Sabiniano tribuunt coadjutoriam cum futura successione, qualem sub Valerio Hipponensi Episcopo habuit Sanctus Augustinus. Athanasius quippe erat tenex.

Eufratefia Provincia olim dicta fuit Comagena, de qua, Orientalem diœcesin describens, L. 14. Ammianus Marcellinus: *Prima post Osrboenam* c. 26. Provinciam Comogena, nunc Eufratenfis, adurgit, Hierapoli, veteri Nino & Samosata, civitatibus amplis, illustribus. Et in libris de bello Persico Procopius Cæsarensis: *Regio, quæ è Samosatis extra Eufratem est, jam dudum Comagene, nunc autem ex fluvii nomine Eufratefia vocata est*. Vocari Augusto-Eufratefiam, & à Vespasiano redactam in Provinciam scribit in Augustorum Epitome Aurelius Victor. At verò factum id post Antiochi Regis mortem fuisse à Tiberio Cornelius Tacitus in Annalibus assermat. Nempè Cajus Caligula Antiocho dicti Antiochi filio reddidit regnum extractis Romanis facibus, atque ita mansit usque ad Vespasianum. Quare Isaacus Casaubonus in suis ad Svetoniam notis, duos istos Antiochos confundens, circumscribitur. Comageni nominis rationem edicit laudatus Procopius: *Civitatem rursus nobilem hic Orestes condidit, ac templa duo, alterum Diane, alterum Iphigeniæ sorori, quæ postea Christiani in sua templa converterunt; nullo adificiorum penitus mutato. Vocavit & eam urbem Comanam, ab excisa rursus coma ipsius à morbo penitus liberati. Nonnulli non alium, quam insanie morbum fuisse dicunt, quæ correptus fuit dum matrem necavit*. Ad-
dit adfiduè, *Rursus: Quod eadem omnia etiam in Ponto Polemoniaco Orestes egisset*. Nam & istic est civitas Comana, quam conversam ad Dominum, Episcopali cathedra donatam, primumque illi Sanctum Alexandrum Carbonarium fuisse à Sancto Gregorio Thaumaturgo imposi-
tum Episcopum, scribit in hujus vita Sanctus Gregorius Nyssenus. Hæc dicta volui, quod ex ista Provincia prodierint Theodoretus, Sanctus Eusebius Samosatensis Episcopus, Paulus Samosatensis, Nestorius, Eudoxius Patriarchæ Constantinopolitani, & alii plures virtutibus aut facinoribus famosi.



ACTIO

ACTIO XV. & XVI.

Quintadecima Actio edidit triginta, aut sanè viginti octo Canones. Decima sexta scribitur fuisse facta quinto Kalendas Novembres. Ubi rectè Scholiastes marginalis: *Numerus videtur corruptus. Nam Actio decima quarta habita fuit pridie Kalendas Novembres, & decima quinta eodem die post Legatorum discessum, ut testantur ipsi, hæc autem die sequenti. Quare legendum esset: KALENDIS NOVEMBRIBUS. Tamen quia in omnibus codicibus manuscriptis, quos habuimus, tum Græcis tum Latinis, sic reperitur, nihil mutare voluimus. Hac igitur in Actione Sanctus Paschasius Romanus Legatus gloriosus iudices est adfatus: Domini totius orbis pro catholica fide decertantes, sancire dignati sunt, quatenus unam fidem teneant omnes Ecclesiæ pro bono pacis: Majori autem cura & nunc & in posterum illorum Clementia providere dignata est, ne qua rursus contentio inter Dei Sacerdotes, aut schisma, aut aliquid nascatur scandalum. Hesterno enim die, postquam Poeschas vestra surrexit, & Humilitas nostra vestigia vestra secuta est, quedam Gesta facta dicuntur, quæ nos & præter Canones Ecclesiasticos & disciplinam æstimamus effecta. Possumus ergo ut vestra Magnificentiæ relegi hæc præcipiat, ut omnis fraternitas inspiciat, utrum iusta sint, an iniusta. Rectè ad Maximum Antiochiæ Patriarcham scribit Sanctus Papa Leo: *Subrepenti occasiones non prætermittit ambitio, & quoties ob intercurrentes causas generatis congregatio facta fuerit Sacerdotum, difficile est ut cupiditas improborum non aliquod supra mensuram suam moliat appetere. Græcorum Episcoporum vetusta vanitas est mutuos esse invadere, Constantinopolitanum Episcopatum exaltare, atque ita ambitiosis, Canonum prævaricatoribus, & scandalosarum postea turbarum auctoribus constitutionibus generales Synodos sedare. Et ita omnino fecerant in Actione præcedenti per Canonem vigesimum octavum. Hinc de Attentato erubescens Ætius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Archi-Diaconus adversum gloriosorum iudicium, Gesta ista relegi iubentium, interlocutionem intercessit: *Certum est, quia formam ea, quæ de fide sunt, susceperunt. Consuetudo autem est in Synodis, postquam ea, quæ sunt omnium præcipua, fuerint definita, & alia quedam necessaria examini atque firmari. Habuimus, hoc est, Constantinopolitana sanctissima Ecclesia, certa quedam quæ agere deberemus. Rogavimus Dominos Episcopos de Roma, ut communicarent iis gestis: Refutaverunt, dicentes talia se non suscepisse mandata. Retulimus & adversam Magnificentiam, & iussistis, ut præsens san-
dum Concilium hoc ipsum inspiceret. Procedente vestra Magnificentiâ, sanctissimi Episcopi, qui hic sunt, tamquam de communi causa surgentes poposcerunt hanc Actionem celebrari. Et adsunt hic, neque in occulto gestum est, neque furtim gesta sunt, sed consequenter & canonicè. Ita Canonum prævaricationem, & clandestinitatem, vitia Actioni istæ à Sancto Paschasio objecta, conatus est purgare.*
Cbrist. Lupi Oper. Tom. II.**

Dumtaxat conatus est: Etenim antiqua Synodorum regula quidquam proponi aut tractari, longè magis definiti vetat sine mandato Pontificis Romani. Et hinc adversum Ætiii verba, *Consuetudo est in Synodo, pergit Sanctus Leo in litteris ad Maximum Patriarcham Antiochenum: Quidquid præter speciales causas Synodali Conciliorum ad examen Episcopale deferunt, potest aliquam dijudicandi habere rationem, si nihil de eo est à sanctis Patribus apud Nicæam definitum. Nam quod ab illorum regulis constitutioneque discordat, Apostolicæ Sedis nunquam obtinebit consensum*. At verò vigesimus octavus Canon, de quo præcipua questio, sexto Nicæno palam adversatur.

Eum sibi ab Ætiii porrectum, atque à numerosis Episcopis subscriptum legit Beronicianus sacri Consistorii Secretarius, statimque Lucentius Romanus Legatus obviavit apud gloriosos iudices: *Primò, Gloria vestra pervidet, quæ circumventionem cum sanctis Episcopis gestum sit, ut non scriptis Canonibus, quorum mentionem fecerunt, subscribere sint coacti. Allegat duo Canonis substantialia vitia. Primò, dolum & metum Episcopis incussum, deinde caducum Canonis fundamentum, utique Canonem non scriptum, id est, reprobatum à Romana Ecclesia, ac ejus Codici non insertum, utique tertium Constantinopolitanum. Et adversus primum Episcopi reclamarunt: Nemo coactus est. Hinc de secundo perrexit Lucentius: *Accedit ad cumulum, quod trecentorum decem & octo constitutionibus postpositis, centum quinquaginta, qui in synodis Canonibus non habentur, mentionem tantum fecisse noscuntur, quæ dicunt ante octoginta prope annos constituta fuisse. Si ergo his temporibus hoc beneficio usi sunt, quid nunc requirunt? Si nunquam usi sunt, quare requirunt? Ait tertium Constantinopolitanum Canonem adversari sexto Nicæno, damnatum esse à Romana Ecclesia, ideòque non potuisse innovari.**

Quibus ex verbis novæ intercessionis ansam adripuit Ætius, ac perrexit: *Si de hoc capitulo aliquod mandatum acceperunt Domini Legati, profervant. Sperabat expressum illis non esse mandatum. Aft omnino erat, ipsumque ex charta legit Bonifacius Legatus: *Sanctorum quoque Nicænorum Patrum constitutionem prolatam nulla patienti temeritate violari, vel minus; ac si qui forte civitatum suarum potentia confisi, aliquid sibi tentaverint usurpare, hoc quæ dignum est constantia retundatis. Est unum è capitulis secretæ instructionis Apostolicæ, grandi Ecclesiasticæ eruditionis damno perditæ, aut alicubi latentis. Loquitur non dumtaxat adversum Constantinopolitanum, sed & adversum Hierosolymæ Episcopum, cujus utriusque jam veteres Ecclesiarum rapinas, & in Ephesino tam Concilio quam latrocinio irregulares machinas narrat Sanctus Leo, volebatque in hac Synodo compressas. Et hinc non solum sextum, sed & septimum Nicænum Canonem, Æliensis Episcopi superbis cogitationibus ex tunc adversum, Sanctus Paschasius produxit.**

Edictum igitur heri Canonem Romana Legatio adversum, antiquis Canonibus consonum, & ex ipsorum consequentia factum adfervavit
P p Ætius,

Ætius, atque ita gloriosi iudices sunt interlocuti: *Utraque pars Canones proponat*. Et statim Sanctus Pachasius recitavit sextum ac septimum Nicænum; sextum cum hac epigraphæ seu exordio: *Quod Romana Ecclesia semper habuit Primatum*. Eundem, at sine isto capite, produxit Ætius, ac insuper tertium Constantinopolitanum, qui Canoni heri edito palam etiam adversatur. Etenim Thraciam, Ponticam, & Asiaticam dioceseos mandat administrari à suis Primatibus, omnemque peregrinam potestatem ab illis excludit. Hinc de solo illo gloriosi iudices sunt interlocuti. *Hi, qui relecto tomo, seu heri edito Canoni, subscripserunt Asiaticæ & Ponticæ sanctissimi Episcopi dicant, si propria voluntate, vel imposita aliqua sibi necessitate coacti subscripserunt*. Agebatur de primatiali istarum dioceseon dignitate insigniter mutilanda, & illis tollendo autocephaliæ apice: Hinc sine spectantium ad dictas dioceseos Episcoporum, Metropolitanarum præsertim, adfensu res tanta non poterat definiri. Quidam consenserunt, quidam merito repugnarunt, nolentes Pseudo-Canonis subscribere, ideòque solos, qui subscripserant, iusserunt gloriosi iudices prodire in medium & de suffragii sui libertate pronunciare. Quod nempe illos fuisse dolo circumductos Lucentius Legatus adfirmasset. Prodire jubentur soli Asiatici & Pontici, de Thracibus nulla est mentio: Quod Constantinopolis esset intra Thraciam, & omnes ejus Episcopi, etiam Heracleensis Primas, jugo Constantinopolitano jam pridem spontanei sese subdidissent.

Ex Asiatica diocesi in medium prodierunt Diogenes Cyzicenus Hellepontii, Florentius Sardinensis Lydiæ, Romanus Myrensis Lyciæ, Nunnechius Laodicensis Phrygiæ Trimitariæ, Marinianus Synnadenensis Phrygiæ Salutaris, & Pergamius Antiochenus Episcopus, Pifidix Metropolitana, cuncti per Nunnechium dicentes: *Gloria sedis Constantinopolitanae, gloria nostra est. Hujus enim honoris nos sumus quoque participes, quoniam sollicitudines nostras suscepit, & gratum habemus ut uniuscujusque Provinciæ metropolis hic ordinetur. Unde & sponte subscripsimus*. Dixerunt id & consuetudini & Canonibus conforme. Quidam sese, quidam etiam suos Antecessores addiderunt ordinatos Constantinopoli. Quod ipsum Calogerus Claudiopolitanus Honoriadis Provinciæ, Seleucus Amasenus Helenoponti, Eleutherius Chalcedonensis in Bichynia, & Petrus Gangrensis Episcopus, Paphlagoniæ Metropolitana in Pontica diocesi, sunt professi. Adjunxit Eusebius Episcopus Dorylæensis: *Sponte subscripsi, quoniam & hanc regulam sanctissimo Papæ in urbe Roma ego relegi, præsentibus Clericis Constantinopolitanis, eamque suscepit*. Ab Ephesino latrociniis & Chrysofaphii eunuchi violentia Romam profugus Eusebius Leoni Papæ exposuit Dioscoriani in Sanctum Flavianum odii causas, quarum una erat inita inter Dominum Antiochiæ Patriarcham & Regiæ civitatis Ecclesiam de servando tertio Constantinopolitano Canone transactio: Ejus justitiam prædicavit, & quoniam disertè forsan non contradixit ad grandiora causæ momenta atten-

tus Pontifex, existimavit Eusebius regulam ab illo probari. At certum est insigniter errasse. Nihilominus reliqui ejusdem dioceseos Episcopi una voce adclamarunt: *Sponte subscripsimus*.

Quare gloriosi iudices perrexerunt: *Relectis subscriptionibus, & uniuscujusque subscribentium depositione manifestata, quia nulla necessitate, sed voluntate propria subscripserunt, hi qui non subscripserunt sanctissimi Episcopi quid edocent?* Nostise voluerunt rationes negati suffragii & subscriptionis. Primus è Pontica diocesi respondit Eusebius Ancyranus Episcopus, primæ Galatiæ Metropolitana: *Ego meum didurus sum verbum, nullum in commune præjudicium faciens. Quoniam penitus desisto à desiderio ordinationis, rebus ostendit Petrus etenim Episcopus, qui modò testatus est, de Gangris est Episcopus. Ante hunc enim qui fuit ego ordinavi. Omnis enim civitas ad me venit in Ancyra, Decreta portantes. Respondi ei dicens: Ego non sum ex eis qui ordinare desiderant. Commemorabant verò mihi priores, qui fuerant ordinati ab Episcopo Ancyranorum, unum, alterum, tertium. Ego dixi: Quæcumque mihi dicitis, ego meipsum in iudicium non conjicio. Post hæc veniunt rogantes beatum Proclum*.

Quæstio hic nascitur, Qua auctoritate Metropolitana Ancyranus consecravit Paphlagonum Gangrensem? Etenim Nicæni Canones, uti peregrina iudicia, ita & peregrinas præsertim Metropolitanarum consecrationes vetant, fieri mandantes aut per Primatem, aut Patriarcham, aut per Episcopos Comprovinciales. Cur igitur Gangrensis à Cappadocum-Cæsareensi non fuit consecratus? Est quæstio obscura, de qua ignorantiam fateri malim, quam sine fundamento divinare. Tres igitur Gangrenses Episcopos confirmarant & consecrarant Ancyranis, quarum verò Petrum consecrare noluit, sed Constantinopolim ad Sanctum Proclum misit Eusebius, se ipsum nolens in iudicium conjicere, hoc est, in lites cum Episcopis Constantinopolitanis, præsentibus omnes Ponticos Metropolitans esse suæ jam pridem consecrationis. Et hinc adducit ratio, ex qua tres Gangrenses fuerint consecrati ab Ancyranis. Primates Cæsareenses sui adversus Constantinopolitanum juris fuerunt semper tenacissimi, atque ita crediderim sacra illos lege seu iustione compulsos cedere, & à Metropolitanarum consecrationibus cessare. Hinc Gangrenses nolentes Constantinopolitano caput subdere, & Cæsareensi subdere interdicti, ex more voluerunt consecrari atque inthronizari à majori Episcopo, atque ita ad id Ancyranum elegerunt. Huic igitur mori pacis gratia cessit & cedit Eusebius, recusans tamen ipse apud Constantinopolim consecrari. Et edixit causam: *Rogo ut civitates pro ordinatione non solvant. Si enim non in civitatibus ipsi hi, qui eliguntur à civitate, ordinantur à Synodo Provinciæ, solvantur substantiæ. Et hoc probatum habeo, qui pro eo, qui ante me fuit, multa reddidi debita*. Non nudas Metropolitanarum consecrationes, sed & ipsarum emolumenta diligebant Constantinopolitani Episcopi, ipsos gravantes non solis Annatis, sed ipsorum exhaurientes ad usque pauperiem Ecclesias, quas indignissimas rapinas variis post-

postmodò legibus compefcuit Imperator Justinianus. Eas respexit etiam Pergamius in Pifidia Episcopus Antiochenus, in præsentem Episcoporum Constantinopolitanorum ambitum consentiens, verùm sub hac conditione: *Hoc solum rogo, ut si que aut per eorum Sanctitatis ignorantiam, aut per subreptionem inveniatur agi, pro ejus gloria vel pace sanctarum Ecclesiarum, & ejus apud omnes ad Deum comprobatione, hæc tamquam coram Patre discutiantur atque serventur*. Simoniz hujus infamiam à Regiæ civitatis Episcopo urbane derivat in ministros, rogat corrigi, & deinceps à consecrandis Metropolitanis nihil pendere, nisi quod ab ipso Patriarcha fuerit taxatum. Eadem de causa Eusebius Ancyranus, sciens non ministrorum, sed ipsorum Patriarcharum esse vitium, in istum ambitum nolebat consentire. Respondit verò Philippus Presbyter Constantinopolitanus: *Ex regula hæc sublata sunt. Hæc legibus & regulis sublata sunt. Altaria munda sunt*. Ait extorsiones istas esse à secundo hujus ipsius Synodi Canonè damnatas, Patriarcham Anatum esse à labe ista purissimum, ideòque nihil tale deinceps metuendum. Et Eusebius: *Per Dei gratiam opinio clara est sanctissimi Episcopi Anatolii; sed nullus immortalis existit*. Adfirmat vitium in successores facile renasciturum, ideòque ambitui non facile adfentiendum.

Hinc ex alio illum principio adgressus est ipse Anatolius: *A quo ordinatus es ipse?* Et Eusebius: *Hic malo meo repertus sum, & ordinatus à beato Proclo*. Ita tandem in ambitum consentit. Consentit & ipse Thalassius Primas Cæsareensis: *Pergimus ad Dominum Anatum Archi Episcopum, & statimus illud*. Consentiebat & Primas Heracleensis, Ephesina autem Ecclesia per Stephani & Bassiani dejectionem vacabat, atque hinc gloriosi iudices pronunciarunt: *Oportet sanctissimum*

*Archi Episcopum Regiæ Constantinopolis, novæ Roma, ejusdem Primatus honore frui, & ipsum sua potestate ordinare Metropolitans in Asiana, & Pontica, & Thracica dioceseibus, secundum hunc modum, ut Decreto facto à Clericis uniuscujusque metropolis, & Possessoribus, atque clarissimis viris, super hæc & à reverendissimis Episcopis Provinciæ omnibus aut pluribus eligatur is, quem præfati metropolitane Ecclesie Episcopi dignum esse probaverint. Referatur autem ab omnibus eligentibus sanctissimo Archi Episcopo Regiæ Constantinopolis, ut penes eum sit, si velit, hunc qui electus est advenire, & hic ordinari, an secundum ejus permissionem in Provincia ex Decreto Episcopatum consequi. Uniuscujusque tamen civitatis Episcopos ordinari ab omnibus aut pluribus Provinciæ Episcopis, potestatem habente Metropolitanano secundum Patrum regulas definitam, etiam nihil communicante in eorum ordinationibus sanctissimo Archi Episcopo Regiæ Constantinopolis. Et adclamarunt univèrsa Synodus: Hæc justa sententia. Omnes in hac sententia permanemus. Omnes eadem dicimus. Verùm Lucentius Legatus gravissimè intercessit: *Sedes Apostolica præcepit nobis præsentibus omnia fieri, & ided quæcumque in præjudicium Canonum hesternæ die gesta sunt nobis absentibus, Sublimitatem vestram petimus ut circumducti jubeat; sin alias, contradictio nostra his Gestis inhereat, ut noverimus quid Apostolico viro, & totius Ecclesie præcipuo Episcopo referre debeamus, ut ipse aut de suæ sedis injuria aut de Canonum eversione possit ferre sententiam*. Nihilominus Joannes Sebastianus Episcopus, primæ Armeniæ Metropolitana, ex totius Synodi sensu reposuit gloriosius iudicibus: *Omnes in sententia vestra Magnificentissimè permanemus*. Et ipsi gloriosi iudices: *Quod interlocuti sumus, tota Synodus approbavit*. Ita generales apud Græcos celebrata Synodi semper in cauda habuerit venenum.*





Faint, illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

DISSERTATIO POSTHUMA

De vocibus Substantia , Escentia , Persona , Subsistentia , Confub- stantialitate , &c.





DISSERTATIO POSTHUMA

De vocibus Substantia , Essentia ,
Persona , Subsistentia ,
Consubstantialitate,
&c.

CAPUT PRIMUM.

*Exponitur origo & ratio , ob quas Ecclesia
disputare cœpit de essentia , & Subsisten-
tia , seu de Natura &
Hypostasi.*



Lexandrinam Syno-
dum , quam ad quar-
ti sæculi annum se-
xagesimum septimū
fecerunt contra Ari-
anos Sanctus Athana-
sius , & Sanctus Eu-
sebius Vercellensis
Episcopus , exponit
Socrates , atque ad-
jungit : *Episcopi , qui*

Ariana Hæresis directe adversatur Sabellianæ , ac
ex ejus nimia fuga aut odio videtur exorta . E-
tenim Ariani Orthodoxos per calumniam passim
appellarunt Sabellianos . Et utraque Hæresis se
fundavit in Gentili Philosophia , quæ Usam &
Hypostasim , seu essentiam ac substantiam , seu
naturam & personam , censuit esse unum &
idem . Sabellius in Domino Deo unicam essen-
tiam , ideoque & unicam subsistentiam seu
Personam , Arius esse dixit tres substantias seu
Personas , ideoque & tres essentias seu naturas .
Hinc ergo utramque perversitatem everurus &
correcturus Hosius , disputavit de istis vocabulis ,
& demonstravit ipsa apud Christianam Philoso-
phiam longè plurimum differre . Verum Ario
non potuit persuadere .

Lib. 3. c.

*in Concilio Alexandrino aderant , banc de Usa id est
essentia , & Hypostasi id est substantia seu Persona
controversiam excusserunt . Nam Hosius Episcopus
Cordubæ , ab Imperatore Constantino ad tumultum
ab Ario concitatum sedandum missus , dum Sabellii
Arii dogma explodere cogitaret , de Usa & hypostasi
disceptavit . Unde materia alteri contentioni suppe-
ditata est . Verum id temporis in Nicæno Concilio de
ea controversia ne verbum quidem factum est . At
postquam nonnulli capere de ea digladiari , ob eam
causam in hoc Concilio de Usa & Hypostasi ista deci-
derunt . Socrati debemus gratias , quod istius
Alexandrinæ , quam ante Nicænam adversus
Arium celebravit Hosius , Synodi quædam acta
servavit , & transmisit ad nostram notitiam .*

Quod primus de istis vocibus , & ipsarum
distinctis significatis disputare cœperit , est à vero
devium . Socrates palam errat ; Etenim de hac
re scribit Facundus Episcopus Hermianensis :
*Personarum nomen , non nisi cum Sabellius impugna-
ret Ecclesiam , necessario in usum prædicationis as-
sumptum est , ut qui semper tres crediti sunt & voca-
ti , Pater , & Filius , & Spiritus Sanctus , uno
quoque simul & communi Personarum nomine voca-
rentur . Deinde etiam substantiæ dictæ sunt . Quo-
niam*

Lib. 1. c. 34

DISSERTATIO

POSTHUMA

De vocibus Substantia , Essentia ,
Persona , Subsistentia ,
Consubstantialitate,
&c.

niam Ecclesie placuit ad signifi-
candam Trinitatem, & hoc nomen distinctivum Personali tribuere. Quæstio
itaque aliquando de nomine Personæ & substan-
tiæ fuit, utrum ad significandam Trinitatem, quæ
Deus est, debet admitti, sicut & ipse Trinitatis
nomen ad assumptum est, non de eo quod semper tenuit &
predicavit Ecclesia, quia tres sunt qui testificantur
in Terra & hi tres unum sunt. Voces, Trinitas,
Persona, substantia censet Alexandria per Ho-
nium Synodo longe antiquiores; Censet introdu-
ctas ex occasione Sabellianæ Hæresis; Censet ante
illud tempus non fuisse apud Ecclesias. Et id
ipsum videtur docere Sanctus Augustinus. Et
enim in quindè de Sanctissima Trinitate libro
demonstrat vocem Græcam, Hypostasis, cum Latina
voce Substantia nullatenus esse synonymam, ideo-
que licet Græci dicant tres Hypostases, à nobis
tamen non posse dici tres substantias, atque pro-
sequitur: Dicimus tres Personas, quemadmodum
multi Latini ista tractantes; & digni auctoritate di-
xerunt, cum alium modum aptiorem non invenirent,
quod enunciarent verbis, quod sine verbis intelligen-
bant. Revera enim cum Pater non sit Filius, &
Filius non sit Pater, & Spiritus Sanctus nec Pater
sit, nec Filius, tres utique sunt. Idemque plurali-
ter dictum est: Ego & Pater unum sumus. Non
enim dixit unum est, quod Sabelliani dicunt, sed
unum sumus. Tamen cum queritur, Quid tres,
magna prorsus inopia humanum laborat eloquium.
Dicitur est tamen, tres Personæ, non ut illud dice-
retur, sed ne ræceretur.

C. 8. & 9.

C. 4.

Largius hæc exponit in septimo libro: Itaque
loquendi causa de ineffabilibus, ut fari aliquo modo
possimus quod effari nullo modo possumus, dictum est
à nostris Græcis, una essentia, tres substantiæ; à
Latinis autem una essentia, tres Personæ: Quia
non aliter in sermone nostro, id est Latino; Essentia
quam substantia solet intelligi. Et dum intelligatur,
saltem in enigmate, quod dicitur, placuit ita dici,
ut diceretur aliquid, cum quereretur; Quid tria
sunt, quæ tria esse fides vere pronunciat. Cum ergo
queritur, Quid tria, vel quid tres; conferimus
nos ad inveniendum aliquid speciale vel generale no-
men; quo complectamur hæc tria: neque occurrit
animò; quia excedit supereminentia Divinitatis usi-
tati eloqui facultatem. Verius enim cogitur Deus,
quam dicitur. Et verius est quam cogitur. De-
monstrat in creatis rectè dici tres homines, tria
Animalia, tres lauros, aliaque id genus. At ve-
rò in Deum dici non posse tres Deos, tres Pa-
tres, tres filios, aut tres Spiritus Sanctos. Am-
pli hæc versat, atque profequitur: Quia ergo Pa-
ter Deus, & Filius Deus, & Spiritus Sanctus
Deus, cur non tres Dei? Aut quoniam propter ines-
sabilem conjunctionem hæc tria simul unus Deus, cur
non etiam una persona, ut ita non possumus dicere
tres Personas, quamvis singulam quamque appelle-
mus Personam, quemadmodum non possumus dicere
tres Deos quamvis quemque singulum appellemus
Deum, sive Patrem, sive Filium, sive Spiritum
Sanctum? An quia scriptura non dicit tres Deos?
sed nec tres Personas alicubi scripturam commemo-
rare invenimus. An quia nec tres, nec unam per-
sonam scriptura dicit hæc tria; legimus enim Per-
sonam Domini, non Personam Dominum; propterea

licuit loquendi & disputandi necessitate tres Per-
sonas dicere, non quia scriptura dicit, sed quia scri-
ptura non contradicit. Si autem diceremus tres Deos,
contradiceret scriptura, dicens, Audi Israel, Domi-
nus Deus tuus unus est; Denuò hæc versat, ac re-
versat: Cum conaretur humana inopia loquendo pro-
ferre ad hominum sensus, quod in secretario mentis
pro captu tenet de Domino Deo Creatore suo, sive
per piam fidem, sive per qualemcumque intelligen-
tiam, timuit dicere tres essentias, ne intelligeretur
in illa summa æqualitate ulla diversitas. Rursus
non esse tria quædam non poterat dicere, quod Sa-
bellius quia dixit in Hæresin lapsus est. Certissime
quippe, & de scripturis cognoscitur, & Patrem
esse, & Filium, & Spiritum Sanctum, nec eundem
Filium esse qui Pater est, nec Spiritum Sanctum eun-
dem esse vel Patrem vel Filium. Quæsit quod tria
diceret? Et dixit substantias, sive Personas: qui-
bus nominibus non diversitatem intelligi voluit, sed
singularitatem noluit: ut non solum ibi unitas intel-
ligatur, ex eo quod dicitur una essentia, sed & Tri-
nitas, ex eo quod dicuntur tres substantiæ, vel
Personæ.

Adfirmat vocem, Persona, in ista sacra signifi-
catione, non semper fuisse apud Ecclesias &
istam acceptionem non reperiri in Sacris litteris;
quod utrumque est omnino verissimum. Proinde
Apostolorum in Pastoratu, ac Doctoratu suc-
cessores, quo de Sacro-sancto Mysterio possent
loqui, istam vocem introduxerunt; ut quæren-
tibus, Quid tria, possemus per ipsam reddere
qualemcumque responsum. Græci, vocem Hypo-
stasis, Latini introduxerunt vocem, Persona.
Et omnem hanc Sancti Augustini Doctrinam laudat,
ac elucidat in Menologio Sanctus Anselmus,
ac item in litteris ad Abbatem Rainaldum.

Cap. 76. lib. 1. Epist. 47.

At quæstio est de istius introductionis tempo-
re, atque auctoribus? Et quidem Facundo Her-
mianensi ad stipulor introductionis occasionem
fuisse Sabellianam Hæresin. Quod ipsum in
Profphonetico ad Imperatorem Martianum ser-
mone adferit Chalcedonensis Synodus: Quia Pho-
tinus atque Marcellus aliam adversus Filium Blas-
phemiam innovarunt, cum prorsus existere audaci
calumnia negantes, sed unum, eundemque ipsum
Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum appellatum
esse affirmantes, & usque ad vocabulorum tantummo-
do sonum Trinitatis desinere substantiam; contra
eos quoque trium Hypostaseon Patres intulere doctri-
nam. Affirmat Sabellii errorem fuisse resumptum
à Marcello & Photino, atque ideo adversum il-
los resumptam fuisse Doctrinam Hypostaseon.
Adfirmat hanc Doctrinam adversus Sabellium
incepisse. Rationem dat in litteris ad Comitem
Terentium Magnus Basilius: Quænam calumnia
hæc ipsa gravior esse queat, aut quænam possit vio-
lentius multitudinem concutere, quam si inveniretur
quis à partibus nostris, qui Patris, Filii, & Spi-
ritus Sancti unam ubi Hypostasim affirmaverit, qui
utrumque Personarum differentiam aperte doceret?
Etenim hoc ipsum Sabellius præoccupatum posuit:
Unum scilicet in Hypostasi Deum esse, diversimodis
personis tamen in scripturis nominari, secundum
idioma & exigentiam subjecti. Et nunc quidem il-
lum

Epist. 39.

Epist. 39.

Lib. 2. cap. 4. Lib. 6. cap. 8.

lum Paternas sibi voces induere, cum illa ei Persona
sit adhibenda. Nunc iterum illas, quæ Filio con-
gruunt: Cum scilicet vel ad nostri curam agendam,
aut dispensatorias quasdam operationes sit descenden-
dum. Spiritus demum accipere Personam, cum tem-
poris huic congruas expetit voces. Quod si inter nos
ergo essent nonnulli in subiecto unum Patrem, Fi-
lium & Spiritum Sanctum adfirmantes, idemque
tres perfectas fateantur Personas, quomodo non vi-
debuntur isti manifestam, & irrefragabilem exhibe-
re demonstrationem veritatis illorum, quæ à nobis
dicuntur? Hoc ipsum repetit in litteris ad San-
ctum Amphilochem Episcopum Iconiensem:
Qui rem eandem & Usam imaginantur, coguntur
illi tantum Personales agnoscere differentias, & eo
quoque ipso quod tres Hypostases existere adfirmant,
hæc recessisse videantur ab impietate Sabelliana,
quæ multoties confusa cogitatione conatur Personarum
differentiam subintroducere, eandem statuens Hypo-
stasim transmutatam alterari, ad quemvis scilicet
oblatam occasionem. Agit de grassante tunc inter
Græcos & Latinos, quam postmodo Magnus
Athanasius composuit, periculosa de Hypostasi-
bus quæstione. Usam, ac Hypostasim Græci
discernebant, Latini confundebant, ideoque si
unam dicebant Hypostasim, isti tres. Adfirmat
Latinos, licet recta sentiant, male loqui, & pa-
lam accedere ad Sabellium, qui & ipse dogma-
tizabat esse in Domino Deo unam Hypostasim,
& tres Personas. Neque Hypostasim confunde-
bat cum Usâ: & vocem, Persona, accipiebat
in significatione, de qua loquitur in libris de Spi-
ritu Sancto contra Macedonium Paschasius Ro-
manæ Ecclesiæ Diaconus: Filius familias juxta
Patrem, vel servus juxta Dominum Personæ pro-
priae locum non obtrinet. Siquidem Persona, Res Ju-
ris, substantia, Res naturæ. Hinc addit Spiritui
Sancto esse Personæ Jus proprium. Et Aurelius
Cassiodorus scribit: Servi Personam legibus non
habent. Persona juxta hanc significationem est
Dignitas, & qualitas. Ita dicimus Domino no-
stro Regi Catholico esse Personam Regiam,
Ducalem, & Comitilem; Ita & Domino Deo
est Potestas Creatoris, servatoris, & sanctifica-
toris. Primam Paris, secundam Filii, tertiam
dignitatem Sabellius dixit esse Personam Spiritus
Sancti. Hinc tres Personas admittit in Domino
Deo, & non tres Hypostases. Hinc Græci de
Usâ & Hypostasi, Latini Patres adversus illum
disputarunt de essentia, & Persona. Hinc
Magnus Basilius constantem asseruit Græcam Phra-
sim esse Latina congruentiorem; eo quod sub
Latina Sabellius posset delitescere. Et hinc vi-
vetur in laudato acclamatorio sermone Chalce-
donensis Synodus respicere: Magnus ille Basilius
Hypostaseon evidentiam mirè demonstravit. Et ut
Latini Sabellium plene ac palam excluderent,
tres Divinas Hypostases dixerunt non simpliciter
Personas, sed Personas subsistentes.

Quo tempore Sabellius subseperit grassari in Ec-
clesiam, est incertum. Quidam censent Sancto
Dionysio Alexandrino fuisse coetaneum. Quod
si verum sit, vox, Persona, apud Latinam Ec-
clesiam est ipso longè antiquior. Etenim ipsa
æque utitur Tertullianus in libro adversus
Christ. Lupi Oper. Tom. II.

Praxeam. In tertio capite adfirmat Deo Patri
esse alias, per quas ejus Monarchia administra-
tur, proximas Personas & harum unam esse Fi-
lium. In sexto capite scribit: Sopham exaudi,
ut secundam Personam. In septimo Capite dicit de
Patre: Gaudens ad gaudentem dicit in Persona
Filii, Filius meus es tu. Et de Filio: Filius ex
sua Persona proficitur Patrem in nomine Sobhie.
In undecimo Capite: Omnes pene Psalmi Christi
Personam sustinent. Animadvertite etiam Spiritum
loquentem ex tertia Persona. Unamquamque Per-
sonam in sua proprietate constituit. In duodecimo
Capite: Scriptura distinguit inter Personas. In qua-
rto decimo Capite: Spiritus Personæ ejus Christus
Dominus. Ergo Christus Personæ Paternæ Spiritus
est. In quinto decimo Capite: Et in Evangelio
& in apostolis visibilem & invisibilem Deum depre-
hendo, sub manifesta & Personali distinctione condi-
tionis utriusque. In Capite vigesimo quarto. Ma-
nifestam fecit duarum Personarum conjunctionem:
Apparente proprietate utriusque Personæ. Et in
Capite decimo octavo. Pater, principaliter de-
terminatur, ut prima Persona. Et in Capite vige-
simo primo. Utriusque Personæ constituit distinctio-
nem. Tertullianus hanc vocem non primus hic
inducit; sed palam utitur ut usitata apud omnes
ac familiari; Quare est antiquissima apud Ecce-
lesias. Hac de re ad Basiliensem Synodum in
oratione de utriusque speciei communione rectè
dixit Joannes Ragufinus, tunc Ordinis Prædi-
catorum Procurator Generalis, postmodo Basi-
leenfis Episcopus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalis: Licet ex scripturis sanctis constet esse
Trinitatem in Divinis, tamen quod singula in Trini-
tate existentes nominentur Personæ, hoc Ecclesia Ca-
tholica ordinavit, & statuit. Quis Pontifex, quæ
Synodus, quis Episcopus, quis Doctor istam
vocem induerit, ignoro. Vox Hypostasis non
placuit Socrati. Quid nos, inquit in superius ad-
ducto loco, de Usâ, & Hypostasi didicerimus, ni-
hil impedit quominus paucis expeditamus. Qui ve-
rò Græcam inter Græcos sapientiam & doctrinam
explicare nituntur, usam, id est essentiam multis
modis sumi desiniverunt, de Hypostasi id est substan-
tia seu Persona autem nullam fecere mentionem.
Immo verò Ireneus Grammaticus, in Atticæ lin-
guæ Dictionario vocem barbaram appellat. Nam
apud nullum veterem Scriptorem reperiri: quod
sibi forte reperitur, non eam rem significare, pro
quam jam capitur, asseritur. Etenim apud Sopho-
clem in Phœnice hypostasim insidias significare, apud
Menandrum autem condimenta: posse etiam dici
foeces vini in dolo. Verum licet hæc vox à veteri-
bus Philosophis non sit usurpata, tamen intelligen-
dum est, Recentiores illa pro usâ, id est substan-
tia, crebro abusos esse. At verò longè aliud in
litteris ad Sanctum Pontificem Damasum scri-
bit Sanctus Hieronymus: Tota secularium lite-
rarum schola nihil aliud Hypostasim, nisi Usam no-
vit. Non dumtaxat recentior, sed omnis sæcula-
rium litterarum schola. Quid quid sit, ista vox
est apud Ecclesias antiquissima. Ea enim utitur
Sanctus Paulus in Epistola ad Hebræos; κατὰ τὴν
ἑσθλὴν οὐρανίου ἑστῶτος. Latinus Interpres transtulit:
figura substantiæ ejus. Attamen & ipse, & Sanctus
etiā

Etiam Paulus omnino intelligunt Personam. Etenim Verbum non est Paternæ essentia, sed Paternæ Personæ character, seu figura. Ista translatio est omnino antiquissima: Et quia ejus Auctor pro voce, *Hypostasis*, non vocem *substantia*, sed vocem *substantia*, posuit, videtur ista vox tunc apud Ecclesias nondum in ista significatione fuisse. Certè ipsa vox nec apud Tertullianum reperitur, nec apud Sanctum Cyprianum, nec apud alium meliorem Patrem Latinæ Ecclesiæ. Quin immò Romana Sancti Damasi Pontificis Synodus in suis ad Illyrici Episcopos litteris habet: *Tracenti decem & octo Episcopi habito Nicæa Concilio, unam esse Patris & Filii substantiam* definiere, quin etiam Spiritum sanctum unam eandemque cum illis substantiam habere & subsistentiam: Censet voces, *substantia*, ac *subsistentia* esse & inter se synonymas, ac etiam cum voce *Essentia*. Et isti Synodo adfuit Sanctus Ambrosius; & ipse videtur synodales litteras composuisse: Eiusdem mentis fuit Sanctus Augustinus. Etenim in libris de Sanctissima Trinitate affirmat *substantiam dici ab eo quod est subsistere*, & subsistere non esse relativum, sed absolutum vocabulum, ideoque unicum esse in Deo substantiam. Vocem, *subsistentia*, non memini apud ipsum reperiri. Si reperitur, ipsam manifestè confundit cum voce, *substantia*. De hinc vocibus rectè scripsit Anastasius Bibliothecarius in præfatione ad septimam Synodum: *Notandum est, quoniam ubicumque in hujus Synodi textu substantiam posuit, Personam intelligi voluit. Quod enim Græcè Hypostasis dicitur, hoc nonnulli Personam, nonnulli verò substantiam interpretati sunt: Porro substantiam multi Personam, multi substantiam etiam intellexerunt. At illos ego securus, qui substantiam non substantiam, sed Personam intelligi voluerunt, magni quippe sunt, ubicumque Græcè in hoc Codice Hypostasis reperi, in substantiam transiit, hanc Personam, sicut alii quamplurimi, volens intelligi; Igitur vox, subsistentia, dudum non fuit apud Ecclesias: & dum esse cœpit, dudum fuit ambiguae significationis. Omnes Christianæ scholæ jam pridem sunt amplexæ Judicium laudati Anastasii. Horum omnium exordia & Auctores ignoro. Etiam hæc Socratis verba: *In Concilio Nicæno de ea controversa ne verbum quidem factum est, palam deviant, & errorem continent: Etenim Synodus suo symbolo subiungit hæc verba: Eos autem, qui dicunt, quia aut de alia substantia vel essentia dicunt esse Filium Dei, anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.* Vox, *substantia*, istic palam capitur pro *subsistentia*. Etenim in Græco textu sunt voces, *Hypostasis*, & *Uxia*. Istud Symbolum est ab Hosio compositum; ideoque illa, quæ per istas voces obtineret adversum Arianos non potuerat in sua Alexandrina Synodo, obtinuit, atque firmavit in Synodo Nicæna. Insigniter hæc demonstrat Magnus Basilius in fidei professione, quam præscripsit Eustatio Sebastienis Episcopo Metropolitano primæ Armeniæ: *Nonnulli ex illis qui impietatem Sabellii Lybici sectantur, Hypostasim & Uxiam, sive subsistentiam & essentiam idem esse dicunt, illinc argumenta ad tuendam blasphemiam suam trahunt, quod in Nicæna fide ita scriptum est: si verò quisquam ex alia essentia, vel subsistentia Filium esse dixerit, hunc rejicit Catholica & Apostolica Ecclesia. Non enim idem esse dicunt Patres illi essentiam & subsistentiam. Si enim voces istæ unam ac eandem significationem haberent, quid alterutram ponere opus fuisset? Sed liquet ideo postas, quod cum alii quidem Filium esse ex Patris essentia negarent, alii verò & ipsi non esse ex Patris essentia, sed ex alia quoque esse subsistentia quadam, ita ipsi utramque opinionem tamquam alienam à sensu Ecclesiastico rejecerunt, alioquin ubi mentem suam simpliciter declararent, ex Patris essentia Filium dixerunt, nec adiecerunt: Et ex illius Hypostasi. Itaque illud quidem ad reprobandum malum sensum postum est: Hoc verò declarationem habet salutaris Dogmatis. Quinam Ariani Deum Filium ex sola Patris essentia, quinam negaverint esse & ex essentia, & ex subsistentia, ignoro. Omnes videntur secuti tunc posteriorem errorem. Alio modo Deus Filius est ex Paterna essentia; aliter ex Paterna subsistentia. Ex essentia constat, procedit ex subsistentia, atque ita est Deo Patri veracissimè consubstantialis. Etenim vera ac plena Consubstantialitas exquirat, ut sint plures, habentes eandem & unam essentiam. Et duo esse non possunt, nisi per plures subsistentias, seu subsistentes Personas, quarum una procedat ex altera. Existimo Synodum, hæc de causa dixisse, quod Filius non dumtaxat ex Patris essentia sit, sed etiam ex subsistentia.**

Hunc sensum insigniter confirmat atque illustrat per Jacobum Gretzerum vulgatus Sanctus Anastasius Sinaita: *Nicæna Synodus damnavit C. 5. & Sabellium Lybem, qui unam Patris, Filii, & Spiritus sancti Personam diceret tres Hypostasim, unam substantiam professa. Et infra: Existenter olim duo pessimi, & zizaniorum feracissimi Hæresiarche, tamquam Annas quisquam, & Caiphas, vel Pilatus & Herodes, Deum blasphemantes: Arius, inquam, & Sabellius, qui adfirmabant idem esse naturam & Personam. Et Sabellius quidem unam personam, & unam substantiam in Sanctissima Trinitate constituebat; Arius verò tres Personas, & tres substantias, seu naturas: Docebant ambo naturam & Personam idem esse. Quorum impietatem, perversamque sententiam evertit, & condemnavit sanctissima Synodus Nicæna, dilucide docens aliud esse essentiam, seu naturam, aliud Hypostasim. Sic enim loquitur: eos qui asserunt; Erat quando non erat Filius Dei, & antequam gigneretur non erat, & ex non existentibus factus est; vel qui dicunt, ex alia Hypostasi vel substantia Filium Dei esse anathemati subjicit Sancta, Catholica, & Apostolica Ecclesia. Quod reliquum est adveniunt jam damnata Eutychnorum Capita, & tamquam condemnationis sententia jure optimo percussa, sanctæ ac beatissimæ Synodo meritis ob blasphemiam pœnas persolvant. Adveniunt, inquam, Severi, Dioscori, totumque illud Decemcomitis vanitatis Conciliabulum, qui idem affirmant esse naturam & Hypostasim sive Personam. Ecce Angelicus Sanctorum Patrum Chorus aliud docet esse naturam seu substantiam, & aliud Hypostasim seu Personam.*

C. 5.

C. 9.

C. 24.

Non

Non enim dixerunt, damnamus eos, qui tradunt Filium esse ex alia Hypostasi, hoc est natura, seu substantia, sed ex alia Hypostasi, vel Natura, seu Substantia. Quocirca docent aliud esse Hypostasim, aliud Naturam seu Substantiam. Agit in Eutychnianis: Præsertim in feclerati Severi Pseudo-Patriarchæ Antiocheni factionem, Hydram divisam in decem Capita. Adfirmat palmare ejus, quod Usiam, ac Hypostasim, Essentiam, & Subsistentiam volebat esse unum ac idem, Principium esse jam pridem in Sabellio ac Ario damnatum à sacrosancta Nicæna Synodo. Et pergit de Nicænis Patribus: Neque his contenti fuerunt, sed eandem vocem iterant, repetitione confirmant atque stabiliunt; Quia rursus hunc in modum loquuntur: Patrem scimus esse Patrem, & Filium Filium, & Spiritum sanctum Spiritum sanctum, unam videlicet naturam seu essentiam, tres Hypostasim, neque dixerunt tres Usias sive Hypostasim; neque tres naturas & tres Personas, quemadmodum isti fatui asserunt, sed unam Usiam, tres verò Hypostasim. Aliud esse fluentes Usiam, & aliud Hypostasim. Hæc verba non habemus in hodiernis Synodi actis. Anastasio debemus summas gratias, qui ipsa nobis conservavit. Denuo pergit: En basi fidei sanctorum Patrum, en radix, Principium & fundamentum pietatis, en lumina & Præcones veritatis, en Columna immota, & insuperabiles Propugnatores, en viri illi spiritu Divino pleni, Propbetiæ dono instructi, pæresque Angelis, naturam aliud esse dicunt, & aliud Hypostasim. Et quis imposterum tam effrons fuerit, qui hanc regulam, & legem violare & pervertere audeat? Ego enim mihi persuadeo, itaque firmiter credo in Synodo illa præsentem fuisse viros planè Divinos, qui apud Deum Propbetarum, & Apostolorum sortem & honorem vivendique rationem consecuti sunt, quibus cum omni fiducia fas fuerit acclamare: Si Angelus de Cælo Ecclesiæ aliud evangelizet, præter id quod vos eidem evangelizavimus, Anathema sit ipse, & Evangelium seu Predicatio suis. De cætero bono animo sit Catholica Ecclesia, prode sciens, quod trecentos decem & octo sanctissimos Patres suffragatores, & adspulatores habet, qui docent aliud esse naturam, & aliud Hypostasim. Et Portæ Inferi non prævalerunt, neque unquam desinuerunt & legem evertere poterunt. Quo circa absque ulla Personarum exceptione, aut sinistra adfectus præoccupatione in conspectu Dei sanctè affirmo Synodum Nicænam rectè sentientibus videri contra Severum, Dioscorum, omnesque, qui naturam & Personam confundunt, celebratam esse. Neque hoc tantum, sed & contra impium Nestorium, nam & ipse, Severi instar, Personam vocat naturam. Si verò natura est, immerito damnavit Nicæna Synodus Sabellium, qui unam Personam in una natura Sanctissimæ Trinitatis statuit. Si natura est Persona, & Persona natura, quomodo Arius Anathemati subiectus est, qui tres naturas in tribus Divinis Personis posuit? Anastasius pergit etiam in fine libri: In sancta Synodo Nicæna dictum est naturam & Hypostasim non esse unum & idem. An sacrosancta Synodus laudatas voces partim in Arium, partim in Sabellium vibravit, non possum adfirmare. Certè adfirmativam partem fortiter suadet Magnus Basilius, ad C. 24. C. 24.

firmans illos, qui dictas voces, & earum significata non distinguunt, esse Sabellianos. Quid quid sit; Synodus istas & voces, & res manifestè distinguit.

Discutienda sunt & hæc Facundi Hermianensis Episcopi verba: *sicut & ipsius Trinitatis nomen admittum est utique adversus Sabellium. Hermias Zozenus censet hanc vocem, Trinitas, esse multo recentiore. Etenim de Alexandrina, per Magnum Athanasium ac Sanctum Eusebium Vercellensem Episcopum celebrata Synodo scribit: Decreta Concilii Nicæni confirmant Spiritum sanctum, Patri & Filio consubstantialem confitentur, & Trinitatem nominant.* Hermias adfirmat istam vocem esse tunc inductam adversus Macedonianos apud Paschasium Romanæ Ecclesiæ Diaconum dicentes: *Quid mihi proferes unitatis ac Trinitatis verba que in Canonica lectione non invenies. Macedoniani videntur istam vocem singulariter odisse, & juxta sua sacriliga Principia odisse debebant. Hinc ista Synodus, quæ forsitan prima aperte invasit istam Hæresim, vocem probavit, & stabilivit: nequaquam induxit: est ipsa etiam Sabelliana Hæresi antiquior. Rectè de ipsa scribit laudatus Paschasius: Quæ vocabula, utique unitatis & Trinitatis, à tempore primitivæ Ecclesiæ antiquitas invenit, auctoritas protulit, ætas longa firmavit.* Etenim voce, *Trinitas*, non dumtaxat adversum Valentinianos, sed etiam adversum Praxeanos frequenter utitur Tertullianus. Præscriptionum liber inter Valentini dogmata ponit *Trinitatem hominis*. Hanc largè exponit liber contra Valentinianos. Eam Valentinus non solum à Platone, sed etiam à Catholica Ecclesia acceperat, transfuleratque ad suas ex peperam intellectu Platone fictas de triplici hominis natura fabulas: Ecclesiæ ex tunc ipsam, Domino Deo applicabat. Et ita loquitur Septimius in libro adversus Praxeam: *Unitas ex semetipsa derivat Trinitatem; numerus & dispositio Trinitatis. Trinitas rationaliter expensa, unitas irrationaliter collecta.* Et in alio capite: *Distinctio Trinitatis exponitur.* Et rursum: *Numerus Trinitatis connexa in unitate.* Eadem voce ac eadem ejus significatione utitur in quarto stromatum libro Sanctus Clemens Alexandrinus: *Cognitionis rationalis fundamentum est Sancta Trinitas.* Et in quinto libro adducit quædam Platonis verba, & pergit: *Non aliter ego intelligo, quam Sanctam significavi Trinitatem.* Et Sanctus Theophilus Antiochiæ Patriarcha scribit in secundo ad Autolycum libro: *Sacrosanctum Trinitatis Mysterium.* Et in Catholica fidei expositione Sanctus Gregorius Thaumaturgus: *Trinitas perfecta, quæ gloria, Majestate, & æternitate, Regno atque Imperio non dividitur.* Eadem voce frequenter utitur Scriptor ille, qui passim putatur Dionysius Areopagita, qui si sit, vocem istam omnino accepit à Sancto Paulo. Quisquis sit adfectat esse Apostolici temporis. Etiam laudatum Patriarcham Theophilum plures censent esse illum, cui Sanctus Lucas, utique & ipse Antiochenus, inscripsit, & suum Evangelium, & Apostolica Acta, de qua re vide Guillelmum Tyri Archi-Episcopum in Lib. 4. sacri Belli historia. Quod si verum sit, istam C. 9. Q. 2. ille

Lib. 7. C. 4. 5.

Epist. 78.

Lib. 5. cap. 11.

Cap. 4.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 1.

ille vocem accepit ab Apostolis. Quid quid sit, Tertullianus & Alexandrinus Clemens eam non induerunt, sed palam supponunt fuisse usitatam suo tempore, atque ita lucet ipsam esse antiquissimam. Hinc & in suo ad Psalms Prologo scribit Sanctus Hilarius Pictaviensis: *Sacramentum Triadis, quæ à nostris Trinitas est nuncupata, utique à nostris Majoribus. Quin immò Sanctus Cyrillus Alexandrinus in octavo adversus Imperatorem Julianum libro adfirmat vocem esse*

Fol. 270. *Evangelii temporibus antiquiorem, usitatam etiam à Gentiliis Philosphis: Cum tres Primi-genias Hypostasas Philosophi quoque stantant, & usque ad tres Hypostasas essentiam Dei pertinere adferant, utque interdum ipsum Triadis usurpent vocabulum, Christianorum suffragantur sententiis: laudat Platonem præfertim, ac Platonicos. Adfirmat illis nihil deesse nisi professionem vocis Consubstantialis.*

Fol. 233. *Etiam hæ voces, Trina Deitas, sunt antiquissimæ, etenim præfatus ille Areopagita Dionysius disertè habet Trina unitas. Et in primo Retractionum libro Sanctus Augustinus: Trina unitas quam Catholica Ecclesia colit. Et in vigesima quinta oratione Gregorius Nazianzenus laudat triplex lumen. Et in litteris ad Eudoxium Rhe-torem: Deus purissimum illud lumen in triplici virtute consideratur. Et in suo de Sanctæ Anastasiæ apud Constantinopolim Basilica insomnio canit.*

*At Divina mihi Cupido trias ore fluebat
Unumque in Trino lumine Numen habet.*

Et in Carmine de diversis vitæ generibus: *Unum dum Triplici cernit in igne Deus; & à multis sæculis in Hymno de Sanctis Martyribus cantavit omnis Latina Ecclesia: Te trina Deitas Unaque poscimus. Neque Phrasim ullus unquam notare præsumpsit, nisi Hincmarus Metropolitæ Rhemensis. Quid ipsum permoverit, ignoro. Ejus tamen motivum utcumque colligo ex hisce verbis scripti ab ipso libelli de non Trina Deitate: *Diu est quod quiddam occasione accepta de finalitate Hymni, cujus Auctor penitus ignoratur, in quo dicitur: Te trina Deitas unaque poscimus, delectabilia, ter vocum Novitatis, ut innotescerent, incumbentes, cæperint contendere, quod sicut Trinus & unus Deus, ita trina & una Deitas, & debeat & Catholicè valeat dici. Hymnus iste videtur tunc in Ecclesia fuisse recentior, & tunc primitus intrasse Galliam: videtur in quibusdam fuisse, in quibusdam Galliæ Ecclesijs non fuisse admissis & cantatus. Hinc ipsum Hincmarus appellavit vocum Novitatis. Addidit ejus Auctorem esse ignotum, ideoque & nullius auctoritatis. Etenim de emissis sine Auctoris nomine libris rectè scribit in quarto adversus Marcionem libro Tertullianus: *Non est agnoscendum opus, quod non erigat frontem, quod nullam constantiam præferat, nullam fidem re-promittat de plenitudine tituli, & professione debita Auctoris. An iste hymnus fuerit à Remensi Ecclesia admissus, aut ejectus, nescio. Eum Hinc-***

marus aut non admittit aut ejecit. In præfato libello edicit rationem: *Patris & Filii, & Spiritus Sancti una est Deitas, quæ Trinitas est unitas, & in hac unitate, id est, Deitate, quæ Trina esse non potest, quoniam pluralitate & numero, qui in Personis est, caret unus Deus, sancta Trinitas inseparabilis etiam in Personis distinctis, sensu est intelligenda. In vocibus abstractis idem significatum est simul formale & rectum. Hinc illis datum Adjectivum appellat, & non appellare non potest supra istud unicum significatum. Ità habent Dialecticorum Regulæ. Ex ipsis Hincmarus censuit per istam Propositionem, Deitas est trina, importari tres Deitates, atque ita Ari-anum errorem. Hinc Hymnum proscriptit.*

Ast hunc tunc admiserant, & constanter in suis officiis cantabant Sancti Benedicti Monasteria, & forsàn quis istius ordinis Monachus ipsum composuerat. Nam plures & Hymni & Antiphonæ, quæ etiamnum sunt in Romano Breviario ab isto doctissimo, & sanctissimo ordine prodierunt. Et istum Hymnum ipse etiam Hincmarus, dum apud Sanctum Dionysium fuerat Monachus, haud dubiè cantaverat. Hinc ejus proscriptio statim passa est duos Adversarios ex proprio suo ordine. Hinc post adducta de vocum novitatibus verba pergit: *Unde quidam pro suo modulo scripturarum, inter quos & Ratramnus, Corbejæ Monasterii Monachus, ex libris Beatorum Hilarii, & Augustini, dicta eorum detruncando, & ad prævum suum sensum incongrue desiccando, sicut & Macarium Antiochenum Episcopum de quam plurimis Catholicorum libris fecisse in sexta Synodo legimus, ex hoc volumine quantitatis non modicæ scribens ad Hildegarum Meldensem Episcopum compilavit. Ratramnus fuit omnino eruditissimus. Etenim ipsum Gallicana Episcoporum Synodus judicavit aptum, & elegit ad refutandas Photii Patriarchæ Constantinopolitani schismaticas calumnias in omnem latinam Ecclesiam. Eruditissimos libros nuper vulgavit D. Lucas Dacherius. Erat ille etiam Hincmari subditus, ut pote Monachus Diocesis Ambianensis, & charissimus. Etenim istius Refutationis provincia præsertim tangebatur Hincmarus: Utpote ipsi singulariter commissâ per Sanctum Pontificem Nicolaum. Hinc Ratramnus fuit & constantissimus. Etenim res non modica fuit proprium, à quo summe diligebatur, Metropolitam invadere; Et quod ipsum gravissimè offenderit, lucet ex ejus Responsis. Etenim Ratramno sua imposuit vitia. Primo, quod vocum Novitatis diligeret. Deinde quod id ageret ex vanagloria, ut innotesceret. Tertio, quod Macarium Antiochenum Patriarcham, qui in sexta Synodo egit Monothelitarum Principem, & fuit damnatus, imitans, sanctorum Patrum loca vitaret, torqueret, truncaret. Porro Ratramnus librum suum inscripsit Hildegaro Meldensi Episcopo in Senonensi Provincia. Ex quo colligitur hæc Provincia Hincmaro non subsuisse. Hic liber perit; aut latet. Eius quædam fragmenta Hincmarus nobis servavit in suo libro de Trina Deitate. Addit illum fuisse scriptum paulo ante quinque Pro-*

Provinciarum Synodum, habitam apud Civitatem Sueffionensem. Hæc habitata fuit noni sæculi anno quinquagesimo tertio in mense Aprili. Quare hæc quæstio videtur cœpisse anno quinquagesimo-seculo. Ratramnus videtur Hincmari Edictum statim impugnasse.

Eodem tempore Jotescalcus, miserabilis Monachus, erat clausus in Hincmari carcere, & ipse audiit has novas Hincmari lites. Hinc fecit quod Hincmarus scribit in Prologo sui libri de Trina Deitate: *Hæc audiens Jotescalcus Orbacensis Monasterii Remensis Ecclesiæ Pseudo-Monachus, tam invidia mei, quem in Ecclesia cantari Trinam Deitatem vetuisse audiverat, quam more suo, qui nova & antea inaudita, canaque orthodoxorum intelligentiæ contraria adinvenire ac proferre ab ineunte ætate sue vitiosè in dolis delectabiliter studuit, & in eodem studio permansit, inde plurima scribere, & ad quoscumque potuit primum latenter, deinde quantum sibi licuit, aperte mittere procuravit, novissimè diebus istis hanc subjunctam Schedulam, quæ ad nos communiter per Complices, & Satellites suos pervenit, inde conscripsit. Miserabilis Monachus, quod libris careret, plurima scribere non potuit: At tamen tacere noluit. Hinc scripsit istam schedulam, quam integram suo libro Hincmarus inseruit, atque ita magnum nobis Theaurum conservavit. Quod Monachus Satellites habuerit, quis credat? Sanè eos clausi in Episcoporum carceribus Monachi non consueverunt habere. Haud dubiè fuerint Hincmari Satellites, qui Monacho rigidissimè invigilabant. Notanda sunt verba: *Novissimè diebus istis hanc subjunctam schedulam inde conscripsit. Hoc est novissimè ante scriptum ab Hincmaro librum de Trina Deitate. Hinc se scripsisse ille affirmat statim post librum de Prædestinatione. Et hunc videtur scripsisse istius sæculi Anno sexagesimo tertio aut quarto. Quare miserabilis Monachus videtur eodem anno scripsisse istam schedulam. Quod insuper alia, & quidem plurima scripserit, Hincmarus adfirmat. Et possit esse. Nam & Facundus Hermianensis Episcopus, in exilio sine libris scripsit suos duodecim libros doctissimos & facundissimos.**

Schedula, licet sine libris scripta, fuit erudita. Audiamus quædam ejus verba: *Quisquis est ille, qui dicit, nequaquam Deitas Trina dici Catholicè possit, sed solummodo Deitas una sit, debet interrogari subtiliter, quomodo dicat UNAM, & qualiter? utrum scilicet naturaliter, an Personaliter? Si respondit & dicit unam Deitatem esse credendam & consistendam Personaliter, nisi sui conatus comprimat sensum, revera cum Sabellio audire mereatur AnatHEMA sic presentialiter ut mereatur illud etiam patri jure perpetualiter. Hinc enim Hæretici Sabelliani dicti nuncupatique sunt etiam Patri-passiani, quia noluerunt, nec omnino potuerunt negare Deum Patrem passum, dum Deum personaliter somniaverunt unum, non sicut Ecclesia Sancta, Catholica, & Apostolica credit, & consistitur Deum naturaliter unum, & personaliter trinum. At si metuens Anathemate ritè percelli, & illud cum Patri-passianis patri, dixerit Deitatem esse naturaliter unam, credere consequenter debet & consisti, si tamen vult veniam mereri, profusus esse Personaliter*

ter trinam, sicut scilicet Deum naturaliter unum, constat esse procul dubio Personaliter Trinum. Ac per hoc sicut non potest in Hymnis, & Sanctorum Patrum libris, ubi dicitur trinus & unus Deus, immutari & dici, Sanctus & unus Deus, ita mirum sine mortis exitio immutari non potest, ubi dicitur Trina & una Deitas. Hæc omnia miserabilis Monachus largè confirmat. Demonstrat per istam Phrasim non induci Arianæ Hæresim, aut Tritheitarum. Et ex his vides, quod Hincmarus non totum Hymnum proscripterit, sed in ultimo versu unam dumtaxat vocem mutavit. Pro vocibus, Trina Deitas. Hodie dicimus: te summa Deitas.

Ista schedula longè potentius feriit Hincmarum, quam liber Ratramni. Etenim per plures annos tacuit ad hunc, & ipsum quasi sprexit; Ad istam verò statim respondit edito libro de Trina Deitate. Existimo eum pati non potuisse, quod carceratus Monachus ipsum notaret de Sabelliana Hæresi, & allegaret non vana fundamenta. Audiamus Hincmari libelli Prologum ad Clerum Remensis Ecclesiæ: *Quapropter Ministerio dignatione Divina indignitati meæ imposito, ad hanc sollicitudinis curam ac studium non modo vestris petitionibus sum innotuit, verum & tractus, & quantum ipsa Deitas, quæ Trinitatis est unitas, dederit, & occupatio multiplex, atque contumacia, inertiatque sensus mei permiserit, ex qui ea quæ petistis, procurabo, ponens cum integritate sua in hoc nostræ Servitutis opusculo Jotescalci schedulas. Affirmat se ad hanc festinam Responsonem fuisse à suo Clero non dumtaxat rogatum, sed & compulsum; Nempè Clerus volebat suum Episcopum de Hæresi infamari. Responsonis scopus fuit duplex. Primò studuit Monachi evertere adferentem: *Quia sicut Deus naturaliter unus & Personaliter dicitur Trinus, ita Deitas naturaliter una, & Personaliter Trina dici debet. Secundo studet demonstrare, quod non ipse Sabellianus, sed quod Monachus sit Ari-anus; ejus adferentem adfirmat esse è proprio cerebro natam, sacrarum litterarum ac Sanctorum Patrum testimoniis destitutam, & multis incommodis obnoxiam Blasphemiam, ex ipsa inferri tres non solummodo Personas, sed & Deitates, atque ita esse manifestè Arianam. Per Monachum adducta Patrum Testimonia adferit ab illo non intelligi, ac Diabolico more in pravos sensus detorquere: Eiusdem nequitie accusavit Ratramnum. Eiusdem etiam librum hac in Responsonem tentavit refellere, quin & suas querimoniae deposuit apud Sanctum Nicolaum Pontificem. Etenim litteris, per quas miserabilem Monachum de Prædestinationiana accusavit Hæresi, adjecit & hunc articulum: *Quod Prædestinationiani veteres non dixerunt, iste ut audacious, ita & perniciosus dicit Deitatem Sanctæ Trinitatis Trinam esse. Presbyter Theodoardus Epistolam inseruit suæ Remensi Historiæ.***

Verum constans Sancti Benedicti ordo fuit averfatus has novitates: Non solum Ratramnum, sed etiam miserabilem Monachum præposuit Hincmaro Metropolitæ. Constanter perrexit cantare: *Te trina Deitas, unaque poscimus. Audiamus*

mus Hincmari ista de reuerimonia: *Bene factum Venerabiles Fratres nostri Monachi, Viri Religiosi, si ita ut scriptum habetur in Beati Benedicti Regula, quam iure Jurando se observaturos professi sunt, obediunt; dependentes eidem Sanctissimo Patri immo Sancto Spiritui, qui per eum locutus est, velitis non necessariis superstitionum compositionibus, Sancti Ambrosii, sicut ipse Sanctus Benedictus percepit, vel nominatissimorum atque orthodoxorum Hymnis, de quibus sufficienter habent, in quibus, ac nocturnis laudibus, usi fuerint, in quibus & Catholica Fides redolet, & pia sunt preces, & mirabilis est compositio, ne pro talibus, sicut ex Hymni, cuius initium est: SANCTORUM MERITIS INCLYTA GAUDIA, cujusque Compositorem hactenus invenire nequivimus, finalitate, ubi cantatur, vel potius blasphematur, Te Trina Deitas, aut scienter aut nescienter scandalum in Ecclesia moveant, quae aliis multis perturbationibus concutitur & vexatur, scientes, quid mereantur, qui suo vitio unum scandalizavit de peccatis credentibus, dicente Paulo: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam illegum infirmam, in Christum peccatis. Et necesse sit eos Canonica securitate percili. Ex quibus discimus varia. Primò quod istius Hymni Auctor tunc quis recentior, & ignotus. Secundò quod Hincmarus illum censuerit fuisse nescio quem supersticiosum. Tertio quod omnem illum fuerit averfatus. Quarto quod praesertim oderit extremum ejus verbum. Quod ipsum dixerit blasphemum. Quintò quod istum Hymnum censuerit profcribendum, ex Monachorum praesertim Ecclesiis. Ejus ratio fuerunt haec Verba in Sancti Benedicti Regula: *Codices legantur in Vigiliis Divinae Auctoritatis, tam veteris Testamenti, quam novi. Sed & expositiones earum, quae à nominatissimis Doctores orthodoxis, & Catholicis Patribus factae sunt.* Et haec verba: *Dicatur Responsorium & Ambrosianum.* Ex his Hincmarus conclusit de Sancti Benedicti Fratibus nullos posse decantari Hymnos, nisi quos composuisset Sanctus Ambrosius, aut quis talis Pater Ecclesiae. Sextò dicimus, quod Hincmarus censuerit Sancti Benedicti Regulam fuisse dictatam à Spiritu sancto. Erat tunc communis sensus latine Ecclesiae. Septimò dicimus, quod pertinetes istius Hymni Patronos & Cantatores Hincmarus speraverit castigandos. Utique à Nicolao Pontifice. Verum ille ad istam Hincmari relationem nunquam rescripsit. Nulla est*

cujuspiam Rescripti memoria. Et hinc iste Hymnus permanit in usu omnis Ecclesiae: Etiam Gallicanae. Nulla illum proscriptit. Quaedam tamen mutaverunt extremum verbum: Rescripserunt, *Te Trina Deitas*, & posuerunt, *te Summa Deitas*. Hincmarus censebat ponendum, *Te Sancta Deitas*. Et Remensis Ecclesia possit sic posuisse. Ast aliarum Ecclesiarum Judicium pluribus placuit. Etiam Romanae Ecclesiae, cum qua omnes hodie ita canimus, & legimus. An Romana Ecclesia Hincmari iudicium probarit, ignoro. Quidquid sit hanc Phrasim, *Te Trina Deitas*, nequaquam proscriptit. Nam ipsam in Hymno, quem pro matutino Venerabilis Sacramenti officio composuit, resumpsit Sanctus Thomas Aquinas, & ipsam usque hodie omnes unanimiter decantamus. Eandem tanti fecit Romana Ecclesia, ut & in nupera, facta per Urbanum octavum Pontificem Hymnorum, correctione ipsam voluerit illasam, ac intactam permanere. Ita & quartus, qui istum Sancti Thomae Hymnum primus probavit, & eisdem confirmator octavus Urbanus judicaverunt pro miserabili Monacho, & Hincmari iudicium exsufflarunt. Dominus Cardinalis Cessar Baronius adducta Hincmari ad Sanctum Papam Nicolaum verba exposuit hoc modo: *Josephus baltus non minus perniciosè quam audacter defendit id, quod antiqui Praedestinatiani non dixerunt, quod Deitas Sanctae Trinitatis sit Triplex.* Et hinc concludit miserabilem Monachum fuisse Haereticum. Ad quae scribit in suis de hac causa dissertationibus Gilbertus Manguinus: *Notandum Gotschalcum nulla schedularum illarum professum Triplicem dici debere Deitatem, sed tantum trinam dici posse Trinitatem, quod toto caelo ab illo priori distat, itaut illud Haereticum sit, hoc non item.* Addit in Gallica Floardi translatione pro Trina esse positum Triplex: Et ista sola esse usum Dominum Cardinalem. Hinc lapsus. Et quidem hanc locutionis speciem, *Deitas est Triplex*, omnino profiteor esse inconcinnam. At propter Sancti Gregorii Nazianzeni auctoritatem non ausim damnare de Haeresi, Istiusmodi Sanctorum Patrum locutiones, uti à nobis imitandae non sunt, ita nec damnandae. Hic est magnus rerum campus, suo loco elucidandus. Porro miserabilis Monachus non dixit Trinitatem, sed Deitatem esse Trinam. Certè hanc locutionem, *Trinitas est trina*, Hincmarus nunquam impugnasset.

Anno Christi 848.

Cap. 5.
Cap. 12.



151863
151862

CAPUT SECUNDUM.

Plena vocum, Essentia, Natura, Subsistentia, Persona, Ufia, Hypostasis, Notitia est penitus necessaria.

Omnium istarum vocum Notitia ad evertendas ac revincendas plures Haereses est nobis penitus necessaria. Plures Haereses se occultarunt sub istis, ac in earum prava acceptione fundarunt, omnes Sacrosanctae Trinitatis ac Dominicae Incarnationis Impugnatores. Quod eas Sabelliani ac Ariani dixerint esse synonymas, aut certè ejusdem penitus rei significativas, atque huic principio suos errores inedicarint, est supra ostensum. Exinde Sabelliani unam subsistentiam, Personam, Hypostasim, Ariani intulerunt tres essentias, naturas, Ufias. Audiamus denuo Sanctum Anastasium Sinaitam: *Sciendum omnes illos, qui unam ajunt in Christo esse Divinitatis ac humanitatis naturam, ex Aristotele & ex aliis Graecanicis disciplinis hausisse hoc, ut adseverent naturam esse Personam, & similiter Personam esse naturam. Nam Aristoteles dicit Personas esse peculiare seu singulare Naturas, seu essentias; Hanc inanem doctrinam Arius secutus statuit tres Ufias, Naturas, seu Essentias in Patre, & Filio, & Spiritu sancto. Eandem perverfam Regulam amplexus Sabellius dixit unam Hypostasim, sive Personam. Hinc Anastasius scribit in alio istius libri capite: Sabellius confusionem in Divinitate per Phantasiam suam architectatus unam Hypostasim Patris, & Filii, & Spiritus sancti constituit. Sceleratus autem Arius bellum quasi contra Sabellium gerere volens tres substantias dissimiles in Consubstantiali Trinitate confinxit. At Ecclesia sancta Regiam viam ingressa repudiavit tam Sabellii confusionem quam Arii divisionem. Docet aliud esse Ufiam, seu essentiam; aut naturam, aliud esse Hypostasim, subsistentiam, seu Personam. Hinc in Deo unam Naturam adserit, tres Personas.*

Cap. 6.

Cap. 8.

stanter asserit fuisse Professionem dolosam, & ad junxit causam: *Theodorus Naturas pro Personis seu subsistentiis accipit, Nestorius naturas pro Personis accipit.* Et de sceleratissimo Eutychnista, ac intruso Antiochia Pseudo-Patriarcha Severo habet vita Sancti Sabbae Abbatis: *Severus affirmat subsistentiam esse Naturam, & Naturam esse subsistentiam, & nullam differentiam in his nominibus, sciens sanctam, & adorandam & Consubstantialiam Trinitatem ausus est dicere Trinitatem Divinarum subsistentiarum, Naturarum, & Deitarum, & Deorum.* Affirmat sceleratum hominem, dum naturam & Hypostasim non vult distinguere, esse lapsum non solummodo in Eutychnianam Dominicalium naturarum confusionem, sed etiam in Arianam Blasphemiam. Etenim inter varias Eutychnianas factiones fuit & factio Tritheitarum, & ejus prima origo fuit sceleratus hic Severus. Et istud Testimonium septima Synodus inferuit suis Actis. Eadem Synodus suis Actis inferuit doctissimum opus, quod adversum sceleratam Constantini Caballini in Hiegis Palatio celebratam Synodum composuit Sanctus Stephanus Martyr ac Abbas ad Sanctum Auxentium, & ex ipso habemus Eutychnianorum, *id est, eorum qui praedicant unam naturam, secundum subsistentiam in Unitate Christi, & per hoc dogmatizant confusionem, veritatis transmutatio nihil aliud in illis est, nisi quod subsistentiam & naturam id ipsum definiunt.* Et Sanctus Anastasius Sinaita, postquam in isto principio fundatum Sabellii atque Arii errorem exposuit, prosequitur: *Eandem perverfam Regulam amplexus Severus docuit ex duabus particularibus naturis, seu Essentiis, & Hypostasibus dimidiatis, ac imperfectis, unam Christi naturam confectam & constitutam esse. Idem docuit Eutyches, Dioscorus, Timotheus, Jojanus, Julianus, Jacobus, Petrus Cnabbeus, Barsamiphis, & Theodosius decem Cornibus instructi; Decem viratus erroris. Neque ex scripturis & Evangelio, sed ex Aristotelicis Categoriis, hanc suam sententiam hauserunt, qua contendunt natu-*

Cap. 16.

Cap. 8.

nam esse Personam, nullamque naturam esse sine Persona. In alio item Capite demonstrat Arii atque Sabellii Blasphemias niti isto Principio, & pergit: Sic nuper Nestorius deus in Christo Personas constituente, miserrimo autem Severo unam in Christo naturam proficiente, sancta Ecclesia tam Nestorii divisionem reprobavit, unam in Christo Personam predicans, quam Severi confusionem rejectit docens unum & solum Christum Dominum nostrum esse duas in Hypostasi inconfuse, & indivise unitas naturas, pariter detestans Severi Confusionem, & impii Nestorii divisionem. Denuo adjunctum hæc fecerata dogmata fundari in Doctrina Aristotelis & Græcorum. Eodem in capite demonstrat istarum vocum, ac rerum ab ipsis significatarum, distinctionem esse fundatam in Sacris litteris, atque dicit: His ex Divinis litteris, Prophetisque allatis, etiam atque etiam metuo, anxieque sollicitor, ne hujusmodi refutationibus exstimulatus Severus, ex tumultu exiliens, summeque decernentium Cæterum convocans, collata Synodo Christum, Moysen, Paulum, Prophetas & Evangelistas repudiet, proculque à se amandem eo modo, quo cum Ecclesie Doctoribus egit, & quasi lege lata edicat, usque ad Nestorii ætatem dicta Christi, Prophetarum, & Apostolorum substituisse, omnemque fidem meruisse, sed à Nestorii tempore repudiari debere, neque periculo vacare veteri ac novum testamentum, quod non asserat naturam & Personam unum & idem esse; nam ad existentes Hæreses esse variandas, & invertendas Divinas litteras, sanctorumque Patrum assertiones, easque modo recipi, modo repudiari debere. Hæc molitus Severus in angustias redactus, mentisque dubius, qua tandem quasi Persona sanctorum Patrum de duabus in Christo naturis dicta reddat irrita, & tandem non Apostolorum, sed Græcorum more Naturam accipit. Confundit cum Persona. Hoc principium vult cunctis non dumtaxat sanctorum Patrum, sed etiam Prophetarum atque Apostolorum Assertionibus & Testimoniis prævalere.

Cap. 2.
Cap. 5.

Inter decem ista Severi Cornua fuit factio Mono-Physitarum. Et apud hos laudatus Anastasius affirmat decantatissimum fuisse hoc principium: Nulla natura est sine Hypostasi. Et in alio Capite demonstrat Nicænam Synodum discrevisse inter Naturam, ac Hypostasim, ac profequitur: Ex qua cum primis pudefaciendi sint Theodosiani, & Jacobitæ, qui essentiam sive Naturam atque Hypostasim idem esse dicunt. Anastasii tempore apud Alexandrinam Theodosii Sinagogam Prefbiter & logo-Graphis erat Georgius Clidopheus. Etiam hic cum illo disputans assidue blaterabat: Nulla est natura absque Hypostasi. Eadem scripsit in Tractatu de duabus Christi Domini voluntariis Sanctus Joannes Damascenus: Opera præritum sit scire, mitti Hæreticos in errorem ex nominum ambiguitate. Unius Naturæ Adversarios Accephalis inde contigit, ut unam naturam dicerent in Christo, quod dicerent unum & idem, naturam ac Personam, ut ne scilicet Christum dividerent in duas Personas. Item Nestorianis, ut dicerent duas Personas: ut ne duas Christi naturas in unum confunderent. Addit ex eodem denuo principio fuisse lapsos & Monothelitas. Demetrius item

Cap. 10.

Metropolita Nicænus suo operi de Jacobitarum Chatætzarionum Hæresi inseruit hoc ipsorum palmare argumentum. Dicunt Naturam omnem in Hypostasi esse, omnemque Hypostasim intelligi naturam, appellantes Hypostasim, quæ est cum proprietatibus. Talis verò habet tum essentiam communitatem, tum Hypostasis propriam. Siquidem ergo, ajunt, alia est Deitatis Natura, alia humanitatis, juxta quod Patribus constitutum est. Nam quorum sunt diversæ definitiones, eorum quoque diversæ sint Naturæ. Ergo necesse est ut etiam juxta Nestorium dicantur due Hypostases. Sin verò non dicimus duas Hypostases ac Personas, nec duas quoque Naturas oportet dicere. Et in prima adversum suæ Gentis Cap. 11. Errores invectiva scribit Isaac Primas Armeniarum: Quis audiens primam sacram Trecentorum decem & octo Patrum Nicænam Synodum, tres Personas, seu Hypostases, unamque substantiam seu Naturam in sancta Trinitate predicantem non eos tamquam Adversarios oderit, ac negantes Nicænam Synodum, qui Naturam Personam esse impie, ac stulte dicant.

Laudatus Sinaita Anastasius rectè adfirmat C. 6. istud devium Principium esse in Gentilibus Philosophis, & istud assidue inculcat, & denuo pergit: At expulsat semel Græcæ sapientia à Christo per os Pauli loquente nequaquam patimur nos fideles, ut Christi dogmata tradantur, & explicentur ad Aristotelis normam, & disciplinam. Igitur quando quis ex supra dicta decem-Cornuum fatione ad nos accesserit de Christo nobiscum disceptaturus, ne prius ullum verbum defensionis gratia faciamus, quam percunctemur, quid intelligat nomine NATURÆ. Quomodo Naturam interprete- tur. Quid sit Natura, quid Hypostasis, quid essentia, quomodo definiat Personam, & qua notione genus accipiat. Et si tibi Aristotelicæ, & Homericæ definitiones, & leges produserit, affirmans Personam esse Naturam, nullam salutem ei de cætero dicit, ipsumque ad inferiora cum Diabolo amandato, vel potius ablegato infra Diabolum. Neque enim ipse Diabolus ausit Græcæ sapientiam antepone- re Mosaicæ, Propheticæ, Evangelicæ & Apostolicæ traditioni. Ergo quicumque Spiritus Sancti amatores sumus, omnia quæ ad Christum pertinent dogmata prædicemus, & annuicemus cum sancta Catholica Ecclesia secundum traditionem veteris & novi Testamenti. Interpretemur secundum Moysen, Prophetas, & Evangelium, essentiam, Genus, Naturam, Hypostasim, Personam, ita ut nullus contradicere possit. Affirmat & insigniter demonstrat omnes sacras utriusque Testamenti Paginas distinguere inter Usiam & Hypostasim, atque concludit: Si Exarchi & Præsides Deci-Cornis illius Sodalitii hæc non perpenderunt, neque Moysi, aut Salamoni, aut Christi, aut Jacobi, aut Pauli rationem habuerunt, quod attinet ad ea que de natura & Persona tradiderunt. Si enim hæc exlectio- ne cognovissent, utique Dominum Gloriæ non blasphemassent, dicendo naturam non esse sine Persona, sed unum idemque reputari debere Naturam & Personam. Severi Factionem assidue arguit, quod naturam ac Personam non Theologicè definiert, sed Aristotelicè. Idem Anastasius in primo Capite eleganter scribit: Quia stabile & inconcussum funda- mentum

mentum omnis sapientiæ, quæ à ratione profiscitur, consuevit esse præceptio, & Prænotio Definitionum proposito argumento intervenientium, ideo oportet ut ille antecedat, tanquam præsentis argumenti certissimæ Duces. Paucis enim & his minime omnium, qui ævo nostro degunt, curæ & cordi fuit, ut definitiones bene cognitas, perspectasque haberent, sed quasi in nocturna, vel potius Cæcorum pugna, multi Hæreticorum, cum quibus manus conferuimus, de Dogmatibus ad Christum pertinentibus digladiabantur. Quos merito effuse risimus, potissimum illos, qui Alexandriae vivunt. Quid enim magis ridiculum est? de natura nova Dogmata cudebant, & disceptabant, & quæ natura definitio esset penitus ignorabant, de Hypostasi contendebant, & quid Hypostasis esset, non cognoscebant. Sabelliana, Ariana, Nestoriana, atque Eutythiana Hæreses plene hærent in Usia & Hypostasi: in essentia ac substantia. Igitur neque quis ipsas defendere, neque nos ipsas evertere possumus, nisi istas voces plene intelligimus. Et intelligere non possumus, nisi per rectas definitiones; sine his & nobiscum & inter se pugnant Eutythianistæ. Præsertim Alexandriae. Hic enim ob pertinacissimum Hæresiarchæ Eutythetis defensionem Patriarcham Dioscorum, damnatum à Chalcedonensi Synodo, dudum fuit nidus omnium Eutythianistarum. Hinc ipsos Andebatarum more digladiari, & esseritu dignos, rectè censuit & dixit Anastasius. Et rectè concludit. Nos igitur ope Christi à teneris Unguiculis per Paternam traditionem scientia definitionum accuratè accepta, & conspicati post Deum per illam omnes Adversarios susos, fugatosque esse, hortamur ut ante omnia habeatur sedula definitionum cura, maxime illarum, quæ ad defensionem doctrine de Christo faciunt. Ne sitis Barbari de cæcitate percussi, iisque qui vobiscum loquuntur, iterum Barbarus.

Et profequitur: Principio scire oportet, Traditionem Ecclesie nequaquam in omnibus servare, & insequi Græcorum Philosophorum definitiones; præcipue in disputatione de Mytherio Christi & sacro-sanctæ Trinitatis; sed suas quasdam ex Evangelicis & Apostolicis fontibus deducas sequitur Regulas: nam Misterium de Divinitate omnes naturales definitiones & leges transcendit, quod cum Hæretici non adverterint, à recta via exciderunt. Propterea dicebat Paulus se non in persuasibilibus humane sapientia hujus Mundi sermonibus prædicare Christum, eo quod hujus Mundi sapientia, & omnis Philosophia cognitio sit stultitia apud Deum. Quod longè verissimum esse in præsentia materia, Anastasius demonstrat exemplis. Audi primum: Adverte quod prima Philosophiæ definitio sancit: Quæ natura sibi mutuo adversantur, impossibile est in mutuam communionem venire. Exempli gratia, feri non potest ut ignis ferro jungatur sine noxa. Atqui prima salutis nostræ definitio evertit primam Philosophiæ definitionem, dum docet Virginitatem & Par-

tum, Divinumque ignem & naturam Carnis in unam Communionem, & societatem coaluisse. Gentilium Philosophi constanter docent duas diversas ac totales Naturas non posse uniri & componi in unam Hypostasim. Hinc Divina Incarnatio fuit illis stultum Dei, ac stultitia Prædicationis. At verò nobis vocatis, & electis est summa, ac Unica sapientia. Audi alteram Philosophiæ definitionem: Sola illa & unica Hypostasis, quæ omnia continet, circumscripta est; feri enim non potest, ut quis Binarium aut Ternarium incircumscriptum dicat. Nam in circumscriptioe unitatis inest binarius. Anastasius respondet: At verò sancta Ecclesia tres Hypostases incircumscriptas in Deo constituit. Gentilis Philosophia censet Usiam & Hypostasim esse unum, & idem, ideoque unicæ Usiæ credit non posse esse tres Hypostases. Audi tertiam gentilium definitionem: Plato ait Paternitatem prius esse quam sit ratio Filii. En fontem Arianismi. Etiam Arius pro suis Patriarchis habuit Philosophos. Anastasius respondet: Ecclesia verò docet Filium simul cum Patre existere ante omnia sæcula, pariterque initii expertem esse. Hæc & hujus generis alia probe sciens Divinus Basilus sic scribit ad Amphilochem: Natura & Essentia in Ecclesiasticis dogmatibus idem sunt: Significat in Græcorum schola Naturam & essentiam distinguunt. Proinde Gentiles distinguenda confuderunt, & confundenda distinxerunt. Quid differentia inter Essentiam & Naturam Aristoteles posuerit, Anastasius ibidem exponit. Mox infra elucidabitur.

Anastasius nobis suadet, ut sectemur definitionem Romani Clementis: Quamobrem præstantissimus ille Sapientia & Doctrina Clemens composuit proprias Ecclesiasticorum Dogmatum definitiones, tanquam genuinis sanctorum Petri, & maxime sapientissimi Pauli Discipulus, cum audisset ipsum valde repudiare, & desertari Græcicam sapientiam. Est magnum & dignum Sancti Clementis Elogium. Quem ejus librum laudet Anastasius, fautor me ignorare. Hinc interim disco Sanctum Paulum Apostolum de Usia ac Hypostasi disputasse cum Gentilibus: Et hac occasione Christianas ipsarum definitiones fuisse formatas à Romano Clemente, ex doctrina Sancti Pauli. Adeo antiqua est hæc quæstio. Utinam istas authenticas definitiones haberemus ad manum: utinam istas Anastasius inseruisset suis scriptis: Eundem Doctissimum Anastasium jam audivimus inculcantem, quod harum rerum definitiones ex sacris litteris sint hauriendæ: ac item ex sanctis Patribus: Et hanc Regulam tanti facit, ut omnes, qui Usiam, & Hypostasim, naturam, & Personam cum Philosophis confuderint, censet incorrigibiles, induratos in Eutythiana aut Nestoriana Hæresi, non admittendos ad collationem, sed cum Diabolo, & ad Diabolum adji- ciendos. Licet dura, est justa ac vera sententia.

CAPUT TERTIUM.

*Præfatæ voces exponuntur : Et
ipsarum significata
definiuntur .*

Epist. 22. **D**E voce, *Essentia*, scribit Sanctus Augustinus in litteris ad Nobilem virum Consentium: Nonnulli nostri, & maxime Græci, Trinitatem quæ Deus est, magis essentiam quam unam substantiam esse dixerunt, aliquid inter hæc duo nomina interesse arbitantes vel intelligentes, unde vix disputare non est opus. Dicit: Arbitrantes, vel intelligentes respicit famosam questionem, quæ olim de vocibus, *Hypostasis* & *Substantia*, fuit inter Græcam & Latinam Ecclesiam. Eadem de re scribit in quinto libro de Sanctissima Trinitate: *Essentiam dico, quæ Usæ græcè dicitur, quam usitatus substantiam vocamus. Dicunt quidem & illi Hypostasin, sed nescio quid volumus interesse inter Usam & Hypostasin.* Hoc est inter essentiam & substantiam. In septimo libro esse illud, quod aliis subsistit seu substat, atque ita substantiam quasi confundit cum subsistentia. Hoc nomen non exprimit: Et prosequitur: *Deus si subsistit, ut substantia proprie dici possit, inest in eo aliquid tanquam in subiecto, & non est simplex. Unde manifestum est Deum abusive substantiam vocari, ut nomine substantiæ intelligatur essentia; quod verè & proprie dicitur, ita ut fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, quia incommutabilis est. Idque nomen suum famulo suo Moysi enuntiavit; cum ait: Ego sum, qui sum. Et dices ad eos: Qui est misit me ad vos. Sed tamen sine essentia dicatur, quod proprie dicitur, sive substantia, quod abusive, utrumque ad se dicitur, non relative ad aliquid. Rectè dicit essentiam ac usam esse voces Synonymas. Hinc de Ariminenſi Synodo scribit in Dialogo contra Luciferianos Sanctus Hieronymus: *De Usæ nomine abijcienda verisimilis ratio præbebatur, quia in scripturis, agebant, non inventitur, & multis simpliciores sua novitate scandalizat: Placuit auferri. Non erat Episcopis cura de vocabulo, cum sensus esset in verbo: Arguit itam Synodum, quod ex Nicæno Symbolo expunxerit hæc voces: Ex substantia Patris. Consubstantialis Patri. In Græco est: *Usa*. Omonus. An istius Symboli latinus hodie contextus sit ille ipse, quem composuit Hosiæ Cordubensis Episcopus, an sit ab alio translatus ex Græco, non possum definire. Quid**

quid sit, illius Auctor voces, *substantia* & *consubstantialis*, accepit pro vocibus, *Essentia* & *coessentialis*. Eas confundit Sanctus Augustinus; maluisset poni aut transferri: *Ex essentia Patris, Coessentialis Patri.* Communis loquendi modus est nobis hodie attendendus ac sequendus: *Essentia*, & *substantia*, *Consubstantialis* & *Coessentialis* sunt confundenda. Eutychiæ Historiæ Breviculus, seu acta de nomine Acacii Constantinopolitani Episcopi hæc habent: *Catholicæ fides Christum esse fateri, non unius naturæ, sed unius essentia, atque Personæ. Vocem, Essentia, accipit pro Persona. Est locutio infueta, ac nullatenus admittenda.*

Pergamus ad vocem, *Natura*. De quibusdam Gentilium Philosophis, non videntibus hunc Mundum esse liberum Divinæ Majestatis opus, scribit in tertio Divinarum Institutionum libro Lactantius Firmianus: *Isti cum aut ignorarent à quo esset effectus Mundus, aut persuaderent vellet nihil esse Divinæ mente perfectum, Naturam esse dixerunt rerum omnium Matrem; quasi dicerent omnia sua sponte esse nata. Quo verbo plane impudentiam suam consuevit. Natura enim remota providentia & Potestate Divina profus nihil est. Demonſtrat istius vocis verum significatum ab illis non fuisse perceptum, & concludit: *stultitia igitur & error, & cæcitas, & ut Cicero ait; Ignoratio rerum atque Causarum, naturæ nomen induxit.* Quidam distinxerunt naturam Naturatam Christiani dicunt, Creatam, & Creatam. Lactantius ibidem exponit: *Si Natura veritas est, vel necessitas, vel conditio nascentis, non est per se ipsam sensibilis, quia necesse est mentem esse Divinam, quæ sua providentia nascenti principium rebus omnibus præbeat. Aut si natura est cælum, atque Terra, & omne quod natum est, non est Deus Naturæ, sed Dei opus. Proinde propria cujusque rei, quæ ipsi Dominus Creator indidit; Principia sunt Natura, Naturata aut Creatata; Divina sapientia, quæ juxta sempiternas ad incommutabiles sua Ideas indidit, est natura naturans, seu Creatrix. Eodem in sensu Aristoteles scripsit Naturam esse Principium motus & quietis. Et rectè dixit. Rectè item distinxit**

activum, & passivum principium, ideoque corporeas Substantias componi ex materia & substantiali forma, quam Philosophiam constantissimè tenent Sanctus Augustinus, ac alii Ecclesiæ Patres, ideoque turbida hujus sæculi ingenia ipsam sine fundamento machinantur proſcribere. Imperitia semper prurit, & hincit ad nova.

C. 32. Tertullianus in libro de Anima distinguit naturam à substantia: *Aliud est substantia, aliud Natura substantie. Si quidem substantia propria est rei cujusque, Natura verò potest esse communis. Suscipe exemplum. Substantia est lapis, ferrum, Duritia lapidis est ferri, Natura substantie est. Duritia communicat, substantia discordat. Mollitia lanae, mollitia plumæ; Pariant naturalia earum, substantiva non pariant. Substantiam censet esse rei essentiam, per Naturam intelligit Accidentia. Ita & in alio ejusdem libri capite scribit: Mortem bifariam distinxit humanus adfectus, in ordinariam & extraordinariam formam, ordinariam quidem, naturæ deputans, placide cujusque mortis, extraordinariam verò, præter naturam indicans, violenti cujusque finis. Qui autem Primordia hominis novimus, audenter determinamus, Mortem non ex natura secutam hominem, sed ex culpa, ne ipsa quidem naturalis. Facile autem usurpari naturæ nomen in ea quæ videntur à Nativitate ex accidentia adbeſſe. Denuo affirmat Naturam esse accidens. Nempe illud quod ex intrinsicis cujusque rei principiis consequitur. Hoc sensu Gentiles placidam ex peccati delicto Mortem appellabant Naturalem. Quoniam originale peccatum ignorant, censent mortem illam esse Naturæ debitum. Hinc nos Christiani nullam mortem dicimus naturalem. Addit posse talem dici: Quia nempe naturæ nomen potest facile usurpari in ea quæ videntur à Nativitate ex Accidentia adbeſſe. Ita & Sanctus Paulus scripsit omnem generatum hominem esse natura filium iræ. Et ex ipso Sanctus Augustinus originale peccatum frequenter appellavit naturale. Et ex ista phraſi Julianus Eclanensis Episcopus accepit anſam accusandi illum de Manichæa Hæresi, ac Traduciana.*

C. 52. De vocis, *natura*, significatione scribit etiam in suis, à Photio Constantinopolitano Episcopo redactis in compendium, orationibus Sanctus Eulogius Patriarcha Alexandrinus. Adfirmat palmarum omnium Nestorianarum ac Eutychiatarum litium fundamentum & originem esse Errorem, qui confundit Naturam & Hypostasin. Atque prosequitur: *Etenim cum dicamus unam in Trinitate Naturam esse, necessario dicendum erit unam quoque esse Hypostasin. Aut si tres Hypostases, Natura quoque sunt aliud esse Naturam, & aliud essentiam. Naturam rursus diviserunt in Generalem, & singulares Naturas. Et cum ad Sergium scribit Severus; unam, inquit, essentiam Christi esse volumus dicere, ne concurrentium differentiam auferamus. Nam vel una semel nata essentia aut etiam qualitate, quomodo mansit Naturarum, ex quibus unus existit Christus, secundum Essentiam differentia? seu una qualitas est & essentia, frustra deinceps ponit differentiam. Et sane quibus fundamentis nixus unam asserere Essentiam, Severus recusat eisdem, vel involuntariè. Lupi Oper. Tom. II.*

ius negare cogetur unam esse in Christo Naturam. Nonnulli porro ex impudentioribus Naturam, Personam, essentiam idem esse admittentes, non horruerunt admirare etiam in Sancta Trinitate tres esse Essentias; & tres Deos, & tres Deitates, est non verbo, mente tamen docent. Et hi quidem damnantur, velut tres Essentias in Trinitate prodigiøse cadentes, hi verò quod non propriè Deum Patrem, aut Filium, aut Spiritum Sanctum dici censeant. Isti vero fortasse sint, qui tantum signatas seu figurativas proprietates putant esse Hypostases. Ita in multis sententias & errores alios illorum disſecta sæcra progressa est: Quemadmodum & de differentia concurrentium in Christo Naturarum.

Eutychiasta Severus pertinacissimè voluit in Christo Domino esse unicam uti personam, ita & naturam: Naturam ac Personam esse penitus idem. Verum humana atque Divina Natura quomodo possint esse eadem? Hinc inter Severi sectatores quidam distinxerunt Essentiam ac Naturam, quidam confuderunt. Priores in Christo Domino duas essentias posuerunt, unicam Naturam. Postiores hoc improbarunt, ideoque uti in Domino unam Naturam, Personam atque essentiam, ita in Divina Majestate posuerunt tres, uti Personas, ita & Essentias atque Naturas. Hi sunt ex Theodosio, Alexandria Pseudo-Patriarcha, nati novi Ariani, Tritheitæ. Alii erubuerunt de hac scelerata Blasphemiam: faltem ore dixerunt unam Naturam atque essentiam. Etiam tres Personas non sunt ausi negare. Hinc reciderunt in Arii Blasphemiam: Compulsi sunt fateri non nisi unicam Personam esse verum Deum, ideoque duas à vera Deitate excludere. Hinc ipsorum aliqui blaterarunt trium Divinarum Personarum Proprietates non esse veras Hypostases, sed signatas dumtaxat, ac figurativas. Ita Hæresis procedit de errore in errorem, de Blasphemiam in Blasphemiam. Et adversum illos Sanctus Eulogius affirmat essentiam, ac Naturam esse unum & idem. Quod ipsum contra eosdem errores constanter scribit Sanctus Anastasius Sinaita: *Quid est natura? Natura ex Apostoli Institutione, est omne quod in veritate existit, nec à sola Phantasia fingitur, de quo postea copiosius. Ecclesia Naturam vocat ipsam rerum existentium veritatem, sive id quod Essentia illarum instrum est. Natura dicitur à nascentis; & quod fit; seu existat. Sicut & Usæ, Essentia dicitur, quasi Usæ, Ens, Existens, quæ vere concipitur, seu cogitatur esse. Natura, & Usæ, seu Essentia, & Genus; & forma unum idemque in Ecclesiasticis dogmatibus significant: Quemadmodum Panis, Frustulum, & Buccella idem sonant. Demonſtrat Apostolum, dum dixit natura esse Filios Iræ, fuisse locutum improprie, ac pergit: *Natura id nominatur, quod essentialiter se ita habet; sicut natura, seu naturaliter lucis natura ad illuminandum facta est. Et ignis naturaliter procreatus est ad urendum. Et Terra natura condita est, ut germina proferret. Hanc autem Traditionem, ac Naturæ definitionem, quam ex veteri & novo Testamento nunc atulimus, neque Doctores, neque Angelus de Cælo unquam in eternitatem expugnabit aut evertet. Et hæc sua dicta firmat ex Magno Basilio in litteris ad Sanctum**

Cum Amphiloichium: *Natura*, & *essentia* in Ecclesiasticis Dogmatibus sunt idem.

4. Nov.

Tricheita Theodosius fuit Alexandrinæ Ecclesiæ Alumnus, ac tandem Pseudo-Episcopus. Hinc fundamentum captavit à Sancto Pierio, de quo Romanum Martyrologium: *Pierius Presbyter Alexandrinus in Divinis scripturis nobiliter eruditus, vita purissimus, & ad Christianam Philosophiam nudus penitus, ac expeditus sub Caro, & Diocletiano Principibus, regente Alexandrinam Ecclesiam Theona, florentissimè docuit Populos, & diversos Tractatus edidit. Post persecutionem verò omne vitæ suæ tempus Romæ versatus, in pace quievit. Eundem in Ecclesiastica Historia laudat Cæsarensis Eusebius, ac in Illustrum Virorum Catalogo Sanctus Hieronymus. Addit fuisse appellatum, secundum Origenem. Erat istius Ecclesiæ Doctor, & scholarum Præfectus. Quæ omnia habet etiam in Bibliotheca Photius: Et adjungit; *Pierius de Patre & filio piè credit, nisi quod substantias duas totidemque naturas dicit esse: substantiæ & nature nomine, quantum ex his, quæ hunc locum antecedunt & consequuntur, colligitur pro Hypostasi usus, non ita verò ut qui Ario adhaerent.* Eodem abusu vocem, *Natura*, accepit Sanctus Cyrillus Alexandrinus; Etenim in laudata Photii Bibliotheca Sanctus Ephremius Antiochenus memorat & exponit Syncletici Tursensis Metropolitæ Synodum, atque adjungit. Syncleticus *Beatum Cyrillum alicubi Natura pro Persona usum esse ostendit, cum dicit unam maxime verbi naturam carnem induisse, non ipsum dicere sæpe eum duas confessum naturas, quemadmodum mutato consilio unam Naturam, nisi forte tunc Nature vocem pro Persona usurpaverit: Et confirmatur id ex aliis Cyrilli locis, eamque esse Ecclesiæ mentem, aliaque id genus utilia adversus Hæreticam labem hæc Actio certamina continet.* Sanctus Cyrillus id scripsit in litteris ad Successum Dio-Cæsareæ Episcopum: scripsit Christi Domini esse unam Naturam incarnatam: Quod Naturam pro Persona accipiat idem Efreminus ample demonstrat in libris de sacris Antiochiæ legibus. Agit illic constantem ac eruditum istius dicti Apologum: Demonstrat esse Magni Athanasii dictum, ideoque & ab illo vocem, *Natura*, fuisse acceptam pro *Persona*. Et adjungit: *Etiã Sanctum Julium Romanorum Pontificem: Una Natura in Christo pro Hypostasi, à Julio relicta est. Verumtamen, neque veritati, neque sanctis Patribus contradicit.* Quæ omnia dicit & Sanctus Eulogius. Attamen hæret, an ista Epistola sit genuina Julii. Plures affirmant aut fictam, aut falsatam. Quoad Sanctum Cyrillum consonat Sanctus Anastasius Sinaita: *Igitur quis sensus sit, quando Cyrillus unam naturam incarnatam scripsit, alibi idem sapientissimus Pater nobis exposuit; Neque enim nomine Naturæ unius incarnatæ aliud intellexit, quam unam Personam Sanctissimæ Trinitatis incarnatam esse.**

L. 119.

L. 228.

C. 10.

C. 191

Attamen hæc acceptio est Heteroclyta, extraordinaria, infueta etiam ipsi Sancto Cyrillo. Hinc adjungit laudatus Anastasius: *Sufficiunt Catholica Ecclesiæ trecenti octodecim Patres, & Ephesina Synodi, eisdem suffragantes, nimirum naturam & Hypostasim æquæquam unam & idem esse. Lau-*

dat Sancti Cyrilli verba, quibus apud Ephesinam Synodum dixerat Christum Dominum esse non Personam, sed naturam duplicem, & adjungit: *Propterea credere abnuo Cyrillum, qui in Synodo dixit aliud esse naturam, & aliud Hypostasim, Naturam appellasse Hypostases, ne ipse sibi adversetur.* Anastasius Alexandriæ coram Augustali Præfecto disputavit cum Theodosianis Gajaniticis, & reliqua scelerati Severi Factione, ac ex plurimis Sanctorum Patrum testimoniis demonstravit aliud esse Naturam, aliud Personam. Et ipsi omnis Clerus adclamavit Græcè: *Si natura est persona, tolle, exure Sanctos Patres, duas in Christo naturas professos. Si verò natura non est Persona, reprehensione igitur vacat Synodus Chalcedonenfis, quæ dixit in una Christi Hypostasi duas esse naturas unitas.* Et omnis Populus adclamavit Ægyptiacè: *Si Natura significat Personam, Tolle, Ure ante omnes Sanctum Cyrillum, qui ait naturas in Christo confusas permansisse. Si verò Natura non est Persona, frustra nugaris, & vociferaris contra Ecclesiam, naturam esse Personam.* Nempe Anastasius lucidè demonstrat etiam Sanctum Cyrillum inter istas voces passim distinguere. Et in cunctis ejus scriptis familiari est manifestum. Ecclesiæ Patres habent quasdam liberiores locutiones. Et præsentis locutionis primus fons Pierius, licet sanctus, ac eruditus, est tamen adstrictæ auctoritatis. Pergit enim de ipso: *Pierius de Spiritu sancto periculosè nimis, atque parum piè docet, dum hunc inferioris esse gloriæ quam sit Pater & Filius affirmat.* Existimo non sensisse perperam, sed dumtaxat inconcinne locutum. Nec Arius, nec Macedonius umquam invocaverunt ejus auctoritatem. Porro Anastasius adfirmat Severianos circa quædam sentire cum Saracenis. Et quandoque Sanctum Eulogium, qui sub Mauricii Imperio Alexandrinam rexit Ecclesiam, laudat uti pridem defunctum, quæ si conferas cum ejus disputatione coram Augustali Præfecto, dices ejus ævum. Hæc evincunt ipsum vixisse, dum Saraceni jam haberent formatam Rempubicam, ac Religionem, & necdum invasissent Ægyptum. Est tempus Heraclii Imperatoris.

C. 10.

Ejus iste locus est planè audiendus. Facit ad rem præsentem: *Testor Charitatem vestram, Severianos, quando audiunt in Christo Hypostases, nisi fallor, Hypostases facultatum, possessionum, seu fortunarum intelligere, eaque de causa animo intrepido, & imperterrito, eas prædicare, & consiteri. At verò quando audiunt Naturam, turpia quædam & absurda animo efformare utpote partes, quæ Virorum ac Mulierum corpora constituunt, quam ob rem vocem hanc aversari, quasi in Saracenorum disciplina instituti essent. Nam & isti cum Dei conceptionem & Nativitatem audiunt, de repente Nuptias, & Semen, carnalemque conjunctionem somniantes blasphemant. Etenim si Severiani aliter affecti sunt, qua ratione cum Corpus Domini nominant, plurimasque & diversas appellationes prorsus frigidas, indignas, alienasque etiam ab Angelica naturæ accipiant, solam naturæ appellationem in Deo respuant? En tibi, Corpus Domini vocant mortale: vocant corruptioni obnoxium, vocant paribile, fluxile, materiale, terrestre, fami, siti & laboribus subie-*

Cum: *Quæ appellationes, neque in Angelos, neque in Spiritus competunt. Solius naturæ, sive veritatis appellationem eidem Corpori Christi tribuere detrectant. Et cur prædicta nomina, & non potius adhuc asperjora in medium adfero. Fatentur enim Christum per Carnem factum maledictum, & peccatum ut dicit Scriptura. Fatentur illum quadraginta dies tentatum à Diabolo. At ut naturam seu veritatem vocent, adduci nequeunt. Fatebantur in Christo Domino Naturam: Naturam unicam. At Divinam, non humanam. Et audis rationem: Valentinianam, Marcioniticam, Manichæam, Saracenicam. Est res alterius loci.*

Eadem loquendi libertate Sanctus Cyrillus fuit usus circa vocem, *Hypostases*: accepit pro *natura*. Ejus tertium Capitulum habet: *Si quis in uno Christo post unionem dividit Hypostases, eaque dumtaxat conjunctione easdem inter se necit, quæ est secundum dignitatem, & non ea potius, quæ est secundum naturalem unionem, Anathema sit.* Lucidè adfirmat in Christo Domino fuisse, & mansisse duas naturaliter unitas Hypostases. Etiam alibi dicit ex duabus naturis seu Hypostasibus constitui Christum. At verò in plurimis suorum operum locis loquitur longè aliter: *Hypostasim accipit pro Persona.* Etiam in quarto suo Capitulo: *Si quis duabus Personis vel Hypostasibus eas voces attribuit, &c. utique utriusque naturæ Idiomata.* In tertio pro natura, in quarto Capitulo istam vocem accipit pro Persona. Hæc omnia producit & urget nescio quis Nestorii defensor Andreas, Sanctum Cyrillum oscitantæ & contradictionis arguit, ac ipsum adloquitur: *Et quomodo, cum Theodoretus tua duodecim Capitula refutare adgressus esset, nunquam defendisti id, quod de hujusmodi Hypostasibus in tertio Capitulo adseveras? Quamobrem inconstans tibi ipsi repugnans, & tua vineta cædis, aliquando quidem unam Christum naturam adferens, aliquando duas Personas. Magnæ gratiæ Doctissimo Cyrillo, qui ubique diversas in Christo Hypostases constituit. Duriora eructavit Maro Edesenus Episcopus. Etenim blateravit Sanctum Cyrillum per sua sibi invicem contraria Capitula esse Patrem Severi. Amborum verba refert Sanctus Anastasius Sinaita.*

C. 22.

Et pro Sancto Cyrillo respondet: *Audistis, fratres, Draconis nequissimi Andree convitia, quæ ex peccore Nestoriani veneni plenissimo adversus sapientissimum Doctorem Cyrillum eructavit, eo quod dixerit Naturas esse Hypostases. Ego num talia dicta sint verè illius sancti Patris, an aliorum, non habeo dicere. Universus enim sanctorum Patrum Coetus, & ipse Sanctus Cyrillus non uno loco dicunt aliud esse Naturam, & aliud Hypostasim. Et hanc regulam secuta Catholica Ecclesia docet Christi esse duas Naturas unitas; duas verò Hypostases seu Personas in illo profiteri vel constituere nequaquam audeat. Nam Hypostasis nihil est aliud, quam propria secundum se ipsam Persona. Eodem modo respondit, Cyrillum easdem ob causas calumniant, Joanni Gygæ, Principi, Herculi, ac apud Alexandriam Patriarchæ factionis Theodosianæ: *Utrum Beati Cyrilli sint voces illæ, soli Deo notum est.* Contrariæ Sancti Cyrilli de hoc tanto Myrætio voces Anastasium turbaverunt. Hinc*

C. 10.

suscipatus est has, aut istas esse suppositas, sine fundamenro. Certum est ambas esse ejusdem Cyrilli. Et Cyrillus est innoxius. Est enim imitatus suum in Alexandria Cathedra Antecessorem Magnum Athanasium, scribentem in quinta oratione contra Arianos: *Deus revera est una essentia, una hypostasis, & non duplex, ne duo sint principia.* Et in litteris ad Africanos Episcopos damnat Ariminenfis Synodi decretum, quod, & vocem *Usa*, & vocem *hypostasis* proscripti uti Divinæ Majestati incompetentes, atque prosequitur: *Hypostasis autem essentia est, neque aliud significatum habet, nisi hoc ipsum quod Hieremias Hyarxim nominavit dicens; Nam audistis vocem Hyarxios. Nam & Hypostasis & Usa id ipsum est quod Hyarxis. Ac si dicas subsistentiam, & subsistentiam esse idem cum essentia.* Et in litteris ad Antiochenam Ecclesiam affirmat antiquam illam & periculosam inter Orientales ac Occidentales Episcopos de tribus hypostasibus litem fuisse fundatam in eo, quod vocem Hypostasis, alii pro Persona acciperent, alii pro essentia & natura. Sanctus Cyrillus, uti & alii quidam Patres, acceperunt utroque modo. Utraque significatione utitur etiam Sanctus Epiphanius. Etenim Arianis, vocem, *Usa* seu *essentia*, repudiantibus, & clamantibus non reperiri in sacris litteris reposuit; *Ignorant idem esse Hypostasim aut Usam dicere.* Adfirmat vocem *Hypostasis* reperiri in Epistola ad Hebreos, ideoque & significationem vocis, *Usa*. At verò in alio loco scribit: *Ob id Hypostases ab Orientalibus usurpantur, ut Personarum proprietates subsistentes ac existentes declarent.* Etiam in fidei expositione dicit Sanctus Gregorius Thaumaturgus: *Pater & Filius mentis consideratione duo sunt, Hypostasi unus. Dixit adversus Ælianum gentilem, ideoque gentili more, vocem Hypostasis, accepit pro essentia: Accommodavit he homini in quem disputabat. Erat locutio liberior, qua postmodo Ariani sunt abusi. Hinc non imitanda. Hæc habet Magnus Basilus in litteris ad Ecclesiam Neo-Cæsareensem.*

Fol. 719.

Hæref. 69. c. 70. Hæref. 73. c. 16.

Epist. 58.

75. DA.

Cyrillum in famosa, quam inter orthodoxos ac Severianos Episcopos haberi jussit Imperator Justinianus collatione, insigniter defendit Hypatius Archi-Episcopus Ephesinus. Etenim Severianis accusantibus: *Cyrillus in Epistola duodecim Capitulorum duas Hypostases pro duabus naturis dicit, reposuit. Antiqui Patres, & maxime Romani, pro Hypostasi, & Naturam, & subsistentiam nuncupabant. Unde sicut unam Naturam, & unam essentiam, ita & unam Hypostasim Sanctæ Trinitatis esse dicebant. Orientalibus verò sanctis Patribus pro Persona suscipientibus Hypostasim, & sicut tres Personas, ita & tres Hypostases in Sancta Trinitate dicentibus per multa tempora dissidium factum est inter Orientales & Occidentales Sanctas Ecclesias. Exponit istius controversiæ seriem, atque concludit: *Sanctus Athanasius utriusque linguæ peritus, per Dei gratiam ad concordiam revocavit. Et ab eo tempore usque in hodiernum diem & apud nos & apud Romanos, sicut una Hypostasis, & una Natura in Trinitate suscipitur, & sicut tres Personas in Sancta Trinitate consistunt, ita & tres substantias**

glo-

hificamus. Originalis, utique Græcus, Textus latet, aut perit. Omnino existimo pro verbis, tres substantias, illis fuisse tres Hypostasas. Quare Hypatius Vir suo sæculo per omnia eruditissimus adfirmat varia. Primò quod apud Antiquos & Græcorum & Latinorum Patres, vox, *Hypostasis*, indifferenter significavit & Naturam & Personam. Secundò quod eandem vocem Orientales pro Persona, Occidentales Patres mallent accipere, ac passim acceperint pro substantia seu essentia. Tertio quod hac de causa Orientales liberè dicerent, Occidentales autem recusarent dicere tres in Deo Hypostasas. Quia in nostra lingua non dicimus tres substantias. Quarto quod utriusque linguæ peritus Sanctus Athanasius litem composuerit: Quod utramque gentem permiserit in suo loquendi modo ac sensu abundare. Quod ea de causa istam vocem quandoque pro essentia acceperit, quandoque pro Persona. Quintò Hypatius dicit, quod Sanctus Cyrillus sit secutus ejus vestigia. Et habuit rationes. Etenim non dumtaxat in Ephesina Synodo, sed & in cunctis ante ipsam adversus Hæresiarcham Nestorium gestis egit vices Romanæ Ecclesiæ. Hinc in tertio ad Latinum, in quarto suo Capitulo est locutus ad morem Græcum.

Similem locum habet in Scholiorum libro. Habet hunc titulum: *Quod & adunato Deo Verbo veræ humanitatis, inconfusæ tamen substantiæ permanerint*. In Græco est vox, *Hypostasas*. Eadem vox est in litteris ad Acacium Melitensem Episcopum, secundæ Armeniæ Metropolitanam, ubi dicit in Christo Domino perseverasse naturarum seu substantiarum differentiam. Et ad hæc scribit Facundus Hermianensis Episcopus: *Consideret ergo Lector, quomodo adseratur, quod in Christo naturis inconfusè manentibus substantiæ quoque permanerint, quæ numquam fuerunt. Quoniam semper ad Dei Verbi substantiam humanitas illa pertinuit, nunquamque sibi velut in propria Persona subsistit adsumens substantiam naturam, & in illam nascendo transiens, & transiundo nascens, cui causa oriundi, totumque quod vita est, ipsa fuit adsumptio*. Adfirmat esse inconcinnas, idèdque in molliorem sensum piè ac reverenter accipiendas locutiones. Hanc enim reverentiam omnis Ecclesia debet Sancto Cyrillo. Hinc ille concludit eandem posse, immò ac debere impendi similibus hinc inde dictis Theodori Episcopi Mopsuesteni. At certum est illas locutiones in lingua Græca non esse inconcinnas. Rectè enim in libro de Seditis scribit Leontius Scholasticus Byzantinus: *Sciendum est Hypostaticum, & Hypostasis duo significare. Nam & significat id quod simpliciter existit. Quo significato dicimus & accidentia habere Hypostasis, licet in aliis esse suum habeant. Significat & id quod seorsim & per se existit: qualia sunt individua substantiarum. Quo fit ut Hypostaticum per se duplici modo dicatur Hypostaticum: Tum quatenus est quidam existens, tum quatenus seorsim ac pro se existit ut Petrus & Paulus. Itidem & non Hypostaticum duplex est. Nam & per se existit, quod prorsus non*

*existit, ut Tragelaphus & Hypo-Centaurus. Rursum & per se existit dicitur, non ut quidem quod non existit, sed quod Hypostasis habet in alio, ac non per se subsistit. Qualia sunt Accidentia. Adjungit Sanctus Cyrillus in utraque vocis acceptance locutum. Exponit in Scholiis ad præfatum Facundi locum Dionysius Petavius: *Duas Hypostasas in Christo, duas substantias dicere si voluit Cyrillus, meritò reprehenditur. Sed quid alienius à dogmate Cyrilli? Hypostasas ergo posuit pro substantiis Athanasii exemplo, & Alexandrinorum more. Quare substantias reddere debuit interpres, non substantias. Hoc est omnino verum. Sanctus Anastasius Sinaita adfirmat, quod Sanctus Cyrillus intellexerit non personales Hypostasas, sed essentias, seu res existentes. Hoc ipsum habet Nicetas Philosophus Byzantinus in Apologia Synodi Chalcedonenfis.**

Ex his intelliges Quæstionem, de qua inter Sanctum Ephremium Antiochiæ Patriarcham, ac Sanctum Domitianum, Melitenæ in secunda Armenia Archi-Episcopum, mota scribit in Bibliotheca Photius: *Mittitur & ab Ephremio ad Domitianum Epistola, qui incidens, in ejus quædam verba, turbatus est mente, & solvi dilationem exoptavit; verba autem sunt hæc: Non potest Hypostasis Hypostasis, qua Hypostasis est, uniri, ut Petrus & Paulus unam eandemque Personam constituisse, sed neque substantia cum alia substantia ut per eam alia subsistit, in identitatem substantiæ convenire, ut anima & corporis natura unam non possunt perficere naturam, nisi quis fortè in commune quid quod afferat secundum illas, & prius uniri invicem minime conducebat, ut quod in Creaturam fertur, vel hoc in tempore, vel in similia. Tunc enim non amplius diversæ naturæ in unam naturam convenerunt, sed quæ habent substantiæ ab initio consubstantialitatem communitate quadam longissima, idem Jus tenere videntur. Quæ enim Domitianum turbant, & quorum exoptat solutionem, & nactus erat, hæc erant; Primò quidem non incredibile sermone dubitationem aggreditur, deinde & per sanctorum Patrum voces propria ac subiecta verba rectè concluduntur. Prima Domitiani dubitatio fuit, quomodo Ephremius diceret duas Hypostasas inter se non posse uniri in unam ac eandem? Dubitandi ratio erat, quomodo Ephremius ex duabus essentis diceret non posse conflari unam? Ratio dubitandi erat, quod ex animæ & corporis essentis una fieret. Et Ephremius reposuit se contra Eutychianitas egisse de totalibus essentis, non de particularibus. Photii contextus compendiosus, idèdque & obscurus.*

Facundus Hermianensis adducit ex Sancto Cyrillo hæc verba: *Cum dixerimus, quia Verbum Caro factum est, Carni communicavit secundum substantiam ineffabiliter, & quomodo nec intelligi potest, tunc etenim, & nunc uniuscujusque substantiæ Persona intellectu suscepta simul concurrunt naturis ad unitatem. Adfirmat contineri in libro undecimo, in Commentario Epistolæ ad Hæbreos; atque adjungit: *Quis sciens Cyrillum prædicasse, quod ita Deus Verbum carni communicavit, ut in eo mysterio non solum duæ naturæ ad unitatem concurrerent, sed etiam duæ substantiæ atque Per-**

*Persona, non miretur cum audit, quod Diodori, ac Theodori scripta quasi Nestoriana culpaverit, & non potius imitator sui Decefforis Athanasii scripta omnium in pace Ecclesiæ quiescentium sudaverit excusare? Adfirmat quod Cyrillus etiam vocem Persona acceperit pro natura. Adfirmat esse acceptionem liberam atque Heteroclytam, orthodoxam tamen in Cyrillo. Et ab omnibus excusari. Hinc concludit Diodorum Tarfensem, ac Theodorum Mopsuestiensem Episcopum ob similes locutiones non esse damnandos. Nec à Cyrillo fuisse damnatos. Etiam Nicetas Byzantinus in præfata Chalcedonenfis Synodi Apologia scribit de Magno Athanasio: *Magnum Athanasium duas Personas in Christo esse contendit, & rectè adjungit: Quæ nisi quis adserat dicta esse à Patribus, sic vocabulis abutentibus, eosdem hæreses nota infamabit, & ex iis orationibus testimonia congerens, sibi ipsi, & aliis maxima incommoda comparabit. Adfirmat Patres, licet per abusum, Metaphoram, aut æquivocationem hinc inde talia scriperint, esse à nullo damnandos. At tamen licet ipsos damnare nequeamus, istas tamen ipsorum locutiones oportet improbare, ac longissimè à nostra lingua proferri. Hinc Basileensis Synodus rectè damnavit has propositiones Augustini de Roma, Archi-Episcopi Nazareni: *Natura humana in Christo verè est Christus. Natura humana in Christo est Persona Christi. Ratio suppositivæ determinans naturam humanam in Christo non realiter distinguitur ab ipsa natura determinata. Natura humana in Christo procul dubio est natura Verbi, & Verbum. In Christo natura assumpta est realiter Persona adsumens. Aliud longè Augustinus ille, longè aliud fenserunt Sanctus Athanasius, ac Sanctus Cyrillus. Videtur tamen ille cum his vocem Persona confudisse cum voce Natura. Et Synodus meritò damnavit. Vocem acceptionem, quam dudum sepevit Ecclesia, non est revocanda in lucem.***

Proinde Persona, Hypostasis, substantia, sunt unum & idem. Etiam Essentia, substantia, forma, Natura. Nos latini jam pridem ita loquimur. Et ab hoc loquendi modo non licet recedere. Quisquis nunc Personam aut Hypostasis pro essentia, vel vice versa acceperit, dignus est gravissima poena, imò & Anathemate. Insignem hac de re Epistolam, ad suum Fratrem Sanctum Gregorium Nyssenum Episcopum scripsit Magnus Basilius, & dicit præsertim tria. Primo quod aliqui Usiam ac Hypostasis confundant, atque ita in Domino Deo dicant uti unam Usiam & Hypostasis; & adjungit: *Abest in suspectas piis cogitationes. Secundo dicit quædam nomina singularia, quædam esse communia, seu Universalia. Et dat singularium exempla. Tertio dicit esse Usiam rem communem; Hypostasis verò esse rem & nomen singulari. Hinc Petrus & Paulus dicimus Homoussios, ac ejusdem Usiæ, id est, Co-essentiales, ac essentia ejusdem, & esse duas Hypostasas, Quæ omnia amplissimè demonstrat. Eadem reperit in litteris ad Cornicum Terentium: *Quod si me oportet, animi sententiam de his ipsis exponere bre-**

*viter sic habeto. Quæ est ratio communis ad proprium, eadem quoque habet Usia ad Hypostasis. Unusquisque nostrum per communioem Usiæ rationem essendi est particeps, per peculiarem suas proprietates talis vel talis existit. Ex in litteris ad Sanctum Amphilochem Episcopum Iconiensem: *Usia & Hypostasis illam habent differentiam, quam communis ad proprium habet animal ad hominem. Animal nimirum ad hominem hunc vel illum. Propterea Usiam in Deitate profitemur unam, ne essendi ratio diversimodè reddatur: Hypostasis autem propriam & peculiarem, ut incommixtam, & manifestam de Patre, Filio, & Spiritu Sancto sententiam foreamus. Ita & in septimo de Sanctissima Trinitate libro scribit Sanctus Augustinus. Si genus est Essentia, species autem substantia seu Persona, ut nonnulli sentiunt &C. Per speciem intelligit individuum. Hanc distinctionem variè agit, & tandem firmat. Hoc ipsum largè agit Sanctus Joannes Damascenus in Tractatu de duabus Christi Domini voluntatibus, & operationibus. Et apud Sanctum Athanasium Auctor Tractatus de definitionibus; *Essentia, genus, natura, & forma idem sunt. Persona item, Character, Hypostasis, Individuum & proprium, etiam ipsa sunt unum. Nam natura multas in se Hypostasas continere potest. Homines enim uno corpore & uno spiritu constantes, omnes ejusdem sumus naturæ & essentiæ, sunt verò multe Hypostasas. Nam ideo dicitur Hypostasis, quod Essentia subsistat. Atque natura quidam & Essentia dicuntur Universales, Hypostasis verò partialis. Hinc item Sanctus Anselmus, Richardus de Sancto Victore, ac alii postremi Ecclesiæ Patres definiunt Personam, seu Hypostasis esse individuum Rationalis substantiæ. Irrationalis substantiæ individua appellant supposita. Hæc distinctio recentior. Etenim præfatus Auctor Tractatu de definitionibus non dumtaxat Brutis animalibus, sed etiam inanimatis rebus adscribit Hypostasis. Nescio an quis authenticus latinus eis unquam adscriperit Personam. Et hæc omnia in Florentina Synodo probavit etiam Marcus Ephesiorum primas, ac Pater Joannes de Monte nigro, Fratrum Prædicatorum Prior Provincialis in Lombardia. Et demonstrant ex Magno Basilio, ac Sancto Gregorio Nazianzeno. Eadem docet Sanctus Anastasius Sinaita: *Persona seu Hypostasis ex sententia sanctorum Patrum est proprium quiddam præter commune, nam cuiusvis rei natura est quiddam commune. At Hypostasas sunt propriæ. Rectè dicit Hypostasis esse proprium præter commune, quia omnis Hypostasis seu Persona includit Naturam. Et hinc oritur quæstio, quomodo Hypostasis & Usia, seu Persona & natura; Item quomodo Personalitas, seu substantia à natura distinguantur? De Verberis Hæreticis scribit laudatus Anastasius: *Fortè dicent in Trinitate non esse idem naturam & Hypostasis. In mysterio autem Incarnationis Christi, qui unus est de Trinitate, unus & idem esse naturam & Personam seu Hypostasis. Non enim reperiri Naturam Personæ expertem. Adfirmat hæc Alexandriæ fuisse agitata à Theodosianis ac Gajanitis. Theodosiani persent Usiam & Hypostasis, Naturam & Personam*****

Lib. 11. c. 7.

Act. 7.

L. 118.

Epist. 391.

C. 6.

Sess. 18.

Epist. 37.

Lib. 11.

C. 7.

C. 9.

Epist. 343.

Nam esse ubique, ac Universalia, unum ac idem, atque ita in Divina Majestate non dumtaxat tres Personas posuerunt, sed & tres naturas & essentias facti Tritheitæ, novi Ariani. Gajanitæ hæc horruerunt. Et merito. Hinc in Divina Majestate facti sunt aliud esse Naturam seu Usam, aliud Hypostasim seu Personam. In Humanis ea confundunt. Hinc in Christo Domino uti unam Personam, ita unam volere naturam. Et Anastasius reposuit: *Hæc eorum Gajanitarum de Divinis dicta promptissimè, immò obvis ulnis acceptamus, neque ullo modo abjicimus, sed cupidè amplectimur.* Et certè Divinæ Personalitates seu subsistentiæ simul cum natura constituunt Divinas Personas, adeoque esse debent quid positivum, ac à natura distinctum. Inter ipsa ac naturam est major distinctio, quam inter naturam & attributa. Etenim Pater, Filius, Spiritus Sanctus eò sunt Deus quo sapiens, eò Sapiens quo Deus. Et sic de attributis aliis. At non eo sunt Pater, aut Filius, aut Spiritus Sanctus quo Deus. Hæc amplè in libris de Sanctissima Trinitate deducit atque exponit Sanctus Augustinus.

Interim inter creatas ac increatas Personalitates est aliquid discriminis. Hæ sunt quid Positivum, istæ non item. Joannes Scotus & ejus schola rectè dicunt eas non esse aliud quam negationem unionis. Etenim Aqua, Ferrum, aut lignum, licet magnum, non est nisi unicum suppositum, si dividas, tot facies supposita, quot partes. Eodem modo de Divina omnipotentia Sacrosanctam Domini Humanitatem à sui verbi Persona separat, illa mox esset humana Persona. Item si in primo verbæ Creationis momento illa non fuisset eidem verbo unita, sed postmodo adsumpta, in isto interim etiam fuisset humana Persona. Sola unio humanam Personalitatem seu subsistentiam evertit. Palam hæc docet in libris contra Macedonianos Paschasius Romanæ Ecclesiæ Diaconus: *Dei & Hominis duplex substantia est, sed tamen una Persona. Quamobrem? Quia dum formam servit accipiens famulo Deus jungitur, minoris humilitas intra Reverentiam majoris absconditur, & superioris lumine exinanita consumitur, ac sic proprietatem Personæ Humanitas Divinitate obumbrante vel eminente non obtinet.* Et Ratinus infra: *Si in Christo Deo pariter & Homine*

duas substantias dicimus, quare non duas simili ratione credamus Personas? non ita est, nam qui duas Personas in Christo facit, impietatem Quaternitatis introducit, quam penitus rerum naturæ non recipit. De duabus rationalibus, diversisque substantiis, præsertim de Dei & hominis, de Creatoris & Creaturæ, una fieri non potest, de duabus vero Personis una fieri potest. Quia nempe natura naturam non potest, Persona verò potest absumere Personam. Utiq; per unionem. Superior Personalitas absumit minorem. Natura inferior à superiore adsumitur, ideoque & transit in ejus Personam.

Hoc in puncto pendet inter Sanctum Ephremium Antiochiæ Patriarcham, ac Sanctum Domitianum Melitensem in secunda Armenia Archiepiscopus mota quæstio, de qua Photius in Bibliotheca: *Mittitur ab Ephremio ad Domitianum Epistola, qui incidens in quedam ejus verba, turbatus est mente, & solvi dubitationem exoptavit. Verba autem sunt: Non potest Hypostasis Hypostasi, qua Hypostasis est, uniri, ut Petrus, & Paulus, unam eandemque Hypostasin constituere, sed neque Usam unam altera Usa ut per eam alia subsistat, in Identitatem Usæ convenire. Ut Animæ & Corporis Usa non possunt conjungi in unam Usam, nisi forte in commune quis quid adferat, secundum illas, & prius uniri invicem minimè conducebat ut quod in creaturam fertur, vel hoc in tempore, vel similia. Tunc enim non amplius diversæ Usæ in unam Usam convenerunt. Sed quæ habent Usæ ab initio To homousion communionem quadam longissima, idem jus habere videntur. Quæ Domitianum turbavit, & quorum exoptabat solutionem, & nactus erat, hæc erant. Sanctus Ephremius per pauca verba evertit & Nestorium & Eutychem: Nestorium per hoc: Hypostasis Hypostasi uniri non potest secundum Hypostasim. Hoc est, vera Hypostatica unio non patitur, ut duæ unitæ Hypostases maneant Hypostases. Quia nempe una per unionem absumit alteram. Eutychem evertitur, per hæc verba: Essentia per unionem non potest transire in essentiam, quia nempe per unionem Natura non absumit naturam, atque ita Eutychemianistæ ex Hypostatica Christi Domini unione inferentes Naturarum conversionem, aut confusionem, insignitè hallucinantur.*

tatione contra Comitem Pacentium dixit S. Augustinus: *Abstine ut erubescamus Catholici in universo manentes nos appellari propter fidem veram unius, ejusdemque substantiæ à nonnullis verbis Græcum non intelligentibus, Homousianos, qui nos appellari gaudemus de Græco Christi nomine Christianos.* Et in libro contra Sermonem Arianorum: *Ariani, & Eunomiani nos vocitant Homousianos, quia contra eorum errorem Græco vocabulo Homousion defendimus Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, id est unius, ejusdemque substantiæ.* Et ad suos Monachos scribit Magnus Basilius: *Ariani Nicænam fidem calumniantur, & nos Homousiastas, sive Homousianos probrosè vocant, propterea à quod in ea fide Filium Dei unigenitum cum Deo, & Patre Homousion, hoc est ejusdem Essentiæ confitemur.* Et in primo Sancti Martyris, ac Abbatis Maximi Dialogo Anomæus dicit ad Catholicum: *Parum abest quin mihi persuadeas ut fam Consubstantialista.* Et infra istud ipsum repetit. In Græco est Homousion. Et in tertio Dialogo dicit etiam Macedonius: *Si vel unum istorum ostenditis, fam Homousiastes.* Quod Hunnericus Arianus Wandalarum Rex, eodem nos elogio vexarit testatur in libris de Wandalarum persecutione S. Victor Uticensis Episcopus. Et nostri tam in Occidentali, quam in Orientali Ecclesia Majores Elogium non erubuerunt. Ex quibus lucet vocem Homousios Ariani odioffissimam, nobis orthodoxis semper fuisse per omnia dilectissimam.

S. Athanasius in libro de Ariminensi, ac Seleuciensi Synodis demonstrat has voces, ex substantia Patris, & Consubstantialem Patri, esse ferè ejusdem virtutis, ideoq; ambas insertas in Nicænum Symbolum, atque prosequitur: *Adversum eos qui ex omni parte Synodum convitiis carpunt ista pauca ad refutationem suffecerunt. Adversus autem eos, qui omnia Synodi scripta recipiunt, de solo autem Consubstantiali ambigunt, non ut adversum inimicos affici non decet; neque enim veluti adversus Ariomanitas, aut quasi Bellum gesturi Patribus contradicimus, sed veluti fratres cum fratribus disceptamus, ut cum quibus nobis eadem sit sententia, controversa autem de verbis. Nam cum profiteantur filium ex Patris substantia, & non alia subsistentia esse, nec Creaturam eum, nec opus existere, sed genuinum, & naturalem Patris factum, & æternaliter cum Patre esse, cum ejus & ratio, & sapientia sit, non longè absunt à recipienda hac voce, Consubstantialis. Talis autem est Basilius ex Ancyra in scriptis suis de fide. Adfirmat isti voci esse duplices Adversarios: Arianos Hæreticos omnes, & quosdam Catholicos. Hi licet rem admitterent, censebant vocem esse inconcinnam, ideoque proscribendam. Et ita à Catholicis etiam Episcopis proscripta, aut potius proferri permissa fuit in Synodis Syrmientiensi, Seleuciensi, ac Ariminensi. At malè. Et per dolo Ariarum. Hinc omnes isti Episcopi sunt habiti pro lapsis, digni perpetuum redigi in laicam Communionem. Hinc in ipsis ingemiscens Terrarum Orbis est se miratus Arianum. Porro Ancyranus iste Basilius non fuit orthodoxus. Eum cum Laodicensi Gregorio Sanctus Epiphanius nunc*

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

merat inter Principes Semi-Arianorum; & ille, quem Eusebianus factio intrusit in locum famosi Marcelli. Ex ipso, ac ejus Congerionibus postmodò ebullitis Hæresis Macedoniana, nam & hæc est Semi-Ariana. Interim istum Basilius non solum Athanasius magni fecit, sed & Magnus Basilius. Cum ipso exercuit Dogmatum Epistolare Comercium. Nempè cum filium profiteretur esse ejusdem essentiæ cum Patre, suam de Spiritu Sancto Blasphemiam obtegebat. Hinc Athanasius scribit ipsi solam vocem displicuisse. Quod ipsum profecti sunt omnes ejus Symmittæ. Inter primos autem potiores, qui sine fronte palam cœperunt Spiritum Sanctum blasphemare, fuit Macedonius: Hinc dedit nomen Hæresi.

Ejus factio, licet circa Patrem, & Filium recta sentiret, nostram præsentem vocem fuit averfata, immò & abominata. Hinc de ipsa ab Imperatore Valente, ac Eudocio Constantinopolitano Arianorum Episcopo persecutione patiente scribit Socrates: *Eustachium Sebastie Episcopum, Silvanum Tarsi Cilicie, & Theophilum Castalorum Romam mittunt, illisq; in mandatis dant, ut cum Liberio Pontifice nequam de fide dissentiant, sed communicent cum Romana Ecclesia, & consubstantialis fidem ratam faciant.* Et sic fecerunt Nicænum Symbolum ex integro apud Liberium profecti. Ita per Liberium speraverunt finire Imperatoris Valentianiani gratiam, atque ita fratris Valentis iram evadere. Dolosè. Hinc Socrates pergit: *Macedoniani quamquam post legationem ad Liberium missam aliquandiu cum illis, qui fidem in Nicæno Concilio decretam perpetuè amplexati fuissent, in Ecclesiis cujusque Civitatis absque discrimine communicabant, tamen uti Gratiani Imperatoris lex libertatem singulis sectis Conveniens agendi largita fuerat, rursus se ab Ecclesia separare constituerunt.* Idcirco Antiochiæ in unum coacti de integro decreverunt vocem, Consubstantialis, esse averfandam. Et Magno Imperatori Theodosio coram Liberio Actorum memoriam refricanti; ideoque sincerum ex animo reditum ad orthodoxam Ecclesiæ pacem suadenti, contumaciter in Constantinopolitana Synodo reposuerunt se malle Arianam opinionem asservere, quam Consubstantialis Fidei adferri. Quæ omnia scribit etiam Hermias Zozomenus. Et hinc apud Sanctum Maximum non solus Anomeus, seu Eunomianus; sed etiam Macedonianus orthodoxum per contumeliam appellat Homousiasten.

Istius vocis post Arium ac ejus Primitivos Congerones palmaris, & Capitalis in ipsa etiam Nicæna Synodo hostis fuit Eusebius Nicomediensis Episcopus. Ejus Collega Eusebius Cæsareensis Episcopus, ipsam licet post aliquam tergiversationem admittit in laudata Synodo, & de ipsa scripsit ad suam Ecclesiam: *Eodem modo etiam illud, Filium Patri consubstantialem esse, ratione & exquisitum est & probatum, non more corporeo debere intelligi, neque quidquam habere simile cum mortalibus animantibus: Nam neque divisione substantiæ, neque desensione, neque mutatione Paternæ Essentiæ & facultatis posse constare: Ingentiam enim Patris naturam, ab his omnibus prorsus alienam*

S f nam

CAPUT QUARTUM.

Exponitur significatio vocis, Consubstantialis.

Hanc vocem pessimè odit omnis Ariana factio, & plurimis oneravit calumniis, &

ex adverso omnis semper post Nicænam Synodum Ecclesia constantissimè defendit. Hinc in disputatione

nam esse: Et hoc, Patri Consubstantiali esse, nihil aliud ostendere, quam filium Dei, ad reliquas creaturas nullam habere similitudinem, sed unius Patris qui illum genuit, omnino similem esse: Neque ex alia quam ex Patris Substantia, & essentia genitum. Quod quidem sic expositum, rectum videbatur adfensione approbare. Nam nonnullos veteres Episcopos, & scriptores, viros sane disertos atque illustres, in Patris ac filii Divinitate explicanda, hoc verbo, Consubstantiali, usos fuisse cognovimus. Et de suis in Nicæna Synodo cum Magno Imperatore Constantino Colloquiis adjungit: ILLE IPSE vocem, Consubstantiali, explicavit ad hunc modum: Consubstantiali de Corporis adfectionibus non posse intelligi, neque Dei Filium vel divotione, vel deflectione, ut ita dicam, ex Patre constare. Nam non posse fieri, ut Natura, que materiæ experta est, que sola intelligentia percipitur, que Corpore vacat, Corpoream ullam adfectionem in se excipiat, sed ejusmodi res nos arcanis, & divinis verbis debere complecti. Existat hæc Epistola apud Socratem. Et ex his videmus, quod omnia, quæ adversus istam vocem postmodo adduxit Impietas, fuisse etiam adducta atque soluta in ipsa Nicæna Synodo. Adducta per Nicomedientem Eusebium, soluta non solummodo per Episcopos, sed etiam per Augustum Principem. Et hinc idem iste Eusebius, eam ex recipiendi Episcopatus libidine solemniter professus, ad vomitum redire non præsumpsit, nisi post laudati Principis mortem. Rei feriem exponit antiqua Magni Athanasii vita. Exponit Constantini mortem, & Constantii successionem in Orientale Imperium, atque profectur: Apud hunc igitur Ariani, ut eandem persicerent, quod in mente diu atque animo agitaverant, sepe Ecclesiarum dissidia deplorant, omnemque causam in eos conferunt, qui Doctrinæ fidei inseruerunt nusquam in scriptura usurpatam vocem, Homousios. Ea hac unica voce non modo inter Decentes adfirmant dissensiones graves existere, sed etiam in Populo perpetuo contentiones ac distractiones fieri. Hoc ipsum in libello de Sacrosanctæ Crucis inventione, per Jacobum Gretserum vulgato in eruditus libris de Sancta Cruce, tradit Alexander Monachus: Ceterum Constantio jam nuper in Imperium ingresso, accesserunt ad eum Ariani vesania Principes, adhortantes eum, ut adjectum illud Homousion, ex fidei Symbolo tolleretur, dicentes ex hac vocula omnem Ecclesiarum discordiam esse exortam, qua sublata nullam amplius de Dogmatibus fore controversiam. Quem illorum sermonem ille temerè, ob mentis nimiam levitatem, admittens concessit id fieri, ortusque hinc est per Universum Mundum tumultus non minimus. Istius vocis everfio erat & Nicæna Synodi ac fidei everfio. Hinc Eusebiana Factio speravit per ipsam evertere & veram Divini Verbi Deitatem.

Insigniter hoc tradit in quadragesima nona oratione Sanctus Gregorius Nazianzenus: Denique si diligentius, & accuratius attendatis, cur voluerunt de Evangelica & Apostolica fide, ac æquæ Patrum traditione, unius Essentiæ nomen auferri,

procul dubio probatis Hæresim Arianam subtili compendio, brevi jam sublato hoc nomine inromissam. Ne hoc quidem ego suspitione aut opinione collectum adfirmo, nec, ut ipsi putant, Academicus Disputator adfessio, ut simplices verborum subtilitate contorqueam, sed ut contortos & pravos, & tenui argumento compositos, in lucem cognitionis exponam, quo facilius possit cognita & comperta iniquitas ab omnibus evitari. Quæ etenim causa, quæ verò ratio extitit, ut quod docendum, quod credendum cunctis Ecclesiis fuerat traditum, quod credere Patres nostri Apostolici viri contra universas Hæreses, vel maximè Arianam, quasi quemdam obicem veritatis, quo omnes aditus pestiferæ Doctrinæ obstruerent, Sancto Spiritu mundati, Catholica ratione posuerunt, nunc magno nisu ab his, qui nunc elogio Ariane labis addicti sunt, laboretur auferri, nisi ut Filium Dei mutabilem & convertibilem, ut potè non de propria Patris substantia constituisse confingant. Et qui initium ex tempore & ortum ex nihilo, & novem ex altero habere docuerunt, propter quod sepe damnati sunt, nunc jam liberè & securè cunctis Ecclesiis tradere, & insinuare possunt. Ista vox est firmissimus contra Arianam impietatem murus: Nulla verusitiam possit detorqueri in Arianum sensum. Ideoque est plena ejus everfio. Hinc ipsam non dumtaxat per Augusti Constantii auctoritatem circumscribere & proferri, sed etiam per Antiochenam, Syrmientem, Seleucientem, Ariminensem, ac plures alias Synodos damnare tentarunt. Et hæc per Ariminensem Synodum facta Impietas effecit, ut ingemiscens Terrarum Orbis se miraretur Arianum.

Hæc omnia insigniter illustrat Sanctus Athanasius; de Nicæna fidei decreto demonstrat voces, Essentia, & consubstantiali fuisse admittas, ac probatas ab omnibus Episcopis, atque profectur: Quod majoris admirationis est, Eusebius ex Cæsarea Palestina, cum pridie abnegasset, in eandem sententiam tamen postridie subscripsit, quam etiam Ecclesie legendam misit, dicens eam esse Ecclesie fidem & Patrum traditionem; Et omnibus manifeste apparuit eum prius & temere errasse, & frustra contra veritatem pugnavisse. Nam tametsi eum puduit scriptis errorem fateri, & ut potuit se Ecclesie excusavit, in Epistola tamen, in qua Dei Filium Consubstantiali, & ex Patris substantia existere non inficiatur, clarè se in errore fuisse demonstrat. Et miser proorsus in eo fuit, quod ut se purgaret, coactus sit Arianos accusare, quod illi scriptum reliquissent, non fuisse filium antequam genueretur, indeque ratiocinari vellent eum ne ante Carnis quidem nativitatem existisse. Et in libro de Seleucientis ac Ariminenfii Synodo scribit de Acacio Cæsarensi, Eudoxio Germanicenti, ac Patrophilo Schyro-politano Episcopo, Factionis Eusebianæ Primatibus: Qui cum ipsi voces in scripturis non solemnes usurpent, & sepe nomen substantiæ ut bonum receperint, idque maximè ob Epistolam Eusebii, nunc tandem culpant Majores suos: quod his vocabulis sine usi. Et infra demonstrat nostram præsentem vocem esse antiquam in Ecclesiis. Et subjungit: Neque ejus rei ignarus erat

Ex-

Eusebius Episcopus Cæsarensis, qui cum prius suffragaretur Arianae sectæ, postea tamen Nicæni Concilii decretis subscripsit, & apud suos id ipsum propriis litteris adfirmavit; Cujus hæc sunt verba: Novimus quosdam ex Præfatis eruditos & præclaros Antistites, aliosque scriptores, cum de Patris & filii Deitate loquerentur, Consubstantialitatis voce esse usos. Palam adfirmat Arianum de hac voce Belium esse recentius, utique à morte Magni Constantini: Hinc & ad Imperatorem Jovinianum scribit de Nicæna fide: Ea syncretit ubique per omnes Ecclesias, & legebatur, & predicabatur, cum quidam Arianam Hæresim renovare cupientes, hæc à Patribus Nicæna confessam fidem ceperunt contemnere, præferentes quasi ab ea non differentiant, cum interim revera eam inficiantur, male interpretantes Consubstantiali. Et ideo à Constantio flagitantes expungi istam vocem, atque proferri.

Et Augusti Constantii Auctoritas effecit, ut non solum Ariani, sed etiam quidam per Orientem orthodoxi, istam vocem proferberent, aut dispensatoriè præmitterent. Etenim de Sancto Cyrillo, Hierosolymitanæ Ecclesie Clerico adhuc & Catechista, scribit in Ecclesiastica Historia Anastasius Romanorum Bibliothecarius: Hujus Cyrilli fertur Epistola ad Imperatorem Constantium, in qua piissimum eum vocabat: Unde ei quidam quasi Ariano derogant, dicentes hunc etiam Homousii vocem tacuisse in Institutionibus, quas exposuit ad profectum imperitarum Plebium, ad Baptisma propter Miracula vivificæ Crucis accedentium. Falluntur autem, atque delinquant; oportebat enim & Imperatorem ex simplicitate, & non ex adfectu versutis Arianorum in Hæresim surreptum, & à Paganismo necdum rectè conversum, piissimum dispensatoriè dicere, & Homousii vocem interim tacere, quæ plurimos adhuc turbabat, & Baptizandos inimicorum contradidione recidebat: Ceterum per Divisiones vim æqualem significantes Homousii vocem exprimere, quod & fecit Beatus Cyrillus, Nicænam fidem secundum Dictionem aperiens, & Deum verum filium ex Deo vero Patre prætonans. Eadem de causa non purum Nicænum, sed quibusdam detractionibus ac variis additamentis alteratum Symbolum tradidit suis Cathemenis. Filium Patri dixit Essentia similem, non eundem. Interim tradidit recta dogmata. Eadem de re scribit supra laudatus Alexander Monachus: Fuit hoc tempore Episcopus Hierosolymitanus Cyrillus, cujus etiamnum decem & octo Catecheses servantur legitime conscriptæ, cujus sacrum explicans Symbolum, verbi, Consubstantiali, mentionem omisit, Principum in se, nisi id fecisset, insidias paratas videns, mansit tamen cum sanctis Patribus, Ecclesiam voce, non scriptis defendens. Videtur asserere, quod istam vocem licet non scripto, tamen verbo suis Cathemenis tradiderit. Et ibidem adjungit: Nos Patris ac filii essentiam ejusdem modi & similem dicimus, non autem eandem, ideoque Homousion, id est similis essentia, non autem Homousion, id est essentialiter vocamus. Eundem Cyrillum, ac nescio quos ipsi similes videtur in litteris ad Canonicos Magnus Basilii respicere. Adfirmat Nicænum Symbolum esse magnum illud

Christi, Lupi Oper. Tom. II.

præconium pietatis, atque adjungit: Cujus quidem præconi partes cætera omnes nullis impetræ sunt calumniis, & vocem illam Homousion, finitè à nonnullis acceptam, sunt qui nondum admisserunt. Quos Jure quis dignos reprehensione dixerit, & eosdem iterum jure excusandos? Patrum enim vestigiis non insistere, & suam ipsorum excogitatum sententiam velut potiore vocem illorum anseferre tantam præsumptionis plenum non vocat culpa: Eandem verò versus à nonnullis reprehensam, suspensam habere, videtur aliquatenus illas à culpa liberare. Ibi posteriores omnino videntur fuisse Catholicos. Quid quid sit, Cyrillum in Chronico Sanctus Hieronymus constantem affirmat tunc fuisse Arianum. Ejus causam & variam sortem suo loco exponam. Quid quid sit ista dispensatio, fuit prævaricatoria. Etenim ista vox erat tunc Testera, & Character rigidissimè discernens inter orthodoxos & Arianos. Nec quis germanè Catholicus legitur ipsa tunc abstinuisse.

Nihil adeo Sanctum aut sacrosanctum est, quin per humanam iniquitatem detorqueri possit, ac obnubilari. Hinc de præsentis nostra voce scripsit ad Epictetum Corinthi Episcopum Magnus Athanasius: Hæc quando proferuntur? Immo quis infernus ista erudit? Ut Consubstantiali dicant Corpus ex Maria genitum cum verbi Divinitate, aut Verbum in Carnem, & ossa, & costas, nervos, & proorsus in Corpore esse comutatum, & à sua natura degenerasse? Fisione, non revera Deum verbum Corpus esse factum? Aut quis ita impius fuit, ut vel verbis diceret, vel animo cogitaret ipsam Deitatem, quæ Patri est Consubstantialis, fuisse circumcissam, & ex perfecta redditam imperfectam? Et illud Corpus, quod in Cruce pependit, non Corpus humanum, sed ipsum fuisse verum opificem sapientiam? Post Nicænam mox Synodum Apollinarius Laodicensis in Prima Syria Episcopus infanre cœpit adversus Sacramentum Dominicæ Incarnationis. Blasphemavit ex Divina verbi essentia, & adsumpta Hominis natura esse constam unam substantiam: Hanc in istam, & istam in hanc transiisse per contemperationem, atque ita in unam coaluisse. Et sceleratam Blasphemiam firmavit ex Nicæna fidei verbis: Consubstantiali Patri. Totum Christum cum Patre, ideoque & cum semetipso blateravit esse, ejusdem substantiæ. Et Blasphemiam admiserat etiam iste Epictetus. Eandem postmodo admittit delirus senes Eutyches. Adversus illum declamavit per jam adducta emphatica verba Sanctus Athanasius. Et merito. Etenim Nicæna Synodus non de creata, & increata Christi Domini nostri, sed de sola definitivè increata natura Dei Patris, & Dei Filii. Adversus Eutychem Sanctus Leo Pontifex, ac alii Patres frequenter adferunt Christum Dominum per alteram Patri, per alteram Naturam fuisse Patri Consubstantiali.

Porrò laudata Sancti Athanasii vita rectè adfirmat primam & palmarem adversus vocem, Consubstantiali, Machinam fuisse, quod vox, substantia, seu Essentia non habeatur in facris litteris.

Fol. 400.

litteris. Eandem adducit in Epistola de Nicæno Concilio Sanctus Athanasius: *Condemnati Ariani etiam nunc quoque, Judæorum more, obmurmurare audent, expostulantes scilicet cur Patres, qui Nicææ convenierant, has voces, Essentia & Co-essentialitas, nusquam in sacris litteris reperitas usurpaverint.* Hanc Arianam machinam frequenter adducit. Eandem adducit in quadragesima nona oratione Sanctus Gregorius Nazianzenus: *Dicis mihi Homousion ob hoc nominari non oportere, quia in Divinis scripturis non continetur.* Et Sanctus Epiphanius: *Ariani dicunt, unde nobis nomen illud, substantia? Aut cur Filius dicitur Patri Consubstantialis? Quomodo in scriptura loco est facta Consubstantialitatis mentio? Quis unquam ex Apostolis Dei substantiam nominavit?* Et in Laodicensi contra Sanctum Athanasium Disputatione post recitatum Nicænum Symbolum Arius exclamavit: *Quid opus erat novum hoc, Homousion, vocabulum antiquis dogmatum Regulis inserti? Nunquid enim Apostolos, vel eorum Discipulos atque omnes per ordinem successores, qui usque ad illud tempus viverent in Christi Confessione, Homousion vocabulum ignorabant, impietatis sacrilegium in fidei veritate secutos esse dicemus, pro eo scilicet, quod hujus nominis notionem privati sine ipsius prædicationis adjectione perrexeerunt ad Christum? Accusat vocem de duobus. Primo quod non invenitur in sacris litteris: secundo quod nec apud Apostolorum Discipulos, aut ullos Ecclesiæ Patres reperitur: Quod sit per Nicænam Synodum reperta vox nova, ideoque à Sancto Paulo in litteris ad Timotheum jam pridem prædamnata. Ex his infert esse temerariæ assumptionis ausu conscriptam in suggillationem Apostolicæ fidei. Ista disputatio est ficta compositio alicujus Scholastici. Certum tamen est quod Arius nostram vocem honoravit istis Elogiis. Nec ipse solus, sed & primi ejus Communiarum. Liquet ex eorum famosa Epistola ad Sanctum Patriarcham Alexandrum. Ejus præcipuus, ac palmaris impetus est in nostram vocem. Et in libro contra Imperatorem Constantium scribit Sanctus Hilarius Pictaviensis Episcopus. *Constantius utitur nunc, ut in cæteris ante, artis suæ consuetudine, ut per recti speciem prava confirmet, & per rationis nomen insana constituat. Nolo, inquit, verba, quæ non scripta sunt, dici.* Affirmat tria; Primo, quod motum huic voci Bellum non cæperit, nisi in Regno Constantii. Secundo, quod primus Constantius ipsam proscripserit. Per solemne Edictum. Hinc subjungit. *Hoc tandem rogo, quis jubeat Episcopus? Et quis Apostolicæ Prædicationis vetet formam?* Loquitur cum Sancto Ambrosio, qui etiam dixit Dogmatum Judicia non ad Imperatores, sed solos Episcopos spectare. Tertio dicit palmarum proferendi rationem fuisse, quod ista vox non reperitur in sacris litteris. Sanctus Phœbadus Agennensis Episcopus in opere, quod ex Vasensis Synodi nomine scripsit adversus Symmientem Synodum, affirmat etiam ab hujus Episcopis emanasse hoc Edictum: *Nemo unam substantiam dicat.* Emanavit ex eodem fundamento. Phœbadus demonstrat, vocem substantia, omnino reperiri in sacris litteris, atque*

Hæref. 69.
C. 70.

adjungit: *Ajunt Eusebiani inveniri quidem in Divinis Voluminibus nomen Substantiæ, sed non statim pertinens ad eandem speciem, quæ inducitur à nobis.* Fatebantur istic reperiri, ac in alio sensu. Ut nempe non Essentiam, aut Usam significet, sed Divitias seu facultates. Eandem Arianam Calumniam referunt & alii Patres.

Ex his nascitur prima quæstio. An hæc vox tunc fuerit nova apud Ecclesias, ignota anterioribus earum Patribus? Respondet in Epistola de Nicæna Synodi Decreto Sanctus Athanasius: *Nicænos Patres non ex se, quod Adversarii objiciunt, hæc vocabula finxisse, sed ab aliis olim accepisse, age in præsentia declaremus, nê ea eis cavillatio integra relinquatur. Discite igitur nunc Christo rebelles Ariani, Theognostum virum disertum non abhorruisse à vocabulo substantiæ; scribens enim de Filio in secundo Hypotyposon ita locutus est: Non forissecus, aut ex rebus extraneis Filii substantia constat, neque ex non Entibus producit, sed ex Patris substantia ita progenitus est, ut à luce Jubar, ut ex Aqua vapor, neque enim vapor est id ipsum, quod aqua, neque Jubar id ipsum, quod Sol. Sed non alienum tamen, verum ut profluentem eum esse dicas Patris substantiæ, idque ita, ut interim Patris illa substantia divisionem non patitur. Quæmadmodum enim sol non diminuitur sui ex se profluentibus radiis, ita nec substantia Patris diminutionem sustinet, Imaginem sui Filium progignens. Theognostus igitur post disputationem superiorem tandem subjecit istam sententiam his verbis: Dionysius porro Episcopus Alexandriae contra Sabellium scribens, & Salvatoris in carne Ministerium pluribus verbis exponens, eisque convincens Sabellianos, refellens Patrem non fuisse Carnem factum, sed verbum ejus fuisse quod Carnem induerat, quemadmodum à Joanne dictum fuit, & in suspicionem raptus quod filium Creaturam nominasset, eumque factum esse & Consubstantialem Patri dixisset, ad Dionysium Romanum, ejusdem secum nominis, pro defensione Criminis ita scribit se non dixisse Filium esse factum, quem Patri Consubstantialem fateatur. Athanasius ex Theognosto adducit Sancti Dionysii verba: Et in alia Epistola scripsi, qua demonstravi falsum esse crimen, quod mihi objiciunt, quasi dixissem Christum non esse Consubstantialem Deo. Etsi hoc nomen Consubstantialitatis dixerim non inveniri usquam in sacris litteris, tamen Argumenta mea, quæ tacita ipsi omiserunt, à re ipsa & vocabuli significatione non abluunt. Ample demonstrat se docuisse rem vocabuli, nempe Patrem & filium esse ejusdem Essentiæ. Eandem hanc Sancti Dionysii Epistolam, & hæc ipsa, & insuper plura ejus verba Sanctus Athanasius adducit in libro de sententia istius Dionysii.*

Ex his habemus plura. Primò quod Sanctus Dionysius Patriarcha à Pentapolitana Provincia Episcopus fuerit apud Sanctum Dionysium Pontificem accusatus, quod Filium negasset Patri Consubstantialem, quod istam vocem abnegasset. Secundo quod Pontifex Patriarcham hæc de re uti de crimine arguerit. Tertio quod ista vox tunc famosa ac gloriosa esset non dumtaxat apud Romanam, adeoque & omnem Latinam Ecclesiam, sed etiam per Pentapolim Ægypti

Ægypti Diocæsin. Hæc vocis gloria fuit accusandi & corripiendi Patriarchæ fundamentum. Quarto discimus, quod etiam Dionysius Patriarcha agnoverit istam vocis abnegationem esse crimen. Hinc ipsum abnegavit, rescriptit aliud à se non dictum de ista voce, quam quod non esset expressa in sacris litteris. Haud dubiè hoc dictum fecit illum suspectum, & accusationis dedit originem. Et ad se purgandum professus est non solummodo significatam rem, sed & ipsam vocem sibi omnino probari. Theognostum Sanctus Athanasius etiam in litteris ad Serapionem de peccato in Spiritum sanctum appellat *Admirandum illum, & perquam studiosum, atque adjungit. Hujus opera legebam, cum tuam Epistolam acciperem.* Palam adfirmat fuisse Magnum Doctorem. Eundem in Bibliotheca Photius inscribit *Beatum*, affirmat ipsum Alexandriae fuisse sacram litterarum Interpretem, ac ejus Hypotyposes rededit in compendium. Eas de quibusdam notat. Andreas Schottus censet tunc fuisse ab Hæreticis interpolatas. At cur ipsum in Ecclesiastica Historia non laudat, immò nec nominat Eusebius Cæsarensis? Dominus Cardinalis Cæsar Baronius in notis ad Romanum Martyrologium respondet: *Quænam fuit causa, ut Theologorum antiquorum celeberrimum Theognostum Eusebius silentio præterierit, nisi quod sciebat eum Arii dogmatibus adversari?* Porro probè novit Theognosti, bene culti ingenii lucubrationes Sanctus Athanasius qui eum citat in libro de Decreto Nicænae Synodi. Ex his ergo Sanctus Athanasius concludit istam vocem non inventam, aut in Ecclesiis introductam à Nicæna Synodo, sed dumtaxat probatam, aut stabilitam. Quod ipsum repetit in litteris ad Africanos Episcopos: *Episcopi, in Nicæna Synodo, intellecta Eusebianorum fraude, in unum ex sacris litteris collegerunt has voces, splendorem, fontem, fluvium, & formam cum substantia. Et illud item, in Lumine tuo videbimus lumen. Et illud quoque: Ego & Pater unum sumus. Et pro majori elucidatione scripserunt Filium Patri esse Consubstantialem. Et post quædam: Episcopi non has voces ipsi excogitarunt, sed eas à Patribus contestatas acceperunt, & scriptis suis inseruerunt. Si quidem Prisci Episcopi ab hinc annis propè centum & triginta, tum qui Romæ, tum qui in nostra Civitate Pontificatum gesserunt, accusaverunt eos qui Filium dicerent Creaturam, aut qui negarent eum Consubstantialem Patri. Laudat & Romanum & Alexandrinum Dionysium. Et demonstrat Cæsarensis Eusebius in suis supra adductis litteris ad hæc Acta respexisse.*

Quæstio secunda est, an hic, aut ille Dionysius istam vocem invenit, ac in Ecclesias introduxerit? Affirmare videtur Sanctus Epiphanius. Etenim proficitur vocem, *Usa*, seu *Essentia*, non reperiri in sacris litteris, atque proficitur: *Verum cum & Filius sit existens, & illud sibi communicatum acceperit, Paulus Samosatensis, & Marcellus Angranus ab illa Joannis sententia, in principio erat Verbum, Erroris occasione acceperunt, ut Dei Filium verè esse Filium nolent agnoscere. Sed ex ipsa Verbi appellatione ansam arripientes Filium Dei vocabulum, quod ab ore procedit,*

Hæref. 73.
C. 12.

ac vocem nominare voluerunt. Ob id Patres illi, qui Paulum Samosatensem damnarunt, ob talem interrogatiunculam, ut Filium substremem & existentem, & cum qui esse esse demonstrarent, non autem vocabulum aliquod, Filium ut Usam seu Essentiam vocarent, adducti sunt. Quæ Usæ seu Essentiæ appellatione id quod per se ipsum existit, ab eo quod per se non existit, aliquo discrimine separarent. Etenim vocabulum per se non substituit, nec esse Dei Filius potest. Paulus Samosatensis Divinum Verbum substantiale atque Hypostaticum dixit, sed prolaticum dumtaxat ac transitorium. Adversus has blasphemias Epiphanius censet voces, *Essentia*, & *Co-essentialis*, esse per Patres introductas in Ecclesiam. Respondeo esse antiquiores. Etenim in libro contra Hermogenem Tertullianus adfirmat materiam primam juxta istius erroris principia esse Deo *Consubstantialem*; & rectè dicit. Etenim si materia sit ingentia atque æterna, est verus Deus, adeoque & Domino Deo Consubstantialis. Et Valentinianos in singulari adversum ipsos libro arguit, quod *Angelos suo Soteri dicerent Consubstantivos.* Eodem in libro scribit: *Ferè paria, & Consubstantiva in alterutrum valere societas naturæ negavit.* Et iterum: *Hinc adeest consubstantiva Virtus: Consubstantiva dicit illa quibus est naturæ societas.* Et in libro adversum Praxeam adfirmat Patrem & Filium esse alium & alium, *Personæ non substantiæ nomine, ad distinctionem, non ad divisionem.* Et infra scribit Filium esse Dei Sermonem & Spiritum ex substantiæ conditione. Et Sanctus Irenæus Valentinianos interrogat, an ipsorum fabulosi *Æones ejusdem substantiæ existant his qui se emiserunt, an ex altera quadam substantia substantiam habeant.* Et rursum *ejusdem autem substantiæ cum sint cum principio emissionis ipsorum.* Et in sequenti Capite: *Ejusdem substantiæ omnes interveniunt cum Patre, tantum secundum magnitudinem, sed non secundum naturam differentes ab invicem, & magnitudinem complentes Patris, quemadmodum digitus complent manum, ejusdem substantiæ sunt, & de eodem omnes. Consubstantiales.* Quapropter hæc voces neque à Romano aut Alexandrino Dionysio adversus Paulum Samosatensem, neque à Tertulliano, neque item à Sancto Irenæo sunt, sed sunt ab ipsis Apostolis. Etenim non dumtaxat uterque Dionysius, ac item Tertullianus, sed & ipse Sancti Polycarpi Discipulus Sanctus Irenæus eis utitur, tanquam communibus in Ecclesia, ideoque Apostolicis. Eas Tertullianus à Latina, Irenæus accepit à Græca Ecclesia: Hinc illæ apud utramque sunt antiquissimæ.

Tertia quæstio, est an istæ voces, saltem vox, substantia, reperitur in sacris litteris? Sanctus Phœbadus constanter adfirmat reperiri: Et probat ex his locis: *Infixus sum in limo profundis & non est substantia. Et substantia mea in inferioribus Terræ. Scrutetur fenerator omnem substantiam quæ palam significat hujus Mundi divitias seu possessiones. Et adversum hæc Ariani intercedebant: Invenitur quidem in Divinis voluminibus nomen substantiæ, sed non statim pertinens ad*

Fol. 401.

C. 44.

C. 12.

C. 18.

C. 37.

C. 12.

C. 14.

L. 2. C. 24.

C. 23.

C. 24.

Fol. 402.

Pal. 68.

Pal. 108.

can.

eadem speciem, quæ inducitur à nobis. Ibi enim per substantiam vocabulum aut virtus aut Divinitas significatur. Sanctus Phœbadus reposuit: Et nos unam Patris & Filii substantiam vindicantes, quid aliud quam in utroque pares divinitas unius Divinitatis prædicamus? Et amplè hæc confirmat. Verum non serviunt Proposito. Etenim nos hic querimus de vocabulis, *Usia* & *Homoufios*, at verò in adductis testimoniis Textus Græcus non habet vocem, *Usia*, sed vocem, *Hypostafis*. Hæc enim sola significat facultates seu possessiones: Quas etiam non importat Latina vox, *Essentia*. Eandem sententiam alia via tenetur Sanctus Epiphanius. Etenim primitivis Arianis vocem, *Usia*, clamantibus non contineri in sacris litteris respondet: Hoc videlicet ignorant, idem esse *Hypostafis* aut *Usiam* dicere; est enim Dominus in *Hypostafis* sua, & splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus. Est igitur *Usia* non quidpiam facultatum instar suppetens, sed illud ipsum, quod est, sicut Moyses dixit: Qui est misit me, inquit ad filios Israel. Itaque qui est, ens est, ut ita dicam. Hoc autem nihil est aliud, quam substantia. Jam particula illa *Homou* non unum aliquem, & singularem exprimit, sed in *Homoufios* voce, duo quædam in eadem *Essentia* perfecta significat, quæ nec à se invicem diversa, nec ab unitate sua sint aliena. Adfirmat plura. Primò quod vox, *Hypostafis*, significet duo. Primò temporales facultates seu possessiones. Secundò istud ipsum, quod vox, *Usia*. Secundò adfirmat vocem istam in hac posteriori significatione contineri in Apostolica ad Hebræos Epistola, ideoque & hanc nempe quoad virtutem & rem significatam. Tertio dicit hanc significatam rem contineri & in aliis sacris Testimoniis. Nempe in Divinis Exodi Verbis: Qui est misit me ad vos. Ab esse dicit derivari *Essentiam*. Et certè ita est tam apud Græcos quam apud Latinos.

Verum Epiphanius his non fuit fides. Et merito. Etenim quod vox *Usia* sit ejusdem virtutis sum voce *Hypostafis* non subsistit. Epiphanius notat litem, quæ circa hanc identitatem nuper tunc fuerat inter Latinam & Græcam Ecclesiam. Hinc subjungit Ecclesiæ semper fuisse potestatem introducendi nova contra grassantes Hæreses vocabula. Et in alio loco scribit: *Usie* seu *Essentie* nomen minime quidem ipsum in veteri vel novo Testamento aperitè reperitur, sed quod in eo significatur, passim expressum legitur. Et denuò probat ex laudato Exodi loco: Qui est misit me ad vos. Eodem modo respondet in litteris de Nicænæ Synodi decreto Sanctus Athanasius: Quod si rursus Ariani, quia voces istæ in scripturis solemnes non sunt, obmurmurationes faciant, æquum profecto est, ut ea de causa ipsi potissimum reiciantur, utpote Logodædali novorum vocabulorum, & quod magis est, sanis sententiis non utiles. Et se ipsos in hoc negotio incusant, quod primi hujus rei occasionem præbuerunt, dum ex non scriptis vocibus Deo bellum comparant. Sed tamen cognoscat quisquis est studiosus animi, has voces, tametsi in scripturis non reperiantur, habere tamen ipsas eam sententiam quam scripturæ volunt. Et hoc ipsum eas sonare apud illos, quibus aures ad pietatem sunt integræ, &

minimè vitiatæ. Hoc ita esse facile animadvertas. Istosque ut homines inscitos ac indoctos, veritati refragari, jam antea à nobis demonstratum est. Adfirmat, licet non voces, tamen earum significata reperiri in sacris litteris. Quod ipsum repetit & in aliis locis. Ex eadem Regula respondet in Quadragesima nona oratione Sanctus Gregorius Nazianzenus: Quæro, ò Homo! qui hac nos non scripta voce, *Homoufios*, uti prohibes, utrum ideo nominari non deberet, quia scriptum non est, an quia credi ita non licet? Quod si ita credendum est, cur non ita profutendum? aut si idè nominandum non est, quia nec ita credendum, obtinuit Ariana adsertio. Demonstrat itaque credendum, ideoque & vocem non proscribendam. Et in libro contra Arianorum objectiones Sanctus Fulgentius Divinarum Personarum Consubstantialitatem demonstravit contineri in his Domini Verbis: Ego & Pater unum sumus, & prosequitur: Hanc Patres nostri per omnia sæcūla Doctrinam Christi, unius esse substantiæ Patrem filiumque dixerunt. Quod Græcè *Homoufion* dictum est. Illa scilicet ratione, quoniam nova tunc in Græcia emergerat Hæresis, quæ Unigenitum separare nitebatur à substantia Genitoris: Ad hoc ut quisquis illam Doctrinam reciperet, non Creatoris Cultor, sed Creaturæ potius appareret. Mirum autem est, quod in hoc nomine sonus tantum à quibusdam attenditur, nec dicti intelligentia vestigatur, cum pleraque non sint antiquitus dicta, & pro temporum causarumque opportunitatibus professioni fidei reperiantur inserta. Demonstrat hæc exemplis, & pergit: Quod si sonus, non sensus consideratur in verbis, non censeatur Ecclesia nomine Catholico, quod nec in veteri, nec in novo positum reperitur Testamento. Si verò hæc omnia cum in nullo sint Canonico volumine, dignè tamen tenentur in fide: Cur nobis *Homoufion* putetur prohibendum, non sonum dicti considerare, nec sensum? Nec attendere novitatem Verbi, sed virtutem intelligere Sacramenti? Mirum est autem eos, qui pro unius substantiæ credulitate volunt nos *Homoufianos* dici, quomodo se nolunt *Trionianos* pro tribus, & diversis substantiis appellari. Ecce novum Testimonium pro ista Ariana in nos calumnia. Porro licet voces, *Usia* & *Homoufios*, non habeantur in sacris litteris, habentur tamen similes. Etenim apud Sancti Matthei Evangelium Dominica oratio *Tou orton Epioufion*, Panem super essentialem & Sancti Pauli ad Titum Epistola laudat *Tou laon perioufion*, Populum circumessentialem. Quid ne igitur induci possit etiam vox, *Essentialis* aut *Consubstantialis*?

Quæstio quarta est, An Ecclesia queat istiusmodi novas voces inducere? Sanctus Paulus videtur negare, generatim dampnas quasvis vocum novitates. Et inter alia Hæresiarchæ Valentini facinora Sanctus Irenæus numerat nomen Fictionem. Adfirmat esse Tragicam audaciam. Pascensius Comes, qui in Sanctum Augustinum coram Viro Clarissimo Laurentio disputavit, istam potestatem negare non fuit ausus. Attamen addidit tales voces non posse poni in Symbolo. Respondeo posse fingi, induci in Ecclesias, ac etiam in Symbolo poni. Hoc variis in locis contra Arianas calumnias tradit Sanctus Atha-

Athanasius: Et Laodicensis inter ipsum & Arium Disputatio habet; Ecclesiastica semper moris est Disciplina, si quando nova hereticorum Doctrina exurgit, contra insolentes quæstionum novitates rebus immutabiliter permanentibus Nominum vocabula immutare, & significantius rerum naturas exprimeret, quæ tamen existentium causarum virtutibus congruant, & quæ magis easdem antiquitus fuisse demonstrant, non ortus novitatem mensurent. Demonstrat hoc ex inducta per Antiochenam Apostolorum Synodum voce, *Christianus*, atque concludit: Hanc ergo ab Apostolis traditam nobis utendi nominibus formam Ecclesia tenens, contra diversos Hereticos, ut sanæ fidei ratio postulat, diversas edidit nominum Novitates. Adfirmat hanc potestatem, & morem cœpisse ab Apostolis. Et certè etiam de voce, *Apocalypsis*, scripsit in caput primum Apostolicæ ad Galatas Epistolæ Sanctus Hieronymus: Verbum *Apocalypsis*, id est, Revelationis, propriè scripturarum est, & à nullo Sapientum Sæculi apud Græcos usurpatum. Unde mihi videntur quemadmodum in aliis verbis, quæ de Hebraico in Græcum septuaginta Interpretibus transfulerunt, ita & in hoc magno opere esse conatos, ut proprietatem peregrini sermonis exprimerent, nova novis rebus verba fingentes. Adfirmat istam vocem esse fictam, ac inductam à septuaginta Interpretibus, & ab Apostolis probatam. Nempè à Sancto Paulo, ac Sancto Joanne. Præfata disputatio adjungit, quod Ecclesiæ semper prexerit uti ista potestate. Adfirmat quod antiqui Patres voces *Ingenitus*, ac *Inascibilis* contra Sabellium; Syrmienis Synodus contra Photium induxerit vocem, *Impassibilis*. Et vocem, *Ingenitus*, probat. Ex quo lucet istius Disputationis Auctorem esse Magno Athanasio longè juniorem. Etenim multo post hunc tempore istam vocem improbavit Ecclesia. Eandem Ecclesiæ potestatem constanter defendit Sanctus Epiphanius, Sanctus Augustinus, & Patres alii. Et in libro contra Imperatorem Con-

stantium addit Sanctus Hilarius: Novitates vocum, sed prophanas deviatè jubet Apostolus. Tu cur pius excludis? Adfirmat non quasvis, sed prophanas dumtaxat vocum novitates damnari ab Apostolo, & tales utpotè fabulosæ & blasphemæ erant voces, quas in Valentino damnat Sanctus Irenæus. Similem nos hodie cum Lutheranis & Calvinistis litem habemus de voce, *Transsubstantiatio*. Eam elucidavi in Scholiis ad acta Sancti Gregorii septimi.

Hæc omnia Ariani non potuerunt inficiari. Præsertim quod & ipsi laudarent, ac usurparent vocem, *Ingenitus*, non repertam in sacris litteris. Interim non acquieverunt. Audi ipsorum in hæc cavillationem: sed fortasse ut pravi sunt moribus, audebant dicere, Par esse ut verba, quæ de Domino nostro Jesu Christo sunt scripta, in Disputationibus adhibeantur, repudiatis illis vocibus, quæ in scripturis non reperuntur. Et Sanctus Athanasius in laudata de Synodi Nicænæ Decreto Epistola respondet: Certè id æquum esse nec ego abnuerim, eo quod signa atque indicia veritatis perfectiora ex scripturis sanctis, quam aliunde depromantur, sed malignitas & versipellis Eusebianorum impietas Episcopos coegit, ut clarioribus verbis uterentur ad eorum impietatem subvertendam. Sed tamen satis demonstratum est, ut liquide apparet scripta Synodi rectam sententiam continere. Confirmat hæc pluribus, & adjungit: Scio tamen vitiligatores istos, & Christo rebelles ne istis quidem auditis mentem in melius esse mutaturos. Sed potius discursuratos ad alias aliunde confiscationes venandas; Et cum eas absumpserint, rursus novas commentaturos esse. Qua in parte respondet Prophetis Verbis: si poterit Æthiops mutare pellem, aut Pardus maculas, etiam futurum est ut isti recta sentiant. Etenim ista vox, *Consubstantialis*, suffocat, & eradicat omnem Arianismum, ideoque Ariani non possint odifese. Rationes, quæ ad ipsam imponendam Symbolo permoverint Sacrosanciam Synodum, sunt adductæ superius.



CAPUT QUINTUM.

Alia Arianorum Argumenta
adversum istas
voces.

Secundum adversus vocem, *Consubstantialis*, argumentum adducit ipse Arius, & cuncta ejus primitiva Factio in litteris ad Sanctum Patriarcham Alexandrum: *Genuisse dicimus Patrem, non quemadmodum Valentinus adferebat, Emissionem quamdam esse illum Patris factum, aut ut Manichæus eundem illum factum dixit esse partem Patri Consubstantialem.* Dixerunt vocem istam esse inventum Manichæi. Exstat Epistola apud Sanctum Epiphanium, ac in Ecclesiastica Historia Theodoret. Respondeo Arium male hic distinguere inter Valentinum & Manichæum. Etenim quod etiam Valentinus suos *Æonas* dixerit Consubstantiales, lucet ex variis locis Sancti Irenæi supra adductis. An vero Manichæus sit eadem voce usus, huc usque non memini, nec libet inquirere. Ut ut sit, ista vox est antiquissima apud omnes Ecclesias; Et dudum ante Manichæi tempora. Episcopi de ipsa disputarunt. Etenim de Manetis exortu scribit in secundo sermone de Pentecoste Magnus Papa Leo: *Manichæus eo tempore damnandus innotuit, quo post Resurrectionem Domini ducentisimus & sexagesimus annus impletus est Probo Imperatore, Paulinoque Consule.* Hic Consulatus contigit biennio ante Imperium Probi, ad Domini annum ducentisimum septuagesimum septimum, diu post Sanctum Alexandrum Patriarcham, & Romanum Papam Dionysium, quorum tempore vox, *Consubstantialis*, erat in plenissima auctoritate. Quare ad alias orthodoxi Patres, ad alias res ipsa sunt uti Valentinis, ac Manichæi. Nec ipsa est ab his, sed ab istis. Quin immo videtur esse ab ipsis Sanctis Apostolis. Istam Arii & Congerionem Epistolam Sanctus etiam Hilarius Pictaviensis Episcopus inseruit quarto suo libro de Sanctissima Trinitate. Quod nempe isto etiam tempore Ariani illius auctoritate uterentur.

Tertium Arianorum argumentum adducit in libro de Seleuciensi, ac Arimineni Synodis Magnus Athanasius: *Ceterum quia affirmant Ariani Episcopos, qui Samosatensem condemnaverunt, dixisse filium non esse Patri consubstantialem, ac jam inde ipsos ob reverentiam ac honorem ipsorum, qui ita locuti sunt, ab hac voce abhorrevit, rectum fuerit reverenter cum eis de ea re disceptationem facere. Nam ardetare cum illis prorsus indecorum est: eo quod omnes Patres sint. Rursus adjudicare istos bene,*

*illos male fecisse, nequaquam sanctum est. Omnes enim in Christo dormierunt. Quapropter neque contentiosus agendum est, neque numerus eorum, qui congregati fuerunt, in comparationem mittendus, ne videantur trecenti illi Nicæni eos qui pauciores sunt perstringere. Neque tempora metienda sunt, ne Priores videantur posteriores exauctorare. Omnes enim isti Patres sunt, sed tamen neque isti, quasi novum aliquid sapientes, id in scripta retulerunt, neque sine fiducia Voces in scriptura non solennes defendunt, sed à Patribus incitati eorum vocabulis uti voluerunt. Duo enim Dionysii diu ante eos septuaginta fuerunt, qui Samosatensem susceperunt, quorum alter Romæ, alter Alexandriæ Præsul erat. Ibi cum quidam Alexandrinum Episcopum apud Romanum accusarent, quasi qui Filium opus, & non Consubstantialem Patri diceret, & Synodus Romæ coacta indignè tulit, & Romanus ad cognominem sibi Episcopum perscripsit omnium sententiam, ac jam inde ille se ad defensionem parans, libello suo titulum Refutationis, & Apologiæ indidit, & in hac verba ad Romanum scripsit: Antiochena septuaginta Magnorum Episcoporum, quæ Paulum Samosatensem Antiochiæ Patriarcham damnavit, Synodus vocem, *Consubstantialis*, improbavit in Sacrosancta Trinitate, & ab ipsa proscripsit. Hinc Ariani urserunt hanc Synodum esse probatam ab omnibus sub Cælo Ecclesiis, esse irrefragabilem, ideoque à Nicæna non potuisse circumscribi; Nicænam, quæ damnatam vocem inferuit Symbolo, esse prævaricatoricam. Specie tenus erat haud debile argumentum. Hinc Athanasius reposuit varia. Primo, quod neque Antiochenæ, neque Nicænae Synodi Antifites possent damnari aut argui, nec inter se committi, sed ambo essent omni cum veneratione honorandi: eo quod ambo sint Ecclesiæ Patres. Secundo quod hic neque numerus, neque tempus attendi possit, ideoque nec propter Nicænos numerosiores Antiocheni pauciores, nec propter Antiochenos priores Nicæni posteriores possint damnari. Tertio, quod Sanctus Papa Dionysius ac Sanctus Patriarcha Dionysius dudum antecesserint istam Antiochenam Synodum. Quarto quod hi ambo, ac item ipsorum Synodi constanter defenderint vocem, *Consubstantialis*, in Sacrosancta Trinitate. Etenim Patriarcha à suis Episcopis apud Papam fuit accusatus, quod vocem*

non

non admitteret. Et hujus Synodus fuit illi offensiva gravior, ac durè monuit. Hinc ille non sola voce se purgavit, sed etiam per editum librum, cui dedit Titulum Refutationis ac Apologiæ. Demonstrat se constantem ac apertum Professori istius vocabuli. Hinc Athanasius infert Nicænam Synodum nequaquam induxisse damnatas vocum novitates, sed voces probatas à Patribus. Insinuat atque adfirmat hos duos cum suis Synodis Dionysios non fuisse ista Antiochena Synodo inferiores, eorumque Auctoritatem non minus irrefragabilem. Et certè utriusque Synodus fuit numerosissima.

Largius hæc declaraturus Athanasius adducit ex Apogetica Alexandrini Dionysii Epistola insigne fragmentum, atque prosequitur: *Si igitur aliquis carpserit Nicænos, quod non dixerint omnia, quæ ipsorum Antecessoribus placuerunt, idem quoque meritò carpserit septuaginta Episcopos, Pauli Samosatensis condemnatores, quod ea, quæ Antecessorum erant, non observaverint. Antecessores autem eorum sunt duo Dionysii, caterique qui Romæ tunc congregati fuerunt. Verum neque hos, neque illos fas est culpæ: Omnes enim Christi curam gesserunt, suaque contra Hæreticos studia intenderunt. Et hi quidem Samosatensem, illi verò Arianam Hæresin condemnaverunt. Bene verò & illi, & hi de subjecta materia scribunt. Et quemadmodum Beatus Apostolus in Epistola sua ad Romanos dixit: Lex Spiritus est. Lex Sancta est, Præceptum Sanctum justum & bonum. Ad Hebræos esse aliter scripsit. Lex neminem persequitur. Et ad Galatas: In Lege nemo justificatur. Neque tamen quis ob id Sanctum Virum reprehenderit, quasi qui contraria & pugnantia scribat, sed potius ipsum admiratione prosequatur, quod tam congruentia pro re nata ad singulos scripta mittat, ut & Romani, & alii condiscerent à littera ad Spiritum converti, Hebræi verò & Galatæ instituerentur, non in Legem, sed in datorem Legis spem suam habere: ita quoque estis amborum Conciliorum Patres diversimodè de consubstantiali mentionem fecerunt, non tamen ea de causa ab illis dissideere debemus, sed illorum mentes scrutari. Quod si fecerimus, omnino inveniemus ambas Synodos inter se consentire. Qui enim Samosatensem susceperunt, hanc vocem, *Consubstantialis*, corporaliter acceperunt: Cum Paulus sophisticari vellet, & diceret: Si Christus non ex homine Deus factus est, igitur consubstantialis est Patri, & necessariò sequitur tres esse substantias, unam quidem quæ prior sit, ut Princeps, reliquias verò duas ex ea oriundas. Ideoque meritò vitantes illud Sophisma Pauli, dixerunt Christum non esse Consubstantialem. Non enim ita se habet Filius ad Patrem, ut ille cogitabat. Illi verò qui Arianam Hæresin Anathemate notarunt, cognoscentes non Creaturam, sed Genitum quiddam ex substantia Patris esse Filium, & substantiam Patris esse originem, radicem, & fontem Filii, & veram undecumque esse similitudinem Geniti cum Genitore, & nequaquam eum, uti nos, diversa natura esse, ac proinde separari à Patre, sed ipsum eum esse Filium, nec ab eo dividi posse, ut nec Splendor à Luce, & pro se habentes Dionysii exempla, fontem scilicet, & consubstantialitatis Apologiam, & præterea*

Christi Lupi Oper. Tom. II.

unitricem Salvatoris vocem, Ego & Pater unum sumus, his de causis meritò adducti sunt, ut Filium Consubstantialem dicerent. Et quemadmodum nunquam quisquam Apostolum culpaverit, quod de lege ad istum modum Romanis, ad illum verò Hebræis scribat, ita Neoterici Priscos homines nunquam culpaverunt, si videant eorum mentem & interpretationem. Neque rursus Priscos Neotericos reprehenderint, si conspiciant quo animo, & in quem usum de Domino scribant; nam utraque Synodus justam habet & rationabilem causam, cur illa ad illum, ista verò ad istum modum sua verba temperaverit. Quandoquidem enim, & Samosatensis sentiebat Filium ante Mariam non fuisse, sed ab ea sua Essentia initium accepisse, ideo Episcopi tunc congregati hominem Hæreseos condemnatum abdicarunt, & de Filii divinitate simpliciter scribentes, non exquisitam diligentiam in Tractatu hujus vocis, consubstantialis, adhibuerunt, sed ut acciperent de Consubstantiali, ita locuti sunt. In eo enim omnem curam habebant, ut quod Samosatensis excogitaverat, tollerent, & docerent ante omnia Filium fuisse, eumque non ex homine Deum esse factum, sed cum Deus esset indivise servii speciem: cum Verbum esset, Carnem esse factum, quemadmodum locutus est Joannes: atque ita adversum Pauli blasphemias actum fuit.

Verum quia Eusebius & Arius ante tempora fuisse Filium quidem dicerent, sed tamen factum esse, & unum de Creaturis esse docere conarentur, & dictum illud, Ex Deo, non ita interpretarentur, ut Filium genuinum ex Patre vero natum crederent, sed eum ita ex Deo esse, ut cetera creata, adfirmarent, & similitudinis unitatem Filii cum Patre negarent, essentia aut natura constare, ut solidè Filius Patri suo similis haberi possit, sed consensu dogmatum & ratione doctrinæ eam similitudinem conflata esse, & quia intersentiebat, & omnibus modis alienabant Essentiam Filii à Patre, aliud ei existendi initium adfingentes, ad Creaturarum censum eum detrahebant: Ideo Nicæna congregati Episcopi, conspicati eorum hominum, qui ita sentiebant, vetricem, collectis in unum que ex sacris litteris ad tuendam sententiam suam facerent, liquidius rem exponentes, Filium Consubstantialem esse adseveraverunt, ut ingenuitas, & vera natura Filii inde significaretur, nihilque cum eo res creatas commune habere edoceret. Istius enim vocis exquisita ratio eorum simulationem, cum dicunt eum ex Deo esse, patefecit, & omnes eorum argutias, quibus simplices fallunt, excludit. Certè cum queant omnia fucis & Sophismatum. Lenociniis adulterare, & pro libidine mutare, hanc solam vocem, adaperientem ipsorum Hæresin, reformidant, quam Patres pro munimento & arce contra illorum impias commentationes inscripta retulerunt. Desinat igitur omnis contentio, neque in nos mutuo arietemus, si diverso modo concilia acceperunt vocem, *Consubstantialis*. Habemus enim pro excusatione legitimas eorum causas, quas dixi.

Nota sunt Verba. Qui Samosatensem susceperunt, hanc vocem, *Consubstantialis*, corporaliter acceperunt. Cum Paulus sophisticari vellet, & diceret, si Christus non est ex homine Deus

T c

fa

factus, igitur consubstantialis est Patri, & necessario loquitur tres esse substantias: Unam quidem quae prior est, ut Princeps, reliquis verò duas ex ea oriundas. Ideoque merito vitantes illud Sophisma Pauli, dixerunt Christum non esse Consubstantialem. Non enim ita se habet Filius ad Patrem ut ille cogitabat. Notanda sunt & hæc verba: Episcopi congregati de Filii Divinitate simpliciter sentientes, non exquisitam diligentiam in Tractatu huius vocis, Consubstantialis adhibuerunt, sed ut acceperant de Consubstantiali ita locuti sunt. Hoc est, istius vocis naturam virtutem non accuratè discussissent, sed ejus sibi à Paulo suggestum adferunt sensum, atque ita ipsam proscripserunt. Dogmaticæ Propositiones possunt habere duplicem sensum: Alium ab ipsarum Auctoribus intentum, alium intentum ab earum Accusatoribus, & suggestivis Ecclesiasticis Judicibus: Et in ambigua, aut æquivoca Propositione uterque possit videri Principalis. Hinc isti Judices, quodque attendunt solum posteriorem, atque ita Propositionem, in proprio Verborum, ac per Auctorem intento sensu veram circumscribunt & damnant. Quod præsertim contingit, dum Judicium fit absente Auctore; & damnatio licet quandoque non satis provida est, tamen legitima habemus plurima istiusmodi exempla; Et ita egit hæc Antiochena Synodus, vocem, Consubstantialis, non plenè discussissent: Attenderunt ad solas ejus à Paulo apprehensas, ac sibi suggestas accusationes, atque ita ipsam proscripserunt. Palmares Pauli errores exponit in Breviario Liberatus Carthaginensis Ecclesiæ Diaconus: Nestoriani dogmatis Auctor Paulus agnoscitur Samosatensis Episcopus, qui secutus Doctrinam antiquorum Hereticorum, Dominum nostrum Jesum Christum purum hominem asseruit naturæ & passum. De Sancta verò & summè Beata Trinitate, ut Græci tradunt, Sabellii sententiam secutus est. Antiochenæ in ipsum Synodi ad Sanctum Papam Dionysium Relatio exponit solum priorem errorem, de posteriori nulla est mentio. Scio relationem esse mutilam, ideoque istam memoriam forsitan intercidisse. Verum quomodo Eusebius partem adeo notabilem prætermisisset? Etiam ipse Paulus in missis ad Sanctum Dionysium Alexandrinum quæstionibus de solo agit primo errore. Hinc aliqui suspicantur ipsum à secundo recessisse, ac deinceps fuisse adversatum soli voci, Consubstantialis. Verum ista suspicio caret fundamento. Etenim Epistolam, quam Paulo misit, antequam procederet ad damnationis Judicium, Antiochena Synodus primo loco damnavit, & damnari per illum iussit secundum errorem. Et jure merito; est enim fundamentum primi; Etiam Magnus Athanasius, ac alii Sancti Patres palam & constanter adferunt ipsum in utraque blasphemia pertinaciter persistisse. Et Nicæna Synodus efflavit ejus Baptisma: quod efflari non potuit nisi ob secundum errorem. Proinde Paulus & ipsam Sacrosanctæ Trinitatis veritatem impugnavit, & ipsam etiam vocem, Consubstantialis. Hanc dixit accipi non posse, nisi

corporaliter, & ab ipsa importari effluxionem, divisionem, ac mutationem, ideoque non cadere in Divinam essentiam. Istius Synodi Patres fuerunt potius in res attenti, quam ad voces: Pauli suggestionem admiserunt sine pleno examine, atque ita vocem permisere proscribi. Hinc Athanasius ipsos adfirmat dignos excusatione. Eorum factum non probat, attamen excusat.

Hæc omnia in litteris ad suos Canonicos insigniter elucidat & confirmat Magnus Basilius. Adfirmat Nicænum Symbolum laudari ab omnibus, à quibusdam tamen argui vocem Homoussion, & adjungit rationes: *vocem illam sinistra acceptam à nonnullis, sunt qui nondum admiserunt: Utique Catholici. Quos jure quis reprehensione dignos dixerit, & eosdem rursus jure excusandos. Patrum enim vestigio non insistere, & suam ipsorum excogitatam sententiam, velut potiorem, vocem illorum anteferre, tanquam præsumptionis plenum non vacat culpa; Eandem verò rursus à nonnullis reprehensam suspectam habere, videtur illos à culpa aliquatenus liberare; nam revera qui conveniunt in Causa Pauli Samosatensis, vocem hanc, ut minus congruam, accusatam egerunt. Dixerunt enim illi Homoussion vocem, intelligentiam substantiæ, & eorum quæ substantiam consequuntur, representare nobis, ita ut substantia distributa in partes Homoussion impartiat communicationem in iis, in quæ distributa fuerit: Hoc quidem verissimum est de ære & numismatibus inde cunctis. At in Deo Patre & Deo Filio nec substantia est antiquior, nec utriusque videtur superstrata: Hoc enim dicere vel cogitare, excedit omnem impietatis rationem. Demonstrat hæc non importari per vocem, ideoque ipsam meritissimo jure fuisse probatam à Nicænis Patribus, ac insertam Symbolo. Adfirmat varia. Primò, hanc vocem apud Antiochenam Synodum fuisse accusatam, ut minus congruam, nempe à Paulo Samosatensi. Secundò adfirmat vocem ab ista Synodo ut talem fuisse ejectam. Tertio dicit accusationis, ejectionis, ac incongruitatis fundamentum fuisse, quod vox ista importet ejusdem substantiæ in varias distributionem, & ita contingit in ære, quod in diversa numismata extenditur. Quartò Basilius adfirmat istius vocis suggestum ab accusante Paulo sensum fuisse ejectum. Quintò addit istam suggestionem caruisse fundamento, ac veritate, atque ita inveniit Synodum deviasse; Sanctum Athanasium imitatus non audeat ipsam damnare aut arguere. Eiusdem rei meminit in suis, apud Photii Bibliothecam redactis in compendium Orationibus Sanctus Eulogius Patriarcha Alexandrinus: *Ad impium Arium, aliam substantiam Patris & Filii blaterantem, Nicæna Synodus Consubstantialitatem decrevit, & usa est hac voce, nusquam apud Patres exstante, contra verò prohibita per illos, à quibus Paulus Samosatensis est declaratus Hæreticus.* Hinc probat novas antiquarum rerum voces posse per Generales Synodos induci in Ecclesiam: Ast Argumentum non subsistit. Etenim Eulogius labitur hanc vocem ante Nicænam Synodum non fuisse apud Ecclesiam.*

Eiusdem Antiochenæ Synodi meminit in libro de Synodis Sanctus Hilarius Pictaviensis Episcopus.

Episcopus, & ejus Decreto assignat aliam rationem: *Secundo quoque id addidisti, quod Patres nostri, cum Paulus Samosatensis Hæreticus pronuntiatus est, etiam Homoussion repudiaverint, quia per hanc unius essentia nuncupationem solitarium atque unicum sibi esse Patrem & Filium prædicabat; Et hoc sanè nunc quoque probatissimum Ecclesia recognoscit, Patrem & Filium in his nominum Professionibus ad unionis ac singularis solitudinem, negata Personarum proprietate, revocare.* Ad loquitur Episcopus Syrmienensis Concilii, & adfirmat plura. Primò quod ista Synodus suam de abolenda voce, Homoussios, Decretum fundarit in Antiochena Synodo, quæ Paulum pronuntiavit Hæreticum. Et manifestè secunda Synodus. Secundò dicit, quod Paulus ab ista voce præterdedit importari non solam essentia, sed etiam Personæ singularitatem. Tertio quod hæc de causa ipsam illa Synodus proscripserit. Paulus ergo voluit ab ista voce importari aut Personæ etiam singularitatem, aut certè ejusdem Essentia in duas Personas divisionem. Et utraque ratio, si quidem substitisset, sufficiebat ad proscriptionem. Posteriorem Sanctus Athanasius cum Sancto Basilio, Priorem adducit Sanctus Hilarius: ob utramque etiam Sanctus Dionysius Alexandrinus, dum contra Sabellium egit, possit vocem prætermisisset. Dico, siquidem substitisset. Etenim neutram rationem substituisse demonstrat Sanctus Hilarius, ideoque & adjungit: *Malè intelligitur Homoussion. Quid ad me bene intelligentem? male Homoussion Samosatensis confessus est: sed nunquid melius Ariani negaverunt? Octoginta Episcopi olim responderunt: sed trecenti decem & octo nuper receperunt. Illi contra Hæreticum improbarerunt? Numquid & isti non adversus Hæreticum probaverunt? Gravis auctoritas est veterum; Numquid & horum levis est sanctitas? si contraria invicem senserunt, debemus quasi Judices probare meliora; si verò & probando & improbando unum utriusque statuerunt, quid bene Constituta corvolumus? Et rursum: Quis secundum Samosatenum in Christo renatus, & Filium confessus & Patrem, quod Christus in se sibi & Pater & Filius sit, confitebitur? Par itaque in condemnandis impietatibus Hæreticorum nostra sententia est: Et hanc Homoussion intelligentiam non modo respuit, sed & odit.* Rursum dicit plura. Primò quod Paulus voluerit per istam vocem importari etiam Personæ unitatem. Secundò quod hunc sensum Synodus oderit, & damnarit. Tertio quod ista Causa & vocem abjecerit. Quarto, istum sensum etiam oderit Nicæna Synodus. Quinto quod ab Antiochena non discreparit, nisi in Judicio de voce; Et Antiochenum Judicium licet notare non audeat ob Patrum reverentiam, manifestè tamen non probat. Videtur adferere, quod Paulus ista voce usus fuit in sui erroris stabilimen, ideoque Synodus ipsam abjecit. Quod ipsum repetit in quarto libro de Sanctissima Trinitate: *Ariani adjiciunt, cum unius substantiæ Patrem & Filium esse audiunt, ab anterioribus esse Episcopis prædicatum, ut id subtiliter per speciem Hæreticæ opinionis infirmant, dicentes eos verbi hujus significationem, id est unius substantiæ, quod Græcè dicitur Homoussion. Lupi Oper. Tom. II.*

Cap. 25.

son, hoc sensu usurpare atque eloqui, tanquam ipse sit Pater qui est filius, ex infinitate videlicet sua protensus in Virginem, ex qua, Corpus adsumens sibi in eo Corpore, quod assumpsit, filii nomen addiderit. Fatebantur istam vocem non esse novam, sed notam ac usitatam Patribus: verum Patribus Hæreticis, qui ea ipsa præterdederunt eundem esse Patrem, ac Filium. Et filium non nisi in Virginis utero cœpisse. Quæ palam effecta Samosatensis. Hilarius affirmat hanc esse primam Arianorum de nostra voce calumniam. Nec ipsam arguit imposturæ. At verò Sanctus Athanasius, & Sanctus Basilius adferunt ipsam fuisse à Paulo accusatam. Et his est potius credendum. Item Athanasius septuaginta, Hilarius scribit isti Synodo adfuisse octoginta Episcopos. Etiam hic firmior est fides Magni Athanasii. Ex his omnibus vides eandem æquivocam Propositionem posse diversas ob rationes nunc damnari ab Ecclesia, nunc probari.

Quæstio est, An illud Antiochenæ Synodi Judicium ex istius sæculi Patribus nemo improbarit? Respondeo fuisse improbatum à variis. Et in primis ab Episcopo Pentapolitanæ Provincie. Hi enim suum Patriarcham Dionysium apud Sanctum Pontificem Dionysium accusarunt de duobus. Primo quod Deum verbum diceret Creaturam. Deinde quod ipsum negaret Consubstantialitatem. Et illum etiam de hoc articulo omnino monuit, atque arguit Sanctus Papa Dionysius. Lucet ex istius expurgatorio Rescripto: *Ego & in alia Epistola scripsi, ubi ostendo crimen, quod deserunt contra me, falsum esse, quasi dicerent Christum non esse Consubstantialem Deo. Nam tamen dico me id nomen non reperisse, nec alicubi legisse in sacris litteris, rationes tamen nostræ, quas reticuerunt, non abluunt ab hac sententia. Fateatur vocem, nullo tamen modo ejus sententiam fuisse improbatam. Et addit de suis accusationibus: Quas reticuerunt. Queritur desumptos ex suis scriptis articulos fuisse malignè fabricatos. Et iste apud Romanam Ecclesiam accusandi modus, & ista iniquitas sunt adeo antiqua. Porro hæc multis annis præcesserunt Antiochenas contra Paulum Synodos. Etenim secunda ad septuagesimum secundum; prima facta est ad tertii Christiani sæculi annum sexagesimum sextum, quo Sanctus Patriarcha Dionysius migravit ad Dominum. Et de ista accusatione & disceptatione scribit in libro de Ariminensi ac Seleuciensi Synodis Sanctus Athanasius: *Duo Dionysii diu ante eos septuaginta fuerunt, qui Samosatensem substulerunt, quorum alter Romæ, alter Alexandria Præsul erat.* Addit Alexandrinum tunc fuisse accusatum apud Romanum, ejus causam discussam Synodaliter, vocem, Consubstantialis, defensam ac stabilitam, & hæc omnia esse multum priora Synodo Antiochena. Videtur agere de sola posteriori. Etenim Dionysii accusatio passim creditur facta anno sexagesimo tertio. Quidquid sit fieri non potuit ante sexagesimum primum. Hoc enim Anno Romæ cœpit sedere Sanctus Dionysius. Quare Antiochena Synodus, quam ista lis diu antecessit, fuit sola posterior, nam decem anni sunt longum tempus. Inter hujus Synodi Patres fuerunt*

runt Dionysio addictissimi. Nam & illum invitabant ad primam Synodum. Et haud dubie Doctrinam noverant. Hinc fuere faciliores ad Vocem, *Consubstantialis*, proscibendam, forsitan ignari memoratæ accusationis Romani Iudicii, & per Dionysium cantatæ palinodia. Quidquid sit, ex Romana Dionysii Pontificis Synodo Sanctus Athanasius rectè ostendit istam vocis ab Antiochena Synodo proscibitionem antiquis Patribus non placuisse.

Quartum Arianorum adversus vocem *Consubstantialis* argumentum adducit idem Athanasius in litteris ad Imperatorem Jovinianum: *Quidam Arianam Heresim renovare cupientes à Patribus Nicææ confessam fidem inceperunt contemnere, præferentes quasi ab ea non dissentiant, cum interim revera eam inficiantur, male interpretantes Consubstantialitatem.* Istam vocem variè acculantes. Primum accusationis punctum edicit Athanasius in libro de Ariminensi ac Seleuciensi Synodo. Adfirmat Seleuciensem Synodum fuisse divisas in duas præsertim Factiones, addit unius factionis Principem fuisse Acacium Lucum, Cæsareensem in Palæstina Episcopum, ac prosequitur: *Acacius cum suis immani verecundia atque audacia plenè abnegarunt Nicæni Concilii scripta, ipsam Synodum diffamantes, alii verò itaque permulti reliqua Synodi approbant, solummodo de voce Consubstantialitatis quasi obscura cavillantes.* Dixerunt vocem esse obscuram, æquivocam, ambiguum ad veritatem & errorem, ideoque abolendam. Secundum accusationis Articulum habes in Symbolo, quod Ariminensi Synodo obtulerunt Ursacius & Valens, ac eorum Arianæ Collegæ: *Vocabulum Substantiæ, quia simpliciter à Patribus positum est, & à Populis ignoratur, & scandalum adfert, eo quod in scripturis non contineatur, placuit ut de medio tolleretur.* Exstant hæc apud eundem Athanasium in libro de præfatis Synodis. Est fere eadem calumnia; adfirmat vocem istam esse non solummodo obscuram, ideoque non intelligi à Populis, sed insuper scandalosam, quia nempe non intellecta possit in blasphemiam seducere. Tertium accusationis articulum adducit in litteris ad suos Monachos Magnus Basilius: *Ariani Nicænam Synodum calumniantur, propterea quod in ea fide Filium Dei Unigenitum cum Deo Patre Homousion confitemur. Non quod sit ex una essentia in duas partes divisa, Fratres, absit.* Adfirmarunt ab ista voce importari divisionem ejusdem Essen-

tia in diversas partes. Est antiqua calumnia Pauli Samosatani. Eandem adduxit Syrmienis Concilium, ad cujus Episcopos in libro de Synodis scripsit Sanctus Hilarius: *De Homousio tractantes, idcirco respuendum pronunciaffis, quia verbi hujus enunciatione substantia prior intelligeretur, quam duo interpartiti essent. Intellego vitium intelligentiæ. Et propbanus hic sensus est, & communi iudicio ab Ecclesia respondens. Et infra: Quis sanæ mentis tertiam substantiam, quæ Patri & Filio communis sit, prædicabit.* Syrmienis Synodus istam vocem acculavit, quod importaret tertiam substantiam, quæ nec Pater esset, nec filius, & quæ in utrumque scissa divideretur. Istiusmodi enim est Consubstantialitas rerum creaturarum. Hoc ipsum Hilarius firmat, & repetit in quarto libro de Sacro-Sancta Trinitate: *Sequens Arianorum contra nostram vocem calumnia illa est, quod adfirmant id enunciationem Homousii significare, quod rei anterioris atque alterius commune sit duobus, & tanquam prior substantia, vel Usia materiæ alterius extiterit, quæ participata duobus, & in utroque consumpta, utrumque illum & naturæ anterioris, & rei esse testetur unius; Atque idcirco se improbare Homousii ajunt Confessionem, quod enunciatio ejus neque Filium à Patre distinguat, & posteriorem Patrem, materiæ, quæ sibi de Filio sit communis, ostendat. Tertio quoque hanc improbandi Homousii Causam comminiscunt, quod secundum verbi hujus significationem ex divisione Paternæ substantiæ esse filius existimetur, tanquam defectus ex eo fuerit, ita ut in duos sit res una divisa, & ideo substantiæ dicantur unius, quia portio defecta de toto in natura ea sit, unde defecta est, nec posse in Deum cadere divisionis Passionem, quia & demutabilis est, si diminutioni per divisionem fiat obnoxius, & imperfectus efficitur, Perfectionis suæ in portionem alteram decedente substantia.* Similes calumnias reperies apud alios item Patres, atque scriptores, & ipsarum firmas refutationes. Vox aliud non importat quam quod importat hæc Domini verba: *Ego & Pater unum sumus. Hinc ut serpens bituminis odorem refugit, aut Cervæ halitum, aut gubate lapidis suffitum, aut Syriacis fumum, sic Arius & Sabellius Consubstantialis vocem illam ac professionem vehementer oderunt.* Non solum Arius, sed & Sabellius. Quia nempe vox non solum essentia unitatem importat, sed insuper Personarum distinctionem. Illa verba sunt Sancti Epiphani.

Cap. 38.

C. 31.

C. 78.

Hæres. c. 70.

CAPUT SEXTUM.

An voces Hypostasis & Substantia
sint ejusdem per omnia
significationis.

QUOD apud vetustos Græcorum Patres vox, *Hypostasis*, quandoque pro Essentia, quandoque accepta fuerit pro Persona, est supra demonstratum.

Ego ipsam hic accipio pro Persona, & quæro an ita accepta sit Synonyma cum nostra Latina voce, substantia; & videtur esse. Etenim antiquissimus Apostolicæ ad Hebræos Epistolæ Latinus interpres habet de Deo verbo: *Qui cum sit figura substantiæ ejus, in Græco textu est vox, Hypostasis, & omnino accipitur pro Persona.* Etenim Deus verbum, nequaquam Divinæ Essentiæ, sed solius Paternæ Personæ est character, figura, seu imago. Est solius Patris verbum. Et latini sermonis peritissimus Sanctus Hilarius in quarto de Santissima Trinitate libro scribit: *Tres substantiæ sunt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Antiochenæ, in Basilicæ Encænii celebratæ, Synodi Symbolum interpretatur hoc modo. Ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum.* Et commentatur: *Idcirco tres substantias esse dixerunt, subsistentes Personas per substantias edocentes, non substantiam Patris, & Filii & Spiritus Sancti, diversitate dissimilis Essentiæ separantes.* Eodem hoc in contextu vocem, substantia, pro Persona accipit, & pro Essentia. Quin & posterioribus sæculis Sanctus Anselmus Cantuariensis Episcopus in Monologio probat hanc Propositionem: *Illam admirabilis Trinitas est una Essentia vel natura, tres Personæ sive substantiæ.* Et dat rationem, quia Persona non est aliud, quam rationalis naturæ individua substantia. Eandem definitionem etiam antiqui Doctores Scholastici probantur. Quidam adversus istam propositionem murmurarunt: Hinc Sanctus Anselmus suo Monologio præfixit hanc præfationem: *Hanc scripturam ego sæpe tractans nihil potui invenire me in ea dixisse, quod non Catholicorum Patrum, ET MAXIME BEATI AUGUSTINI, SCRIPTIS COHÆREAT: Quapropter, scui videbitur quod in eodem opusculo aliquid protulerim, quod aut nimis novum est, aut à veritate dissentiat, rogo ne statim me aut ut præsumptorem novitatum, aut falsitatis Adsectorem exclamet, sed prius libros Beati Augustini de Trinitate diligenter perspicere, deinde secundum eos opusculum meum dijudicet. Quod enim dixi summam Trinitatem posse dici tres*

substantias, Græcos secutus sum, qui consentient tres substantias esse in una Persona, eadem fide quo nos tres Personas in una substantia, nam hoc in Deo significant per substantiam, quod nos per Personam. Fatetur istam phrasim Latinis non placere, & merito. Etenim Latini vocem, *substantia*, semper, dum propriè locuti sunt, acceperunt pro essentia. Etenim Latinus, certè antiquissimus, Sancti Matthæi interpres τὸν ἄπτον ἑνὴν οὐρανόν, translulit, panem super substantialem. Et Latinus, quem constat esse originale Hosii Cordubensis Episcopi Nicænæ fidei Textus pro voce, *Homousion*, habet *Consubstantialem*. Habemus plura istiusmodi antiqua Exempla.

Sancti Augustini, ad quæ Sanctus Anselmus provocat, Testimonia sunt primo loco audienda. In quinto de Santissima Trinitate libro adfirmat Dominum Deum esse unam essentiam, unamque magnitudinem, & pergit: *Essentiam dico, quæ Usia græcè dicitur, quam usitatus substantiam vocamus. Dicunt quidam & illi Hypostasim, sed nescio quid velint interesse inter Usiam, & Hypostasim, ita ut plerique nostri, qui hæc græco tractant eloquio, dicere consueverint unam Usiam, tres Hypostases, quod est latinè, unam Essentiam, tres substantias: sed quia nostra loquendi consuetudo jam obruit, ut hoc intelligatur, cum dicimus substantiam, non audeamus dicere unam Essentiam, tres substantias, sed unam Essentiam vel substantiam, tres autem Personas, quemadmodum multi latini ista tractantes, & digni auctoritate dixerunt, cum alium modum aptorem non invenirent, quo enunciarent verbis, quod sine verbis intelligebant.* Et in septimo libro scribit: *Loquendi Causa de ineffabilibus, ut fari aliquo modo possemus, quod effari nullo modo possumus, dictum est à nostris Græcis, una Essentia, tres substantiæ, à latinis autem una Essentia vel substantia, tres Personæ. Quia non aliter in sermone nostro, id est latino, Essentia quam substantia solet intelligi. Amplissimè hæc illustrat, ac demonstrat utramque Ecclesiam esse suæ Phrasim, tenacissimam; nempe Græci semper dixerunt tres Hypostases: Et quia ista vox nobis substantiam significat, volunt à nobis dici tres substantias. Et majores nostri constantissimè recularunt.*

De hac quæstione Sanctus Hieronymus è Syriæ



Epist. 57. riaz solitudine spectante ad Antiochenum Patriarchatum, scripsit ad Damafum Pontificem. Adfirmat se Apostolicæ Sancti Petri Cathedræ, & relegatis per Imperatorem Valentem Ægyptiorum Confessoribus constanter adherere, & profequitur: Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit: Hoc est qui Christi non est, Anti-Christi est. Nunc igitur, pro dolor, post Nicænam fidem, post Alexandrinum juncto pariter Occidente Decretum, trium Hypostasium ab Arianorum Præsule, & Campensibus novellum à me, homine Romano, nomen exigitur. Qui, queso, ista Apostoli prodidere? Quis novus Magister Gentium Paulus hæc docuit? Interrogamus, quid tres Hypostasies posse arbitrentur intelligi? Tres Personas subsistentes ajunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant: Quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus, si quis tres Hypostasies, aut tria enyostata, hoc est tres subsistentes Personas non conficietur, Anathema sit. Et quia vocabula non edicimus, Hæretici judicamus. Si quis autem Usiam Hypostasiam intelligens, non in tribus Personis unam Hypostasiam dicit, alienus à Christo est: Et sub hac confessione vobiscum pariter caetero unionis inurimur. Discernite si placet, obsecro: Non timebo tres Hypostasies dicere, si jubetis. Condatur nova post Nicænam fides, & similibus verbis cum Arianis confiteamur orthodoxi. Tata Sæcularium litterarum schola nihil aliud Hypostasiam, nisi Usiam, novit. Et quis, rogo, ore Sacrilego tres Substantias prædicabit? Una est Dei, & sola natura, quæ verè est. Et post quædam: Sufficiat nobis dicere unam Substantiam, tres Personas, subsistentes, æquales, Co-æternas. Taceantur tres Hypostasies, si placet, & una teneantur, non bonæ suspicionis est, cum in eodem sensu verba dissentiant. Sufficiat nobis memorata credulitas, aut si rectum putatis, tres Hypostasies cum suis Interpretationibus debere nos dicere non negamus: Sed mihi credite, venenum sub melle latet; Transfiguravit se Angelus Sathane in Angelum lucis. Bene interpretantur Hypostasiam: Et cum id quod ipsi exponunt, habere me dicam, Hæreticus indico. Quid tam anxie unum Verbum tenent? Quid sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt, ut interpretantur, non damno quod retinent. Si sic credo, ut ipsi sentire se simulant, permittant & mihi meis verbis suum sensum loqui. Quamobrem obtestor Beatitudinem tuam, ut mihi Epistolis tuis, sive tacendarum, sive dicendarum Hypostasiam detur auctoritas. Et post quædam concludit: Simul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare, significo: Quia Campenses cum Tharsensibus Hæreticis copulati nihil aliud ambiunt, quam ut auctoritate communionis vestræ fulti tres Hypostasies cum antiquo sensu prædicent. Et in litteris ad Marcum Celedensis Ecclesiæ Presbyterum: Hæreticus vocor, Homouison prædicans Trinitatem, Sabellianæ impietatis arguor, tres subsistentes, veras, integras, perfectasque Personas indefessa voce pronuncians. Si ab Arianis, merito; si ab orthodoxis, qui hujusmodi arguunt fidem, orthodoxi esse deserunt. Aut si eis placet Hæreticum me cum Occidente, Hæreticum cum Ægypto, hoc est cum Damaso, Petroque condemnent. Quid unum Hominem, exceptis sociis criminantur? Si

Rivus tenuiter fluit, non est alicui culpa, sed fontis. Pudet dicere: de Cavernis Cellularum damnatum orbem. In sacco & cinere volutati, de Episcopis sententiam ferimus. Quid facit sub tunica præventis Regius Animus? Catene, Sordes, & Comæ non sunt Diadematis signa, sed Fleus. Permittant me, queso, nihil loqui. Cur enim lacerant, qui non mererentur invidiam? Hæreticus sum: Quid ad te? plane times, ne eloquentissimus homo in Syro Sermone, vel in Græco, Ecclesiam circumeam, Populos seducam, schisma conficiam.

Hæc postrema verba edicunt Sanctum Hieronymum tunc temporis necdum fuisse plenè peritum sermonis Syri aut Græci. Hinc in litteris ad Damafum scribit: novellum à me homine Romano nomen exigitur. Hinc voluit latine, non Græcè loqui, & dicere non Hypostasies, sed Personas. Notanda sunt & Verba: Ignoro Paulinum. Edicunt has litteras fuisse scriptas ante Presbyteratum Sancti Hieronymi: Hunc enim ille à Paulino accepit, adeoque tunc nequit ignorare ipsum, id est ipsi non communicare. Utraque Epistola est à Chalcididis solitudine scripta septuagesimo secundo quarti sæculi anno, quo in defuncti Sancti Athanasii sedem successit Petrus. Hinc prima Ægyptios Confessores, secunda laudat istum Petrum. Antiochenus Arianorum Episcopus est sceleratus Euzojus, qui Arianus in Alexandria Ecclesiæ Con-Diaconus, & in formanda Hæresi Coadiutor, tandem in impietatis præmium accepit Antiochenum Patriarchatum. Paulinus est verus & orthodoxus istius Ecclesiæ Episcopus, quem in Sancti Eustatii per Arianos iniquissimè dejecti locum consecravit Lucifer Calaritanus Episcopus, Sancti Liberii Pontificis Legatus. De Paulino scribit Marianus Victorius: Paulinus diu latuit. In contentione verò, quam de retinenda simul sede habuit cum Meletio, detestus est Arianus. Pessimè. Etenim certum est Paulinum fuisse virum germanè orthodoxum, permansisse constanter talem, & à Romana Ecclesia fuisse semper defensum. Meletium idem Marianus adfirmat primò Sebastensem in Prima Armenia, tum Berrheensem in Syria, tandem fuisse Episcopum Antiochenum. Rursum labitur. Etenim primà Meletii sedes fuit Berrheæ. Hinc ipsum Seleucienfis Sebaften in Eustatii degradati locum, Antiochena Synodus transtulit Antiochiam in locum ejecti Eudoxii. Et tunc ex Ariano quasi per miraculum subito factus est orthodoxus. Hinc & ipsum ejecit Imperator Constantius, & ejus in locum intrusit Euzojum. Sub Joviniano Augusto rediit Antiochiam, ac denuo eiicitur à Valente. Vitalis fuit Meletii Presbyter apud Antiochiam, postmodo ab Apollinari factione erectus ibidem in Episcopum. Proinde in quatuor Episcopos, & quatuor ipsorum Communiones lacerata tunc erat Antiochena Ecclesia. In duos orthodoxos, Arianum, & Apollinariam. Verum quod fuerit campenses? Marianus Victorius respondet: Cum Hieronymus in fine Epistolæ campenses cum Tharsensibus Hæreticis copulatos esse scribat, constatque Ciliciæ insgenem Urbem fuisse Tharsum, non abs re fuerit Campenses à Campis ibidem Ciliciæ, quorum Ptolomeus mentionem

tionem facit, existimare esse dictos. Camposque campensium esse Partem, qua inflexo Iffici sinus litore ad oram Syriæ, quæ vicina est Antiochiæ, descebat. Rursus deviat. Etenim Sanctus Hieronymus palam asserit Campenses fuisse Antiochiæ. Proinde Campenses fuerunt Meletii communio. Etenim ille non solummodo per defunctum Constantium, sed etiam per regnantem tunc Valentem proscribitus, nullam in Civitate habebat Ecclesiam: Immo isthic nec apparere poterat. Hinc latitabat, & suas clandestinas Synaxes agebat in Campis, adeoque ipsos Antiocheni per ironiam appellabant Campenses. Ita olim Felicissimi Diaconi Factionem Carthaginenses, & Donatistarum Synagogam, quod in suburbanis montibus ac rupibus convenirent ad Divina, Romani per Sarcasum appellabant Montenses, ac Rupitanos. Quinam, & quales fuerint Tharsenses, ignoro. Præterque Orientales Ecclesiæ isto tempore erant laceratæ in Schismata, ideoque & Metropolitana Tharsensis. Cum quadam ejus parte communicabat pars Antiochena Meletii. Hinc enim ejus Presbyter Diodorus fuit non ita diù post isthic electus in Episcopum. An Ariani fuerint, ignoro. Videntur non fuisse. Etenim Campenses erant orthodoxi, ideoque non possint nisi orthodoxis communicasse. Artamen Romana, licet ipsi ambirent, eis non communicabat Ecclesia. Hinc ipsos Sanctus Hieronymus censuit Hæreticos, ex communi etiam per Sanctum Ambrosium laudata Præscriptione: Hæreticus est quisquis Romanæ non communicat Ecclesiæ. Hinc in prima Epistola assidue protestatur se permanere ad Sancti Petri navim, nec velle ab ipsa discedere. Similes orthodoxi erant isti Tharsenses: Hinc Antiocheni Campenses cum illis habuerunt singularem Communionem.

Itaque apud Antiochiam tunc fervebat, immo bulliebat quæstio de hac Propositione: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt una essentia, tres Hypostasies. Et ejus Professionem tres exigebant. Primo Arianorum Præsul, nempe Euzojus. Deinde Campenses: & nota de ipsis verba: nihil aliud ambiunt, quam ut auctoritate communionis vestræ fulti tres Hypostasies cum antiquo sensu prædicent. Nempe aliter Euzojus ac alii Ariani, aliter orthodoxi Græci prædicabant tres Hypostasies. Hi Personam, isti per istam vocem intelligebant Essentiam. Et ita nuper intellexerat etiam Meletius. Jam verba mutarat, ideoque agebat Personam à se intelligi. Hoc Hieronymus suspectum habuit: Opinatus est, quod dolose confuere, & Romanam Communionem dolose ambiret, qua possit securus tres Hypostasies sub antiquo sensu prædicare. Et hinc iterum lucet Campenses istos fuisse Communionem Meletii. Tertii ac importantissimi istius Propositionis Exactorum erant Syrorum Monachi. Hinc Hieronymus scribit in posteriori Epistola: Pudet dicere: De Cavernis Cellularum damnatum orbem &c. Nempe Magnus Athanasius istam Quæstionem plenè composuerat, & ejus Judicium admiserat omnis Ecclesia. De ipso habet Prior Epistola: Post Alexandrinum, juncto pariter Occidente, decretum. Et posterior: Hæreticum me cum Occidente,

Hæreticum cum Ægypto, hoc est cum Damaso Petroque condemnent. Hinc de tanta istorum Monachorum audacia Hieronymus erubuit. Et certè Syrorum Monachi, quod impudenti turbulencia, ac horrenda in Episcopos ac ipsorum Synodales Sanctiones contumacia laborarint, insigniter demonstrarunt ad tempora Chalcedonenfis Synodi. Hujus quartus Canon ad sistendos istos impetus coactus est avitam Monachorum libertatem castrare, & ipsos subjicere Episcopis. Præsentis audaciæ radix possit fuisse, quæ hoc ipso anno contigit, mors Sancti Athanasii. Etenim defuncto Leoni insultant lepores: Hinc factiofi Monachi possit istud decretum tunc prævisse.

Porrò de ista Propositione ac ejus Exactoribus S. Hieronymus dicit varia. Primo istud nomen, ut nempe Personam significet, esse novellum. Quod non est plenè verum. Etenim in Epistola ad Hebræos Sanctus Paulus Apostolus istam vocem manifestè accepit in isto sensu. Hinc fundata non est hæc Sancti Hieronymi exclamatio: Qui ista Apostoli prodidere? Quis novus Magister Gentium Paulus hæc docuit? Nec defunt alia ab antiquissimis Patribus istius acceptionis exempla. Sanctus Hieronymus secundo dicit istam vocem male exigi post Nicænam Synodum. Videtur existimare quod ipsa vocem Usia & Hypostasis pro eisdem accepit: Hinc adjungit: Condatur nova post Nicænam fides. Quod etiam non subsistit. Et supra abundè demonstratum. Tertio Hieronymus dicit, quod ista vox contineat Arianismum, & sit Arianorum propria: similibus verbis cum Arianis confiteamur Orthodoxi: Hinc addit de Campensibus, quod venarentur sub antiquo sensu tres Hypostasies prædicare. Et addit sui adfert rationem: Totæ Sæcularium litterarum schola nihil aliud Hypostasiam, nisi Usiam novit. Hinc infert istos trium Hypostasiam Prædicatores esse suspectissimos, quod dolose intendant tres Usias. Adjicit & hanc rationem: Et quis, rogo, ore sacrilego tres Substantias prædicabit? Adfirmat Græcam, Hypostasis, & Latinam vocem, Substantia, esse ejusdem per omnia significationis, ideoque utramque istam propositionem esse pariter abominabilem, ostendit ab utraque voce significari naturam, ideoque se urgeri ad Professionem trium naturarum; ad purum Arianismum. Quarto dicit istius Propositionis Exactorum non fuisse contentos solo sensu, nec solis Latinis vocibus, sed voluisse suas Græcas. Etenim dum quis latinus adseveraret credi à se unam naturam, & tres Personas, & ad omne, quod in voce, Persona, latet varæ significationis dubium prædicendum adderet à se credi subsistentes, veras, integras, perfectas, æternas, ac æquales Personas, non erant contenti: volebant ipsas voces, tres Hypostasies. Omnem recusantem ducebant, & clamabant Sabellianum. Notanda sunt & verba ad Damafum: Si quis autem Usiam Hypostasiam intelligens non in tribus Personis unam Hypostasiam dicit, alienus à Christo est. Et sub hac Confessione vobiscum pariter caetero unionis inurimur. Affirmant duo; primò quod Romana tunc Ecclesia, voces, Usia & Hypostasis, pro eisdem

cūdem acceperit, ideoque profitetur non tres Hypostasēs, sed unam Hypostasim in tribus personis. Hypostasēs enim censebat esse idem cum substantia. Secundo ista verba dicunt, quod quicumque tunc apud Antiochiam Latinus nollet tres profiteri Hypostasēs, censeretur cum Romana ac omni Latina Ecclesia esse Sabellianus. Etenim ob hæc voces Græci Latinos de isto errore, hi illos censurarunt de Arianismo. Hinc Sanctus Hieronymus ista voces habuit suspectissimas, nec induci se passus est ad ipsas profittendas.

Orat. 21.

Hujus controversiæ exordium, decursum, ac finem exponit in Magni Athanasii Encomio Sanctus Gregorius Nazianzenus: *Cum essentia una, & tres Hypostasēs à nobis piè dicerentur, quod alterum Divinitatis naturam, alterum trium Personarum proprietates declaret, atque eodem quidem modo apud Romanos intelligerentur, ceterum ob lingue illius angustiam, & Verborum inopiam distinguere Hypostasim ab Essentia non possent, eoque factum esset ut pro ea, ne tres Essentias admittere viderentur, Personarum vocabulum inducerent: Quid tandem contigit? Res profectò ridicula, vel potius miseranda. Diverse fidei speciem præbuit levis illa & jejuna de vocum sono altercatio. Hic deinde & Sabellianismus ob tres Personas excogitatus est, & Arianismus ob tres Hypostasēs, quorum utrumque pertinax contendendi studium effinxerat. Quid postea? Cum exigua res aliqua quotidie accederet, quæ molestiam adferret, molestia autem ut videretur, contentio faciebat, eo tandem res adducta est, ut periculum esset, ne Orbis terrarum fines una cum syllabis abrumperentur. Quæ cum Beatus Athanasius, verè homo Dei, magnusque Animarum Dispensator, oculis & auribus usurparet, tam absurdam, ac à ratione alienam verbi sectionem dissimulandam, ac negligendam sibi non putavit: verum medicinam morbo quam primum adhibet. Quoniam autem modo id facit? Utraque parte leniter ac benignè accita, verborumque sententia diligenter, & accuratè perpensa, postquam concordēs reperit, nec ullo modo quantum ad doctrinam inter se dissidentes, ita negotium transegit, ut nominum usum concedens, rebus eos constringeret. Hoc auturnis suis laboribus, & sermonibus, quos jam omnes litteris mandant, longè utilius est. Adfirmat varia. Primò quod Orientalis Ecclesia ad exprimendam Patris, Filii & Spiritus Sancti distinctionem, induxerit hanc Propositionem: Sunt tres Hypostasēs. Secundo quod Occidentalis Ecclesia fuerit istam Phrasim averfata; censebat enim Hypostasim esse idem cum Usia, aut certè cum Substantia. Tertio quod ista discordia fuerit nata angustia, seu inopia Latine lingue. Etenim Latina vox Substantia non est penitus Synonima cum Græca voce, Hypostasis, cujus energiam Latini tunc non potuerunt exprimere: & ad ipsam exprimendam postmodo finxerunt, & induxerunt vocem, Substantia. Hanc esse recentem, est supra demonstratum. Gregorius dicit quarto, quod ista de vocibus altercatio Partes ita exacerbavit, ut Græci Latinos Sabellianos, Latini Græcos dicerent Arianos. Quinto quod discordia eo usque venerit, ut esset periculum lacerandæ Communi-*

nis. Sexto quod hæc videns, ac metuens Magnus Athanasius Partes acciverit, & ipsarum sententia inquiserit. Septimò quod ipsas invenire sentire idem, dissentire in solis vocibus. Octavo quod ipsas in concordiam duxerit. Nonò quod Concordiæ conditio fuerit, ut Latini tres Personas, Græci dicerent tres Hypostasēs, & neutra pars alterius Phrasim notaret. Decimo addit istud omnia inter Athanasii opera fuisse præstantissimum. Hoc est laudatum à Sancto Hieronymo Alexandrinum juncto Occidente decretum.

Factum hoc est quarti Christiani sæculi anno sexagesimo secundo, in quo defunctus est Constantius, ac Julianus inivit Imperium. Etenim tunc ab exilio Alexandriam rediit Athanasius celebravit solemnissimam Synodum, cui adfuit & Sanctus Eusebius Vercellensis Episcopus, ac legatio Luciferi Metropolitæ Calaritani, Herennius & Agapetus Diaconi; aderant item Diaconi Maximus & Calemerius, legatio Paulini Patriarchæ Antiocheni. Erat igitur ampla Synodus. Sancta sunt isthæc varia, quorum unum fuit hoc: Eadem in Synodo etiam vocabula Usias & Hypostasēs exposita atque explicata sunt. Atque disertè constitutum est, vocibus illis utendum esse solum contra Sabellium, ne inopia, veluti unæ res trinomines in Divinitatem esse putaretur, cum Patris, Filii, & Spiritus Sancti nomina usurpantur, sed ut singula nomina Personam subsistentem in una eademque Divinitate designent. Ita habet antiqua cujusdam eruditi viri Oratio de certaminibus & laudibus Sancti Athanasii. Et hinc discimus, quod Latine Ecclesiæ in hac controversia defensores fuerint Sanctus Eusebius, & Lucifer Calaritanus. Hos Athanasius invitavit ad suam Alexandrinam Synodum. Et ille adfuit per se, hic per suos Diaconos. Quæstio est, quomodo dicitur isti decreto, cui non adfuerunt nisi duo Latini Episcopi, fuisse junctum omnem Occidentem? Respondeo quod illi essent per Orientem Legati ac Vicarii Romanæ ac totius Occidentalis Ecclesiæ. Ista legatio, de qua quidam sine fundamento dubitant, lucidè adstruitur vel ex isto solo Sancti Hieronymi testimonio. Eandem controversiam Sanctus Gregorius Nazianzenus memorat in oratione ad sancta lumina: Deum, cum dico, uno eodemque triplici lumine perstringamini: Triplici quidem, quantum ad proprietates sive Hypostasēs, si cui hoc verbum magis ardet, sive Personas (neque enim de vocabulis distabimus, quamdiù syllabæ ad eandem sententiam ferent:) uno autem, quantum ad Substantiæ, hoc est Divinitatis rationem. Et hunc locum laudavit in octava Florentini Concilii sessione venerabilis Bessarion Metropolitæ Nicænus: Gregorius de vocibus loquitur, quæ idem significant, atque de uno eodemque subjecto prædicantur. Est enim illi sermo de Hypostasibus, Personis, & proprietatibus, quæ unum & idem significant. Est illi sermo de Græcorum, Hypostasēs, & de Latinorum voce, Persona. Et hic habes alium locum, in quo Gregorius Sacro-Sanctam Trinitatem dixit esse unum lumen triplex, unum in Essentia, triplex in Personis. Phrasis est supra latius exposita.

Eandem Synodum ac Decretum idem Gregorius

Orat. 32.

rius laudat, & aliis locis. In habita ad Constantinopolitanam Synodum oratione adfirmat plenam Orthodoxæ fidei Confessionem & in rebus, & in vocibus consistere, & prosequitur: *Atque ita perscrimur, unum quidem Deum, quo ad Essentiam credentes, tria autem quantum ad Hypostasēs, sive Personas, ut nonnulli malunt. Desinant enim, qui de his inter se contendunt, ineptire; Perinde ac si fidei nostræ pietas in nominibus, non in rebus consistat. Quid enim dicitis, qui tres Hypostasēs adfertis? An hoc eò dicitis, quod tres Essentias existimetis? Non est apud me dubium, quin adversum eos, qui ita existimant, ingentem clamorem excitaturi sitis. Unam enim & eandem horum trium Essentiam profitemini. Quid vos, qui Personas dicitis, num unum velut quiddam compositum animo fingitis, ac tres facies, aut humanam omnino formam habens? Absit, ipsi quoque inelamabatis: Ne faciem quidem Dei, quæcumque tandem ipsa est, unquam ille videat, qui ita sentit. Quid igitur, ut interrogare pergam, vobis Hypostasēs volunt, aut vobis Personæ? nimirum tria esse, quæ dividantur, non naturis, sed Proprietatibus, optimè. An fieri potest, ut quidam magis inter se concordent, atque idem dicant, quam cum ita sentiunt, tamen aliòquin syllabis discrepent? Vide te qualem vobis pacificatorem me præbeam, à littera ad mentem producents, veluti si quæ vetus & novum Testamentum componat & conciliet. Discimus hinc varia. Primo fundamenta, ex quibus utraque pars alteram accusabat. Etenim Latini à Græcis tres Essentias, Græci à Latinis credebant, in Deo blaterari unam triforem trium facierum, aut triplicis officii Personam. Hoc enim in sensu & Sabelliani & Manichæi Personam usitabant. Secundo discimus, quod utraque pars fuerit Orthodoxa, ac idem fenserit. Tertio quod ista lis tempore Constantinopolitanæ Synodi necdum fuerit plenè fopita. Hinc Gregorius se exhibuit novum Pacificatorem. Et ejusdem Pacis amore frequens usitavit latinam Phrasim, quo suis persuaderet ipsam legitimam, ac planè innoxiam. Etenim scribit in trigesima prima oratione: *Excide pravam Sabellii sententiam. Nec plus quam equum est, conjungas; nec sceleratè divides. Nec in unam Personam tria contrahas. Nec tres Naturarum diversitates efficias. Et unum laudabile est, cum rectè intelligitur, & tria, cum rectè distinguuntur. Nempe cum Personarum fuerit facta distinctio, non naturalium. Et ejus quædam Theologica oratio habet: Trinitati, atque uni in tribus Personis Divinitati gratia habenda est.**

Orat. 34.

Et quare optimus Gregorius se præbuit Pacificatorem in Constantinopolitana Synodo? Etenim isthæc nullus adfuit latinus Episcopus. Respondeo illi fuisse duos fines. Primo, Orientalem, & Occidentalem Ecclesias, quarum Communionem variæ Arianorum factiones jam à Sardicensis Synodi tempore lacerarant, voluit unire. Hic enim & scopus erat Magni Imperatoris Theodosii. Eam ob spem coegerat, aut sanè permisisset istam Synodum. Hinc optimus Gregorius litem, quæ post Magni Athanasii mortem

Christ. Lupi Oper. Tom. II

tem apud quosdam revixerat, & quæ in quorundam animis nunquam dormierat, duxit denuò componendam. Deinde, ista quæstio non dumtaxat inter Græcos & Latinos, sed etiam inter Græcos & Græcos. Etenim ex primatiali sua auctoritate ad Neo-Cæsareensem, Polemoniæ Ponti Metropolitanam, quam de variis corripit abusibus, Ecclesiam scripsit Magnus Basilius. *Veruntamen omnia condonamus, dumtaxat quæ Principia sunt, salva sint, & istas circa fidem novationes persecutis, Hypostasēs Divinas ne probetis, Gregorii vestri sinistrè non interpretemini.* Iste Gregorius esset Sanctus Gregorius Thaumaturgus, Apostolus ac fundator Neo-Cæsarensis Ecclesiæ. Ejus voces erant Propositio: *Pater & Filius & Spiritus Sanctus sunt una Usia, una Hypostasis.* Eas uti Sacrosanctam sui Hæreditatem ista Ecclesia volebat desecere: *Quin & à sui Primatis, eas constantissimè defendentis, Basilii Communione se diffociaverat.* Erat plena turbis. Lucidè hæc Basilius scribit in litteris ad Doctores istius Ecclesiæ: *Certissimam verò causam, ob quam nostrum confugiendum esse putant congressum, quoniam ea complures forsitan ex vobis later, ego docebo: vos audite.* Hoc studiosè agitur apud vos, ut fides subvertatur, idque subversione Apostolicis, ac Evangelicis Doctrinis inimica: *Inimica quoque traditioni Magni Gregorii, & eorum qui illum ex ordine subsequuti sunt usque ad Beatum Musoniam, cujus dogmatum recentem esse apud vos memoriam manifestum est.* Sabellii nanque pestem olim quidem motam, traditionem verò Magni Gregorii conspuitam, renovare conantur: *Qui ne deprehendantur & convincantur, ista contra nos somnia confinxerunt.* Hortatur ut deserant istas voces vaniloquas, atque prosequitur: *Judaismus est Sabellianismus iste, sub Christianissimi prætextu in Evangelicam Prædicationem subinventus. Qui enim tres illas Patris, & Filii & Spiritus Sancti Personas dixit, rem esse unam, unamque trium posuit Hypostasim, quid aliud fecit? Multa in istius Gregorianæ propositionis Adversatores congerit, ac pergit: Immo jam libris suis has nugas consugarunt, quas primum illi, & Meletio Episcopo homini Dei, miserunt: Et ab illo con digno responso accepto, perinde atque propter naturæ mutilationem pudescere solent Matres, quæ Monstra pepererunt, ita & ipsi turpes suos factus competentibus abdito tenebris, lactant, ac nutriunt. Dederunt autem experimentum aliquod per Epistolam etiam ad ejusdem nobiscum sententiæ Antihimum Thazarorum Episcopum, de eo quod Gregorius in expositione Fidei dixerit: Patrem & Filium juxta mentis quidem considerationem esse duos, Hypostasim verò unum. Hoc autem non dogmaticè, sed contentiosè in disputatione contra Elianum esse dictum nequiverunt intelligere, qui propter intelligendi subtilitatem Beatos se reputant: In qua consecratione multi sunt eorum, quæ descripta sunt, lapsus; quemadmodum, si Deus volens, ex ipsis verbis ostendimus. Deinde cum Gentilem, ad fidem adducere niteretur, non existimabat sibi circa condonandum, ne forte Principalibus & necessariis rebus luctaretur. Quapropter & multas illic invenias usque*

Epist. 63.

Epist. 64.

V u

101,

ces, quæ jam Hæreticis plurimum addunt roboris: utpote Creatura & factura, & si quid aliud est ejusmodi: Hypostasæon disjunctionem, ac proprietatem non posse sine Sabellianismo, immò sine Judaismo negari, denuò adfirmat; atque profertur: *Non enim satis est Personarum numerare differentias, sed fatendum est unamquamque Personam in vera esse ac certa substantia. Alioquin figmentum illud Personarum, quæ non habeant singulæ suam peculiarem Hypostasæon, neque ipse Sabellius reprobasset, cum diceret eundem Deum, in subjecto quidem unum existentem, ad voces tamen necessarias quovis ac passim incidentes transformatum, aliquando Patrem, aliquando Filium, nunquam Spiritum Sanctum loqui. Errorem hunc jam olim extinctum, infandæ istius Hæresis Inventores nunc reverent, qui dum Personarum substantias rejiciunt, simul nomen Filii pernegant.* Accerimè in eos invehitur. Videmus & discimus hinc varia. Primo quod Sanctus Basilus fuerit ferventissimus ac constantissimus defensor adductæ Propositionis. A quo opere ipsum laudat etiam Chalcedonensis Synodus in sermone Prophanetico ad Imperatorem Martianum. Secundo discimus, quod Neo-Cæsarensis Ecclesia fuerit durissima istius Propositionis Adversaria. Cum Latinis dixit, & ab omnibus dici voluit tres Personas. Fundabat se in auctoritate sui Sanctissimi, & doctissimi fundatoris Gregorii, qui Usiam & Hypostasæon confuderat, atque ita dixerat in Domino Deo utramque esse unum. Tertio discimus, quod eadem Ecclesia istam Propositionem fuerit adeo averfata, ut suum Primatem Basilium crediderit arianizare, ideoque se ab ejus Communionem suspenderit. Et hinc Quætionem retulit ad duos Basilii Adversarios: Ad Meletium Sebastenum Episcopum primæ Armeniæ Metropolitam, & ad Anthimum Thyanensem Episcopum novum Metropolitam secundæ Cappadociæ. Quod Meletius tunc adhuc Sebastensis, nondum Antiochenus fuerit Episcopus, videtur non dubitandum. Etenim istius temporis consuetudo & disciplina mandabant istiusmodi quætionem non statim deferri ad alienam Diæcesim, sed prius agitari in propria. Et dum Meletius Antiochiæ sedit, fuit Basilio longe amicissimus. At verò apud Sebasten fuit ab ipso alienus, utpote adhaerens factioni Eusebianæ. Alienus ab ipso fuit & Anthimus: Utique ob divisam Provinciam, ac invasa jura Cæsarensis Metropolis. Ex his addiscimus tempus Basilianæ hujus Epistolæ. Etenim Meletius quarti sæculi anno quinquagesimo nono ex Bertheensi in Sebastensem, sequenti anno est ex Sebasteiensi Cathedra translatus in Antiochenam. Intermediis diebus est scripta isthæc Epistola. Discimus quarto, quod & Meletius & Anthimus Basilio in hac re fuerint concordēs. Quinto, quod Thaumaturgus Gregorius fuerit unus ex Patribus, qui simul cum Alexandrino Dionysio impugnarint Sabellianam Hæresim, ideoque semper admiserit non solummodo tres Personas, sed & tres Hypostasæas; etiam has ipsas voces, non solam earum sententiam. Sextò, quod quidem Usiam ac Hypostasæon quandoque confuderit, sed quod tunc fuerit dispensatoriè

locutus. Ita enim locutus est in disputatione, seu fidei Christianæ expositione adversus Ælianum Gentilem. Hinc duxit ejus more loquendum. At verò Gentiles non distinguabant inter Hypostasæon & Usiam. Septimo discimus, quod Gregorius verustorum Patrum more liberius sit quandoque locutus. Etenim Deum Verbum appellat Dei Patris facturam & Creaturam. Nempe Arianis necdum litigantibus securè loquebatur. Octavo discimus, quod Sanctus Basilus latinam Phrasim non planè probarit. Quod nempe vox, Persona, sit ambigua, & Hypostasæon & officium importans, ideoque à dolosis Sabellianis sit facilè admittenda. Eam tamen non improbat, sed voluit per ipsam intelligi Personas Hypostasæicas, habentes propriam, ac peculiarem Hypostasæon. Has determinantes particulas, voluit à Latinis addi. Et apud Antiochiam Sanctus Hieronymus suæ Professioni adjunxit à se intelligi Personas integras, subsistentes, perfectas, æquales, Æternas. Et ex hoc apparet ratio, cur in Antiochenis Campis sedens Meletius à Sancto Hieronymo exegerit ista additamenta. Quia nempe dum apud Sebasten sederet, ita didicerat à Magno Basilio, & forsàn ab eodem Antiochiam causæ conciliandam Basilii potentiam censuit ipsi in omnibus gratificandum. Et certè ejus causam Basilius potentissimè fovit.

Inter Græcos non sola Neo-Cæsarensis Ecclesia, sed etiam Paulinus Antiochiæ Patriarcha, Meletius isthæc Adversarius, cum omni suæ Communionem fuit averfatus tres Hypostasæas; & cum Latinis voluit dici tres Personas. Diversè hoc ad Sanctum Cyrillum Alexandriæ Patriarcham scripsit Acacius Bertheensis: *Illi autem, qui inquirunt qua ratione eos excusent, qui hæc cognoscere effarigatè laborant, ejusmodi quid passos ajunt, quales Beato Paulino Episcopo accidisse traditur. Hic enim estis tres Hypostasæas palam dicere seculariter, re tamen & virtute ab illorum sententia & fide, qui hoc profitebantur, non recedebat. Seclabatur hic autem pessimos Occidentalis Episcopus, propterea quod Romana linguæ angustia, sicuti nostra Græca Phrasim, tres Hypostasæas dicere commodè non ferat.* Existit Epistola in prima parte Ephesini Concilii. Acacius iste fuit vir versatilis ingenii, & constanter adhaerebat Joanni suo Antiocheno Patriarchæ, Patrono Hæresiarchæ Nestorii. Hinc tunc qui in plena Ecclesia effutiverat, aut certè coram se effutiri permiserat has voces, *Sancta Maria non est Deipara*, studuit dispensatorium Paulini exemplum excusare. Sancto Cyrillo suadere studuit, ita illum excusari à multis. Antiochenus itaque Paulinus à Romana Ecclesia accepit plurima Beneficia. Primo ab ejus legato Lucifero Calaritano fuit promotus & sacratu Episcopus. Deinde per Liberii Pontificis litteras fuit in ista sublimi Cathedra confirmatus. Tertio ejus Adversarii Meletii promotio fuit per easdem litteras cassata. Quarto, licet Primates Orientalium Episcopi adhaerent Meletio, Apostolice sedes adversum omnes constantissimè sustinuit Paulinum. Hinc & ille Græcam Phrasim dereliquit, & cum Latina Ecclesia constantissimè recusavit tres

tres Hypostasæas admittere. Idque statim à factæ per Magnum Athanasium pacis exordio. Etenim ad istam Pacificatorium Synodum legavit suos Diaconos, & ejus sibi transmissis actis subscripsit in hunc modum: *Ego Paulinus ita sentio, quemadmodum accepi à Patribus, esse & subsistere Patrem perfectum, & Filium esse ac subsistere perfectum, subsistere quoque Spiritum Sanctum, ac perfectum esse. Quapropter approbo superiorem interpretationem de tribus Hypostasæis, & una Hypostasæi sive Essentia. Et eos qui ita censent, veros censeo.* Et Græcam & Latinam locutionem approbat. Attamen cum Latinis semper dixit unam Hypostasæon, tres Personas. Et hæc est una causarum, ob quas Magnus Basilius nunquam voluit communicare Paulino. Ita lucet ex ejus litteris ad Comitem Terentium. Notanda sunt illic hæc verba: *Quod inter Nos existit nonnulli, qui in subjecto unum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum adfirmantes, jidemque tres perfectas fateantur Personas, quomodo non videbuntur isti manifestam, & irrefragabilem exhibere demonstrationem veritatis illorum, quæ à nobis dicuntur? Latinam Propositionem profiteur esse veram, at indignatur ipsam usitari à Græco Paulino. Hinc pergit: Ad illud quod attinet Hypostasæon & Usiam non esse rem eandem, ipsi illi, quod reor, ab Occidente Fratres satis judicaverunt, in quo linguæ suæ fastidiosam, & indigentiam, Usus appellationem sermoni Græco adscriperunt, ut si quæ esset sensus, & sententiæ discrepantia, illa servaretur illibata in nominum illorum distinctione inconsusa, & distinguenda. Affirmat Usiæ & Hypostasæos distinctionem esse adeo claram, ut ipsam in Alexandrina Synodo etiam Latini agnoverint, ideoque multo minus posse de ipsa dubitari à Paulino. Notanda sunt & hæc verba: *Non possum memet inducere, ut vel Meletium ignorem, vel contemnendas arbitrari quæstiones, quæ schismatici dederunt ab initio occasionem, vel parum, aut nihil potius referre ad scopum & finem pietatis.* Notant Paulinum, quod istas voces adfirmavit adiaphoras, ideoque Græcæ Latinas amplecteretur. Hoc tempore factum est, quod in Prophanetico ad Imperatorem Marcianum sermone dixit Chalcedonensis Synodus: *Magnus ille Minister Gratiæ Basilius Hypostasæon evidentiè mirè declaravit, & Sancti Spiritus Doctrinam diligentem tradidit Consacerdotum suorum eliciens etiam subscriptione consensum.* Per omnem suam Diæcesim, forsàn & per omnem Orientalem Ecclesiam, emisit Encyclicas de tribus Hypostasæis litteras, & ipsas jussit, aut rogavit ab omnibus ubique subscribi, utique contra Paulinum. Iste subscribendi, atque errores damnandi mos est adeo antiquus. Nec solis Romanis Pontificibus, sed etiam Patriarchis, & Primatibus fuit usitatus. Eadem de causa Paulinus à Magnis etiam Græcorum Patribus est creditus cecidisse ad Sabellium ac Marcellum. Et haud dubie habuit sectatores. Et Constantinopolitani Concilii tempore erat adhuc in vivis. Hinc illam quætionem ad istius Concilii Patres exposuit Sanctus Gregorius Nazianzenus, & conatus est*

Epist. 349.

Cap. 13.

omnia pacificare. Censuit Paulini Communio nem exinde non dampnamdam.

Hujus lictis exordium edicit Chalcedonensis Synodi Prophanetico ad Imperatorem Marcianum sermo. Exponit Arianæ Hæresim, & profertur: *Sed quia Photinus atque Marcellus aliam adversus Filium blasphemiam innovarunt, eum prorsus existere eadem calumnia negantes, sed unum ac eundem ipsum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum appellatum esse affirmantes, & ipsi ad vocabulorum tantummodo sonum Trinitatis definiere substantiam, contra eos quoque irium Hypostasæon Patres intulere Doctrinam.* Lis originem sumpsit ex verbis Nicæni Symboli: *Qui Deum Verbum ex alia Hypostasæi vel Usia dicunt esse.* Quidam ea pro isdem, quidam dixerunt accipi pro diversis. Prior sententia omnibus Latinis placuit; Etiam quibusdam Græcis. Præsertim Marcello Ancyrano, ac ejus discipulo Photino Syriensi Episcopo. Verum hi ipsa abusi detorservit in prava sensa, atque ita lapsi sunt in Blasphemiam Sabellii, ac Pauli Samosatensis. Quod ex eodem principio etiam Arianis, Nestorianis, ac Euty-chiani fuerint lapsi, est supra demonstratum. Ple-rique Orientales constanter censuerunt vocem, Hypostasæis, à Nicæna Synodo fuisse acceptam pro Persona. Inter quos Magnus Basilius fuit zelosissimus & constantissimus. Res discussa fuit in Sardicensi Concilio, & aliqui Nicænum Symbolum censuerunt largius exponendum. Et concepta ab ipsis expositio habuit & hunc articulum: *Quod Hæreticorum cohors contendit diversas esse Hypostasæas Patris, & Filii, & Spiritus Sancti pronunciant & eas separatas esse. Nos autem hanc percepimus, & didicimus, & hanc habemus Catholicam traditionem, & fidem atque confessionem, unam esse Hypostasæon, quam ipsi Hæretici Usiam vocant, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; & si querant quæ sit Filii Hypostasæis, profitemur eam esse, quam & Patris solam.* Et infra: *Nec quisquis negat Patrem Filio majorem, non propter aliam Hypostasæon, vel propter differentiam, sed quia ipsam nomen Patris majus est quam Filii.*

Laudatur Prophanetico sermo rectè addit: *Qui apud Sardicam contra Arian reliquias certaverunt, Orientalibus direxerunt sui Constituta Judicii.* Etenim Sardicensis Synodus fuit ex solis fere Occidentalibus ac Latinis Episcopis, paucissimos habuit Orientales & Græcos. Hinc Latino more vocem, Hypostasæis, non pro Persona accepit, sed pro substantia, ideoque censuit Synonimam cum voce, Usia. Nam nos voces, substantia & Essentia, pro eisdem accipimus. Hinc præfatæ Expositionis Auctores damnarunt tres Hypostasæas, & istius Propositionis Auctores, ac Usitatores censuerunt Arianos. Censuerunt quod illi tres Divinas Personas non dumtaxat distinguerent, sed etiam separarent, quod eis diversas, ac separatas Usias atque substantias attribuerent. Et hæc est causa, ex qua Marcellum ac ejus librum, quos Eusebiana factio potenter, ac etiam veraciter accusabat, Sardicensis Synodus absolvit, & duxerit orthodoxos. Nempe dolos, quos in voce, Hypostasæis, ille nesciebat, ista non intellexit. Istius ejus Additamentum cum aliis

Synodalibus actis pervasit mox omnem Orientem: & à multis creditum est, esse revera Synodale. Hos inter fuit Paulinus Patriarcha Antiochenus. Lucet ex Sancti Athanasii ad Antiochenes Epistola, in qua omnia tandem istius Ecclesie Dissidia extinguere, ac plenam fieri pacem suadet, atque adjungit: *Ceterum quia cum volentibus volupè est conjungi, ut quidem lubenter, cum omnibus, ita verò in primis cum eis, qui in veteri Ecclesia Conventus agebant; & quia potissimum Dominum glorificamus, cum de omnibus, tum præcipuè de hoc exitimo proposito, visum est nobis vos cohortari, ut sub ipsis conditionibus ineamur concordia, ita ut nihil ulterius quam prædictum est; vel illi qui ex veteri Ecclesia sunt, à vobis flagitent, vel illi qui cum Paulino sunt, aliud, præterquam quod inter Nicæni Concilii decreta reperitur, adiciant, & Tabellas quas nonnulli jactant, quasi in Sardicensi Synodo de fide conscriptas, ne legi quidem semel aut proferri sinatis.* Palam adfirmat istas Sardicenses Tabellas placuisse Paulino. Ex quibus lucet quod Paulinus tres Hypostasas fuerit semper averfatus, earumque Adfertores duxerit Arianos. Hinc alii Orientales ipsum viceversa dixere Sabellianum ac Marcellianum. Eadem de causa Alexandrinæ Sancti Athanasii Synodo ille subscripsit in hunc modum: *Approbo Interpretationem de tribus Hypostasibus, & una Hypostasi. Et eos, qui ita consent, veros habeo.* Desiit accusare tres Hypostasas, & utramque Propositionem admittere, nec tamen desiit loqui cum Latinis. Hinc Magnus Basilius Zelosissimus tum Hypostaseon defensor non desit in ipsum offendi. Nec solus Paulinus, sed omnis Antiochena Ecclesia videtur istas Sardicenses Tabellas habuisse pro Authenticis. Nam ita etiam diu post credidit Magnus Doctor, ac magnus item Paulini adversarius Theodoretus, & uti legitimas inferuit suæ Ecclesiasticæ Historiæ. Hinc turbas. Etenim Græci videntes se ob legitimas ac orthodoxas voces à Latinis damnari ut Arianos, durè acceperunt, & ipsos vicissim cœperunt notare ac traducere ut Sabellianos. Et hæc est causam una, ex qua Græcis nata est averfio à Sardicensi Synodo. Hæc est periculosa inter Occidentem, & Orientem de vocibus discordia, quam supra descripsit, & à Magno Athanasio compositam adfirmavit Sanctus Gregorius Nazianzenus.

Proinde in sua pacificatrice Synodo Magnus Athanasius egit varia; Primo circumscriptis istas, grande fomentum discordiæ, Sardicenses Tabellas. Lucet ex Synodali ad Antiochensem Ecclesiam relatione: *Tabellas, quas nonnulli jactant, quasi in Sardicensi Synodo de fide conscriptas, nec legi quidem semel aut proferri sinatis. Nihil enim tale Concilium definiit. Quamvis enim certi homines nonnulla, quasi quæ deessent Nicæno Concilio, adscribere vellent, idque acriter contenderent, sancta tamen Synodus, quæ Sardica convenit, indignè id tulit, decretoque sancivit, ne quid ulterius de fide scriberetur, & se se contentos esse Nicæna fide declaraverunt.* Adfirmat istarum Tabellarum Auctores fuisse à Synodo graviter compresfos, & concludit: *Quapropter si quis hæc aut aliud quidpiam cavillabitur, compositis illis, & ad*

pacis studium inducite. Nihil enim in istis agnoscere possumus, nisi solam rixandi pertinaciam. Hæc omnia Athanasius adducit, ut demonstret tres Hypostasas non fuisse damnatas à Sardicensi Synodo, atque ita extinguat odium in Orientalium animis natum ex ista fama. Adfirmat istas Tabellas fuisse quorundam conceptum, qui Synodo plurimum displicuit.

Alia suæ Synodi Acta audiamus ab eisdem ad Antiochenam Ecclesiam litteris. Illis, qui nonnullis accusabant ut trium Hypostaseon Adfirmatores, cum hujusmodi voces in scripturis non reperirentur, ac proinde suspectæ videri possent, Auctores sumus, ne amplius in Nicænam confessionem inquirent; sed tamen de ipsis obrixandi pertinaciam quæstio est habita, interrogatique sunt, num pro Arianorum sententia alienas, peregrinas, ac diversæ à se invicem essentia Personæ esse velint: ac unamquamque Hypostasin per se ac seorsim divisam esse pro ratione cæterarum Creaturarum, eorumque qui ex hominibus nascuntur, existiment. An hic intelligant diversas res, quale est aurum, argentum, æs, ut alii Hæretici sub istis vocibus tria principia, & tres Deos constituant. Ceterum illi adfirmabant; se ita nec dixisse, nec sensisse; Percontantibus autem nobis, qua ratione tandem ista dicerent, aut cur omnino istiusmodi vocabulis uterentur, responderunt se se in Trinitatem credere, non quæ nomine tenus Trinitas, sed quæ verè Trinitas esset, & subsisteret. Et Patrem ut qui verè esset, & subsisteret, & Filium ut in existentem & subsistentem, & Spiritum Sanctum, ut subsistentem & existentem agnoscerent, non tamen se dixisse tres Deos, aut tria Principia, immò ne toleraturos quidem, si quis tale quid aut dicat aut sentiat. Approbata igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, vicissim quoque & eos examinavimus, qui ab istis in culpam devocabantur, quasi qui dicerent esse unam Hypostasin, sciscitantes ab eis, num pro Sabelliano Dogmate ea mente loquerentur, ut è Trinitate sublato vellent Filium, & Spiritum Sanctum, quasi filius Essentia careat, aut Spiritus Sanctus non subsisteret. Qui & ipsi quoque adfirmarunt, neque se ita sensisse unquam, sed à se Hypostasin intelligi esse idem cum Usia, ideo autem intelligi unam Hypostasin, partim quia filius sit ex Patris Essentia, partim quia in tribus sit naturæ identitas, unam enim se Deitatem, unam naturam credere, neque aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus Sancti. Quin immò & illi, qui eo crimine postulati erant, quod tres hypostasas inducerent, in eandem cum illis sententiam convenerunt, vicissimque illi, qui unam Hypostasin adseverant, istorum interpretationi acquieverunt: Et ambæ Factiones pariter Arium execratæ sunt, ut Christi hostem, Sabelliumque & Paulum Samosatensem ut impios. Omnes denique Dei gratia post istiusmodi Verborum interpretationem optimam, & exactissimam fidei esse, quæ Nicæni Patres instituisent, approbarunt, ejusque Synodalia verba susficere, ac antè omnia in usum esse deducenda, constituerunt.

No-

Nota sunt verba: *Auctores fuimus, ne amplius in Nicænam Confessionem inquirent.* Hoc est, ut neutra pars laudatas, ex quibus nata fuerat hæc diceptatio, Synodi voces, ex alia Hypostasi vel Usia, scrupulosus aut curiosus inquirent; ut eam inquisitionem permitterent alteri Synodo, aut Primitibus Ecclesie Patribus. Et hi omnes postmodo censuerunt, aliud istic per Usiam, aliud intelligi per Hypostasin. Notanda sunt & hæc verba: *Alienæ, Peregrinæ, ac diversæ essentia Personæ, &c.* Ex ipsis lucet, quod Ariani istam Propositionem ita intelligerent. Tres Divinas Personas comparabant Auro, Argento, Aeri. Quia nempe Filium Patre, Spiritum Sanctum blasphemabant Filio minore. Hoc igitur est Alexandrinum, juncto Occidente, de ista quæstione Decretum. Et in Synodalibus litteris Sanctus Athanasius ferè hortatur Antiochenam Ecclesiam, ut ipsum admittat, obferret, atque ita seipsum ponat in plena pace. Verum solus Paulinus obedivit. Hinc eum diu adhuc post non soli Ariani, sed & orthodoxi Campenses Sanctum Hieronymum, hominem Romanum seu Latinum, adeoque & alios Occidentales voluerunt cogere ad Professionem trium Hypostaseon. Ex his intelliges Sancti Sulpicii Severi adserta de Seleuciensi Synodo. Affirmat Sanctum Hilarium Pictaviensem Episcopum fuisse invitatum, accessisse, fuisse exceptum honorifice, atque prosequitur: *Primum quæsitum est ab Hilario, quæ esset Gallorum fides: Quia tum Ariani gravia vulgantibus de nobis, suspecti ab Orientalibus habebamur, tryonimam Solitarii Dei Unionem secundum Sabellium credidisse. Sed exposita sua fide, juxta ea quæ Nicæni à Patribus erant conscripta, Occidentalibus perhibuit Testimonium. Ita absolutis omnium animis intra conscientiam Communionis, nec non in Societatem receptus est, Concilioque adscitus.* Accusationis fundamentum erant voces, Tres Hypostasas, quas Gallicana Ecclesia cum aliis Latinis averfatur. An à folis Arianis processerit calumnia, non planè constat. Quidquid sit Hilarius haud dubiè adduxit Alexandrinum Decretum, atque ita composuit Adversantium Animos.

Lib. 2. c. 57

Hæret. 75
c. 10.

Postmodo tamen omnis Oriens acquievit & admisit sanctissimum Decretum. Etiam Antiochena Ecclesia. Nempè post Paulini, Evagrii, Meletii, ac Evagrii de Patriarchatu contendentium mortem, & ab unico Sancti Alexandri Episcopatu pacata omnia, & ab unico Sancti Alexandri Episcopatu pacata omnia, & ab unico generaliter scribit Sanctus Epiphanius: *Ne quem Hypostaseon appellatio perturbet. Ob id enim Hypostasas ab Orientalibus usurpantur, ut Personarum proprietates existentes & subsistentes declarant.* Exponit rectam ipsorum fidem, & pergit: *subsistentis & existentis Patris, ac Filii, ac Spiritus Sancti proprietates merito Orientales nominant subsistentium Personarum Hypostasas. Non ut tres illas Hypostasas dicant tria Principia, aut tres Deos. Nam eos Anathemate damnant, qui tres Deos adseverunt.* Isto igitur tempore etiam Antiochena omnis Ecclesia profitebatur tres Hypostasas. Ejusdem quæstionis meminit

habita coram Imperatore Justiniano inter Orthodoxos, ac Severianos Episcopos Collatio. Quod Severiani ac omnes Eucychianitæ pertinacissime voluerint Usiam, & Hypostasin esse unum ac idem, est supra demonstratum. Igitur adversum istud ipsorum Principium dixit in laudata collatione Hypatius Orthodoxus Ephesiorum Archi-Episcopus: Antiqui Patres, & maxime Romani, pro substantia, & Naturam, & subsistentiam nuncupabant. Unde sicut unam Naturam, ita & unam subsistentiam Sanctæ Trinitatis dicebant. Orientalibus verò Sanctis Patribus pro Persona suscipiebatur substantiam, & sicut tres Personas, ita & substantias in Sancta Trinitate dicentibus, per multa tempora dissidium factum est inter Orientales & Occidentales Sanctas Ecclesias. Orientalibus quidem Occidentales Sabellianam sectam defendere suspicantibus, quia unam dicebant in Trinitate subsistentiam, Occidentalibus verò Orientales Arianam sectam sequi dicentibus, eo quod tres subsistentias in tres alterius substantiæ vel naturæ Personas proferrent secundum imitationem Arii. Quam divisionem Deus univit per Sanctum Athanasium. Utriusque enim linguæ peritus utraque Partes per Dei gratiam ad concordiam revocavit, & ab eo tempore usque ad hodiernum diem, & apud nos, & apud Romanos, sicut una substantia & una Natura in Trinitate suscipitur, & sicut tres Personas in Sancta Trinitate confitemur, ita & tres subsistentias glorificamus. Græcus Textus perit, aut latet, Latina autem hæc translatio non est accurata. Etenim substantiam male confundit cum subsistentia. Errat quod Latini nunquam voluerint in Sancta Trinitate dici unam subsistentiam. Dumtaxat voluerunt dici unam substantiam. Et hæc est nostræ linguæ inopia, ex qua majores nostri censuerunt substantiam, ac Hypostasin esse penitus idem. Insuper vox, *Subsistentia*, tunc necdum erat: Eiusdem litis meminit & Facundus Hermianensis Episcopus: *Aliquando in Divina Trinitate Catholicis quidam tres Hypostasas accipere noluerunt, quamvis tres Personas acceperint; Nec id eo sunt à Viris sapientibus hæretici iudicati. Quoniam comperti sunt non in re, quæ illo nomine significabatur, sed potius in ipso nomine quo significabatur, offendi.* Notanda sunt verba: *Aliquando tres Hypostasas recipere noluerunt.* Quia nempe Facundi tempore omnis etiam Latina Ecclesia liberè profitebatur tres Hypostasas. Etenim Majores nostri tandem induxerunt vocem, *Subsistentia*. Tunc viderunt aliud esse Hypostasin, aliud substantiam. Priori linguæ suæ inopiam agnoverunt. Exinde cœperunt dicere unam Naturam, Essentiam, atque Usiam, tres verò Personas, subsistentias, atque Hypostasas. Exinde plenissima circa hoc caput fuit unio inter ambas Ecclesias. Tempus ignoro. Nec opus est inquirere. Ex his vides hanc Propositionem, *Pater & Filius & Spiritus Sanctus sunt tres Hypostasas*, à Latina Ecclesia cui nunc Sacrosancta est, aliquando fuisse improbatam atque proscriptam.

His

His obstat famosa, quam ex Palæstina ad Sanctum Papam Innocentium misit Hæresiarcha Pelagius, fidei Confessio. Proficitur Dei Patris Filii & Spiritus Sancti Consubstantialitatem, atque adjungit: *Non nomina tantummodo, sed etiam nominum Proprietates id est Personas, vel ut Græci exprimunt, Hypostascs id est substantias consistemur*. Homo Latinus apud ipsum Romanum Pontificem proficitur tres Hypostascs. Et quidem in libello, quo se expurgat à suspitione Hæresis. Quare Romana etiam Ecclesia debet

ex tunc admisisse ac probasse tres Hypostascs. Respondeo non sequi. Dolosa ista vulpes possit ob duas causas ista scripsisse. Primo ut Orientalibus, apud quos tunc vivebat, complaceret, ut eorum Phrasin, quam Sanctus Hieronymus improbat, & nuper accusarat apud Sanctum Damasum Pontificem, demonstraret, non dumtaxat sibi sed etiam Romanis placere, ideoque Hieronymum esse hostem Orientalis Ecclesie. Deinde voluit incommodare Hieronymo.

FINIS TOMI SECUNDI.

INDEX PRIMUS.

Qui Synopsis instar, quidquid in Canonibus ac Capitulis hoc secundo Tomo explanatis, decernitur, comprehendit.

A

- A** Doratio qualis Christo debeatur. 144.
 Anima Christi prius non existit, nec ante Incarnationem Deo Verbo unita fuit. 135.
 Anima hominum non præexistit, nec in corpora supplicii causa dimissa. 133.
 Ario, Eunomio, &c. anathema. 153.

B

- B**aptizatos ab Hæreticis filios Psalmistæ ac Lectores communioni Ecclesie offerant, non baptizatos ab hæreticis baptizari non permittant. 87.
 Beneficiorum pluralitas Clericis interdicta. 79.
 Bona Ecclesie per Oeconomum, non per Episcopum dispensentur. 105.

C

- C**anon 28 Chalcedonensis æ qualia privilegia Episcopo Romano & Constantinopolitano, sed perperam, tribuit. 109.
 Canones Ecclesie ante Synodum Chalcedonensem constituti robur obtineant. 66.
 Capitula Iba objecta. 35. & seq.
 Christus in futuro seculo nec pro demonibus, nec pro hominibus crucifigetur. 138.
 Christus, qui est unus de Trinitate, est carne crucifixus. 147.
 Christi anima ante non existit, nec Verbo unita fuit. 135. Nec corpus Christi ante existit. 135.
 In Christi Mysterio non sunt due personæ, nec due substantiæ introducendæ. 142.

- Clericus sine titulo non ordinetur. 72.
 Clerici ac Episcopi quodnam tribunal? 78.
 Clerici ac Monachi curis secularibus sese non immisceant. Iis tamen pupillorum, viduarum, &c. curam de facultate Episcopi licet suscipere. 67.
 Clerici ac Monachi sine causa Constantinopolim adventantes, per Defensorem egredi compellantur. 100.
 Clerici aut laici Episcopos accusantes, passim non recipiantur. 98.
 Clerici aut Monachi conspiratores gradu proprio abscindantur. 96.
 Clerici citra necessitatem ad aliam Ecclesiam non transferantur. 97.
 Clerici extranei sine commendatitiis non ministrent. 84.
 Clerici pauperum hospitalibus præfecti, aliique Episcopo suo subiaceant. 72.
 Clericis non licet Episcopi defuncti bona dissipare. 99.
 Clero vel monasterio deputati ad mundanam dignitatem ne deveniant. 76.
 Concilia quotannis duo in quavis Provincia celebrentur. 97.
 S. Cyrilli Epistola Synodica in Synodo Chalcedonensi confirmata. 64.

D

- D**æmonum & impiorum hominum supplicium finem non habebit. 138.
 Deus-Verbum idem qui miracula facit, & qui passus est. 140.
 Dei potestas non est finita. Nec tanta fecit, quantum potest comprehendere. 38.
 Dei-Verbi unitio ad carnem animatam secundum compositionem seu substantiam facta est: Ideoque una est composita substantia. Unus est de S. Trinitate, Dei. 141.

Dei Verbum incarnatum & homofactum. 140
 Diacoinisa ante 40. annos non ordinanda. Nupta
 anathematizetur. 90

E

Episcopus curam monasteriis necessariam exhibeat. 69.
 Episcopus dignitate justè privatus, Presbyteri locum
 non obtineat. 114
 Episcopus nec sacros Ordines, nec Ecclesie officia per
 pecunias conferat. 66
 Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad aliam civi-
 tatem non transferatur. 72
 Episcopi non tentent Provinciam dividere. 83
 Episcopo Romano & Constantinopolitano à Canone
 28. Chalcedonensi equalia privilegia perperam
 tribuuntur. 109
 Eutycheti, Nestorio, &c. anathema. 153

F

Fidei Decreta in Synodo Epbesina, Nicæna, ac
 Constantinopolitana, servanda. 63: 64
 Fides Catholica adversus Nestorium & Eutychen in
 Synodo Chalcedonensi potissimum declaratur. 65

H

Homines recti, non orbiculari specie suscitabun-
 tur. 136

I

Iba Epistola ad Marim Persam conscripta anathe-
 matizatur. 154
 Iba objectum, quod nummos captivis redimendis
 destinatos sibi applicavit. 35. & amicis. 44
 Quod gemmarum calcem Ecclesie oblatum sibi ser-
 varit. 36
 Quod de ordinationibus accipiat. 38
 Quod Diaconum excommunicatum ordinarit Episco-
 pum. 41
 Quod adulterum ordinarit Episcopum. 42
 Quod nepotem suum luxuriosum ordinarit Episco-
 pum. 42
 Quod reditus Ecclesie consanguineis conferat. 43.
 Item hereditates, munera, cruces aureas, &c.
 44
 Quod modicum ac vile vinum consecrandum dari per-
 miserit. 45
 Quod sit Nestorianus. 46
 Quod ejus nepos Clericos indiscretè ordinarit. 46
 Quod Presbyterum tentaverit impedire, quo minus
 alienas Ecclesias scriberet hæredes. 46
 Quod Danieli Episcopo. nepoti bona ex rebus Ecclesia-
 sticis acquisita permiserit consanguineis legare. 47
 Quod nepos ejus in aliis excesserit. 47. & 49

L

Lectores ac Psalmistæ uxorem alterius seclæ non
 accipiant. 87
 S. Leonis Epistola ad S. Flavianum in Synodo Chal-
 cedonensi confirmata. 64. Hæc Eutychianis, Nes-
 torianis, &c. repugnat. 64
 Litteræ pacificæ pauperibus, honoratoribus commen-
 datitiæ concedantur. 80

M

Matrimonium nulla cum pagano ineat aut hære-
 tico, nisi se fidem Catholicam amplexurum
 promittat. 87
 Meivopolitæ intra tres menses ordinent Episcopos. 104
 Monachi. Vide Clerici, Religiosi.
 Monasteria in habitacula sæcularia ne commutentur. 102.

N

Nestorio, Eutycheti, &c. anathema. 153

O

Ordinationis titulus quadruplex. 72
 Origeni, ejusque nefariis dogmatibus anathe-
 ma. 139-153

P

Pærochiæ rusticæ illi subsint Episcopo, qui tricen-
 nalem obtinet possessionem. 95
 Pontifici Canones Primatum tribuunt. 109

R

Raptores mulierum, si Clerici, gradu decendant;
 si laici, excommunicantur. 108
 Religiosi honorentur. Monasterium novum sine facul-
 tate Episcopi non constituent. Proprio Episcopo
 subjaceant. In quiete, jejunio, & oratione de-
 gant. Monasterio sine necessitate non exeant. 69

S

Sedis vacantis reditus per Oeconomum reserven-
 tur. 104
 Sol, luna, stellæ, & aquæ que super Cælos sunt
 non sunt animatæ virtutes. 136
 Quidquid de substantia Spiritus Sancti in Synodo Con-
 stantinopolitana traditum est, in Synodo Chalcedo-
 nensi confirmatur. 64
 Subscriptionis dilatio Episcopis Ægyptiis conceditur,
 cur?

cur? 115
 Supplicium dæmonum & impiorum hominum finem
 non habebit. 138
 Symbolum Nicænum ac Constantinopolitanum in Syno-
 do Chalcedonensi innovatur. 63
 Symbolum alterum componere, docere, tradere, omni-
 bus in Synodo Chalcedonensi interdicitur. 64


T

Theodoret scripta adversus Synodum Epbesinam,
 atque adversus duodecim S. Cyrilli Capitula,
 damnantur. 154
 Theodorus Mopsuestenus hæresicos condemnatur. 153

Trinitas consubstantialis. Trium personarum una
 natura, una virtus ac potestas. Una Deitas in
 tribus personis adoranda. 140

V

Verbum non est omnibus cælestibus Ordinibus assimi-
 latum. 136
 Vide, Christus.
 Verbi duæ natiuitates, una sine tempore, altera in
 tempore. 140
 Vide, Deus.
 Virgini Deo sacræ, similiter & Monacho, non licet
 inire Matrimonium. 94



INDEX SECUNDUS

Qui res omnes atque doctrinas memorabiles, in Notis ac Scholiis hoc secundo Tomo pertractatas, completitur.

A

Absentem, non auditum non licet condemnare. 271. 2
Acacius Lufcus factionis Princeps in Synodo Seleucienfi. 332. 1. reprobatur Concilii Nicæni scripta. 332. 1
Accusator Dioscori. 259. 1. & seqq. Accusaturus ad talionem se debet inscribere. 283. 2
Actio Synodi Ephesinæ. 199. 1. & seqq.
Actio schismatica Joannis Patriarchæ Antiocheni. 203. 1
Admixtio in Christo à Patribus admiffa, alio tamen sensu quam ab Eutychemate. 29. 2. 30. 1
Ægyptii Eutychemati Epistolæ Leonis, nisi à Patriarcha Alexandrino fuerit acceptata, subscribere recusant. 264. 2. Quod consuetudini congruit: Etiam in Italia. 265. 1. Quò Canon sextus Nicænus respexit. Ibid. In Ægypto nulla Synodus nisi à Patriarcha indicta. Ibid. Ingens in Ægypto Episcoporum copia fuit. 265. 2. Ægyptii Episcopi Synodo Chalcedonenfi subscribere recusant. Eorum argumenta dissolvuntur. 265. & seqq.
Æthericus Smyrnenfis verummnus & mendax. 235. 2. A Dioscoreo incitatus. 236. 1
Agnoetæ, qui? 177. 2
Alexandria, fuit nidus omnium Eutychemianistarum. 313. 1
Alexandrini Episcopi ampliffima potestas. 265. 2
Andreas Nestorii difensor S. Cyrillum ofcitantæ, & contradictionis arguit. 317. 1
Angeli qui inter se differant, incertum. 133. 2

Angelos ex fastidio videndi Deum apostatafe sensit Origenes. 134. 1
Angelos in cognitione Dei matutina conditos videtur S. Augustinus asserere. 134. 2
Anthimus Thyanensis Episcopus cur S. Basilio infensus? 338. 1
Antiochena Ecclesia lacerata in quatuor Episcopos. 334. 2
Antiochena Synodus in causa Athanasii Parrhenfis coacta anno 447. cui Ibas nondum accusatus interfuit. 230. 1
Antiochena Synodus in causa Ibas Edeffeni exponitur. 222. 2. & seqq.
Antiochenis adempta privilegia, cur? 280. 2. At jura vetusta restituta. 281. 1
Apollinarius Domini carnem caelestem, & æternam asseruit, & naturarum in Christo confusionem. 184. 1
Apollinarius Laodicensis Episcopus post Nicænam Synodum insanire cœpit adversus Sacramentum Dominicæ Incarnationis. 323. 2
Appellationes in latrociniis Ephesino ad Sedem Apostolicam. 59. 1. 2
Appellatum liberè Romam à Patriarcha Constantinopolitano tempore Eutychemati. 221. 2
Aquæ caelestes Origeni erant Angeli: Aquæ elementares, demones. 137. 1
Aquas veras elementares S. Augustinus supra cœlos agnoscit. 137. 1
Arabia olim unica. Ejus metropolis Bostra. 279. 2. Arabiæ facta divisio, tandemque ab Ecclesia acceptata. 280. 1
Archiepiscopus non est Metropolitæ inferior: In quo Græci recentiores à phrasi antiqua deficiunt.

Archiepiscopus universalis inique appellatus Dioscorus. Hunc titulum Synodus Chalcedonenfis S. Leoni detulit, quem tamen ipse non accepit. 238. 2. 259. 2
ARCHIMANDRITÆ plurium monasteriorum Præfecti, 266. 2. nomen est admodum venerabile, adeo ut Archimandritæ Proto-Synclis fuerint præpositi. ibid.
Archimandritæ in provincialibus dumtaxat Synodis olim suffragati. 56. 1
Ariana hæresis directè adversatur Sabellianæ. 303. 2. ex hujus nimia fuga, & odio videtur exorta. ibid. ejus fons. 313. 2
Ariani dicti Porphyriani. 188. 1
Ariani per calumniam Orthodoxos passim appellarunt Sabellianos. 303. 2. eorundem argumenta contra vocem, *Consubstantialis*. 332. 1. 2
Arius in Deo dixit tres Personas, & tres essentias. 303. 2. & 311. 1. pro suis Patriarchis habuit Philosophos. 313. 2. invehitur contra vocem *Homousios*. 324. 1
Arii circa incarnationem hæresis. 147. 1
Assisi, mansionarii, cubicularii, paramonarii, sunt Ecclesiæ aut villæ Ecclesiasticæ custodes. 67. 1. 2.
Astra esse animata censuit Origenes. 137. 2
S. Athanasius composuit discordiam inter Orientales & Occidentales natam circa vocem, *Hypostasis*. 318. 2. hanc vocem usurpat modo pro persona, modo pro Essentia. ibid.
Athanasius Parrhenfis in Synodo Antiochena furti accusatur. 227. 2. Ter citatus; ter Episcopatu renuntiavit, quem denuò invasit. 228. 1
Episcopatu movetur, aliusque sufficitur. 229. 1. 2
Athanasius Parrhenfis justè ob contumaciam damnatus. 296. 1. Si de criminibus objectis non convincatur, Episcopatum recipiet. 296. 2
S. Augustinus ad Synodum Ephesinam evocatus, vitam finierat. 7. 1
S. Augustinus fuit Valerio cum futura successione Coadjutor. 296. 2
S. Augustinus Synodum Sardicensem à conventiculo Philippopolitano non discrevit. 15. 1
S. Augustini auctoritas à V. Synodo recepta. 162. 2.
S. Augustini illustre encomion à Joanne II. pronuntiatur. 152. 1
S. Augustini in doctrina Dominicæ incarnationis encomion. 203. 1
Autocephalia Rhegino Cypriorum Metropolitæ data, nunquam ab Ecclesia confirmata. 24. 1. 2
Autocephalus Episcopus, omni patriarchali potestate exemptus, in sua sede consecratur, à solo Romano Pontifice confirmatur. 291. 2

B

Baptismus aut Ordo illicitè ab hæretico extra necessitatem suscipitur. 89. 2
Baptizabat olim in civitate solus Episcopus. 227. 1
Barfumas S. Flaviani homicida in Synodum Chalcedonensem Episcopis reclamantibus introierat. 267. 1. 2
Christi Lupi Oper. Tom. II.

S. Basilius laudatus à Chalcedonenfi Synodo. 338. 1. potentiffimè Meletii causam fovit. 338. 2. cur noluerit communicare Paulino Patriarchæ Antiocheno? 339. 1
Basilius Seleucienfis inconstantia. Una cum aliis veniam postulat. 249. 1
Basilianus se Episcopatu Ephesino violenter queritur exutum. 286. 2. Supplicans se spoliatum ante omnia restitui. Stephanum successorem nominatim accusat. Ibid. Invitus Evazorum erat ordinatus Episcopus. 287. 1. 288. 1. Ejus confirmatio à Proclo Constantinopolitano & Theodosio Augusto data, à S. Leone cassata. 287. 2. 289. 1. Ab Ecclesia Evazorum synodaliter absolutus. 288. 2. Adeoque ad aliam Ecclesiam poterat transportari. Ibid. Ab uno Episcopo se inthronizatum confiteatur. Ibid. Violenta ejusdem intrusio abundè probata. Ibid. Episcopatum suum defendendi impotens, Stephani promotionem tentat evacuare. 289. 1. 2. Ab uno Episcopo cur inthronizatus. 292. 1. Ipse uti & Stephanus Episcopatu exclusus, cui sententiæ acquievit. 293. 2
Vide, *Stephanus*.
Belgium servitutem nescit, undè? 72. 2
Beneficii relicti pensio olim non fuit in usu. 82. 2
Beneficiorum pluralitas sæpius interdicta. 80. 1
Qui ea usi, graviter à Deo puniti. 80. 2
Berytenfis Synodus coacta. 34. 2
Berytenfis Synodus in causa Ibas Edeffeni exponitur. 226. 1
Berytenfis Ecclesia Tyriæ antè suffraganea à Theodosio Augusto in metropolim evecta. 270. 1. Ab Anatolii Synodo evectio acceptata. Ibid. Photius ea de re Martino Augusto obtulit preces, qui rem illam juxta Canones voluit definiti. 271. 2
Bona è rebus Ecclesiæ comparata, nequeunt in usus profanos impendi. 48. 1. Sed foli Ecclesiæ cedebant. Ibid.

C

Calices aliqui olim fuere vitrei, lignei, ac lutei. 37. 1. Sed hi non nisi ex ingenti inopia usurpati. Ibid.
Calicum sacrorum abusus acriter castigatus. 37. 2
Calix, in quo Christus consecravit, argenteus est. 37. 1
Campanenses coegerunt S. Hieronymum ad professionem trium hypostaseon. 341. 1. quinam fuerint apud Antiochiam. 334. 2. Meletii communicio. 335. 1. erant Orthodoxi. Ibid. hæretici à S. Hieronymo crediti. Ibid.
Candidianus Comes Nestorianorum fautor. 200. 1. 2.
Canon, quid? 248. 1. 2. Differt à Decreto. Fit à multis. Non potest Pontifex extra Synodum novos Canones, sed Decreta condere
Contra Hincmarum 248. 1. Significatio vocis *Canon*, jam paululum immutata. 248. 1. 2
Canon nonus Concilii Chalcedonenfis à S. Leone repudiatus. 78. 2
Canon quartus Nicænus, unicum dumtaxat in quavis

quavis Provincia mandans esse Metropolitanam, Photio Tyrionum Metropolitanæ patrocinatur. 272. 1.

Canon tertius Synodi Constantinopolitanæ ab Ecclesia Romana semper reprobatus. 292. 2. 297. 2.

Canon vigesimus nonus Synodi Chalcedonenfis, seu potius Legatorum Romanorum interlocutio, modicæ est auctoritatis. 115. 2. 116. 2. 117. 2.

Canon vigesimus octavus Chalcedonenfis ab Ecclesia Romana semper reprobatus. 109. 1. Varios errores & vitia continet. 109. 1. 2.

Canon vigesimus octavus Synodi Chalcedonenfis exorbitat. 297. 1. Canoni sexto Nicæno adverbatur. 297. 2. Huic Pontici & Asiatici Episcopi liberè subscripserunt. 298. 1. 2. & seqq. Frustra Legatis Romanis obstitentibus. 299. 2.

Canon vigesimus octavus Concilii Chalcedonenfis à Leone damnatus, reliqui non approbati, ab Ecclesia tamen Latina ut regulæ admissi. 131. 1.

Canon vigesimus octavus Synodi Chalcedonenfis vi extortus. 129. 1.

Canones Antiocheni tempore latrocinii Ephesini ut authentici in Græcia vigere. 238. 1.

Canones Arabici non sunt Nicæni. 89. 1.

Canones condere non est Principis, sed Sacerdotum. 277. 1.

Canones legibus anteposendi. 271. 2.

Canones Synodi Chalcedonenfis genuini sunt 27. 130. 2.

Canones tertius, quartus, & vigesimus Martiano Augusto rogante in Synodo Chalcedonenfi sunt probati. 277. 1.

Canones tres, scilicet tertius, quartus, & vigesimus sexta actione à Synodo Chalcedonenfi editi, reliqui Synodo jam soluta. 126. 1.

Canones vulgò Apostolici alios admiscunt. 106. 1.

Canonum codex Conciliorum Orientalium confirmatur. 66. 2.

Canonum codicem habuit etiam Ecclesia Latina. 66. 2.

Canonum consequentia, id est, Canonum Codex, nobis Jus Canonicum. 249. 1. 2.

Tria Capitula, quæ? 155. 1.

Tria Capitula gravissimum scandalum præbuerunt. 155. 2.

Tria Capitula à Vigilio Papa non sunt anathematizata. 183. 1. à V. Synodo, Vigilio abnuente, discutuntur. 185. 2.

Ad Capitulum condemnationem in V. Synodo oberat Romani Pontificis auctoritas. 197. 1.

Trium Capitulum facta à V. Synodo definitiva condemnatio. 197. 2.

Trium Capitulum damnatione Synodum Chalcedonensem solvi, censuerunt plurimi. 167. 1. 2. 172. 1. at malè. 176. 1.

Tria Capitula, abnuente Pontifice, à Græcis condemnata. 172. 1.

Vide *Vigilius*, & *Justinianus*.

Pro Captivorum redemptione ab Episcopis col-

lecta olim indicta. 35. 1.

Cardinalis Presbyter aut Diaconus, quis? 73. 2.

Cardinalium prærogativæ vetusto non carent fundamento. 6. 1.

Cathedraticum accipere non est simoniacum. 39. 2. 40. 1. Rectè tamen ab Ecclesia Latina damnatum. 41. 1.

Catholici olim Melchitæ, id est, Imperialistæ appellati, cur? 130. 1.

Chalcedonenfis civitas in solius nominis Metropolitanam est evecta, quod Canonibus haudquaquam adversatur. 273. 1. 277. 2.

Chalcedonensem Synodum mortuo Theodosio Augusto S. Leo à Martiano impetravit. 118. 1.

Martiani præclara facinora. 118. 2.

Chalcedonenfis Synodus, ubi, & quando coacta. 243. 1.

Chalcedonenfis Synodi indictionis annus. 119. 1.

Primates latrocinii Ephesini communionis exortes. 119. 1.

Chalcedonenfis Synodi Legati, qui? 119. 2.

Episcoporum numerus. 120. 1. Nestorius non vocatus. Nestoriani expulsi, Eutychianis indictum silentium. ibid.

Chalcedonenfis Synodi locus destinatus commutatur. 120. 2.

Chalcedonenfis Synodus inchoata, quando? 121. 1.

E Chalcedonenfi Synodi confessu Dioscorus ablegatus. 122. 1. Theodoretus tamen de hæresi Nestoriana suspectus, ad suffragium admissus. ibid. S. Flaviano ac Eusebio acclamatum. 122. 2. Chrysaephus eunuchus prima totius latrocinii radix. ibid. Dioscorus cum suis ab Episcopi dignitate censentur alieni. 123. 1. Dioscori varia crimina. ibid. & seqq. Dioscorus contumax in exilium pulsus. 125. 1. Nullum aliud fidei decretum fuit præter S. Leonis Epistolam. 125. 2.

Chalcedonenfis Synodi confirmatio per Principes à S. Leone postulata. 126. 1.

Chalcedonenfi Synodo Imperator nullatenus præfuit. 126. 1.

Chalcedonenfis Synodus post sextam actionem dissoluta. 126. 1. Actione septima controversia inter Photium & Eustatium deciditur. ibid. Item Juvenali Hierosolymitano Episcopo aliquot Provinciæ adjudicantur. 127. 1. 2. Actione octava Theodoretus abjurato Nestorio in sedem reponitur. 128. 1. Actione nona Ibas probatus innoxius Episcopatu restituitur. ibid. Actione decima benevolentia Maximè discussa, quæ? ibid. Actione undecima & duodecima Ibas Bassiani & Stephani de Episcopatu Ephesino contententium finitur. ibid. Actione decima tertia causa Eunomii Nicomedienfis determinatur, quæ? 128. 2. Actione decima quarta causa Athanasii ac Sabiniæ definitur. 129. 1. Actione decima quinta sunt editi Capones. 129. 2. Actione decima sexta Legatorum Romanorum adversus Canonem vigesimum octavum audita est intercessio. ibid.

Chalcedonenfis de fide decreti summa auctoritas. 129. 2. Nonnulla Synodi Acta à Sancto Leo-

Leone probata, alia improbata, alia indiscussa. relicta. 131. 1. 2.

Chalcedonenfis Synodi Decretum non est novum Symbolum, sed nova definitio. 254. 2.

In Chalcedonenfi Synodo antè facti, quam fidei negotium discussum, cur? 245. 2.

Chalcedonenfis Synodus sexta actione finitur: Quamvis Episcopi aliquantum post iusti sint permanere. 277. 2.

Chalcedonenfis Synodus ab Anastasio Augusto & nefariis quibusdam Episcopis damnata. 156. 1. Miraculis confirmata. ibid. Anastasius fulmine ictus interiit. 156. 2.

Chalcedonenfis Synodi everisionem Theodorus Cappadox à Justiniano dolosè nisus est impetrare. 159. 1.

Chorepiscopi ad Concilium generale admissi. 87. 2.

Chorepiscopi ordinatione fuere Episcopi. 210. 2. Hæ voces, *Christus est una Dei Verbi natura incarnata*, à S. Athanasio in Ecclesiam vulgò putantur inducæ: ab Eutychianis in suum patrocinium assumptæ. 145. 1. 2.

Christus est una natura Dei Verbi incarnata, sano sensu asseritur. 250. 1. In S. Athanasio verisimiliter non reperitur. 250. 2. Sed in S. Cyrillo, fortè per Dioscorum depravato. 251. 1.

Hæ voces, *Christus est*, &c. exponuntur. 146. 2. 147. 1. sunt æquivocæ, ob auctoritatem non condemnata. 147. 2. Hæc propositio: *Unus est Trinitate est passus*, in sensu Catholico probata. 148. 1. 151. 2. 152. 1. 2. 194. 1. In sensu Eutychianorum proscripta. 148. 2. 151. 1. Ferrandus & Fulgentius sententiam rogati, dixerunt: *Rectè dici unum de Trinitate passum; sed securius addi, passum carne*. 151. 2. 194. 1.

Christi anima Deum comprehendit, quomodo? 179. 1.

Christi animam ante incarnationem existisse, Origenes existimavit. 135. 2.

Christi assumpta humanitas sine idololatria adoratur. 189. 1.

Vox, *Christipara*, olim proscripta, cur? 142. 1. 2. & seqq. modò liberè usurpatur, cur? 143. 2.

In Christo duas esse naturas non pauci Episcopi in Synodo Chalcedonenfi definitum voluere. 273. 2. Tandem, in duabus naturis, est suffectum. 274. 2.

In Christo duas naturas S. Cyrillus disertè agnovit: Rectè nihilominus est: *Christus Dominus est una natura Dei-Verbi incarnata*. 235. 1.

In Christo duas naturas à S. Cyrillo assertas in Synodo S. Flaviani Episcopi comprobantur. 235. 2.

In Christo natura duplex, non divisa. 252. 1.

In Christo non est ignorantia. 178. 2.

Christum antè fuisse Dominationem aut Thronum: Nunc verò hominem, post dæmonem, ac tandem omni corpore exuendum, tradit Origenes. 138. 2.

Christum esse ex duabus naturis, non negavit Dioscorus, sed Christum esse in duabus naturis. 251. 1.

Christum esse ex duabus naturis plerique Episcopi

in Synodo Chalcedonenfi definitum voluere. 273. 2. Est orthodoxa propositio. 274. 1. In ejus locum in duabus naturis est suffectum. 275. 1.

S. Clementis Romani Pontificis elogium. 313. 2.

Clericatus spirituale est conjugium. 74. 1.

Quod Clericus ad ministerium ab Episcopo assummeretur, communionis erat indicium. 86. 1. 2.

Clericus sese in parasynagogam ab Episcopi communione separans, bis ad unitatem vocatus, in contumacia nihilominus persistens, perpetuò degradatus. 267. 2.

Clerici ac Episcopi ad monasterium variè olim ordinati. 75. 2.

Clerici ac Episcopi ordinandi, olim ab Archidiacono examinati. 42. 1.

Clerici ad hospitalia ordinati. 77. 1.

Clerici ad missionem possunt ordinari. 74. 2.

Clerici ad quatuor titulos possunt ordinari. 75. 1.

Clerici Canonici, Cardinales, &c. qui? 73. 1. 2.

Clerici Constantinopolitani adversus Nestorium S. Cyrilli opem implorantur. 3. 1.

Clerici Constantinopolitani à Nestorio dejecti, in integrum restituntur. 3. 2.

Clerici Constantinopolitani Celestinum Papam appellant. 3. 2. A quo in urbe Episcopi coacti. ibid.

Clerici & Monachi in avaritiam propendunt. 277. 1.

Clerici & Monachi rarissimè jurant, cur? 220. 1.

Clerici in Monachos aliquid semper simultatis habuere. 267. 1.

Clerici numquam ad Principes sine rubore confugerunt. 226. 1.

Clerici, qui laicum Principem sacram delegationem rogarunt, excommunicati. 224. 1.

Clerici, qui sese à communione Episcopi separatione separant, se excommunicant. 222. 2.

Clerici vivâ manu poterant sua bona diffundere, testamento minimè. 48. 1.

Clericis ac Episcopis de patrimonialibus licuit testari. 46. 1.

Clericis ac Monachis cura sæcularium interdicta. 68. 1. 2.

Clericis peregrinantibus litteris commendatiis olim opus. 85. 1.

Clerico habenti negotium adversus Clericum, quis in accusando servandus ordo. 78. 1.

Clericorum translatio, nisi ex rationabili causa, erat illicita. 97. 1.

Clericis ad certos titulos ordinari juris est Divini. 74. 1.

Clidopheus asserbat nullam esse naturam sine hypostasi. 312. 1.

Communicatio cum excommunicatis, majori excommunicatione olim punita. 218. 2.

Communio peregrina, quid, quotuplex? 87. 1.

Compositio in Christo secundum personam, non secundum naturam, cur? 141. 1.

Compositio non inhabitationem, sed naturalem nexum importat. 141. 1.

Concilia priora quatuor ad Misaarum solemniam olim recitata. 182. 2.

Confirmata sunt omnia acta Synodi Ephesinæ, quo-

quomodo? 24. 2. & 25. 1.
 Conjugium Christiani cum Judæa apud Hispanos fuit irritum. 89. 1.
 Conjugium Christiani cum Pagana in Ecclesia Romana est irritum. 89. 1.
 Conjugium fidelis cum Gentili semper ab Ecclesia interdictum. 87. 1. Nec huic adversatur S. Augustinus, aut Tertullianus. 88. 1.
 Conspiratio Canone decimo octavo Chalcedonensi primùm vetita. 96. 1. 2.
 Constantinopolitana sedis præferendæ ambitus vivente Martiano extinctus, postliminio revixit. 114. 2.
 Constantinopolitanus Episcopus à Dioscuro rectè quinto loco est collocatus. 33. 2.
 Constantinopolitanus Episcopus Alexandrino à Domino præpositus, cur? 228. 2.
 Constantinopolitani Episcopi in consecratione mutarunt nomina. 181. 1.
 Constantius Imperator proscripsit vocem, *Homoufion*. 324. 1.
 Vox, *Consubstantiale*, à Nicæna Synodo rectè probata, ab Antiochena non malè improbat. 268. 2.
 Consubstantialis: An hæc vox fuerit inventum Manichæi. 328. 1. reprobata ab Antiochena Synodo contra Paulum Samosatensem. 328. 2.
 Controversia de vocibus *Ufua*, & *Hypostasi*, pertractata in Concilio Alexandrino. 303. 1. de vocibus, *Trina Deitas*, cœpta anno salutis quinquagesimo secundo sæculi noni. 309. 1.
 De vocibus *Ufua*, & *Hypostasi* tempore Constantinopolitana Synodi nondum sopita. 337. 1.
 Diviserat non solum Græcos à Latinis, sed etiam Græcos à Græcis. 337. 2.
 Vox, *Converso*, pro assumptione usurpata. 30. 2.
 Cultus disparitas ex consuetudine dumtaxat irritat Matrimonium. 89. 1.
 Custos sacrorum vasorum olim in honore, cur? 36. 2.
 S. Cyrillus atque Memnon: ut hæresiarchæ carceri mancipati. 15. 2.
 S. Cyrillus Celestini Papæ litteras synodaliter publicavit. 4. 1.
 S. Cyrillus duas in Christo naturas discretè agnovit. 235. 1. Nec umquam negavit. *ibid.*
 S. Cyrillus & Memnon restituti. 22. 1.
 S. Cyrillus injustam metuens sententiam se inter reos posuit. 14. 1.
 S. Cyrillus in locum Theodori Mopsuestiensis in dypticis est successus. 181. 1.
 S. Cyrillus, Memnon, ac Nestorius jussu Principis, ut hæretici in vincula conjiciuntur. 20. 2.
 S. Cyrillus Nestorium tentavit ab hæresi avocare. 3. 1.
 S. Cyrillus fuit primus, qui suos ex Ecclesiastica substantia increpasse est conatus. 44. 2.
 S. Cyrillus nullum capitulum retractavit, sed exposuit, cur? 17. 2. & 18. 1.
 S. Cyrillus ad Joannem Antiochenum in Synodo Chalcedonensi lecta & probata Epistola. 249. 2.
 S. Cyrilli capitula tum ab Ephesina Synodo, tum

à Sede Apostolica sunt probata. 17. 1. In quinta & sexta Synodo solemnissimè confirmata. 18. 1. 2.
 S. Cyrilli capitula à variis ut hæretica perperam existimata. 15. 1.
 S. Cyrilli duæ in Synodo Chalcedonensi approbatæ Epistolæ. Duodecim capitula ab Ephesina Synodo canonizata, à Chalcedonensi non nisi tacite sunt approbata, cur? 65. 1. 254. 2. & seqq.
 S. Cyrilli Epistola ad Nestorium à Patribus in Synodo Ephesina ut fidei regula est suscepta. 201. 1.
 S. Cyrilli in Synodo Ephesina lectus libellus: Contentum. 206. 2. Sacris Theodosii divilibus obtemperans, præsentiam dimisit. 207. 1.
 S. Cyrilli litteræ agentes: *Una natura Dei Verbi incarnata*, non sunt depravata, contra Hypatium. 275. 1.
 S. Cyrilli litteræ synodales ad Nestorium duodecim capitula continebant. 4. 1.
 S. Cyrilli præsentia in Ephesina Synodo, quamvis per divalem interdicta, nequit impediri. 6.
 S. Cyrillo cum prærogativa à Romano Pontifice præsentia in Ephesina Synodo est delata. 5. 2.
 S. Cyrillum inter & Joannem Antiochenum pax stabilita. 23. 1.
 S. Cyrillus naturam pro persona aliquando usurpavit. 316. 1. frequenter naturam à persona distinxit. 316. 2. etiam Hypostasin aliquando accepit pro natura. 317. 1. sed plerumque pro Persona. *ibid.*
 S. Cyrillus Hierosolymitanus vocem *Homoufion* tacuit, & quare? 323. 1. non purum Nicænum, sed quibusdam detractionibus, ac variis additamentis alteratum Symbolum tradidit suis Cathecumenis, 323. 1. Arianus dicitur à S. Hieronymo in Chronico. 323. 2.

D

Decreta quædam Romanis Pontificibus falso adscripta. 79. 2.
 Defensor, quid? 68. 2.
 Defensores antè laici, post clerici. 101. 2. & 102. 1.
 Defensores sub Christianis Imperatoribus primùm cœperunt. 101. 1.
 Defensoris civilis officium. 100. 2.
 Defensoris Ecclesiastici officium. 101. 1.
 Defunctum in pace Ecclesiæ, non posse damnari, plurimi asseruerunt. 160. 2. & seqq.
 Contrarium Sanctus Augustinus dogmatizavit. 162. 2.
 Defunctus in pace nullus ante Theodorum Mopsuestensem damnatus reperitur. 163. 2.
 Vox, *Deipara*, à Synodo Chalcedonensi non Symbolo, sed definitioni inserta, cur? 271. 2.
 Nomen, *Deipara*, Eutychanismum non redolet, adeoque nec proscribendum. 143. 1.
 Vox,

Vox, *Deipara*, ubique jubetur prædicari. 3. 2.
 Dei potentiam esse finitam est error Gentilis, à S. Augustino refutatus. 138. 2.
 Deorum falforum nomina ab ore Christianorum proscribenda. 212. 1.
 Delatores, qui? 42. 1.
 Diaconi quidam Constantinopolitani dicti *Crucigeri*. 108. 2.
Diaconissa est vocabulum antiquissimum. 90. 2.
 Diaconissarum conditio ac dignitas. 93. 2.
 Diaconissarum officia, quæ? 92. 2.
 Diaconissarum ordinatio solum fuit ceremonia. 91. 2.
 Diaconissæ ab Apostolo memoratæ. 90. 2.
 Diaconissæ continentiam professæ, hinc carne lapsæ acriter multatæ. 94. 2.
 Diaconissæ jam pridem ubique gentium extinctæ. 94. 2.
 Diaconissæ verè fuerunt ordinatæ. 90. 2.
 Dignitates Ecclesiasticas nepotibus conferre, adia phorum. 43. 1. Id tamen interdum infausè successit. *ibid.*
 Dignus, novo Episcopo acclamatum: degradato, indignus. 246. 1.
 S. Dionysius Patriarcha Alexandrinus accusatus apud Romanum Pontificem, quod Filium negasset Patri Consubstantialem. 324. 2. se purgat. *ibid.* & 325. 1. & 331. 2.
 Dioscori in latrocinio Ephesino facinora. 56. 1.
 Dioscori protervia. *ibid.*
 Dioscorus latrocinio Ephesino præfuit. 230. 2.
 Litteras dogmaticas legendas verbo promisit, facto negavit. 231. 1.
 S. Leonem Coepiscopum & confratrem dolosè appellat. 231. 1. iniquè vocatus, *Archi-Episcopus universalis*. Ultimus suffragatus, cur? 238. 2. Episcopus Synodo S. Flaviani cooperatos ad poenam postulat. 241. 2. Apollinario ad stipulatur. 242. 2.
 A Dioscuro excitati tumultus occasio. 33. 2.
 Dioscorus, Domnus, ac alii Patriarchæ vocati æqualiter ad Ephesinum latrocinium. 55. 1.
 Dioscorus Episcopos subscribere coegit. 59. 1.
 Dioscorus Flaviano infidiatus, favit Eutycheti, quomodo? 58. 1.
 Dioscorus S. Flavianum appellentem atrociter tractavit. 59. 2.
 Dioscorus in latrocinio Ephesino præsentiam invasit. 53. 2.
 Dioscori violentia Episcopos subscribere coegit. 247. 1. Hic nomen Leonis in latrocinio Ephesino non suscepit. *ibid.* Epistolam S. Leonis ibidem suppressit, quod nequit excusare. *ibid.* & 247. 2. ejus fallacia 247. 2. Naturarum confusionem negat. 250. 1. Duasque naturas post adunationem. 250. 2. Ei dictum anathema. 251. 2. 267. 2. A gloriosis Judicibus ut depositione dignus proponitur. 253. 1. Pro eo fit intercessio; sed frustra. 257. 1. Ad Synodum Chalcedonensem citatus fucato prætextu non adfuit. 258. 1. 2. 262. 1. Magisterianus custodiendus committitur. 258. 1. Gloriosissimorum Judicum postulat præsentiam. 258. 2. Dioscorus Origenista 259. 2. Pluri-

mum accusatur. 259. 2. & seqq. Irreparabiliter degradatur. Ejus crimina recensentur. 262. 1. 2. Pertinax in exilio est extinctus. 263. 2.

Dioscorus in Synodo Chalcedonensi à communione suspensus, non tamen degradatus. Stetit ut reus, actorum redditurus rationes. 243. 2. Acta Synodalia Orientis Ecclesiæ à Romana Ecclesia non posse cassari blaterabat. 245. 1. Quamobrem S. Leonem id faciliantem excommunicavit. *ibid.*
 Dioscorus litteras Apostolicas suppressit. 57. 1.
 Dioscorus mirum in modum tumultuatus. 34. 1.
 Dioscorus, aliiq; communione privati. 61. 2.
 Vide *Ephesinum latrocinium*. *Eutyches*. *Chalcedonensis Synodus*.

Disputatio, de condemnato per Ecclesiam errore, pernicioso; Cæsareis legibus rectè interdicta. 276. 2.

Divales Augustorum ante dogmaticas Pontificum in Synodis legi permissæ. Sacra divalis Theodosii II. in Synodo Ephesina lecta; fidei quæstiones quàm primùm jussit definiri. 199. 1.

Dogmatica Epistola in Ephesina Synodo primùm Latine, Græcè dein est recitata. Eidem laudabiliter acclamatum. 205. 1. An sententiæ in Nestorium latae sint litteris dogmaticis conformes exploraturi Legati Romani, eas volunt sibi deolarari. 205. 1.

Dogmatica Pontificum Epistolæ Jussionibus Imperatorum antepositæ. 204. 2. Per solos Legatos jussæ recitari. 205. 1.

Dogmaticum judicium non ad Imperatores, sed ad solos Episcopos spectant. 324. 1.

Domnus Patriarcha Antiochenus S. Cyrilli capitula damnavit, eaque propter est degradatus. 242. 2.

Dypticha ad sacra vasa spectabant. Cujus formæ fuerint. 181. 1. Et dypticis erasio non est certum degradationis indicium. Theodorum Mopsuestenum de hæresi reddidit suspectum: & communione certò mutilatum. 182. 1.

Dypticis inscripti Episcopi in pace Ecclesiæ defuncti. 179. 2. Inscripção illa non est canonizatio. Tres inscriptorum ordines. 180. 1. Ex dypticis expungi, gravissima nota: Hominem noxium inserere, gravissimum crimen. Hæreticorum nomina potissimum è dypticis erasa. 180. 2.

In Dypticis quatuor generales Synodi olim fuere collocatæ. 183. 1. Quod à Monachis impetratum. 183. 1.

E

Ecclesia semper habuit potestatem introducendi nova contra grassantes hæreses vocabula. 326. 1. 2. & 327. 1.

Ecclesia Neocæsareensis à Basilii sui Primatis communione se dissociat ad defensionem propositionis S. Gregorii Thaumaturgi sui Episcopi. 337. 2. & 338. 1.

Ecclesia Orientalis ad exprimendam Patris, & Filii,

Fili, & Spiritus Sancti distinctionem induxit
hanc propositionem: *sunt tres Hypostases*. 336. 1
Ecclesie cardo, quid? 73. 2
Ecclesie Romanæ autoritas supra generalem Synodum. 62. 2
Ecclesie tituli olim unicum habuere Presbyterum aut Diaconum. 73. 2
Ephesina Ecclesia autocephala, 292. 2. Ex Canone Apostolico. 292. 2. Autocephalia exiit, cur? 293. 2
De Ephesino Episcopo Constantinopoli consecrando Synodi Chalcedonenis Decretum falso nititur fundamento, ideoque à S. Leone reprobatur. 293. 2
Ephesina Synodus non sine Romani Pontificis consensu per Theodosium Augustum indicta. 5. 2
Ephesinæ Synodo præfuit S. Cyrillus. 7. 1. Ad eam omnes Metropolitanæ convocati. Ibid. Et unicus Episcopus Provincialis, scilicet S. Augustinus. Ibid.
Ephesinæ Synodo sex millia Episcoporum adhaerere: Fuitque verè œcumenica 7. 2. Ducenti adfuerunt Episcopi. Ibid. Affuit nomine Theodosii Augusti Comes Candidianus. Ejus in Synodo officium. Ibid. Cui adjunctus Comes Irenæus. 8. 1
Ephesina Synodus Ephesi coacta, cur? 8. 1. Sub Theodosio Juniore Augusto ac Celestino Papa anno 430. paululum ante S. Augustini obitum. Ibid. Ephesum Episcopi, atque ipse Nestorius, excepto Joanne Antiocheno, conveniunt. Ibid. 2.
Ephesina Synodo divisa, sanior pars S. Cyrillo adhaerit. 8. 2
Ephesina Synodus Candidiano Comite invito inchoata. 9. 1. Candidianus S. Cyrillum stare inter reos voluit, Episcopis id non finentibus, Nestorius abiit. Ibid. Nestorius crebro vocatus non comparuit. Ibid. 2. Absens anathematizatur, 10. 1. & Episcopatu exiit. Ibid. Sententia Nestorio insinuat, ac, Candidiano licet renitente, publicatur. 11. 1. Novam Synodum Nestorius appellat. Ibid. Ei uterque Comes patrocinatur. Ibid. Sententia condemnatoria clanculo Constantinopolim defertur. Ibid.
Ad Ephesinam Synodum tandem Joannes Antiochenus appulit. 11. 2. Ejus acta recensentur. 12. 1. 2. Factiosa Joannis sententia contra Canones publicata. 14. 1. Non tamen executioni mandata. Ibid.
Ephesinæ Synodi secunda actio in domo Episcopali coacta, cur? Præsides. 204. 2
Ephesina Synodus verè est œcumenica. 206. 1
Ephesina Synodus Nestorium ter citavit. 200. 2. 201. 1. Varia in hac Synodo lecta. 201. 1. & seqq.
Ephesina Synodus ab Orientalibus illegitima est judicata. 19. 1
Ad Ephesinam Synodum Roma Pontificis Legati, Cyrillo manente Præsidente adveniunt. 19. 1. A quibus prima actio probata & confirmata. Atque Synodus per hocce plenè œcumenica evasit. Ibid.

Ephesina Synodus Pelagianos & Celestianos condemnavit. 20. 1
Ob Ephesinæ Synodi turbas Theodosius immodicè turbatus, novam, at fine effectum, Synodum indicit. 20. 1. Theodosii sacra-divalis à Synodo repudiata. Ibid. 2.
Ex Ephesina Synodo Legati ad Theodosium Augustum Chalcedonem mittuntur, quo rerum facies planè mutata. 21. 1. Theodosius Augustus Synodo recta postulanti, non factiosus obsecutus. 22. 1. Episcoporum dissidia studuit Celestinus refecare. Ibid. Theodosius Augustus Joannem Antiochenum & S. Cyrillum Nicomediam evocavit. Ibid. 2. S. Cyrillum inter & Joannem Antiochenum pax stabilitur. 23. 1. Cyrilli capitula, canones de Symbolo, atque acta contra Pelagianos confirmata, secus decretum de Messalianis. 24. 2. Reliqua tamen acta consensus Ecclesie tandem comprobavit. Ibid.
Vide, *S. Cyrillus. Joannes Antiochenus*.
Ephesinum latrocinium cœptum est anno 449. ad id missi Præsides, qui? 53. 1. Dioscorus præfidentiam violentè invasit. Ibid. 2. Hilarus Legatus non consensit. 54. 2. Quin imò Legati Romani contra protestati. 57. 1. Barsumas Abbas inter judices Episcopos perperam collocatus. 56. 1. Eutyches in integrum restituitur, S. Flavianus & Eusebius damnantur. 58. 2. Episcopi à Dioscoro subscribere coacti. 59. 1. S. Flavianus ac Hilarus Legatus Sedem Apostolicam appellarunt. 59. 1. Legati Romani, aliique Episcopi fugerunt. Ibid. 2.
Ephesini latrocinii acta. 60. 1. Penè omnia castata. 61. 2. Episcopi latrocinii Principes, communione privati. Ibid. clerus & populus Constantinopolitanus, S. Leoni obtemperans, S. Flaviano acclamavit. Ibid. cujus reliquæ ad Ecclesiam Constantinopolitanam honorificè deportatæ. 62. 1. S. Leo appellatoni S. Flaviani censuit deferendum. Ibid.
Ephesini latrocinii acta in Synodo lectione indigna. 284. 2
Ephesini latrocinii occasio seu causa. 26. 1. In eo Orthodoxi damnati, cur? 27. 1
Vide, *Dioscorus. Eutyches. Latrocinium Ephesinum*.
S. Epiphanius voces *Hypostasim & Usiam* promiscue usurpat & confundit. 317. 2
Episcopatu, aliisque Ecclesiasticis gradibus olim præmissa fidei confessio. 201. 2
Episcopus à populo non receptus in alia Ecclesia habet Episcopi honorem. 98. 1
Episcopus degradatus nulla pensione ab Ecclesia honoratur. 286. 1
Episcopus egenis consanguineis licitè succurrit, illicitè studet ditare. 44. 1. 2
Episcopus sine populi testimonio olim non poterat ordinare. 43. 1
Episcopus solus olim in civitate baptizabat. 222. 1
Episcopus superordinatus à Synodo Sardicensi ad laicos deiecit. 285. 1
Episcopi ac Clerici ordinandi ab Archidiacono examinati. 42. 1
Episcopi

Episcopi advenæ ad Ecclesiam olim deducti, & in Episcopali Palatio hospitati. 203. 2
Episcopi consecratio post tres menses à Confirmatione Papæ modò differri nequit. 104. 2
Episcopi defuncti bona à Clericis perperam invasa. 99. 1. Sunt reservanda. Ibid.
Episcopi erroris Principes, resipiscentes soli laicæ, alii etiam sui ordinis communioni solebant restitui. 263. 1
Episcopi Græci in v. Synodo Ecclesiam à laico Principe doctam & purgatam immeritò profitentur. 186. 2
Episcopi in latrocinio Ephesino acclamare nolentes, ad manuum extensionem sunt compulsi. 236. 1.
Episcopi, in pace Ecclesie defuncti, Dyptichis inscripti: eorumque nomina ad Missarum solemniam recitata. 179. 2. Inscriptio illa non est canonizatio. Tres inscriptorum ordines, qui? 180. 1
Episcopi in pagis fuere, 280. 1. etiam in castris & oppidis. Ibid.
Episcopi inviti ac repugnantes interdum ordinati. 287. 2. 288. 1.
Episcopi Latini in v. Synodo plùs quàm in prioribus necessarii, cur? 172. 1
Episcopi mutuas Parochias non rarò invaserunt. 95. 1.
Episcopi nonnulli Latini mitræ Privilegio caruerunt. 5. 2
Episcopi nonnulli perpetua degradatione digni, à Synodo Chalcedonenis in pristinum locum restituti. 264. 2
Episcopi non pauci post mortem anathematizati, nemo tamen qui in Ecclesie pace est vita fundus. 191. 1. 2. 193. 1. Prava dogmata, non personas post mortem damnari S. Cyrillus censuit. 192. 1. 2. At postmodò idem de personis asseruit. 192. 2. 193. 1
Episcopi Provinciales sine Metropolitanæ judicio in materia fidei olim nil potuere definire. 265. 1
Episcopi, qui consanguineos repulerunt. commendantur. 45. 1
Episcopi quidam sine sede, non sine titulo ordinati. 74. 2
Episcopi, qui S. Flaviani Synodo subscripserant, in latrocinio Ephesino ad reos dejecti. 237. 1. Sana sapientes ex metu Dioscori sædè contuerunt. 237. 1
Episcopi rustici ac pagenses in Arabia à Flaudris extincti. 280. 1
Episcopi sine Patriarcha in Concilio nationali non subscribebant. An in Synodo generali, non constat. 117. 2
Episcopi sua dignitate exuti ad gradum Presbyterii aut Diaconatus detrusi. 115. 1. 2. cur? 115. 2.
Episcopi interdum licuit ad alium Episcopatum transfire. 98. 1. Non tamen semper. 98. 2
Episcopis, Presbyteris, ac Diaconis lapsis manus pœnitentialis olim non imposita, cur? 241. 2.
Episcopo futuro Ecclesie viduatæ reditus per Economum tradendi. 105. 1

Christi. Lupi Oper. Tom. II

Episcopo licuit destructa penitus Ecclesia ad alium Episcopatum transfire. 98. 1. 2
Episcopo ultra tres menses Ecclesia non potuit vacare. 104. 1. 2
Episcoporum ambitio ac importunitas civitates in metropoles erigi satagebat. 84. 1
Episcoporum criminales causæ sine iudicibus secularibus examinari solent & puniri. 259. 1
Episcoporum est monasteria protegere, non eorum privilegia truncare. 72. 2
Episcoporum solo nomine Metropolitanarum privilegia, quæ? 84. 2
Episcoporum translatio, adulterium. 74. 1
Episcoporum translatio apud Græcos ægrè potuit impediri. 72. 1
Episcopus in Ecclesie pace defunctus posse damnari v. Synodus decernit. Nullum tamen adducit exemplum, favent lex Arcadii & Honorii, uti & S. Athanasius. 198. 2
Episcopos Synodo S. Flaviani cooperatos ad pœnam postulat Dioscorus. Omnes sædam canunt palinodiam; 241. 2. & seqq. excepto Apostolico Legato. 241. 2
Episcopum Constantinopolitanum Græcorum Augusti sine sua facultate consecrari non permisere, quod ab Ecclesia Romana toleratum. 206. 1.
Episcopum dedecet ad laicam potestatem confugere. 271. 2
Episcopum degradatum, non tamen quemvis, mandant leges ad centum milliarìa à sua civitate deportari. 241. 1. Relegatio hæc in monasterialem custodiam demutata. 241. 1. 2
Episcopum haud decet in re dogmatica ex metu subscribere. 247. 1
Episcopum non debere de necessitate Sacramenti à tribus Episcopis ordinari, exemplo Pelagii Papæ comprobatur. 173. 2
Eucharistia defectu litterarum advena olim privatus. 86. 2
Eucharistia, olim dicta Mysteriorum perfectio. 286. 2.
Euphratesia Provincia, quæ? Ex ea plures virtutibus ac facinoribus famosi. 296. 2
S. Eulogius vixit tempore Imperatoris Heraclii. 316. 2.
Eunomio Nicomediensi plenum jus Metropolitanicum adversus Episcopum Nicænum stabilitur. 295. 2
S. Eusebius Vercellensis Episcopus defensor Latinæ Ecclesie in controversia de *Usia* & *hypostasi*. 336. 2. Legatus ac Vicarius Romanæ Ecclesie per Orientem. Ibid.
Eusebius Nicomediensis Episcopus ex recipiendi Episcopatus libidine, vocem *Consubstantialis* admisit. 322. 1. ad vomitum rediit non nisi post Constantini Magni obitum. Ibid.
Eusebii Dorylæntis libellus S. Flaviano stuporem incussit. 212. 2
Eusebius pœnam talionis cœpit formidare. 215. 1
Præforibus stans accusator in Synodum intromissus. 216. 2. Palinodiam Eutychetis reformidat. 217. 1
Eusebius Dorylæntis à latrocinio Ephesino per sacram-

Y y

sacram-

sacram-jussionem immeritò exclusus. 234. 2
 Symbolum Nicænum rectè proficitur.
 ibid. Sed à latrocínio in pravum sensum tor-
 quetur. Ibid. Quod duas naturas in Christo
 confiteatur, à latrocínio Ephesino execratus.
 236. 1.
 Dioscorum accusat. 258. 1. 2
 Enflatum Episcopum Berytensem inter & Pho-
 rium Tyriorum Metropolitanis de jure me-
 tropolitico decisa. 272. 1. Nómine Metro-
 politæ gaudet, nulla tamen metropolitana pote-
 state. Ibid.
 Eutyechiani capitula S. Cyrilli, Symbolum Ni-
 cænum, non tamen additiones per Synodum
 Constantinopolitanam factas admiserunt. 55. 2
 56. 1.
 Eutyechiani Deitatem in carnem conversam, pas-
 sam, mortuam, &c. asseruere, & naturam
 Divinam impassibilem, quæ neutiquam cohæ-
 rent. 29. 1
 Eutyechiani hanc propositionem: *Unus è Trinita-
 te est crucifixus*, in palmare erroris sui funda-
 mentum assumpserunt. 148. 1
 Eutyechiani in Synodo Chalcedonensi condem-
 nantur. 65. 1
 Eutyechiani Monachi in Synodum Chalcedonen-
 sem introducti. 267. 1. Eorum postulatio,
 Ibid. & seqq. Fidei Eutyechianæ ejurationem
 rogati, non paruerunt. 268. 1. Detribus po-
 situm accusati. Rogaturque pœnæ juxta
 Canones executio. 269. 2. Datæ nihilominus
 triginta dierum deliberandi induciæ. Ibid.
 Eutyechiani Symboli Constantinopolitani addita-
 menta repudiarent. Illa consecrandorum Epi-
 scoporum professioni à S. Proterio inserta.
 248. 2.
 Eutyechiani Synodum Chalcedonensem retractari
 frustra pulsularunt. 150. 1
 Eutyechianistæ dicti Eranistæ, cur? 31. 2
 Eutyechianistæ humanitatem Christi fallaciter no-
 bis confubstantialem appellant. 30. 1
 Eutyches fuit senex imperitus. 26. 1. Lingua
 infans. Ibid. 2. Ejus errores. 27. 1. Occasio
 hæreseos. Ibid.
 Eutychie in V. Synodo lecta epistola. Ejus con-
 tentum. 183. 2. 184. 1
 Eutyches ab Eusebio Dorylæensi hæreseos accu-
 satus. 211. 1
 Eutyches ad generalem Synodum appellat. 52. 2
 ac tandem obtinet. Ibid.
 Eutyches auctor accusationis Ibæ. 34. 1
 Eutyches Catholicos Nestorianismi accusavit.
 31. 1.
 Eutyches contra Synodum Constantinopolita-
 nam excipit, cur? 51. 2. Queritur se immeritò
 communionem privatum. 52. 1
 Eutyches in latrocínio Ephesino restitutus in in-
 tegrum. 58. 2. Vide, *Ephesinum latrocínium*,
Dioscorus
 Eutyches obstinatus, condemnatur. 51. 2. ac
 excommunicationis vinculo innodatur. Ibid.
 Eutyches quid de corpore Christi senserit. 29. 1
 Quid de Christi anima. Ibid.
 Eutyches quid per unitatem naturæ intellexerit,

non satis aperuit. 28. 1. 2
 Adversus Eutychem Concilium Constantinopol-
 itanum continuatum à S. Flaviano. 50. 1
 Eutyches ter legiomè ad S. Flaviani Synodum
 citatus, tergiverfatur. 213. 2. & seqq. ab eo
 missi Monachi in Synodum introducti. Erro-
 rem ejus S. Flavianus indoluit. 215. 1. Quip-
 pe cui non malè afficiebatur; quamvis contra-
 rium questus sit Eutyches. Ibid.
 Eutyches ter citatus non comparuit. Tandem
 ingenti militum & Monachorum manu stipa-
 tus Concilium introivit. 50. 2
 Eutyches in longinqua asportatus, interiit,
 129. 2.
 Eutyches omnes tum Episcopos tum Notarios
 falsitatis arguit. 220. 2. Sese Romanum Pon-
 tificem appellasse est mentitus, 221. 2. Ob
 degradationem graviter est questus. Ibid.
 Ejus doli ac fraudes. 222. 1
 Eutyches opulentus Abbas, Eusebius inops Epi-
 scopus. 217. 1. Fidem ille rogatus, hæresim
 larvatis vocibus velavit. Ibid. 2. In hacitate
 pertinax. 218. 1. Ante adunationem duas in
 Christo admisit naturas, secus post adunationem.
 Ibid. Excommunicatur Ibid. 2. Alteram
 postulavit ac impetravit Synodum. Ibid.
 Eutyches solus congregandi latrocínii causa extitit.
 A suis laudibus inchoavit, quod vanita-
 tis indicium. 233. 2. Libellum exhibuit, inter
 cætera S. Flaviani Synodum criminatur. Ibid.
 & seqq. Orthodoxus declaratur, ac in pristina
 dignitate restituitur. 238. 1. Ei subfue-
 re Monachi trecenti. Atque illi & Barsamæ
 totidem adhæserunt. 240. 1. Eutychetis bla-
 sphemia latrocínio Ephesino probatur. 237. 1
 Eutyches Apollinario adstipulatur. 242. 2
 Eutyches Synodo Nicæna, Ephesina, ac S. Cy-
 rillo consensit, non tamen Constantinopolita-
 na. 215. 2. Hæretica ejus dicta in medium
 allata, S. Scripturam appellatus, refutatur.
 216. 1.
 Eutyches Christum Dominum esse duas Naturas
 & unum filium professus est. 311. 1.
 Excommunicatio minor olim nulla fuit. 51. 2
 Excommunicationis absolutio ad reincidentiam
 olim usitata. 223. 2

F

Facundus, alique, qui pro defensione trium
 Capitulorum gravia passi sunt, non sunt
 Martyres, sed Ecclesiam imprudenter lacera-
 runt. 176. 2
 Facundus Theodorum Mopsuestenum turatus
 189. 2.
 Fidei definitioni in Synodo Chalcedonensi ab
 omnibus subscriptum. 276. 1
 S. Flaviani Synodus adversus Eutychem anno
 448. 211. 1. & seqq.
 S. Flaviani Synodus unam hypostasin, duasque
 in Christo naturas proficitur. 212. 2. Ab E-
 tychianis Nestorianismi insimulatur. 235. 2
 237. 1. S. Fla-

S. Flavianus à Dioscoro damnatur. Episcopi ad
 subscribendum coacti. 239. 2. Dioscori vio-
 lentia Synodum illam latrocinialem probat.
 240. 1.
 S. Flavianus à Dioscoro damnatus, sedem Ro-
 manam appellavit. 59. 1
 S. Flavianus Eusebio Eutychetis citationem ur-
 genti, morem gessit, misitque Clericos, juxta
 præscriptum Canonum. 212. 2
 S. Flaviano primus lethalis ictus infligitur. 240. 2
 Unà cum Eusebio Dorylæensi degradatur. In
 exilium pulsus moritur. 241. 1
 S. Flavianus in via ad exilium expiravit. 59. 2
 A Synodo Chalcedonensi canonizatus. Ibid.
 Francorum quidam Episcopi Synodum VII. injus-
 te arguunt; quod cum Constantino Irene ad-
 fuerit. 276. 1

G

Galilæa, regio vilissima. 279. 2
 Gentiles non distinguebant inter Hyposta-
 sin & Usiam. 338. 2
 Græci Episcopi in Synodo Chalcedonensi Pseu-
 do-Canonis vigesimo octavo, reclamantibus
 Legatis Romanis, subscripserunt. 298. 2. &
 seqq.
 S. Gregorius Pontifex pacificator controversiæ de
 Usia, & Hypostasi. 337. 1
 S. Gregorius Thaumaturgus auctor hujus propo-
 sitionis: *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus
 sunt una Usia, una hypostasis*. 337. 2. acerrimè
 defensus ab Ecclesia Neocæsarensi. Ibid. &
 338. 1. fuit unus ex Patribus, qui simul cum
 Alexandrino Dionysio impugnarunt hæresim
 Sabellianam. 338. 1. more veterum Patrum
 liberius est quandoque locutus. Ibid. 2

H

Hæresis procedit de errore in errorem. 315. 2
 Hæretici errorum fundum non detegunt.
 234. 1. Ab Ecclesia benignè tractandi.
 236. 2.
 Hæretici hujus temporis Ecclesiam Romanam ca-
 put omnium Ecclesiarum tacite fatentur, pa-
 lam denegant. 243. 2
 Hæretici occulti damnari post mortem possunt.
 Olim tamen id haud practicum. 183. 2
 Hæretici pertinaces non nisi ex dispensatione ad
 Synodi conspectum admissi. 269. 2
 Hæretici se veritatis auctores jactant. 201. 2
 Hæreticorum nomina potissimum è dyptichis era-
 sa. 180. 2
 Hæreticorum proprium est sacram Scripturam ac
 Symbolum in pravum sensum detorquere.
 209. 2.
 Hæreticorum verba accipienda ut sonant: Hinc
 Tertullianum, Origenem, &c. velle tutari,
 Ecclesiæ est perniciosum. 176. 1
 Hæreticus est quisquis Romanæ non communicat
 Ecclesiæ. 335. 1.

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

Hæreticus defunctus ex scriptis ab Ecclesia potest
 judicari ac damnari. Nec Patres contrarium
 asserunt. 163. 1
 Hæreticus nec Patriarcham eligere potest nec
 consecrare. 265. 2
 S. Hieronymi, Paulini, &c. ordinatio à regula
 deviauit. 74. 1
 S. Hieronymus nec Cardinalis nec Ecclesiæ Ro-
 manæ fuit Presbyter. 74. 1
 S. Hieronymus è Syria solitudine scribit ad Da-
 masum Pontificem. 334. 1. tunc temporis
 nondum erat plenè peritus sermonis Syri, aut
 Græci. 334. 2. scripta est epistola, antequam
 sacerdos esset initiatus septuagesimo secundo
 quarti sæculi anno. Ibid.
 Hierosolyma tertie Palæstinæ metropolis. 279. 2
 Hierosolymam à v. Synodo in Patriarchatum ere-
 ctam quidam autumant, at non desunt dubi-
 tandi rationes. 177. 1
 Hierosolymitanus Episcopus à S. Augustino & S.
 Joanne Chrysostomo inter Cæsareensem &
 Schytopolitanum collocatus, cur? 279. 2
 S. Hilarius Pictaviensis Episcopus adfuit Synodo
 Seleuciensi. 341. 1. vocem *substantia* accipit
 pro *persona*. 333. 1
 Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus reprobat
 has voces, *Trina Deitas*. 308. 1. proscrit
 Hymnum, cujus in fine hæc habentur: *Te
 Trina Deitas, unaque poscimus*. Ibid. Librum
 de Prædestinatione videtur scripsisse anno sexa-
 gesimo tertio aut quarto sæculi noni. 309. 1
 censet regulam S. Benedicti dictam à Spiritu
 Sancto. 310. 1
 Hosius Cordubensis Episcopus ab Imperatore
 Constantino ad tumultum ab Ario concitatum
 sedandum Alexandriam missus. 303. 1. 2. pri-
 mus non disputavit de vocibus *Usia, & Hypo-
 postasi*. Ibid. 2.
 Hospitalitas commendatur, præsertim Episco-
 po. 82. 2
 Hospitalitas in Ecclesia Romana ac in monaste-
 riis Belgicis quam maximè viguit. 82. 2
 In Hospitalitate Cluniacenses ac Cistercienses
 eminuerunt. 82. 2
 Hymnus *Sanctorum Meritis*, qui habet in fine,
Te Trina Deitas, unaque poscimus, reprobat
 ab Hincmaro. 308. 1. à quo compositus?
 308. 2. hodie in hoc hymno pro vocibus *Trina
 Deitas*, dicimus, *summa Deitas*. 309. 2

I

Iacobitæ, eorumque hæresis. 312. 1. 2.
 Ibas de cathedratici accepti consuetudine ac-
 cusatur. 39. 1.
 Ibas de hæresi Nestoriana suspectus, accusatur.
 222. 2. 223. 1. Laudum suarum testimonia po-
 stulavit. 224. 1. Ejus accusatores. Ibid. 2.
 Accusatur. 226. 1. 2. respondet. Ibid. 2. Accu-
 satores nec plenè probarunt, nec pœnam talio-
 nis meruerunt: Hinc transactio. 227. 1. Con-
 ditiones servandæ. ibid. De Epistola Ibæ in
 Synodo Berytensi nil judicatum. Ibid. 2.
 Y y 2 Ibas

Ibas de multis accusatus, sed absolutus. 34. 1. & seqq.
 Ibas fuit doctissimus. 34. 1.
 Ibas in Synodo Chalcedonensi se à latrocinio Ephesino absentem ac inauditum queritur condemnatum. 283. 1. Ejus accusatores in Synodum introdusti. Ibid. 2. Declaratur ab iisdem non convictus. 284. 1. Acta Berytensis recitata, famosa illius ad Marim Epistola, ac Cleri Edesteni pro ejus innocentia testimonium. Ibid. Epistola illa à Legatis Romanis aliisque probatur, non tamen ab omnibus. 285. 1. Ut à V. Synodo observatum. Ibid. Ibas Nestorio ac Eutychemi solemniter dixit anathema: Atque ita in Episcopatum restitutus. Ibid. 2.
 Ibas Epistola in V. Synodo lecta. Ejus contentum 195. 2. sæpius accusatus. Ibid. A Synodo Berytensi absolutus. 196. 1. A Latrocinio Ephesino degradatus, à Chalcedonensi Synodo sedis restitutus, nec ab ea Epistola ejus condemnata. Ibid. Persona, non doctrina, in gratiam suscepta. Ibid. V. Synodus undecim capita Fidei Catholicæ adversari frustra molitur offendere. 196. 2. 197. 1. Epistola justissime damnata. Ab Iba fuisse conscriptam nonnulli inficiantur. Ibid.
 Ibas Epistola à V. Synodo ut Nestoriana rectè condemnatur. 165. 2. Potuit tamen à Congregatione Chalcedonensi approbari. 166. 2.
 Ibas Epistola Nestorianismi accusatur. 165. 1. 183. 1. Ab hæresi tamen innoxia, uti & persona à Legatis Apostolicis declaratur. 165. 2. Quamvis non careat omni novo. 166. 1.
 Idolis ut nonnulli impunè immolarent, judici præmium perfolutum, immò id ipsum ab Episcopis exactum. 49. 1. 2.
 Idolorum templa à Constantino Augusto occulsa, ab aliis aperta, tandem destructa. 49. 1.
 Ignorantia non fuit in Christo. Patres, qui oppositum videntur sentire, exponuntur. 178. 2.
 Imaginum cultus semper viguit in Ecclesia. 197. 2.
 Imperator novæ Civitati potuit Episcopum donare, nequaquam destructæ eripere. 96. 2.
 Imperatores nunquam Synodo præsuere. 259. 1. Vide, *Princeps*.
 Incarnatio Divina fuit Gentilibus Philosophis stultum Dei, & stultia prædicationis. 313. 2.
 Inhabiles ad Ecclesiæ gradus evehere, grave semper crimen est reputatum. 42. 1.
 Instantia prima contra Episcopum apud Patriarcham etiam potest fieri. 130. 1.
 Interdicto Eutychemi Monachi à S. Flaviano suppositi 238. 2. A latrocinio Ephesino communioni & gradu restituti. 239. 1.
 Intrusio violenta Episcopi Apostolicis Canonibus adversatur. 288. 1.
 Joannes Antiochenus adversus Nestorium munus Episcopale laudabiliter exequitur. 4. 2. Ephesum profectus, moras trahit. 9. 1. Nestorio jam damnato Ephesum appulit. 11. 2. Metropolitibus suis ac ex-Episcopis Pelagianis stipatus. 12. 1. A Synodo honorificè rece-

ptus. 12. 2. Primus ejus cum Candidiano & Irenæo Comitibus congressus. 13. 1. Alter cum Nestorianis ac Pelagianis. 13. 2. Hic S. Cyrilli capitula hæreseos damnata, &c. Ibid. Pelagianum dogma confirmatum. 14. 2.
 Joannes Antiochenus Ephesum animo hostili ingressus. 203. 1. Vix dum appulsus schismaticum facit conventiculum, sacram divalem legi imperat. 203. 2. Legitimam Synodum de Nestorio inaudito condemnato, graviter arguit. Qui in idem impedit, dum S. Cyrillum, &c. temerè degradavit. 204. 1. 2. Quæ sententia præter morem est publicata. 204. 2.
 Joannes jejunator inter Synodum Ephesinam & hunc congressum non distinxit. 15. 1.
 Joannes Antiochenus acta Pelagiana verisimilius non probavit. 15. 1.
 Joannes Antiochenus, expositis à S. Cyrillo querimoniis, sæpius vocatus non comparuit, ejusque sententia irrita declarata. 19. 2.
 Joannes Antiochenus ter ad Synodum Ephesinam, sed frustrà evocatus. 207. 1. & seqq. excommunicatur. Sententiam immeritò contradictionis arguit. 208. 1.
 Joannes Antiochenus à communione factus alienus. 19. 2. Novam Synodum postulavit. 20. 1.
 Joannes Antiochenus, frustrà adirente Comite, in communionem non est receptus. 21. 1.
 Joannem inter ac Cyrillum pax stabilita. 23. 1.
 Joannes Antiochenus Pelagianos à se ablegavit. 24. 1.
 Vide, *Nestorius. Ephesina Synodus. Cyrillus*.
 Joannes Antiochenus stetit à parte Theodori Mopsuesteni. 32. 2.
 S. Joannes Chrysostronus, quod aliorum invaserit Provincias, accusatus. 292. 2.
 Joannes II. hanc propositionem. *Unus è Trinitate est passus*, probavit: Autoritate SS. Patrum, ac præsertim S. Augustini, de quo illustre edixit testimonium, subnixus. 152. 1.
 Joannis Decretum postea confirmatum. Ibid.
 Jotescalchus Monachus in Hincmari carcere. 309. 1. plura scripsit. Ibid.
 S. Irenæus utitur voce Consubstantialis. 325. 2. inter alia hæresiarum Valentini facinora enumerat nominum fictionem. 326. 2.
 Judicandi forma Reipublicæ Romanæ dudum ab Ecclesia servata. 213. 1.
 Judices facta jam appellatione in accusatores transeunt. 232. 1.
 Judices gloriosissimi in Synodo generali testes fuere & executores, sine ulla judicandi potestate. 269. 1. 272. 2.
 Judici inferiori non obest, quod ejus sententia à superiore solvatur, si pravo animo non judicavit. 239. 1.
 Julianus Pelagianus Ex-Episcopus fictè pœnituit: Pueros Siculos ad mortem usque miser rudimenta edocuit. 24. 1.
 Juramentum à Clericis & Monachis Canones subindè exigunt, subindè permittunt. 220. 1.
 Juramentum etiam apud Paganos tremendum, 290. 2.

Ju-

L

Juramentum in causa fidei ab Episcopis jam pridem exactum. 202. 2.
 Jurandi consuetudo à S. Chrysostrono mirificè extincta, aliisque Patribus summo perè improbata. 290. 2. Immò peccati mortalis condemnata. Ibid.
 Jurandi formulæ non erant, *Deus scit, coram Deo*. 220. 1.
 Jurandi formulæ, *Per orationes tuas, Per salutem & victoriam Imperatoris*. 214. 2.
 Jurare per Principis genium aut fortunam illicitum. 211. 2. cur? Ibid. Item per creaturas. Ibid.
 Jurare per Principis salutem, licitum & antiquum. 212. 1.
 Jurare per Principis salutem olim moris fuit. 244. 1.
 Jurant rarissime Clerici, & Monachi, cur? 220. 1. In purgatione ab infamia id licuit. Ibid.
 Jussiones sacræ ab Ecclesia toleratæ. 204. 2.
 Jussiones sacræ, Canonibus non conformes, liberè respuendæ. 219. 1. 249. 1.
 Justinianus, absentibus Latinis Episcopis, iussit Synodum inchoari. 171. 2.
 Justinianus Augustus fidei defensorem & hæresion everforem sese proficitur. 182. 2. In Theodori Mopsuestensis personam, Theodoretici scripta, ac Ibas Epistolam graviter invehitur. 183. 1.
 Justinianus Augustus in condemnationem trium capitulorum consensit. 166. 2. protestatus se Synodo Chalcedonensi nolle præjudicare. 167. 1.
 Justinianus à Vigilio absolutam voluit trium capitulorum condemnationem. 170. 1. Ejus violentia enarratur. Ibid.
 Justinianus ingentes turbas de incorruptibili Christi corpore excitavit, atque ideò ad inferos deturbatus. 173. 1.
 Justinianus in v. Synodo pro Acephalis vigilabat, post pro Phantasiastis pugnare cœpit, in quam hæresim lapsus, subito est extinctus. 179. 1. 2.
 Justinianus secum pugnat. Theodoretici atque Ibas scripta de variis accusat. 183. 2. Quatuor Synodorum zelosus custos deprædicatur. 185. 2.
 Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus ex pacto cum Maximo Antiocheno tres Palæstinas cupit sedi suæ subdi. 278. 1. Juvenalis offertur fundamentum. 280. 2. Frivolum. 281. 1. Alterum fundamentum. Ibid. Pactum istud tum à Synodo, tum à Legatis Apostolicis probatum, sed à S. Leone cassatum. Quo non obstante ab Episcopis Hierosolymitanis tres Palæstinæ degentæ. Ibid. Prima tandem Phœnicia ab Ecclesia Romana Patriarchati Hierosolymitano perpetuum subjecta. Ibid.
 Juvenalis tres Palæstinas injustè invasit, at dispensatorè toleratus. 24. 2.

Laici in Conciliis generalibus Episcopos non judicabant. 123. 1.
 Laici in sola causa fidei in Conciliis generalibus admissi. 216. 2.
 Laici Principes ab una sede in aliam Provinciam judicium subindè transtulere, at contra Canones. 225. 1. 2.
 Lapsus Episcopis, Presbyteris, ac Diaconis manus pœnitentialis olim nunquam imposita, cur? 241. 2.
 Latrocinium Ephesinum anno 449. peractum. Præfuit Dioscorus Alexandrinus, Legatis Romanis reclamantibus. 230. 2. Qui litteras dogmaticas legi postularunt. 231. 1. at irrito conatu. Ibid. & 234. 2. 238. 1. Legati Romani non abierunt. 232. 2. Symbolum Constantinopolitanum anathematizatum. Ibid. Varia lecta. 237. 2.
 Lectores solos habebant Græci minores Clericos. 226. 2.
 Legati Apostolici in Synodo Chalcedonensi primi subscriperunt. 276. 1.
 Legati Romani, etiam si Græcè noverint, in Synodis Latinè locuti, cur? 243. 2.
 Legati Romani in Synodo generali solent præfieri. Ad eos pertinet omnium synodaliter tractandorum propositio. 257. 2.
 Legatis Apostolicis in Synodo generali præsentia debetur. 243. 2.
 Legatis Romanis primum & principale in Synodo generali competit suffragium. 262. 1.
 Legatorum in Synodo autoritas & potestas. 25. 1.
 S. Leonis encomia. 65. 1. 2.
 S. Leonis Epistola dogmatica cum SS. Patribus coherabat. 253. 1. A Synodo Chalcedonensi acceptata. Ibid. 2. A Theodoro insigniter laudata, eique ab omnibus Episcopis Orientalibus subscriptum. Ibid. Antè miraculosè emendata. 255. 2. Ei acclamatum. 256. 2. Quamvis non ab omnibus. Ibid. Confirmata. 264. 1.
 S. Leonis Epistola summo applausu recepta. 125. 1.
 S. Leonis Epistolæ, damnato Dioscoro, est subscriptum. 116. 1. Ægyptiis Episcopis id recusantibus, cur? 116. 1.
 S. Leoni titulus, *Archi-Episcopus universalis*, defertur. 238. 1. 259. 2. 276. 1.
 Liberatus Diaconus ac Facundus Theodori defensores. 189. 1. 190. 1.
 Litteræ pacificæ, formatæ, quæ, quibus, &c. à quibus datæ? 80. 1. & seqq.
 Lucifer Calaritanus defensor Latinæ Ecclesiæ in controversia de Usia, & hypostasi. 336. 2. Legatus, ac Vicarius Romanæ Ecclesiæ per Orientem. Ibid.

Ma-

M

Macedoniani vocem, *Trinitas*, singulariter oderant. 307. 2
 Magisteriani, qui? 258. 1
 Magistrum officiorum adiutor, quis? 258. 2
 Manichæus quando damnatus? 328. 1
 Mansionarii, affissi, cubicularii, &c. rectores sunt villæ seu mansionis Ecclesiasticæ. 67. 1
 Mansio, quid? 67. 2
 Qui manum citò imponit, peccatis alienis communicat. 46. 1
 Maro Edeffenus Episcopus S. Cyrillum Severi Patrem appellat. 317. 1
 Martiani Augusti pietas. 276. 1. 2. Encomion. Ibid.
 Matrimonium. Vide, *Conjugium*.
 Maximo Antiocheno facultatem roganti, pensionem Domino antecessori suo jam degradato tribuendi, à Legatis Romanis annuitur. 286. 1
 Maximus. Vide, *Juvenalis*.
 Melchitæ, id est, Imperialistæ olim dicti Catholici, cur? 130. 1
 Meletius dum Antiochiæ sedit, fuit Basilio longè amicissimus. 338. 1. apud Sebasten verò fuit ab ipso alienus. ibid. quo tempore ex Berrheensi in Sebastensem, & ab hac in Antiochenam translatus. ibid. ex Ariano quasi per miraculum subito factus est orthodoxus. 334. 2. ejectus à sede Antiochena à Constantio. ibid. sub Joviano Augusto redit Antiochiam. ibid. proscriptus nullam in civitate habebat Ecclesiam, sed suas clandestinas Synaxes agebat in campis. 335. 1
 Mentes in brutorum etiam corpora devolvi esse ex mente Origenis, censet S. Hieronymus. 135. 2
 Mentes juxta varia merita in varia corpora detrusas sensit Origenes. 134. 1
 Metropolitæ ordinandi Antiochiam non semper sese contulerunt. 223. 1
 Metropoles duas reales in una Provincia nunquam licuit imponere. Facta civili divisione, duas erigi Ecclesia nonnumquam toleravit. Sed ante Synodum Chalcedonensem excussit. 273. 1. Quamobrem recentiores Græci eam potestatem Principi passim permittentes, à Patrum vestigiis longissimè abscedunt. 273. 2
 Missas celebranti Episcopo aut Presbytero, omnes præsentés Episcopi, aut Presbyteri concelebrabant, ac de communi sacrificio participabant. 289. 2
 Mœchi quondam non poterant ordinari. 42. 1
 Monachi Clericatum ac Episcopatum non raro ambiverunt. 71. 1
 Monachi cum Barfuma conspirantes Canone quarto Concilii Chalcedonensis compescuntur. 69. 1
 Monachi Episcopis olim subiecti, post exempti. 70. 1
 Monachi laici ex facultate Episcopi poterant scribere ac docere, non tamen solemniter prædi-

care. 71. 2
 Monachi multum peregrinantes, raro sanctificantur. 277. 2
 Monachi officium. 70. 1
 Monachi ordinati Episcopo plenè subiacebant. 78. 2
 Monachi plurimi ad Clerum & Episcopatus evecti. 71. 2
 Monachi S. Benedicti composuerunt plures Hymnos, & Antiphonas, quæ habentur in Breviario Romano. 308. 2
 Monachis ac Clericis, quæ cura licita sit, quæ illicita. 68. 2
 Monachis apostatis nunquam patroni defuerunt. 76. 2
 Monachis non Sacerdotibus non licet munus docendi assumere. 71. 1
 Monachis vagandi frænatur licentia. 277. 1
 Monachorum ordinationem Synodus Chalcedonensis approbavit, eamque præcepit Clemens V. 76. 2
 Monachorum victus. 70. 2
 Monachos ac sacras Virgines nuptias capeffere nefas est. 95. 1. 2
 Monachus in Conciliis nequit esse accusator 56. 1. Vide, *Clericus*.
 Monasteria ad Clericos seculares deferre, semper fuit difficile. 103. 2
 Monasteria Clericorum ac Episcoporum feminaria. 229. 2
 Monasteria ex Episcopi auctoritate erecta, non licet in laicam habitationem demutare. 103. 2
 Monasteria hæresi infecta non laicis, sed religiosis tradenda. 102. 1
 Monasteriorum invasores fuere Iconoclastæ. 103. 1
 Monasterium differt à cœnobio. Parva monasteria S. Bernardo non probantur. 266. 2
 Monasterium novum non nisi de consensu Episcopi licuit erigere. 69. 1. Nec oratorii domum. 69. 2
 Monophysitæ qui? 312. 1. adseverabant nullam esse naturam sine hypostasi. Ibid.
 Monothelitæ unde sumpserint occasionem labendi. 312. 1
 Montenses, ac Rupitani dicti Donatistæ. 335. 1
 Monumentis inhabitare, quid? 266. 2
 Mopsuestena Synodus anno 590. Pontificatus Vigili anno 14. Justiniani Augusti imperii anno 23. &c. 180. 2
 Mors naturalis quænam apud Gentiles. 315. 1
 apud Christianos nulla mors naturalis. Ibid.
 Mortuorum causas posse synodaliter tractari, censuit Eusebius: Quod v. Synodus in sui favorem potuisset adducere. 244. 1
 Mos errores damnandi per litteras Encyclicas ubique subscriptas. 339. 1
 Mulierum raptus olim frequentior, ideoque variis Canonibus interdictus. 108. 1
 Mundos infinitos successivè futuros Origenes comminiscitur. 138. 1. 2
 Mysteriorum, perfectio, id est, sacrosancta Eucharistia. 286. 2

Na-

N

Natura quid sit? 314. 2. Natura naturata quid? Ibid.
 Natura brutalis à verbo non potuit assumi. 31. 1
 Natura Divina non potuit cum humana in unam componi. 28. 1
 Natura humana est ipsa assumptione creata. 29. 2
 Naturæ in Christo à Patribus dicuntur partes. 141. 1
 Naturam cum hypostasi Dioscorus perperam confudit. 235. 2
 Naturam unam Eutychiani semper adserunt. SS. Patres unam incarnatam. 146. 2
 Naturam unam in Christo esse, sed incarnatam, à Patribus admissum. 27. 2
 Nazareth viculus vilissimus, Archi-Episcopali dignitate illustris. 279. 2
 Inter Nepotes antecessoris & successorem rara concordia. 44. 2
 Nestoriana hæresis à Paulo Samosatensi per Arianos in Nestorium derivata: Immo ab ipsis Judæis ducit originem. 209. 2
 Nestoriani dicti Simoniaci, cur? 188. 1
 Nestorii Admonitorium in Synodo Ephesina oblatum, lectione indignum. 200. 1
 Nestorii indolet ac mores. 1. 1. 2. non fuit hæreticos, dictæ Nestorianæ, primus author. 2. 2
 Nestorii secunda epistola in Concilio Ephesino impia, hæretica, &c. Judicata. 201. 2. Ejus ineptiæ exponuntur. Ibid. Eiquè dictum anathema. Ibid. Ejus insolentia. 202. 2. Degradatur. 203. 1
 Nestorius impiè in Clericis sæviente, Orthodoxi Synodum postularunt ac imperarunt. 5. 1
 Nestorium inter ac Pelagium mira affinitas. 2. 2
 Nestorium inter & Catholicos quidquid actum, in Synodo Ephesina expositum. 199. 1
 Nestorius ad Synodum Ephesinam ab Episcopis ter citatus, nunquam venit. 200. 2. 201. 1
 Nestorius absens anathematizatur. 10. 1. Episcopatu privatur. 10. 2. Novam Synodum appellat. 11. 1
 Nestorius acceptis Celestini Papæ litteris nihilo melior, deteriora quàm antè dogmata pro concione proposuit. Cyrilli capitula hæreticos accusavit, appellavitque generalem Synodum. 4. 2
 Nestorius contumax non respuit. 205. 2. Omnia in eum judicata à Legatis Romanis confirmantur. 206. 1
 Nestorius è Synodo Ephesina abiit, nec vocatus comparuit. 9. 1. 2
 Nestorius Novatianenses quartodecimanos acriter infectatus. 210. 1. Ejus pseudo-apostoli judaicum Symbolum prædicarunt. Cui obstans Charisius, à pseudo-Apostolis communionem privatur: à Synodo Ephesina verisimiliter restitutus. 210. 2
 Nestorius exul blasphemans extinguitur. 22. 2
 Vide, *Ephesina Synodus*. *Joannes Antiochenus*. *S. Cyrillus*.

Nestorius naturas pro Personis accipiebat. 311. 2
 Nicomediensi Episcopo jus metropoliticum adversus Nicænum stabilitur. 295. 2. 296. 1
 Notarii munus. 225. 1

O

Oasis, quid? eò nonnulli deportati. 217. 1
 Oblatio facta Ecclesiæ & Episcopo à simonia erat immunda. 38. 1
 Oblationes in crimine defunctorum receptæ, præterquam si sibi mortem intulissent. Sacrificia pro omnibus modò offeruntur, nisi in notorio crimine fuerint extincti. 182. 1
 Œconomus, quid? 67. 2
 Œconomus Ecclesiastici origo. 106. 1
 Œconomus dignitas ac officium. 107. 2
 Œconomus erant Clerici. 106. 1. 2. Alibi à clero electi, alibi ab Episcopo, tandem à Principe constituti. 106. 2. 107. 1
 Œconomus officium diaconis antè proprium, ad presbyteros post delapsum, cur? 108. 2
 Œconomus plura nomina. 107. 1
 Ab Œconomis minori cum periculo quàm ab Episcopis bona Ecclesiæ administrantur. 105. 1
 Œconomus passim fuit olim Archidiaconus. 106. 1
 Officiorum magistro omnes palatini subiecti. 221. 2
 Oratoria in pagis non incongruè interdum permittuntur. 70. 1
 Ab ordinandis Ecclesiæ facta oblatio. 38. 1. Item & ordinant. Ibid. 2
 Ordo vel Baptismus extra necessitatem ab hæretico illicitè suscipitur. 89. 2
 Orientalis diocesis in quatuor principatus olim divisa. 283. 1
 Orientalis Ecclesia bifariam sumitur. 240. 2
 Origenes ante v. Synodum fuit legitime condemnatus. 157. 1. atque etiam in ipsa v. Synodo. Ibid.
 Origenes dictus Adamantius, cur? 139. 2
 Origenes hæreticorum omnium origo. Ibid.
 Origenes omnium purgationem asseruit, in quo à S. Augustino explosus. Ibid.
 Contra Origenem acta v. Synodi non existant. 157. 2. Sed Canon undecimus ac Justiniani litteræ. 158. 1
 Origenis capitula Justiniano damnanda exhibentur. 157. 1
 Origenis errores de Deo ac Christo 135. 1. 2
 136. 1. 2
 Origenis errores de mente & Angelis. 133. & seqq. 173. 1. 2
 Origenis persona ac doctrina condemnata. 158. 1
 Ornamenta Ecclesiæ in sanguineos profunderet, enorme crimen. 45. 1
 Orithoena Provincia, ubi, & unde dicta. Edeffusa ejus Metropolis, olim Rages & Poase. 283. 1
 Otium necessitati Ecclesiæ non est præponendum. 71. 2

Papa,

P

Papa, id est, Presbyter. Idem interdum quod Clericus. Nomen est Pontifici Romano ac Patriarchæ Alexandrino proprium: Modò soli Romano Pontifici. 217. 1. 252. 2. Papa nomen est soli Pontifici Romano jam servatum. 73. 2. Palæstina, ejusque in tres Provincias facta divisio. 278. 2. Parthæ situs. 228. 2. Patres antiqui invenerunt voces, *Ingenitus*, & *Innascibilis* contra Sabellium. 327. 1. Patriarcha in alienas suæ dioceseos Provincias adfectus à vicinis Metropolitibus solitus est salutaris. 223. 1. Patriarcha in Synodis generalibus primitus cœpit usurpari. 252. 1. Est tamen antiquior. ibid. Id nominis à Judæis mutuatum. Justinianus in Codice Patriarchatum Judaicorum non meminit, cur? ibid. Nomen illud ad Metropolitanas nonnullos & Primates post extensum. 252. 2. Sed impropiè. Tres jure sunt Patriarchæ, duo per rapinam accessere. ibid. Patriarchæ crebrò appellati Archi-Episcopi. 223. 1. Patriarcharum ac Metropolitanarum omnis in Synodo generali dormit potestas. 265. 2. Patriarcharum non rara insolentia. 261. 1. 2. Patriarchatus Antiochenus à Principe mutilatus. 32. 1. Paulinus Antiochiæ Patriarcha cum omni sua communione fuit averfatus tres hypostasas. 338. 2. secutus Latinorum phrasin. ibid. à Romana Ecclesia plurima accepit beneficia. ibid. creditus cecidisse ad Sabellium ac Marcellum. 339. 1. Constantinopolitanæ Concilii tempore adhuc erat in vivis. ibid. fuit orthodoxus. 334. 2. S. Paulus Apostolus de Ufia & Hypostasi disputavit cum Gentilibus. 313. 2. Paulus Samofatenfis Christum asseruit purum hominem. Sanctissimam Trinitatem cum Sabellio confudit. 188. 1. 2. Paulus Samofatenfis Divinum Verbum substantiale, atque hypostaticum dixit, sed prolaticum dumtaxat, ac transitorium. 325. 2. ex voce *Homotifos* præterit importari non solam essentiam, sed etiam personæ singularitatem. 331. 1. propterea à Synodo Sirmiensi profectus. ibid. ejus errores. 330. 1. Peccatum Originale dicitur à S. Augustino naturale. 315. 1. Pelagiana hæresis actione quinta Synodi Ephesinæ discussa ac damnata. 208. 2. Pelagiani Ex-Episcopi in Synodo Ephesina ad suffragium non admissi. 12. 1. Pelagius cur professus sit tres in divinitate hypostasas? ibid. ibid. 342. 1. 2. Pensio relicti beneficii olim non fuit usitata. 80. 2.

Persona est rationalis naturæ individua substantia. 333. 1. Personarum nomen, cum Sabellius impugnaret Ecclesiam, necessariò in usum prædicationis assumptum. 303. 2. Phœnicia, ejusque facta divisio ac mutatio. 278. 1. 2. Phœnices ac Palæstina Ecclesiæ contra Canones in Patriarchatum Hierosolymitanum seu Æliensem per latrocinium Ephesinum translata. 280. 2. Philosophia Gentilis *Ufiam*, & *Hypostasin* censuit esse unum, & idem. 303. 2. Phorini, atque Marcelli blasphemia. 339. 2. Photium Tyriorum Metropolitanam inter & Eustatium Berytensem lis de jure metropolitico decisa. 272. 1. Pierius Presbyter Alexandrinus vir eruditus. 316. 1. novus Origenes ob insignem eruditionem fuit appellatus. ibid. erat Ecclesiæ Alexandrinæ Doctor, & Scholarum Præfectus. ibid. inconcinne locutus est de Sanctissima Trinitate. 316. 2. Ad Præscribendum in Episcopatu, modò trienniali, olim quadrienniali possessione opus. 288. 1. Præsides Concilii soli Episcopo Romano competit. 54. 1. Pragmaticus typus, quid? 272. 2. Non licet ex sacro pragmatico aliena Ecclesiæ-jura ab aliis Episcopis avertere. Nec id tentavit Theodosius. 271. 2. Pragmatica in detrimentum Canonum facta, abrogantur. 272. 2. Presbyteri officium, de quo in Regula S. Augustini. 75. 1. Princeps laicus Episcoporum causis sese immiscens, amat persequi, non tamen persecutor haberi. 259. 1. Laici ad hujusmodi judicia interdum ex causa admitti. ibid. Principes à Sacerdotibus interpellati, dare non possunt iudices: Adversus Petrum de Marca. 245. 1. Principis Christiani est fidem tueri, ac hæreses extirpare. 182. 2. Principis non est, causas Episcoporum criminales peregrinis alterius diocesis Episcopis delegare: Adversus Petrum de Marca. 207. 1. Principis non est mutantem Ecclesiam continere, rogatus potest auxilio adesse. 245. 1. Principis secularis in Synodo officium. 276. 1. Principum correctioni non subjacent Episcopi: Adversus Petrum de Marca. 244. 2. Princeps motu proprio potuit civitatem ad Metropolim erigere, quoad nomen & honorem. 84. 1. 2. Vide, *Imperator. Rex. Laicus.* Professio monastica à SS. Patribus mirifice extollitur. 69. 1. Professio fervorum, domino non consentiente est irrita. 72. 1. Propositio æquivoca successivè probari potest & damnari. 154. 2. Propositio, *Deus assumpsit hominem*, ante Nestorii tempora à Patribus securè usurpata. 251. 2. Vi-

Vide, *Christus.*

Propositio, *Divinitas est carni compassa*, item, *Deus est passus cum carne*, à S. Fulgentio damnatur. 268. 2.

Vide, *Christus.*

Propositio hæc, *Deus est passus*, quamvis ea nequiter Eutychiani abusi, est vera. ibid.

Propositio illa: *Unus est Trinitate non est crucifixus*, in Theodoro Mopsuesteno graviter reprehensa. 187. 1.

Propositio, *Verbum est passum per carnem*: non sic, *Deus est passus carne*, rectè improbat. 268. 2.

Propositio, *Unus est Trinitate est passus*, fidei Catholicæ non adverfatur. ibid. 1. Hinc fallitur Theodoretus. ibid.

Propositio, *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres hypostasas*, à Latina Ecclesia aliquando fuit improbata, atque proscripita. 341. 2.

Propositio. Vide, *Christus.*

Propositiones dogmaticæ possunt duplicem habere sensum. 330. 1.

Provinciæ quædam olim divise 83. 1. Quod vetat Canon duodecimus Chalcedonenfis. ibid. 2.

Pulcheriæ Augustæ encomion. 262. 2. 276. 2.

Q

Quinta Synodi prima collatio anno 504. Vigilio Papa & Justiniano Augusto. 182. 1.

In quinta Synodo Græci indebitè procefferunt. 185.

Quinta Synodustria Capitula condemnavit. Et in his Theodori Mopsuesteni personam. 198.

1. Decrevit itidem Episcopos in Ecclesiæ pace vita sanctos posse damnari, nullum tamen adduxit exemplum, sed S. Augustini autoritate nititur probare. ibid. Decreto suo quatuordecim adjunxit capitula in Synodo Lateranensi sub Martino I. lecta atque laudata. ibid. 2.

Quinta Synodi actio septima & octava à Monothelitis vitiata. 157. 2. Acta contra Origenem non exstant. ibid. Canon undecimus in Origenem exstat, ac etiam Justiniani litteræ. 158. 1.

Quinta Synodo peracta, ingens terræmotus exortus. 173. 1.

Quinta Synodus tandem à Vigilio confirmata, quando? ibid.

Quinta Synodi magna autoritas: Minor tamen quam priorum, cur? 174. 1.

Quinta Synodus ab Hispanis olim non recepta 175. 1. Hoc schisma à S. Gregorio extinctum. 176. 2.

In quinta Synodo quid peractum? 175. 1. 2.

Christ. Lupi Oper. Tom. II.

R

Abula (Theodori Mopsuesteni acris adversarius. 32. 2.

Ratramnus Monachus eruditissimus. 308. 2. scripsit contra Hincmarum Rhemensis Archi-Episcopum. ibid.

Regum non est in negotio fidei de Episcopis judicare, sed contrà. 269. 1. Quod præclarè à Martino Augusto servatum. ibid. 1. 2.

Relatio Antiochenæ Synodi ad S. Papam Dionysium est mutila. 330. 1.

Rex. Vide *Imperator. Princeps. Laicus.* Restrictio mentalis verum est mendacium. 281. 2.

Illius Nestoriani ac Pelagiani erant peritissimi. ibid. E Gentilibus duxit originem. 282. 1.

Reus criminaliter accusatus per procuratorem defendi non potest. 215. 1. 219. 2.

Resurrectionem vel sine vel cum æthereo corpore futuram Origenes autumat. 136. 1.

Ritus idem, nunc potest præcipi, nunc vetari. 152. 2.

Romana Ecclesia caput est omnium Ecclesiarum. 243. 1. 2.

Romanus Episcopus est plena Synodo superior. 257. 1. Illi soli competit Præsidentia; quamvis tamen solet per Legatos præesse. Catholicus seu universalis rectè nuncupatur. 257. 2.

Romani Episcopi in Synodis generalibus auctoritas. 284. 2.

Romani Legati. Vide *Legati.*

Romanus Pontifex nulla appellatione suspendi potest. 240. 2.

Romani Pontifices judicium suum per Synodum adversus obreptiones retractari interdum permiserunt. 246. 1.

Romani Pontifices potestas in suburbicariis regiones. 295. 1. Non est extraordinaria. ibid.

Romani Pontificis in omnes Patriarchas plena est potestas. 208. 2.

Vide, *Pontifex.*

Sine Romanæ sedis assistentia, non Synodus est, sed humanus conventus. 277. 2.

Romanæ sedis auctoritas. 253. 2.

S

Sabellius in Deo unicam essentiam, & unicam substantiam dixit. 303. 2. & 311. 1.

quando in Ecclesiam coepit grassari, 305. 1. Sabiniano à Dioscoro ejectus, rogat restitui. Legitimè est promotus. 296. 1. Si ejus prædecessor Athanasius de crimine non fuerit convictus, Sabinianus ejusdem erit Coadju-

tor. 296. 2.

Sacra jussio preces erant, non mandata. 51. 1.

Salgama, quid? profusa nimium subinde fuerunt, immò simoniaca. 291. 1. Pontifices

Z z Ro-

Romani ac Patriarchæ in sua consecratione soliti sunt distribuere. 291. 2. 292. 1.

Sanctorum invocatio & pro defunctis suffragia perperam ab hæreticis denegantur. 180. 1.

Scholares, qui? 258. 1.

Scholastici, qui? ibid.

Schytopolis secundæ Palæstinæ metropolis. 279. 1.

Sedi Apostolicæ supremæ in Synodis semper delata auctoritas. 185. 2.

Septimum, loci nomen. 213. 2.

Severiani circa quædam sentiunt cum Saracenis. 316. 2.

Severus Pseudo-Patriarcha Antiochenus adfirmabat Usiam, ac Hypostasim, Essentiam, & Subsistentiam esse unum, & idem. 307. 1. & 311. 2. origo factionis Tritheitarum. ibid. voluit unam in Christo naturam. 315. 2.

Simoniam in collatione Ordinum ac promotione ad officia Ecclesiastica damnatur. 67. 1.

Simonja juris humani. 67. 2.

Simoniam Regum ac procerum non est nova. 60. 1.

Stephanus ut Episcopus Ephesinus Synodo Chalcedonensi subscripsit. 286. 2. Translationem & intrusionem Bassiano opposuit. 287. 1. Ejus possessionem negavit esse pacificam, Ideoque ad præscribendum inidoneam. 287. 2. 288. 1. Stephano judicium S. Leonis patrociniatur, quod S. Flavianus fuerat executus. 291. 1. Cui proinde Stephanus, eum latrocinialiter condemnando, extitit admodum injurius. ibid. Stephanus Episcopatu exutus, cui sententiæ acquievit. Ejus insolentiæ Canonis decimo octavo dederunt causam. 293. 2.

Vide, *Bassianus*.

Subdiaconi Latini ad continentiam olim non adstricti. 89. 1. 2.

In subscribenda Synodo Ephesina non est accuratus servatus ordo. 206. 2.

Subscribere chartulæ Eutychetis Archimandritæ nonnulli recusarunt, id muneris Archiepiscopo deferentes. 215. 2.

Suffragia duo in Synodo Ephesina habuit Flavianus. Philippensis. 201. 1. Cur? ibid.

Suffragium in Synodis solis debetur Episcopis. Primo Monacho Barsumæ datum. 231. 2.

Sycæ Suburbii nomen. 214. 1.

Symbolum Constantinopolitanum à Chalcedonensi Synodo acceptatum. 253. 2. 264. 1.

Symbolum Constantinopolitanum Eutyches perfimè oderat, cur? Id in latrocinio Ephesino damnatur. 232. 2.

Symbolum Constantinopolitanum Hispania in Missa decantavit. 254. 2.

Symbolum Judaicum incerti authoris est. 183. 2. Theodoro Mopsuesteno falso adscriptum. 186. 2. 189. 2.

Ad Symbolum Nicænum additamenta Synodus Ephesina nullatenus proscripsit. 59. 1.

Symbolum Nicænum & Constantinopolitanum per definitionem Chalcedonensis Synodi canonizatur. 255. 2.

Symbolum Nicænum Nestorianam hæresin confutat. Ideoque novum nullum Ephesi est conditum. 209. 1.

Symbolum Nicænum seu Constantinopolitanum non alterandum. 166. 2.

Symbolo Nicæno nil addi vel demeri potest. 254. 1. Ei in Chalcedonensi Synodo acclamatum, uti & Constantinopolitano. ibid. Utrumque traditum catechumini, sed in Ecclesia Romana solum Apostolicum. 254. 2.

Synodus Constantinopolitana à S. Flaviano coacta adversus Eutychem à S. Leone confirmata. 52. 1. 2.

Synodus generalis adversus Nestorium ab Orthodoxis postulata. 5. 1.

Synodus generalis extra Romanæ sedis mandatum nihil potest. 277. 2.

Synodus non est, sed conciliabulum Episcopo Romano non consentiente. 284. 2.

Synodus generalis Papæ subjicitur. 113. 1. Conciliabuli statutum à Pontifice subinde recipitur, atque ei robar additur. 132. 1. 2.

Synodus Nicæna. Vide, *Nicæna Synodus*.

Synodus particularis generalem non potest judicare. 143. 2.

Synodi errores manifestos damnant, non præbabiles opiniones. 88. 1.

Synodi generales nova non revelant. Hinc SS. Patrum legi solita testimonia. 201. 1. 202. 1. 2. 208. 2.

Synodi generalis dignitas. 231. 2.

Synodi generalis est Apostolicum suffragium in litteris dogmaticis expressum confirmare. 276. 2.

Synodi potestas est à Pontifice Romano. 206. 1.

Synodi, priusquam ad definitionem fidei procedant, SS. Patrum scrutantur testimonia. 10. 1.

Synodi Provinciales de rebus ad suam Provinciam spectantibus dumtaxat poterant judicare. 272. 1.

Synodi Sardicensis Canones, non autem Antiocheni in Codice Canonum Ecclesiæ Latinæ exarati. 66. 2.

Synodus Sardicensis. Vide *Sardicensis Synodus*.

In Synodis generalibus ante omnia de fide tractatum, dein de factis: Secus dum fuit causæ appellatæ judicium retractatorium. 245. 2.

Synodum non licet cogere sine Romani Pontificis auctoritate. 244. 1.

In Synodo generali omnis Patriarcharum ac Metropolitanarum potestas dormit. 265. 2.

Synodorum generalium sententiæ ex nomine solius Romani Pontificis dictatæ, ac promulgatæ. 262. 2.

Synodus Antiochena prima quo tempore coacta fuerit, item secunda? 331. 2. vocem *Consubstantialis* non plenè discussit. 330. 1.

Synodus Alexandrina S. Athanasii. 336. 2.

Synodus Ariminensis ex Nicæno Symbolo expunxit has voces: *ex Substantia Patris & Consubstantialis Patris*. 314. 1. Sy.

Synodus Sardicensis fuit ex solis fere Occidentalibus, ac Latinis Episcopis. 339. 2. Ideoque vocem *Hypostasis* censuit synonymam cum voce *Usia*. ibid. cur absolverit Marcellum, ac factionem Eusebianam. 339. 2.

Synodus Syrmienensis induxit vocem *Impassibilis* contra Photium. 327. 1. in quo fundaric suum de abolenda voce, *Homousios*. 331. 1.

Synodus Seleuciensis in duas divisas factiones. 332. 1.

Synopiffare, quid? 235. 2.

T

Tertullianus distinguit naturam à Substantia. 315. 1. per naturam intelligit accidentia. ibid. utitur voce *Consubstantialis*. 325. 2.

Theodoretus magnus Paulini Patriarchæ Antiocheni adversarius. 340. 1.

Theodoretus à variis Synodis proscribitur, cur? 226. 2. Diofcori tribunali subjacere non recusavit. 32. 1.

Theodoretus fallitur dum veritatem ait esse mentitam. 179. 1.

Theodoretus Synodi Ephesinæ adversarius. Nestorii fautor, Sancti Cyrilli duodecim Capitula impugnavit. 193. 2. ejus dogmata ac scripta. ibid. Synodi interlocutio de Theodoreti scriptis. 194. 1. fallitur. ibid. 2. Is aliquando graviter exorbitavit. ibid. At Nestorium ex animo damnavit, ac cum Sancto Cyrillo in pacem rediit. 195. 1. Epistola sub ejus nomine ad Nestorium, illi affingitur. 194. 2. Scripta sua adversus duodecim S. Cyrilli Capitula nunquam revocavit, cur? 195. 1.

Theodoretus, ubi Romam appellarat, Episcopatu restituitur. S. Cyrilli Capitulis manfit adversarius. Ejus eruditio ac eloquentia Eutychanis formidabilis. 245. 2. Ad accusandum in Concilio Chalcedonensi admissus. 246. 1. Quin immò, licet multis reclamantibus, ad synodale suffragium. 246. 2. Ab omni hæreseos suspitione sese liberavit. 249. 2. In Concilio Chalcedonensi fidei Catholicæ egregiam navavit operam. 256. 2. Jussus palam anathema dixit Nestorio. 281. 2. 282. 1. Sedi & dignitati restituitur. 282. 1.

Theodoreti non est Epistola, quæ est de Cyrilli morte. 164. 2.

Theodoreti scripta à Justiniano Nestorianismi infimulata. 183. 1. Iis anathema acclamatur. 186. 2.

Theodoreti scripta quædam condemnata, non persona. 163. 2. 164. 1.

Theodorus Mopsuestenus de lapsu carnis in adolescentia accusatus. 159. 2. Nestorii magister, plurima Nestoriana dogmata conscripsit. ibid. Ejus nomen ex Ecclesiæ tabulis erasum. 160. 1.

Christi Lupi Oper. Tom. II.

Ab aliis immodicè laudatus. Ibid. & defensus. Ibid. & 160. 2.

Theodorus Mopsuestenus Eutychanis invisus. 33. 1.

Theodori Mopsuesteni è dyptichis erasio occasionem præbuit Provinciale Synodum cogendi. 180. 2. Justinianus in personam vehementer invehitur. 183. 1.

Theodori Mopsuesteni persona à v. Synodo damnatur. 198. 1.

Theodori personam Primates Synodi damnatam noluere. 186. 2. SS. Patrum scripta ei adversa recitata. 187. 1. Palmare capitulum: *Unus è Trinitate non est crucifixus*. 187. 2. De sexaginta articulis accusatur. 190. 1. Quo sensu ab eodem fuerint asserti, longa lis. 190. 2. 191. 1. Verum habuisse verba & sensum Nestorianum Ecclesia judicavit. 191. 1. Theodorus in Ecclesiæ pace dicitur defunctus, at non probatur. 193. 1.

Theodorus Mopsuestensis Episcopus Christum Dominum esse duas naturas, & unum filium professus est. 311. 1. naturas pro personis accepit. Ibid. 2.

Theodorus, Pseudo-Patriarcha Antiochenus fuit Tritheita. 316. 1.

Theognostus non abhorruit à vocabulo substantiæ. 324. 2. magnus doctor. 325. 1.

Tiara, quid? 6. 1.

Transmigratio animarum ab Origene asserta. 134. 2.

Tribunus, quis? 225. 1.

Tritheitæ factio Eutychiana. 311. 2. orta à Severo Pseudo-Patriarcha Antiocheno. Ibid. in Deo posuerunt tres essentias, atque naturas. 315. 2.

Tyria Synodus in causa Ibæ anno 449. Ibid. 2.

V

Valentinus hæresiarcha dixit suos Egonas consubstantiales. 328. 1.

Vasa aurea in Ecclesia usurpari S. Hieronymus non damnat, sed excessum. 37. 2.

Vasa sacra etiam in mediis persecutionibus admodum fuere pretiosa. 36. 1.

Verbum Divinum ac Spiritum Sanctum esse mentes nostris consubstantiales Origenes docuit. 136. 1.

Veritas mentiri nequit. 179. 1.

Vigilius de tribus Capitulis sententiam rogatur. 167. 1. A Justiniano Constantinopolim evocatur. 168. 1.

Vigilius definitionem trium Capitalorum rogatus, recusavit, uti & Synodi Præsidentiam. 183. 1. 184. 1. 2. Noluit in Synodum consentire. 185. 1. Se solum resoluturum promisit. Ibid. 2. Virtute sui iudicati haudquaquam præfedit, quippe quod per suum Constitutum cassavit. 197. 2.

Vigilius omnia Justiniani acta cassavit, &c. 168. 2.

Vigilius pro Sylverio ordinatur, ut tria capitula proferberet. 159. I
 Vigilius v. Synodo noluit præfideri: 171. 2. Sexaginta articulos Theodori Mopsuettiensis ut hæreticos damnavit. 172. I
 Vigilius v. Synodum tandem confirmavit, quando? 173. I
 Vigilius violentia adactus, tria Capitula, adjecta clausula, condemnavit. 169. I. Quod iudicatum de vario excessu ab Episcopis Aëtiis est notatum. 169. I. 2. A tota Ecclesia Latina condemnatum. 169. 2
 Vide, *Tria Capitula*, lit. C.
 Vigilius aëta circa damnationem trium Capitulorum. 170. 2
 Virgo Maria, *Christipara* est: Quamvis eo nomine compellari merito fuerit interdictum, cur? 142. I
 Visitatoris officium. 269. I
 Vitalis fuit Meletii Presbyter apud Antiochiam, postmodo ab Apollinarii factione erectus ibidem in Episcopum. 334. 2
 Unionem in Christo secundum compositionem SS. Patres asseruerunt. 141. 2
 Voces, *Ingenitus*, & *Innascibilis*, à SS. antiquis Patribus inventæ contra Sabellium. 327. I
 Voces, *Trinitas*, *Persona*, *Subsistentia*, Alexandrina Synodo antiquiores. 304. I. introductæ ex occasione Sabellianæ hæresis. Ibid. ante illud tempus non fuere apud Ecclesias. Ibid. & 304. 2.
 Voces *Subsistentia*, & *Substantia* apud aliquos SS. Patres confusæ. 306. I
 Voces, *Trina Deitas*, antiquissimæ. 308. I. ab Hincmaro reprobata. Ibid. à Joteschalcho defensæ. 309. I. per illas non inducitur Arii hæresis, aut Tricheitarum. Ibid. 2. nunquam à Romana Ecclesia proscriptæ. 310. 2. resumptæ à D. Thoma in Hymno pro matutino Venerabilis Sacramenti officio. Ibid.
 Vocum acceptio, quam dudum sepelivit Ecclesia, non est revocanda in lucem. 319. I
 Vota antiquis Patribus non incognita. 77. I
 Vox, *Apocalypsis* inducta à 70. interpretibus & ab Apostolis probata. 327. I
 Vox, *Christianus*, inducta ab Antiochena Apostolorum Synodo. 327. I
 Vox, *Essentia*, explicatur. 314. I. & seqq.
 Vox, *Homousion*, plene evertit hæresin Arianam. 322. 2. per plures synodos curarunt Ariani, ut damnaretur. 322. 2. erat tessera discernens inter Catholicum & Arianum. 323. 2. in sa-

cris scripturis non inveniri aiebant Ariani 324. I. an fuerit nova apud Ecclesias, & ignota anterioribus Nicæno Concilio Patribus? 324. 2. non fuit inventa, sed tantum probata à Synodo Nicæna. 325. I. est antiquior Dionysii Alexandrino, & Romano. 325. 2. est ab ipsis Apostolis. 325. 2. invenitur in sacris scripturis saltem quoad rem significatam. 326. I.

Vox *Hypostasis* cum voce *Substantia* non est synonyma. 304. I. apud nonnullos idem significant. 306. I. apud antiquos & Græcorum & Latinorum significabat & naturam & personam. 318. I. Orientales mallebant accipere pro Persona, Occidentales pro Essentia. Ibid. quid significet? 318. I. & 319. I. 2. Hypostasis tributa etiam animalibus, ac rebus inanimatis. 319. 2. quomodo distinguatur ab Usia. Ibid.

Vox, *Impassibilis*, à Syriensi synodo contra Photium inducta. 327. I

Vox, *Natura*, explicatur. 314. & seq. hujus vocis significatio non percepta à Gentilibus. 314. 2.

Vox, *Persona*, aliquando significat Dignitatem, & qualitatem. 305. I. est antiquior S. Dionysio Alexandrino. Ibid. frequenter utitur Tertullianus. Ibid. & 305. 2. est antiquissima apud Ecclesias. Ibid. quomodo distinguatur à Natura. 319. 2

Vox *Subsistentia* dudum non fuit apud Ecclesias, & dum esse cepit, dudum fuit ambigua significationis. 306. I

Vox, *Substantia*, an in sacris litteris reperiatur. 325. 2. & 326. I. an sit idem cum verbo *Hypostasis*? 333. I

Vox, *Trinitas*, inducta adversum Macedonianos. 307. 2. probata à Synodo Antiochena. Ibid. est Sabelliana hæresis antiquior. Ibid. ea adversum Valentinianos, & Praxeanos frequenter utitur Tertullianus. 307. 2. eam Valentinus à Platone accepit. Ibid. est Evangelii temporibus antiquior. 308. I


X

Xenia Episcopo dari solita *consuetudines* appellata, cur? 38. 2

Xenia fuerunt varia. 38. 2. 39. I

Xenia in Paschate olim ab Episcopo Edesiense Clericis erogata. 34. 2

FINIS INDICIS.



BENEVOLO LECTORI



Ræter Dissertationem præcæmalem de Arii personis, atque erroribus, quam in primi voluminis fronte publici juris fecimus; plura ex ipsius Auctoris mente vel adjecimus, vel expunximus in dissertatione de Symbolo Apostolico, atque Nicæno, ut ibidem præfati sumus. Quò verò facilius percipi queat, qualis, quantaque facta fuerit innovatio, quàmque in dies doctissimi viri profecerit eruditio, Litteratorum consilio optimum factu duximus, si hic eandem ipsam de Symbolis dissertationem subjiceremus, qualem primò contexuit, ac edidit illustris Auctor, cum aliàs novam hanc cum veteri conferre propter prioris editionis præcipuè in Italia nostra raritatem eruditorum curiositati minime sit in promptu. Præterea ne quid celeberrimi Scriptoris intercidat, haud omittendam censuimus Epistolam, qua primam hujus Operis partem Alexandro VII. Pontifici Maximo Lupus noster inscripsit. Postremò clarissimi Patris Bernardi Desirant litteras, quibus Reverendissimo Patri Francisco Mariæ Querni ineditam de Meletii, & Arii personis atque erroribus præcæmalem dissertationem, & auctiorem illam de Symbolis Apostolico, & Nicæno misit, earumque fata descripsit, in hujus voluminis colophonem hic exhibemus. Vale.

DISSERTATIO DE SYMBOLO APOSTOLICO, ET NICÆNO.

CAPUT PRIMUM.

Quid sit fidei Symbolum in genere?



I. cont. Va.
Ient. c. 4.

I. 2. C. 23.

Uod nos fidei Symbolum, Tertullianus ac alii antiqui Latini passim vocant *fidei* aut *veritatis Regulam*, Matremque Catholicam ab ejus integra custodia Ecclesiam authenticæ Regulæ. Vox porro *Symbolum* duas significationes habet, de quarum prima venerabilis Beda in Commentariis Proverbiorum: *Symbolum Græcum nomen est, & interpretatur collatio. Est autem collatio sermonum, sicut in consiliis solet; est & pecuniarum, sive aliarum rerum.* Etiam conviviium ex collatis per varios ferculis conflatum est Symbolum. Altera significatio indicium, signum distinctivum, veralemque militum testem significat, de qua Rufinus, Aquilejensis Ecclesie Presbyter, in Symboli Apostolici expo-

sitione ad Laurentium Episcopum: *Et in bellis civilibus hoc observari serunt. Quoniam & armorum habitus par, & sonus vocis idem, & mos unus est, atque instituta bellandi eadem, ne qua dolis subreptio fiat, Symbola discreta unusquisque Dux suis militibus tradit, quæ latine signa vel indicia nominantur: ut si forte occurrerit quis, de quo dubitatur, interrogatus Symbolum, prædat si sit hostis, an socius.* Sic, teste Arnobio, ejusdem solennitatis conscii Symbola proferebant, quibus & sese agnoscerent, & fecerent ab aliis. Cur veralem militum testem Rufinus dicat solis civilibus bellis usitari, nescio: Omni expeditione usitam Romana docet historia, praxisque hodierna. Utraque significatio quadrat nostræ Regulæ, præsertim illi, quam Apostoli composuerunt, qui & creduntur vocem *Symbolum* in Ecclesiam introduxisse. *Apostoli*, inquit Rufinus, in mundi

mundi regiones ab invicem discessuri normam prius futuræ prædicationis in commune constituunt, ne forte alius ab alio abducti diversum aliquid his, qui ad fidem Christi invitabantur, exponerent. Omnes ergo in uno positi, & Spiritu Sancto repleti, breve illud futuræ sibi prædicationis indicium, conferendo in unum quod sentiebat unusquisque, componunt, atque hanc credentibus dandam Regulam statuunt. Symbolum hoc multis & iustissimis ex causis appellari voluerunt. Hæ causæ sunt jam dictæ Symboli significationes. Ea enim Regula est vera pluri in unum collatio, quoniam in his sermonibus unusquisque Apostolus in unum contulit, quod sensu: Quisque suum articulum. Est & indicium, signum distinctivum, verbalis tessera. Idcirco quippe istud indicium posuere, per quod agnosceretur is, qui Christum verè secundum Apostolicas Regulas prædicaret aut crederet, ut quisquis hanc Regulam aut nesciret aut sperneret, tamquam à veris Evangelii lineis devius fugeretur. Sic antiquus Tertullianus in libro præscriptionum vocat confessionem hospitalitatis: frater advena hospitio recipiendus, rogabatur hanc tesseram, eamque doctrinam non adferenti nullus locus in domo, quomodo mandat Apostolus Joannes. Et hæc posterior significatio jam pridem magis placuit. Etenim Chalcedonensis Synodus in Relatione ad Martianum Augustum, Symbolum Nicænum vocat *fidei signaculum*; & in fidei definitione *tesseram pietatis*: Nullibi collationem. Et meritò. Solum quippe Apostolicum Symbolum, in quod quisque Apostolus suum articulum contulit, collatio fuit.

Sanctus Leo magnus in Epistola ad Pulcheriam Augustam scribit Symbolum oportere esse *Brevem ac perfectam confessionem*. Rufinus *brevem prædicationis indicium*, in quo complentur Prophetiæ: *Verbum consummans & brevium*. Et Sanctus Augustinus in libro de Symbolo. *Est autem fides Catholica in Symbolo nota fidelibus, memorieque mandata, quantum res passa est, brevitate sermonis, ut incipientibus atque lætentibus, paucis verbis credendum constitueretur, quod proficientibus & ad divinam doctrinam surgentibus, multis verbis exponendo esset perficiendum*. Quare Symbolum eleganter definiit Synodus Petricoviensis: *Est brevis credendorum collectio*. Quæ qualitas etiã à militari in nostrum venit, constante passim ex unico verbo. Pertinax factus Augustus pro primo Symbolo dedit, *Militemus*; Severus moriens, *Laboremus*; Antoninus Pius, *Equanimitas*; Nero primo imperii die, *Optimam matrem*; longissimum fuit Claudii, versus quidam, Symbolum quippe in omnium memoria sine hallucinationis metu assidue debet vivere: Et quidem nostrum in memoria tot mille millium idotarum. Hinc necesse sit paucarum syllabarum. Quare vocem ampliavit Sanctus Leo Magnus in Epistola ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum, longam satis Synodi Chalcedonensis de fide definitionem vocans *Symbolum Chalcedonense*. Synodus enim à se non condidit novum, sed vetus solummodo Nicænum exponi disertè est protestata. Ad solam discrimandi vim, quam inter Catholicos & Eutychnianistas exercuit dicta

definitio, Pontifex attendit. Esse item debet confessio perfecta, verbum consummans: Hoc est, omnium omnino credendorum collectio, certis vocum finibus circumscripta, uti in Heronis Philosophi Encomio dicit Gregorius Nazianzenus; in qua, ut rectè Rufinus, nihil poni possit ambiguum, nihil obscurum: Addit ille ita Symbolo Apostolico omnino provisum à Spiritu Sancto. Quomodo filii Noe in gentes dissipandi turrim superbiæ, rebellionis, confusionis; ita in easdem dividendi Apostoli istud fidei, obedientiæ, unitatis signum posuere, tamquam munimentum ex dominicis lapidibus ædificatum nullis umquam hæreticorum aut aliorum infidelium procellosis arietationibus subvertendum. Hinc Augustinus in loco jam memorato. *Sub ipsis paucis verbis in Symbolo constitutis plerique hæretici venena sua occultare conati sunt*. Nullus unquam, nisi duplicis divinitatis fabulones, ausus est ipsi renunciare. Tertullianus, Praxeas, Arius, Photinus, Nestorius, Eutyches aliud non tentavere, quàm nugæ suas Symbolo conformes ostendere, ita rati abundè expurgatas.

CAPUT SECUNDUM.

An breve nostrum Symbolum sit reverè Apostolorum?

Quidam hodie non tantum hæretici, sed & Catholici Apostolicam hujus Symboli originem ad Apocrypha abiciunt. Primus abjecit Marcus Ephesiorum Metropolita, Latinæ Ecclesiæ hostis insensibilis, eo effugio Juliani Cæsari, Cardinalis longè doctissimi, argumenta elisum iri credens, uti in Florentini Concilii Historia scribit Sylvester Sguropulus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Cruciger, ac in dicto Concilio comes Josephi Patriarchæ. Adversus illum nolo cum Matthæo Paris adducere testimonium Josephi, Judæi ambulantis: fabulis id adnumerò. Nec item Joannis Ragusini, in Synodo Basileensi disputantis contra Joannem Rockii-sannam, Hussitarum Primatem. *Nusquam legitur in sacris litteris, quod Apostoli Symbolum composuerint, aut fecerint, vel in duodecim articulos distinxerint, & tamen fideles tenent & credunt, immò & nominant ipsum Symbolum Apostolorum, & hoc non nisi auctoritate Ecclesiæ, & specialiter Concilii Nicæni, cujus etiam auctoritate & articulus de descensu Christi ad inferos tenetur, firmiter creditur*. Etenim de Apostolorum Symbolo Nicæna Synodus omnino non meminit, neque de Domini ad inferos descensu. Ragusinus hallucinatur. Rectè tamen urget communem fidelis populi sensum, de quo rectè Augustinus: *Vox populantis est quandoque doctrina salutaris*. In ejusdem Augustini Appendice existant sermones antiqui & varii Sym-

Symbolum istud Apostolis disertè adscribentes, Hincmarus Remensium Metropolita, apocriphorum hostis insensus, hæc scribit in elaboratissima Epistola adversus Nepotem suum, Episcopum Laudunensem. *Quintam Synodum Apostolorum Patres nostri fuisse tradunt, quando tempus adimplentis advenit, ut in omnem terram exiret sonus eorum. Et tunc Symbolum, sicut universalis Ecclesia tenet, considerunt*. Hoc ipsum dicit antiqua fatis Synodus Augustodunensis.

Et quid multis? Habemus testes multos irrefragabiles. Antiquus Tertullianus in Libro Præscriptionum hæc dicit. *In ea Regula incedimus, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo tradidit*. Ea utique Regula, cujus ipse & in hoc ipso Libro, & in Libro de velandis virginibus singulos ferme articulos adducit. Sanctus Ambrosius in Epistola ad Siricum Papam. *Credatur Symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratam semper custodit & servat*. Sanctus Hieronymus in Epistola ad Pammachium contra Joannem Hierosolymæ Episcopum: *In Symbolo fidei & spei nostræ, quod ab Apostolis traditum non scribitur in charta, sed in tabulis cordis carnalibus*. Plena Ephesina Synodus in Relatione ad Theodolum Augustum de Nestorii depositione: *Fides*

Epist. 33. 4. 24.

C. 37.

C. 19. C. 1.

L. 1. Epist. 7.

Epist. 61. c. 9.

L. 1. f. 379.

C. 18.

C. 41.

Serm. 4. c. 8.

C. 3.

Epist. 26.

Epist. 13.

L. 4. c. 58.

quomodo vocem *Statio*, de qua Tertullianus in novissimo capite Libri de oratione. *Statio de militari exemplo nomen accipit; nam & militia Dei sumus*.

Neque spernenda est jam adducta Symboli expositio ad Laurentium Episcopum. Est antiquissima, per alios Sancto Cypriano, per alios Sancto Hieronymo adscripta. Hodie constanter Rufino adscribimus. Ejus sanè auctor proficitur se Aquilejæ baptizatum, peritumque moris Ecclesiastici Romani, quæ omnia Rufino quadrant. Esse illius cum laude testatur Genadius Massiliensis. *Proprio labore, immò gratiæ Dei Dono, exposuit Rufinus Symbolum, ut in ejus comparatione alii non exposuisse credantur*. At dicet quis. Quare Apostoli Symbolum, si quidem ipsorum, non tradidere scripto, quomodo orationem Dominicam? Idem Rufinus dat causam. *Idcirco hæc non scribi chartis atque membranis, sed cordibus retineri tradiderunt, ut certum esset, neminem hæc ex lectione, quæ interdum pervenit etiam ad infideles solet, sed ex Apostolorum traditione didicisse*. Et supra à Sancto Hieronymo addivimus Apostolicum Symbolum non scribi in charta, sed in tabulis cordis, ut esset Christianæ professionis signaculum certum ac securum, exclusio omnis fictionis, ut quis illius peritus sine metu tamquam fidus frater in communionem admitti posset, utpotè noscens arcanam solis probatis & sola voce credi solitam Christianitatis confessionem. Jam supra dixi attendisse Apostolos ad naturam tesserae militaris: Obasidas Judæorum ac Gentilium in nos insidias, de quibus in Libro Apologetico Tertullianus.

Aliam causam scribit Petrus Chrysologus, Ravennatum Archi-Episcopus, hæc declamans ad suos Catechumenos. *Hoc spei factum, hoc salutis placitum, hoc vite Symbolum, hanc fidei cautionem mens teneat, conservet memoria, ne Divinitati pretiosum munus depreciet charta vili, ne mysterium lucis atrum tenebret atramentum, ne Det secretum habeat indignus ac profanus auditor*. Adeo ipsum scribi noluerunt Apostoli, eorumque successores Episcopi, ut nec ab ipsis Catechumenis, adjuvandæ discantis memoriæ causa, describi paterentur. Nempe ob generalem secreti legem, quæ de omnibus fidei nostræ arcanis dici iussit, *Nolunt fideles*. Nicænum Symbolum historis suæ inferere putarat Hermias Zozomenus, verum jam dicta lex vetuit, de qua ipse. *Cum pii viri, iique amici, & rerum generis periti, me docerent res ejusmodi à Sacerdotibus solum & Episcopis tum debere dici, tum audiri, eorum sane approbata consilium*. Nam verisimile est nonnullos, qui non sunt initiati mysteriis, hunc librum perlecturos. Hoc secretum ante datam Ecclesiis à Constantino Augusto pacem nullus Christianus Scriptor libris suis inseruit, nisi unicus Tertullianus. Et quidem vocem compendio immutatum. Quæ omnia respiciens doctissimus Cardinalis Julianus Cæsarius respondit Marco Ephesio ipsum Romæ in Archivis servari, ut primarium monumentum. Creditur ab Apostolo expressum in Epistola ad Hæbreos, dictusque *Sermo inchoationis*.

L. 1. f. 379.

L. 1. f. 379.

Cap. 7.

L. 1. c. 19.

Cap. 6.

CAPUT TERTIUM.

Exponitur Symbolum Nicænum.

Ad usque Arianos solo Apostolico Symbolo contenta ac usa fuit omnis sub cœlo Ecclesia. Novam dari fidelibus orthodoxis tesseram Arius coegit, de quo Sanctus Gregorius Nazianzenus in encomio Heronis Philosphi. Nicæna Synodus *Certis finibus ac verbis divinitatis doctrinam circumscriptis*. Eam ab Hermiæ Zozomeni conscientia omiffam Sanctus Athanasius inseruit litteris suis ad Jovinianum Augustum, Basilus Magnus professioni præscriptæ Eustatio Sebastensium in Armenia Episcopo, Sanctus Leo Pontifex litteris ad Leonem Augustum, Socrates Historiis suis, aliique id genus testes irrefragabiles. Rectè illud Athanasius in Epistola ad Episcopos Africanos dicit esse *Trophæum & columnam, in qua omnes hæreses ostentui inscriptæ sunt, ac triumphantur*. Nequaquam illic triumphatus solus Arius. Etenim Theophilus, Alexandrinus Episcopus, in litteris ad Porphyrium, Antiochiæ Patriarcham, lectis & probatis in quinta Synodo, Basilus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus & Archimandrita, in precibus Theodosio Augusto ac Valentiniano tertio contra Nestorium Episcopum suum exhibitis, inferitque primæ parti Synodi Ephesinæ, nec non Sanctus Cyrillus, dicti Theophili Successor, in Libro de Incarnatione Verbi, inserto in tertiam ejusdem Synodi partem, disertè dicunt damnatum illic & Paulum Samosatensem, & Antiochenæ Synodi in ipsum de fide sententiam probatam & confirmatam. Utique his verbis: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus. Et eleganter exponit Synodus Chalcedonenfis in Relatione ad Martianum Augustum. Quod descendit quidem, hæc dicta sunt spontanea potestatis condensationem describentia; dicens verò; Et incarnatus est, veram assumptionem nostræ carnis, & ex Virgine per nativitatis unitatem ostendit. Quod verò inhumanatus est, in ipso nostræ naturæ plenitudinem ex anima rationali & corpore manifestat. Addit Synodus hæc à Nicænis Patribus adjecta contra Divinæ incarnationis subversores: Nequaquam Arium, sed omnino Paulum Samosatensem. Unde & decimus nonus Canon Nicænus decidit etiam de Paulianistarum Sacramentis. Scio etiam Arianos circa Domini incarnationem errasse. Circa vocem, *Inhumanatus est*. De quo Sanctus Augustinus in libro de Hæresibus. *Christum sine anima solam carnem suscepisse arbitrantur. Hoc & Epiphanius non tacuit, & ego ex eorum quibusdam scriptis & colloquutionibus certissimè comperi*. Nihilominus eos non tangit Symbolum Nicænum. Pergit enim Augustinus. *Sed in eo minus notè sunt, nec adversus eos ab aliquo inventi de hac re**

aliquando fuisse certatum. Nempe non ipsius Arianus est, sed error posterior Arianorum.

Secundo itaque Apostolici Symboli articulo contra Arium hæc sunt adjecta: *Ex Patre natum unigenitum, id est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri.* Adjecta sunt ad circumscribendos dolos Arianos, Eusebii Nicomedientis Episcopi, & Asseclarum; quos Sanctus Athanasius in Epistola de Nicæno fidei decreto fuisse dicit animo magis varios, atque mutabiles, quam sint coloribus chamaleontes. Dixere illi Deum Verbum esse nobiscum ex nihilo, cui blasphemix synodus opposuit vocem, *Ex Patre*. Dixere illud more nostro creatum & factum; Synodus *Natum*. Dixere more nostro Filium Dei per gratiam; Synodus *Unigenitum*, utique non gratia, sed natura. Et hæc quidem sufficiebant. At vide chamaleontes. *Eusebii*, referente Athanasio in Epistola ad Episcopos Africanos, *ejusque fautores, perversa sua opinione à vero abducti, dixere inter se, hisce consentiamus, etenim nos quoque ex Deo sumus, unus nempe Deus, ex quo omnia. Quomodo vocem Unigenitus intellexerint atque receperint, edisserit Athanasius in Epistola de Nicæno decreto. Per summam impudentiam dixerunt se ad istum modum putare filium prærogativam præ aliis habere, unigenitumque appellari, eò quod unus ille à solo Deo conditus sit, cætera verò omnia à Deo per ipsum. Sensum suum de voce *Natum* exponit apud Theodoretum ipse Eusebius in Epistola ad Paulinum, Tyrionum Metropolitanam, eadem lepra fœdissimum. *Scriptura etiam de hominibus sic loquitur, filios genui, & exaltavi*. Hinc pergit Athanasius in Epistola ad Episcopos Africanos. *Episcopi, eorum astutia cognita, plenius explicarunt illud, Ex Deo esse; scripseruntque filium esse ex Essentia Dei, seu substantia Patris, ita ostendentes longè aliter verbum, aliter creaturas esse ex Patre. Addidere, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero. Causam dat Sanctus Basilus in fidei professione præscripta Eustatio Episcopo Sebastensi. Et hoc constituendum est, quod in propria persona sit Pater, in propria Filius, quem admodum & ipsi Patres manifestè exposuerunt, dicentes: Lumen de lumine. Nam aliud est Lumen gignens, aliud quod gignitur: Lumen tamen & lumen utrumque, ita ut unum sit & idem essentia verbum. Addidit tamen Synodus, *Genitum, non factum, consubstantialem Patri*. Atque ita omnes Eusebianas artes elisit, plenèque obstruxit omnes rimas dolosæ evasionis. Hinc voces illas adeo cum paucis asseclis averfatus fuit Eusebius, ut Episcopatu exui & relegari maluerit, quam eas profiteri. Dixit novas, canonicis Scripturis incognitas, blasphemias, aut certè de blasphemia suspectas, scandalosaque, ac piarum artium offensivas, utpotè quæ corporeæ partitionis, derivationis, aut productionis passionem significarent, aut saltem significare viderentur. Eadem improbarat & Eusebius Cæsariensis in Palæstina Metropolitanus, attamen ante Synodi finem ex Constantinensi Principis reverentia suscepit: Recepit tandem recipiendæ sedis libidine & Nico-**

Nicomediensis Episcopus, at fallacissimè, ut docent theatrica & arenaria spectacula, quibus ambo post Constantinensem mortem & voces illas & omnes sub cœlo Ecclesias hostilissimè arietarunt.

De Ecclesiâ, Sanctorum communione, aliisque vicinis articulis nihil edixit Symbolum, quod illos nemo hæreticus edo usque pulfasset. Hinc & de Spiritu Sancto hæc pauca. *Et in Spiritum Sanctum*. Ad Cledonium enim scribit Sanctus Gregorius Nazianzenus. *A Patribus illis minus plenè de Spiritu Sancto dictum est, quoniam nondum coorta atque excitata hæc quæstio fuerat*. Et Sanctus Basilus in professione Eustatii Sebastensii. *Sententia de Spiritu Sancto in transcurso sine omni diligentia posita est, propterea quod nondum esset mora ista quæstio, sed adhuc credentium mentibus securus, & nullis objectis insidiis inisset de Spiritu Sancto intellectus*. Quapropter labitur Gelasius Cyzicenus in præfatione sua dicens Arianos in Nicæna Synodo non solum contra Filium Dei, sed etiam contra Spiritum Sanctum blasphemasse. Nihilominus rectè Sanctus Athanasius culpam factionem Macedonianam, quod suum de Spiritu Sancto errorem blatèret fidei Nicæna non adverbisari. Etenim, uti ad Africanos Episcopos scribit, *Eadem illa Synodus blasphematores Spiritus Sancti subvertit. Nam cum Patres statuisent de fide in Filium, id statim adjectum voluerunt, Credimus & in Spiritum Sanctum, ut perfectam & plenam de Sancta Trinitate fidem, confessionemque absolventes, formam ejus, quæ in Christo est, fidei & doctrinam Catholica Ecclesiæ exhiberent*. Quod ipsum tradit in Epistola ad Jovinianum Augustum, quam Historix suæ inseruit Theodoretus. Ille quippè, in quem credimus, est solus verus Deus. Et hinc Macedoniani non minus Nicænam odere Synodum, quam Constantinopolitanam. Sabinus, eorum Metropolitanus Heracleensis, apud Socratem dicit Nicæna Synodi Episcopos fuisse rudes atque imperitos: Circumscribere conatur auctoritatem Sancti Athanasii, à quo jam supra audivimus Nicænam Synodum esse trophæum & columnam omnium hæresion triumphatricem. Dixit illud præsertim adversus Macedonianos. Pulchre Socrates: *Illud secum Sabinus non cogitat, Episcopos, qui Concilio aderant, licet fuissent imperiti, animis tamen à Deo illustratos; & Spiritum Sancti gratia imbutos, nullo modo à veritate aberrare potuisse*. Hoc & sibi dictum accipiant Lutherani & Calvinistæ, Sabiniana calumnia impetentes Synodum Tridentinam.

Pergit Symbolum. *Eos, qui ex alia substantia vel essentia dicunt esse Filium Dei, anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia*. Vox, *substantia*, respondet voci Græcæ, *Hypostasis*; nos Latini hodie ac pridem illam omisimus, vocemque *Substantia* ex causis usurpamus. Synodi scopum exponit Sanctus Basilus in professione Eustatiana. *Nonnulli ex illis, qui impietatem Sabellii Lybici sectantur, Hypostasin & Usam idem esse arbitrati, illic argumenta ad evadendam blasphemiam suam trahunt, quod in Nicæna fide ita scriptum est: Si verò quisquam ex alia essentia vel substantia Filium esse dixerit, hunc anathemate rejicit Catholica & Apostolica Ecclesia*. Non enim idem esse dixerunt Patres illi essentiam & substantiam. Si enim voces illæ unam & eandem significationem haberent, quid alterutram ponere opus fuisset? Sed liquet idèo positas, quod alii quidem Filium ex Patris essentia negabant, alii verò & ipsi non esse ex Patris essentia Filium dicebant, adiciebant autem ex alia quoque esse substantiam quadam: Atque ita utramque opinionem tamquam alienam à sensu Ecclesiastico, à Sanctis Patribus rejectam esse. Alioquin ubi mentem suam simpliciter declararunt, ex Patris essentia Filium esse dixerunt: nec adjecerunt, Et ex illius hypostasi. Itaque illud quidem ad reprobandum malum sensum positum est; hoc verò declarationem habet salutariis dogmatis. Dictas voces Symbolo simpliciter inseruit Synodus, rectèque Socrates: *In Concilio Nicæno nec verbum quidem factum est de hac controversia*: De essentia ac substantia differentiis. Eam à Sabellianis coactus movere cepit Hosius, Cordubensis Episcopus, in Synodo Alexandrina, Undè & alteri contentioni materia suppeditata est. Contentioni durissimæ, de qua Sanctus Gregorius Nazianzenus in Encomio Sancti Athanasii. *Eò tandem res adducta est, ut periculum esset, ne orbis terrarum fines unà cum syllabis à se invicem distrahentur & abrumperentur*. Etenim non jam orthodoxi cum Arianis aut Eusebianis, sed orthodoxi Orientales in orthodoxos Occidentales digladiabantur; invicemque Sabellianismi ac Arianismi elogiis arietabant. Græci dictas volvere tres hypostases; Latini unicam, quod voci Græcæ Latina adamusim non responderet. Lis longa: videnda in jam dicto Athanasii Encomio, actis Synodi Alexandrinæ, Epistola Sancti Hieronymi ad Damasum Pontificem, Epistola Sancti Basilii ad fratrem suum Gregorium Nyssenum Episcopum, ac Professione Eustatii Sebastensii. Eam tandem Sanctus Athanasius exstinxit.

Conclusio Symboli: *Hunc anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia*. *Anathema*, inquit quinta Synodus in sententia sua adversus tria capitula, *nihil aliud est, nisi separatio à Deo*. Et Sanctus Hieronymus in Commentariis Epistolæ ad Galatas: *Anathema, verbum propriè Judæorum est*. Ab illis acceptum introduxit Apostolus in Ecclesiam, quæ hunc imitatio eo fulmine semper, non tantum in generalibus Synodis, sed & olim in privatis fidelium conlocutionibus, terruit atque ferivit Regula Evangelicæ novatores. Hinc Tertullianus adhortatur fideles; *Ut Gnostico scorpio pro solea anathema inlidant*: ut quomodo scorpionum fixa solea, sic Gnosticum hæreticum dicto anathemate exstinguant. Et in Libro de jejuniis queritur per Psychicos, id est, nos Catholicos, Paracleticis Montanistis, quasi aliter adjuvantibus, dici assiduum *anathema*. Sedente Alexandro secundo Pontifice, cunctis ferè Romanæ Ecclesiæ decretalibus paginis *anathema* subjungebatur. Repugnasse antiquis Ecclesiæ moribus, solis fidei Catholicæ clausulis apponere solitæ, idèoque corrigi, ac illi pœnas pecuniarias aut familes substitui scripsit, à dicto Pontifice rogavit, ac impetravit Sanctus Petrus Damiani.

Lib. 3. c. 8.

Epist. 87.

Li. scorp. c. 1.

C. 1.

L. 1. Epist. 12.

CAPUT QUARTUM.

De Auctoritate Symboli Nicæni.

Nicænum Symbolum esse paucissimis quidem Sermonibus, sed perfectis sensibus Scripturæ Divinæ, per viros ejus scientiæ peritissimos completum, rectè cum sua Synodo affirmat Pergamius, Antiochiæ Episcopus, Pifidiz Metropolitica, in litteris post Synodum Chalcedonensem exstantibus ad Leonem Augustum. Quanta sit ejus apud Ecclesiam auctoritas, liquet ex Relatione Synodi ejusdem ad Martianum Augustum. *Unam esse, veluti principali loco, trecentorum decem & octo Patrum doctrinæ confessionem, lex nobis Ecclesiæ præscribit, quam velut commune Sanctorum decretum ad eorum, qui vocantur in adoptionem filiorum, tradimus firmitatem.* Et in secunda ejusdem Synodi actione post recitatum hocce Symbolum, Reverendissimi Episcopi clamaverunt, *Hec Catholicorum fides, huic omnes credimus, in hanc baptizati sumus, in hac baptizamus.* Eodem modo istorum successores exclamaverunt in quinta Synodo: *In hoc omnes baptizati sumus, & nos in hoc baptizamus.* Etenim mox à Nicæna Synodo omnes Græcorum Ecclesiæ reliquerunt Apostolicum Symbolum, & assumpserunt Nicænum Catechumenis tradendum, atque ab omnibus fidelibus verbotenùs addiscendum. Assumpserunt ipsum, tamquam novam Christianæ professionis tesseram, discreturam Catholicis à rebellibus Arianis, ut quisquis illud non profiteretur, haberetur convictus Arianus. Factum id credo ex speciali mandato Nicænae Synodi, quod à Chalcedonensi innovatum scribit cum sua Synodo ad Leonem Augustum Basilius, Seleuciensis Episcopus, Metropolitica Isaurorum. *Patres, qui sanctum Concilium Chalcedonense celebraverunt, Symbolum Patrum Nicænum pro lapide sumentes, ubique hoc solum circumferri & prædicari ad illuminationem fidelium sancierunt.*

Nunquam ex integro omissum est ab illis Apostolicum Symbolum. Absit, ut ulla umquam Ecclesia omiserit catechumenis tradere articulos de sancta Ecclesia, Sanctorum communione, remissione peccatorum, carnis resurrectione, & vita æterna. Hi articuli ex Apostolico fuere Nicæno adjecti, quousque prodit Constantinopolitanum, completum singulis duodecim articulis, ideòque ab omnibus Græcorum Ecclesiis statim fuffectum in locum Nicæni. Neque tamen nomen mutatum est. Omnes Constantinopolitanae posteriores Synodi & Patres, quoties de Nicæno loquuntur Symbolo, passim intelligunt Constantinopolitanum, neque tamen Constantinopolitanum vocant, sed Nicænum. Etiam hodie nos, quod ad Missarum solemniam cantamus, Nicænum dicimus, cum sit Constantinopolitanum. Locutionis causam infra dabo.

Dico, Ecclesiæ Græcorum. Ait enim Rufinus

in opusculo superius memorato. *Illud non importunè commonendum puto, quod in diversis Ecclesiis aliqua in his verbis inveniuntur adjecta. In Ecclesia tamen urbis Romæ hoc non deprehenditur factum, quod ego propterea esse arbitror, quod neque hæresis ulla illic sumpsit exordium, & mos ibi servatur antiquus, eos, qui gratiam baptismi suscepturi sunt, publicè, id est, fidelium populo audiente, Symbolum reddere, & utique adjectionem unius saltem sermonis, eorum, qui præcesserunt in fide, non admittit auditus. In cæteris autem locis, quantum intelligitur, propter nonnullos hæreticos addita quædam videntur, per quæ novellæ doctrinæ sensus crederetur excludi. Nos tamen illum ordinem sequimur, quem in Aquilejensi Ecclesia per lavacri gratiam suscepimus. Eodem Jure Symbolum Apostolicum sine additamento retinuerunt Ecclesia Africana, Italica, Gallica, Latinæ omnes, uti liquet ex Sanctis Augustino, Petro Chryologo, Maximo Taurinensi, aliisque Latinis Episcopis, qui istud solum leguntur catechumenis suis tradidisse atque exposuisse. Theodoreto, Zozomeno, ac Socrate testibus, Ariana hæresis Illyrici fines transire nunquam valuit, atque ita apud nos nova professionis tessera non fuit opus. Excipe Ecclesias Hispaniarum, quæ à Gothis Arianis, Wandalis, & Suevis pervasæ ac possessæ, quomodo trinam baptismatis mersionem in unicam, ita Apostolicum Symbolum in Nicænum mutaverunt, id est, Constantinopolitanum, uti liquidè habetur in tertia Synodo Toletana.*

Eisdem ex rationibus aliæ citius, aliæ Ecclesiæ seriùs cœperunt Symbolum publicè in Missarum solemniam dicere aut cantare. De Ecclesia Græca Nicephorus Calixtus: *Petrum Cnapbeum quatuor Ecclesiæ commodissima reperisse dicunt.* E quibus unum est, *ut Symbolum sanctum, quod semel tantum antea magno & sancto pasche die dici solitum fuerat, in synaxi & conventu Ecclesiæ quovis decantaretur.* Dicitur semper fuit in pasche, quod tunc Episcopus primas Religionis nostræ institutiones ex more Apostolico traderet. Quidam tamen Timotheum, Constantinopolitanum Episcopum, Macedonii secundi successorem, non Petrum Cnapbeum instituisse dicunt, *ut in quovis conventu Symbolum diceretur.* Forfan à Timotheo in Constantinopolitana Ecclesia & Patriarchatu à Petro institutum in Antiochena. Cantari institutum est, non Nicænum Symbolum, sed Constantinopolitanum, quod modulationi, inquit Walfridus Strabo, esset aptius, aut Græci, consueti impetu, honorari vellent rem Regiæ urbis. Rationes frivolæ. Vera est, quod Constantinopolitanum sit plenius, recentius, integrum antidotum contra hæreses omnes eousque natas.

E Latinis prima id æmulata est Hispaniarum Ecclesia, ex consilio Richaredi Regis, novos suos in fide Romana Gothos firmare cupientis, statuens in tertia Synodo Toletana. *Ut per omnes Ecclesias Hispaniæ & Galliciæ, secundum formam Ecclesiarum Orientalium, Concilii Constantinopolitani Symbolum recitetur, & priusquam Dominica dicatur oratio, voce clara populo prædicetur, quò & fides vera manifestum testimonium habeat, & ad Christi corpus & sanguinem prælibandum pectora populo.*

pulorum fide purificata accedant. Imitatæ id postmodum sunt quædam sub Carolo Magno Gallicanæ Ecclesiæ; aliæ tamen, ac ipsa Capella Palatina, imitari non sunt ausæ, ideòque à Leone tertio Pontifice veniam impetrarunt. Fecit id Carolus, ut Francos suos in reparata jam Christianitate figeret. Ad Bernarium autem Wormatiensem, ac Jesse Ambianensem Episcopos, nec non Adalardum Abbatem Corbejensem, Caroli Legatos, dixit Leo Tertius: Quod asseritis ideò vos cantare Symbolum, quoniam alios in istis partibus vobis priores audistis cantasse, quid ad nos? Nos enim ipsum non cantamus. Quin & eam cantandi consuetudinem omitti suavit. Quia & in nostra Ecclesia non cantatur. Romana Ecclesia necdum sub Joanne octavo videtur cantasse. Etenim

Methodium, Moravorum ac Bohemorum Episcopum, rogavit dictus Pontifex, *Si orthodoxæ fidei Symbolum ita crederet, & intra Missarum solemniam cantaret, sicut sanctam Romanam Ecclesiam tenere constat. Non rogat, quomodo Romana Ecclesia tenet & cantat, sed solum quomodo tenet: Quia nempe illa necdum cantabat. Cantabat Methodius, utpotè græcus, more græco. Tandem & Roma cantare cœpit, unitatis ac pacis amore, ne à subditis sibi Hispaniarum & Galliarum Ecclesiis, morem deponere nolentibus, dissonaret. Quo tempore, fateor me nescire. Synodus Basileensis graviter arguit quædam Ecclesias, Quod illud non completè usque in finem cantarent.*



Sanctissimo, Beatissimoq; Patri ac Domino nostro,
ALEXANDRO SEPTIMO,
Ecclesiae Catholicae Pontifici Optimo Ma-
ximo.

BEATISSIME PATER,



Upremus Romanæ Cathedræ, etiam supra Generales Ec-
clesiæ Synodos, Primatus nullum firmiter atque luci-
dus, quam ab istis ipsis Synodis habet testimonium,
Quod ipsa Nicæna supra illam nihil fuerit ausa consti-
tuere, testatur in litteris ad Thessaliæ Episcopos san-
ctus Pontifex Bonifacius primus. Et edicit causam:
Quod *videret nihil supra meritum suum posse conferri, omnia-
que huic Domini sermone concessa.* A Synodis enim celebrata
ac venerata, nequaquam donata sunt Sancti Petri Privilegia: Adeo ad illis ad-
ponendas voces, *Secundum Canones*, nullis Græcorum in Florentino Concilio
precibus sese inflecti rectè passus est Eugenius quartus. Hoc ipsum adversus
Eusebianam in Philippopolitano conventiculo Factionem monstrare, supre-
mumque Romanæ Appellationis atque Evocationis apicem ab inauditis usque
huc sub sole calumniosis insultibus evincere, fuit unicus scopus Synodi Sar-
dicensis. De Ecclesiæ Christianæ monarchia in aristocratiam, ac omnium
Patriarcharum parem Divino Jure potestatem transverti attentatâ Eunuchus
Photius frustra gloriatur: Resorbuit vomitus Arianos. Ab eisdem, nec non
& ab Ephesino Dioscori Pseudo-Patriarchæ Alexandrini Latrocinio didicit in
Romanorum Pontificem latrare degradationis convicium, damnatum solen-
nissimè à laudata Sardicensi Synodo, Octava item, & omnium maxima Chal-
cedonensi, exprimente causam: Quod *vineæ custodia illi à Salvatore commissa
sit, Generali Synodo præsit ut caput membris, & uti filiis Paterna Summitas,
adeoque ista in ipsum infamia non possit extendi.* Antiochenam Ecclesiam ex
Apostolico Canone semper fuisse directam & judicatam à Romana, palam in
Ephesina Synodo professus est Juvenalis Hierosolymæ Patriarcha. Ea ipsa Syno-
dus Nestorii Patriarchæ Constantinopolitani damnationem non fecit, sed à
Celestino Pontifice factam probavit dumtaxat, atque in executionem misit.
Ejusdem Celestini Legatis judicandum sese submisit istic Sanctus Cyrillus Pa-
triarcha Alexandrinus. Ad plenam Chalcedonensem prima à Sancto Pascha-
fino, Lilybeti apud Siculos Episcopo, Sancti Leonis Pontificis Vicario &
Legato, sonuit vox: *Urbs Roma est caput omnium Ecclesiarum. Nos contra Præ-
cepta beatissimi atque Apostolici Papæ venire non possumus.* Quoniam solæ à Roma-
no Episcopo delegatæ causæ possint per Generalem Synodum tractari. Addi-
dit ad eundem spectare omnium agendorum propositionem, primumque de
illis suffragium. Vigilius Pontifex in suo ad Justinianum Augustum & Quin-
tam Synodum Constituto adfirmat istum esse antiquum ordinem & regula-
rem. Quare ad suos in Græcia amicos, faciendam cum Latinis unionem sua-
dens, non sine fundamento scribit vir insigniter orthodoxus Barlaamus Epi-
scopus Gyraensis: *Non eò quod sit majoris auctoritatis, & magis possit generale*

Con-

Concilium, quam Apostolica Sedes, generalia congregantur Concilia, sed quia inciden-
tes quæstiones difficiliore sunt, & majori indigeant discussione. Etenim Generalis Sy-
nodi palmare officium est dogmaticas Romani Pontificis ad sese litteras, ut-
pote ejus de mota quæstione judicium, discutere, unanimi omnium Episco-
porum suffragio comprobare, recalcitrantes Romam mittere puniendos,
ipsumque Pontificem læta voce adclamare novum Paulum Apostolum, aut
novum Petrum. Ita Sancto Celestino Ephesina, Chalcedonensis Sancto Leo-
ni, Sancto Agathoni Sexta, Septima Adriano primo, Adriano secundo
Octava adclamavit. Ab eisdem habemus Romanum Episcopum esse totius
Synodi verticem, Patrem Patrum, Episcoporum Episcopum, omnium
Patriarcharum & totius mundi Patriarcham, Episcopum universalem,
Episcopum Pontificalissimum, Principalem Sacerdotem, omnium ubique
malorum Catholicissimum Medicum, Primate[m] totius Ecclesiæ, Patrem
ac Pastorem totius mundi, totius mundi columnam ac illuminatorem, avi-
tum orthodoxi dogmatis fundamentum, immobile ac fixum firmamentum
fidei & formam lucidissimam, rectæ prædicationis fontem omnibus Eccle-
siis, Sancti Petri Apostoli interpretem, cujus auctoritatem ex avita Apo-
stolorum traditione semper amplexa sit omnis sub cælo Ecclesia, omnis
œcumenica Synodus, omnis Ecclesiæ Pater, & cui solæ hæreses refragen-
tur. Ab eisdem habemus laudatas dogmaticas litteras esse Sancti Petri Apo-
stoli propriam vocem, directorem Synodi oculum, orthodoxæ fidei ancho-
ram, titulum, columnam, fundamentum, cui adsentire nolle sit insanire
in ipsum Apostolorum verticem, Sanctum Petrum. Ab eisdem habemus
Romanam Cathedram esse incontaminabilem Catholice communionis ra-
dicem, infallibilemque controversiarum judicem, à nullo unquam infessam
aut insideri possibilem Errone Episcopo, utpote cujus fidem ex nulla diaboli
cribratione defecturam Dominus promiserit, & qui deficientes ab illa fra-
tres confirmare debeat, & hodie usque confirmarit. Ita ex totius Orienta-
lis Concilii nomine insigniter apud Sanctum Leonem Pontificem profitetur
Theodoretus Cyrensis in Eufraatesia provincia Episcopus, in datis ad se à
Sancto Agathone Pontifice litteris sextâ Synodus, & Octavæ Episcopi sin-
gularim omnes in libello Romano, per Nicolaum primum præscripto, &
per Adrianum secundum confirmato. Quocirca Orthodoxi quidam, infalli-
bile Romani Episcopi de dogmate judicium opinantes esse folius Latinæ Ec-
clesiæ Adsertum, plurimum hallucinantur. Commiseratione digni sunt in-
felices Europæ populi, quos Martinus Lutherus & Joannes Calvinus, ho-
mines impurissimi, circumscriptere, ut garriant Romanum Episcopatum esse
turrinam Babylonicam, ex adsiduis alienæ potestatis per minuta frustra rapinis
evectam in molem hodiernam & typhum. Et hic est vomitus Eusebianus,
Liberio Pontifici primùm eructatus in faciem à Constantio Augusto, fatel-
lite factionis. Hæc, Patrum cordibus in devios filios reducendis aptissima,
demonstrari scio longè gratissimum SANCTITATI VESTRÆ, utpotè cujus pe-
ctus inhabitet & regat sanctus ille Spiritus, ex quo ad Sabinianum, suum
Diaconum ac in Regia civitate Apocrisarium, scripsit Sanctus Gregorius
Magnus: *Ante paratior sum mori, quam beati Apostoli Petri Ecclesiam in meis die-
bus degenerare.* Et jure merito. Ubi namque Romanum Episcopum esse im-
mobilem Ecclesiæ Petram, ac inflexibilem recti dogmatis custodem persua-
feri-

serimus, vicinus & Christo Domino acquisivimus omnes ubique gentium & Hæreticos & Schismaticos, cunctaque sub sole Christianitas erit populus unius de Deo labii & sermonum eorundem. Germanè Apostolico VESTRÆ SANCTITATIS studio servire, ac Patres suos, fidos semper Romanæ Ecclesiæ pugiles, imitari omni conatu nititur Alma hæc SCHOLA LOVANIENSIS, per vestros sanctæ memoriæ Antecessores multis, uti dilectissima filia, donata gratiis, privilegiis, prærogativis, per VESTRAM autem PATERNAM BENIGNITATEM post altissimè jam sepultas & deinceps non memorandas contentionum miseras restituta in avitam, omni privilegio aut dono eminentiorem, dudum optatæ pacis felicitatem. Quamobrem apud Lovanienfes, BEATISSIME PATER,

Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt, atque memoria BEATITUDINIS VESTRÆ erit in perpetua benedictione. Ego verò filiorum tuorum minimus hæc Scholia & Notas, quales-uales conatus meos, ad sacros VESTROS PEDES provolutus, summa, qua par est, animi submissione dico, ut debeo. Nempe qui innumeris, sanè non exiguis, titulis obstrictus, quod ad Sanctum Ivonem Carnutensem Episcopum scribit Goffredus Abbas Vindocinensis, *Romanæ Ecclesiæ totum me debeo, omnique tempore fidem servabo, cum qua & adversitatem sustinere opto, & sine qua prosperitatem habere recuso.* Ita profiteor Lovanii, Kalendis Januariis, anni Christiani 1665.

SANCTITATIS VESTRÆ



Minimus Filius,

FR. CHRISTIANUS LUPUS.

Reverendissimo Patri Magistro FRANCISCO MARIE QUERNI, totius Ordinis Eremitarum S. Patris Augustini Generali Vicario Apostolico, Patrono Colendissimo.



Intenderat omnino bonæ memoriæ Magister meus Christianus Lupus, novam, eamque auctiorem editionem facere Scholiorum atque notarum suarum in Concilia. Mors ultima linea rerum lineis istis metam posuit Anno 1681. Non periire tamen manuscripta ejus, inter quæ, Dissertatio Procemialis de Meletii & Arii Personis, moribus atque erroribus, à quâ primum Tomum recudendum decreverat. Constat Capitibus sedecim admodum prolixis. Nobilis Typographus Henricus Fricx Bruxellis paulò ante finem sæculi elapsi, omnium memorati sapientissimi Doctoris Operum aggressus fuerat reimpressionem in magno folio, & dum exissem Roma, quodam Baccalareo dirigente Typos, & singula folia hebdomadatim ad me mittente totam istam Dissertationem absolverat, perveneratque usque ad Paginam 176. dum triste incendium, quod magnam Bruxellensis Urbis partem in cineres revertit, invasit etiam Typographi domum, & exemplaria omnino omnia vorax flamma sic abstulit, ut unicè quod sciam, restent ultimæ correctiones, quas hætenus conservavi, & Reverendissimæ Paternitati vestræ obedienter consigno. Titulus est: Synodorum Generalium, ac Provincialium Decreta, & Canones Scholiis & notis illustrati. Dissertatio procemialis ex Authoris manuscripto posthuma.

Doctissimi Auctoris mens fuerat, ut post Dissertationem procemialem sequeretur Dissertatio de Symbolo Apostolico, & Nicæno; sed non prorsus illo ordine, quem tenuerat in prima editione. Varias siquidem intersertas voluit additiones, prout ex manuscripto liquet, quod asseruari, & cum parili reverentia consigno in illos fines, quorum mihi notitiam dare Reverendissima Paternitas vestra dignata est.

Manuscriptum hoc incipit ab his verbis, & in disputatione cum Arianorum Comite Palcentio; finit autem his verbis, deindè voluit incomodare Hieronymo. Constat paginis in folio, 127. In marginibus autem notantur loca, quibus auctor additiones istas voluerit inseri, quemadmodum in alia quam annexo copia, ubi cuncta simul digesta sunt, videre licet. Horum omnium fidem nequeo præstare majorem, nisi quod scripturum harum Stylus & ordo suum sua cum reliquis scriptis ejus conformitate auctorem demonstrat. Dignetur itaque Reverendissima Paternitas vestra scriptis illis uti pro ut judicaverit convenire, atque si doni, aut verius obedientis oblationis nomen merentur, illa tamquam devotissimæ observantiæ meæ tesseram accipere.

Dabam Romæ die quinta Maii 1720.

REVERENDISSIMÆ PATERNITATIS VESTRÆ

Humilissimus Obedientissimus, & Obligatiss. Servus
Fr. Bernardus Desirant. Sac. Th. Doctor, &c.